CHARTULARIUM

UNIVERSITATIS PARISIENSIS

CHARTULARIUM

UNIVERSITATIS PARISIENSIS

SUB AUSPICIIS CONSILII UNIVERSITATIS PARISIENSIS

EX DIVERSIS BIBLIOTHECIS TABULARIISQUE COLLEGIT

CUM AUTHENTICIS CHARTIS CONTULIT, NOTISQUE ILLUSTRAVIT

HENRICUS DENIFLE, O. P.

IN ARCHIVO APOSTOLICAE SEDIS ROMANAE VICARIUS, ACADEMIARUM VINDOBONENSIS, BEROLINENSIS ET GOETTINGENSIS SOCIUS

AUXILIANTE

AEMILIO CHATELAIN

BIBLIOTHECAE UNIVERSITATIS IN SORBONA CONSERVATORE ADJUNCTO.

TOMUS IV

AB ANNO MCCCLXXXXIIII USQUE AD ANNUM MCCCCLII

PARISIIS

EX TYPIS FRATRUM DELALAIN

VIA A SORBONE DICTA.

ANNO MDCCCLXXXXVII.

INTRODUCTIO

I

Annorum tractus, quem hoc volumen amplectitur, scilicet a defuncto Clemente VII papa Avenionensi usque ad reformatam Universitatem Parisiensem an. 1452, adeo abundat eventibus diversissimis quorum particeps fuit Universitas, ut opportunum nobis visum fuerit divisiones instituere et res ejusdem naturae seorsum in duobus tomis connectere. Sic omnibus pensatis ac mutato priore proposito nostro, documenta omnigena simul usque ad an. 1420 in tomo IV, et an. 1420-1452 in tomo V edendi, in tomum V rejecimus :

1° Quidquid ad schisma pertinet ab ineunte Benedicto XIII;

2° Quidquid est Conciliorum vel generalium vel provincialium;

3° Quidquid ad Wiclifi Bohemorumque errores spectat, sicut controversias de Johanne Parvi in Concilio Constantiensi agitatas;

4° Quidquid proprium est nationis Anglicanae aut nationis Gallicanae, in variis *Auctarii* voluminibus editum vel edendum. Itaque nonnulla de natione Gallicana apud Bulaeum[1] vulgata frustra hic quaesieris.

Cum autem talem sejunctionem non omnino ad amussim, ut manifestum est, perficere liceret, aliquando hujus generis documenta plane necessaria ad magistros scholaresque cognoscendos vel plurimis rebus referta inserere oportuit. Index materiarum in utroque volumine comprehensarum, quem in fine quinti dabimus, lectorem adjuvabit.

Labor non parvus in hoc volumine superandus fuit, tum quia eventus innumeri, ut supra diximus, rapide incurrunt quibus Universitas se immiscuit, tum quia copiosissima super suppositis Universitatis instrumenta suppetunt. De quibus verba faciamus, primum de insigni eventuum abundantia.

II

Agitatam illam Universitatis Paris. aetatem ut optime intellegeremus, *Auctarii* tomum II prius elaboravimus, id est continuationem Libri procuratoris nationis Anglicanae vel Alemanniae, qui in quibusdam referendis ceteros fontes superat, cum quasi chronicus liber sit non modo nationis singularis, sed etiam facultatis artium, immo totius Universitatis; ibi enim memorantur facta aliunde ignota, quae nobis auxilio fuerunt ne eventuum seriem ac quasi filum perderemus.

1. Exempli gratia apud Bul., t. V, p. 304 sq., 393, 394, 434, 440, 441.

Quam ob causam tam multis eventibus tomus IV cumulandus sit, facile reperias; siquidem saeculo quinto decimo Universitas rebus politicis curandis magis quam doctrinae acquirendae vel docendae intenta fuit. Tunc enim cum Horatio[1] jure poterat dicere : « Nunc agilis fio et mersor civilibus undis. » Politicarum rerum in Francia momentum quodvis (et quam multa fuerunt) momentum alterum in Universitate repraesentat. In politicis eventibus dirigendis Universitas vis actuosa fuit quae inter quaslibet alias vires in historia Franciae numeraretur : dissensiones in Francia ipsa tanquam dux Burgundiae, sed minus conscia, aluit.

Rebus publicis Franciae initio saeculi quinti decimi dux Aurelianensis imperat, deinde dux Burgundiae, tum dux Aurelianensis seu pars Armagniaca, tum dux Burgundiae atque Anglici, postremo rex Carolus VII. Quibus vicissitudinibus aut favit aut adversata est Universitas, nunquam incuriosa, et in ipso Universitatis sinu ortae sunt factiones quae Universitatem ducere conabantur. Usque ad annum 1415 (etiam 1418 dici potest) Johannes Gerson partem Universitatis actuosam, Aurelianensi duci ante an. 1407 potius contrariam, formare ac dirigere tentaverat, neque semper rem ex sententia gesserat. Tyrannum hunc ducem nuncupabat ipse Gerson an. 1405. Post an. 1407 paulo placidior Universitas cavit ne factioni alicui favendo commodis suis officeret, sed mox incepit timere Johannem ducem Burgundiae. An. 1410-1411 sectam ejus magna pars Universitatis aperte amplexa est, multique an. 1413 cum Cabochianis fuerunt. Eodem anno, duce Burgundiae coacto potestatem dimittere, Gerson strenue conatus est ut magistri contra eum agerent, at non impedire potuit quin fideles duci Burgundiae non pauci in Universitate remanerent. An. 1416, auctoritate regia concordia quaedam, levior quam profundior, effecta est. An. 1418 rursus alta tenet Burgundiae dux, terror Parisios occupat, delphinus et Armagniaca elementa vel Universitatis vel civitatis vitam perdere aut urbem fugere coguntur[2]; dux dominatur omnipotens eique famulatur Universitas. An. 1419 duce occiso, Universitas se cum ejus filio Philippo societate actionis conjunxit, et nil mirum si an. 1420 Universitas Anglica facta sit, postquam dux Philippus partes Anglicas amplexus esset. In illa probrosissima omnium tempestate accidit actio contra Johannam d'Arc ab Universitate instituta. At ab an. 1432 grave nimis Anglorum jugum Universitas, sicut alii, existimavit; paci obtinendae curam dedit et quando Carolus VII an. 1436 urbem Paris. recuperavit, illi tanquam uxorem conjugi fidissimam se monstravit.

1. *Epp.*, I, 1, 16.

2. Vid. *Chartul.*, nº 2104. De fuga magistrorum et scholarium Universitatis Paris. propter seditionem scribit Robertus Blondel (*Œuvres*, ed. Héron, I, p. 73) :

> Elle (*la sedicion*) a dispergiez vagabondes
> Les estudians ez sept ars,
> Qui sont fuitifz parmi li mondes
> Et exilliez de toutes pars.

Cf. etiam ibid. p. 111, v. 1520 sqq.

Praeter has politicas, aliae diversi generis controversiae, vividiores aliquando, illa aetate succedebant, quae Universitati sustinendae erant cum urbis praefecto et vectigalium redemptoribus seu « generalibus » de privilegiis scholasticis, cum episcopo Parisiensi, cum Mendicantibus. Praeterea in ipsa Universitate dissensiones ortae sunt de electione rectoris et procuratorum, aliquando usque ad verbera, ut proprie in *Auctario* videri potest.

III

Politicis contentionibus habitus ipse Universitatis mutatus est. In eodem hoc volumine Universitatem in summo auctoritatis publicae culmine quod unquam attigerit atque etiam in infimo humilitatis gradu quo unquam ceciderit, cernimus. Altissimam enim auctoritatem in publicis rebus exercuit an. 1413, cum cuncti Franciae duces ac principes favorem ejus arripere tentarent[1]. Eo tempore etiam magis quam quovis alio se interposuit Universitas ut episcopatibus vel abbatiis praeficerentur gratae sibi personae (quod ostendunt non pauca documenta sive in textu nostro sive in notis allata), et saepe cum fausto successu. Sed mox in humilem locum reducta est, cum an. 1446, curiae Parlamenti subjecta[2], libertatem antiquam qua gloriabatur amisit et veterem arrogantiam exuere coacta est. Ea fuit prima contumeliarum quae temporibus sequentibus ei sustinendae fuerunt.

Quisnam miretur si studia scientiae jacerent, animis a doctrina abhorrentibus? Jam in *Introductione* praecedentis voluminis[3] obiter locuti sumus de perdita scientiae propensione qua pollebant saeculis anterioribus magistri Parisienses; sed nunc res in pejus ruebat, deterioresque etiam animi politicis controversiis enervati, cum non publicas res agitare sed doctrinam tradere ac divulgare sibi propositum obliti essent. De quo quaedam strictim in *Introductione* ad statuta cardinalis de Estoutevilla[4] diximus.

Talem statum non parum adduxerant divisiones, bella, pestilentiae, soli sterilitas, annonae caritas, mala saeculo XV in Francia horrenda. Aliquoties timendum erat ne Universitas tota dissiparetur; sic annis 1418, 1420, 1438-39[5]. Immo natio Anglicana per lon-

1. Vid. *Chartul*, nº 1987, et *Auctar.*, II, p. 155, 13 sqq.
2. *Chartul.*, IV, nº 2608.
3. Ibid., III, p vi, ix, xiii sqq
4. *Chartul* IV, p. 713.
5 Quantum ad an. 1418 vid. *Chartul.*, IV, nº 2115. Quantum ad an. 1420 scribit ROBERTUS BLONDEL (*Œuvres*, ed. HÉRON, I, p. 124) :

Par laquel rage dessus dicte
On cesse la divine loy
A enseignier, qui tant proufite
Aux chrestiens de bonne foy;
Par qui la lumière du monde
Fault en l'estude de Paris.

Quantum ad ann. 1438-1439 vid. *Auct.*, II, p. 505, not. 1, et *Chartul.*, IV, p. 612 et n. 5. Cf. praeterea infra nº 2392.

gum temporis spatium annihilata remansit. Accidit ut in solis collegiis, quae studentibus fere vacuata erant, Universitas, ipsa fatente[1], servaretur; peregrini scholares iter Parisiacum inire desinerent; itaque in *Indice nominum* hujus voluminis pauca externarum regionum inveniuntur.

Aliam, nec minorem, hujus status causam in eo invenimus, quod novae Universitates in Francia fundatae sunt, neque tam multis etiam Gallicis scholaribus quam antea frequentata est Parisiensis. Studiorum novorum erectionis causa fuit distractio inter Gallicos vigens. Sic Dolensem Universitatem erigit an. 1421-22 Philippus Burgundiae[2], Pictavensem an. 1431-32 Carolus VII, quae in fide regis manentes attraxit[3]. Universitatem in Normannia habendam Angli diu praecogitarunt[4], quae Cadomi tandem an. 1432 creata est[5], contra cujus « studioli », ut Universitatem vocare libuit, erectionem Universitas Paris. per quaedam decennia incassum certabat, sicut in *Chartulario* distinctius quam in quovis alio opere patet. Burdigalensis an. 1439-1441 erecta est, quia scholares ejus regionis in Universitatibus Carolo VII fidelibus vexabantur[6]. Taceamus de Aquensi (1409) et Nannetensi (1414) studiis conditis, quippe quae pauca a Parisiis supposita abstulerint. Non idem dicendum de Cadomensi Universitate in qua jam an. 1439-40 multa nomina ex Universitate Paris. inscribuntur[7]. Majorem ea famam acquisivit sub jugum Caroli VII reducta. In catalogo suppositorum Universitatis Cadomensis qui inter annos 1453-1455, non autem ad an. 1494 ut ap. M. Fournier[8], ponendus est, plurimi magistri, etc., antea Parisiensi addicti, inveniuntur;

1. *Chartul.*, IV, p. 648. Vid. etiam ibid. nº 2552.

2. Supplicatio ejusdem de hoc ad Martinum V est in Suppl Mart. V, nº 157, an. 1422, Octob 15.

3. Bulla Eugenii IV jam an. 1431, Maii 29, data est, vid. FOURNIER, *Statuts*, etc, III, p 283. Litterae Caroli VII sunt an. 1432, Mart 16 (Arch. nat., X¹ª 8604, fol. 109ᵇ). Eugenius IV etiam eodem anno, Maii 3, concessit, ut presbyteri, diaconi, etc., leges audire in eisque graduari possent (Suppl Eugen. IV, nº 270, fol. 20ᵇ). Universitas Paris postea erga hanc Universitatem non inimicam se gessit, eamque an. 1449 appellat « honorandam Universitatem Pictavens » (*Lib. procur. nat. Gallic.*, fol 100).

4. *Chartul.*, IV, nº 2239.

5. Ibid, nº 2405

6 Vid. DENIFLE, *La désolation des eglises en France*, nº 346

7 Vid BÉNET, *Inventaire des Archives de l'Université de Caen*, II, p 8 sqq, ad quod opus saepius in hoc tomo quoad Univ Cadomens. remisimus Perperam Car JOURDAIN, *Index chronol*, p 260, n 1, asserebat litteras Henrici VI et Eugenii IV de fundatione Universitatis non effectum sortitas esse, et solummodo post reversos sub jugum Francicum Normannos Univ. Cadomens vere exstitisse At jam conservator privilegiorum Univ Cadomens institutus erat an 1437-38 (Suppl Eugen IV, nº 334, fol 50, nº 348, fol 79ᵇ, ad ann 1437 et 1438), et Thomas Basin, juris utriusque doctor, mag. in art, archidiaconus Belvacens., fuit an 1443 vicesgerens conservatoris privilegiorum Universitatis Cadomens (Suppl Eugen. IV, nº 388, fol. 61 et 75), an. 1448, Rogerius de Stampis, archidiaconus Belvacens, commorans Cadomi, fuit vicesgerens episcopi Lexoviensis, judicis, commissarii et conservatoris privilegiorum Univ Cadomens, i e Thomae Basin (Suppl. Nicol V, nº 417, fol. 38).

8. *Statuts et privileges*, III, 243, nº 1709. Documentum ibi editum inscriptum est « rev in Christo patri ac domino dom. G[uillelmo] tit. S Martini in Montibus cardinali, de Estoutevilla vulgariter nuncupato, archiepiscopo Rotomagens. », dum esset « in Francia legatus ». Is cardinalis de Estoutevilla jam undecim annos ante an. 1494 defunctus erat; immo non post an. 1459 documentum redactum est, nam eodem anno Guillelmus, titulo mutato, factus est episc Portuensis, sed etiam ante an. 1455, Sept. 17, ponendum est, nam tunc cardinalis Avenionensis ut legatus in Francia missus est (Arch. Vat., Arm XXXI, nº 52, fol. 25), nec jam Guillelmus de Estoutevilla fuit legatus in Francia. Igitur documentum ad ann 1453-55, verisimiliter ad an. 1454, pertinet.

e quibus unum hic annotamus, scil. Thomam Fortin, quia notissimus est ex iis qui ab Univ. Paris. propterea resecati fuerunt[1]. Etiam inter supposita anni 1462 nonnulla Parisiensia detegimus[2].

Sed praeter haec generalia damna singulare quoddam detrimentum subiit Parisiensis Universitas, quod docendi theologiam, olim ei saltem pro majore parte Franciae reservatam, quaedam in Francia Universitates potestatem obtinuerunt. Pictavis, theologia permissa, theologos Parisienses invenimus; Burdigalensis etiam pro theologica facultate fundata est; eademque facultas Andegavis an. 1432, Cadomi an. 1437 admissa est, nedum de Montepessulana (1421) loquamur. Caeterum etiam extra Franciam novae Universitates non paucis scholaribus Parisiensem privaverunt : Picardi multi, qui olim nationem Picardicam Universitatis Parisiensis augebant, Lovaniensem (an. 1425, Dec. 9) praetulerunt[3], quam etiam plurima Parisiensis Universitatis supposita frequentarunt. Praeterea Scotos tam numerosos olim Parisiis Universitas Sancti Andreae an. 1411 erecta, an. 1413 a Benedicto XIII confirmata[4], retinuit; attamen Parisios non deseruerunt ante an. 1420, post quem, Anglis in Universitate dominantibus, Scoti, cum Carolo VII in bello conjuncti, evanescunt[5], uno alterove remanente[6], quanquam multo post alii redibunt. Neque levi detrimento fuerunt non modo veteres sed novae Universitates Alemanniae, Lipsiae et Rostocki fundatae.

Sed et Gallici multi, Francia relicta, ut patriae calamitates fugerent, peregrinas regiones, imprimis Italiam, petierunt, ad discendum vel docendum. Non paucos in supplicationibus Vaticanis citatos invenimus, Papiae praesertim et Romae, ubi ex antiquis magistris Parisiensibus videmus decanos facultatis theologiae factos esse, v. g. Jordanum Morini[7] ac Guillelmum de Fossato[8]; itaque an. 1433 rector doctoresque Universitatis Urbis jam sperant fore ut Universitas Romana « cunctarum Universitatum orbis primatum[9] » obtineat. Praeterea alios Gallicos reperimus qui postremos gradus extra Universitates Gallicas ob eamdem causam recipere conati sunt et receperunt.

Ne peccemus, fatendum est non omnia in hoc desolato tempore pessumdata fuisse. De scientiis in Universitate Paris. docendis quae praesens tomus affert non minimi momenti exi-

1. Vid. *Auctar.*, II, 820, 42

2. FOURNIER, l. c., p. 216. In hoc documento plurimi eorum tanquam magistri et doctores enumerantur, qui baccalarei vel licentiati tantum dicuntur in altero, quod quasi 32 annis posterius is editor putavit.

3. Vid. REUSENS, in *Analectes pour servir à l'histoire ecclés. de Belgique*, XXIV, p. 53

4 Vid. *Auctar.*, I, p. XLIV, II, p. 99, not 3

5. Idoneum est animadvertere, solum ab an. 1420 Scotos multos in Universitate Coloniensi studuisse. Vid KEUSSEN, *Die Matrikel der Univers. Koln*, in Indice.

6. Certe redditus annui 100 libr. par. quos an. 1370 Carolus V admortizaverat pro Scotis Parisiis studentibus (Arch. nat. JJ 102, nº 220) effectu tum, sub dominatu Anglorum, carebant

7. *Chartul.*, IV, nº 2365, not. 2.

8 Ibid., nº 2453, not. 2

9. *Chartul.*, IV, nº 2441.

stimanda sunt. Acta nunc habemus quibus in prioribus indigebamus, hoc est catalogos licentiatorum in theologia, decretis, medicina, qui quam utilitatem conferant ad viros in Conciliis, legationibus, negotiis publicis, occupatos, vel aliunde celebres optime cognoscendos, nemo est qui non confiteatur. Imprimis theologiae facultas solum ab an. 1421 constitutionem suam certissimis documentis nobis aperit de cursoribus, de biblicis, de sententiariis. Equidem jam prius[1] de iis locuti sumus, at nunc, catalogis editis, melius res intellegitur. Saepius docti propensi fuerunt ad confundendos cursores cum biblicis, penitus diversis. Biblici enim, quibus Bibliae legendae cura fuit, e Mendicantium vel S. Bernardi Ordinibus esse debuerunt; cursores autem, inter quos eorumdem Ordinum membra raro inveniuntur, nihil nisi duos Bibliae libros legerunt, scilicet unum Veteris Testamenti (hoc erat primus cursus), alterum Novi Testamenti (quod secundus cursus vocabatur). Consuetudo illa jam anteactis temporibus vigebat, tunc vero in minore inter cursus intervallo acquiescebant. Tempestas agitata qua privilegiis, dispensationibus, immunitatibus quilibet vivit! Baccalareos in theologia quandoque uno eodemque anno primum ac secundum cursum legisse videmus, semper secundum cursum ac Sententias, immo utrumque cursum atque Sententias, sicut Martinum Berech[2]. Sententiarii sex mensibus peractis jam *formati* dicuntur[3]. Primum etiam edocemur quae pecuniae summa cuique solvenda esset tam pro lectionibus baccalareorum quam pro licentia[4]. Quantum ad licentiatos in theologia, adhibere potuimus duos originales codices a bedellis facultatis hujus conscriptos, alterum ann. 1421-38[5], alterum ann. 1449-64.[6], utrumque Bulaeo ignotum, quia theologi cum eo communicare recusarant. Reliquos annos apographum saec. XVII confectum[7] nobis suppeditavit, verum ibi nihil nisi licentiati enumerantur. Tunc supererant originales codices ante an. 1414 et ann. 1438–49, deficiebat codex ann. 1414-22; unde fit ut licentiatos hujus temporis ignoremus. Magistrorum regentium catalogi annui, quos e codicibus originalibus vulgamus, nonnihil utilitatis afferunt, cum numerum magistrorum ostendant.

Similiter in facultate decretorum ab an. 1415 usque ad an. 1448 et in facultate medicinae ab an. 1395 eosdem graduatorum ac magistrorum catalogos edidimus, quoties in

1. *Chartul.*, II, Index, p. 805; III, p. 441-442.
2. Ibid., IV, nº 2349.
3. Quod liquet ab anno 1434.
4. Quantum ad baccalareos occasione data summa annotatur. Quantum ad licentiatos vid. nºs 2330, 2406 et 2474. In ms. lat. Bibl. nat. Paris. 5494, p. 121, invenitur etiam, quod magistri pro responsionibus in aula, etc., a bedello receperint. Ibi enim ad an. 1431, Februarii, scribitur : « Solvi pro prima responsione in aula magistri nostri mag. Nicolai de Roseriis magistro Guillelmo de Bovilla unum parvum angelum, valoris xiiij sol., viij den. — Item magistro Girardo Gourron totidem, et solvi pro magistro Nicolao de Campello Ord. frat. Min., qui eam debebat facere. — Nota quod ego solvi magistro Johanni le Moutardier v sol. paris. pro magistro Nicolao de Campello, non obstante quod dictus le Moutardier non erat presens, quia ipse fecerat fieri per alios magistros responsiones in aula domini episcopi, quando magister Nicolaus de Campello fuit magister. »
5. Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494.
6. Ms. lat. 5657ᶜ.
7. Ms. lat. 5657ᵃ. Vid. quoad hos tres codices infra p. XXXIV.

promptu erant, at utriusque baccalareis enumerandis abstinuimus, cum codices dicti « Memorialia » fac. decretorum et « Commentarii » fac. medicinae ab aliis in extenso vulganda sint.

IV

Jam diximus copiam documentorum, non modo eventuum, difficultates huic parando volumini acervavisse. Quod si quis cum Bulaeo vel Carolo Jourdain comparaverit, super iisdem annis messem uberiorem agnoscet, quanquam neque schismati rebusve ecclesiasticis neque Collegiis saecularibus locum dedimus. Bulaeo imprimis magis in animo fuit contentiones in ecclesia quam res Universitatis colligere. Quamvis autem tam multa hic cumulaverimus, documentis plurimis abstinendum fuit, ut chartae parceremus. Nam si omnia documenta, in quibus supposita Universitatis nominantur, vel per summaria, afferre voluissemus, volumen geminum evasisset, parum scientiae profuturum. Sic in Regestis curiae Parlamenti Paris. leguntur innumerae lites inter supposita Universitatis atque alios, praesertim propter beneficia similiaque[1].

Parte alia collectio Archivi Nat. Z[1a] 1 etc. (*Aides*) contentiones continet de impositionibus vini vel frumenti quas saepius Universitatis membra detrectabant. Exempla tantum satis gravia attulimus[2]. Praeterea in eodem Archivo quaedam minutae servantur quas omittere censuimus cum provisiones suppositorum aliunde ignotorum respiciant, aliquando ne nomen quidem personae exprimatur, et nihil cui tempori inserendae sint indicet; itaque eas vel omnino omittimus vel in finem voluminis V rejicimus, velut etiam additiones ad priora volumina quas reperimus vel reperiemus.

Idem de Archivo Vaticano dicendum. Ibi supplicationes nomine Universitatis ad papam missae nihil aliud quam provisiones privatorum suppositorum respiciunt : privilegia, exemptiones aliaque hujusmodi. Rursus litterae pontificales suppositis Universitatis missae, praesertim post Johannis XXIII tempus, iis largiuntur facultatem fruendi beneficiis concessis antea in ro-

1. Ut exempla notemus, X[1a] 42, fol. 143[b] (mag. Gaufridus Bertrandi); 48, fol. 347[b] (Rolandus Belierii, presb., mag. leprosarie de Lusarchiis, schol. Paris.); 53, fol. 428 (Dionysius Potini, presb., schol. Paris.); 54, fol. 57 (Guill. Labbé, bac. decr.); 58, fol. 262; 60, fol. 433 (Petrus Cauchon, lic. decr.); fol. 318[b] (Matheus de Monderiis, bac. decr.); fol. 247 (Nicolaus Gehe, lic. leg., et Hugo Bonisolacii junior, schol. decr.); 1478, fol. 140[b], ad an. 1403 Januar. 16 (inter episc. Constant. ac mag. Hugonem ex una, et capitulum Constant. et mag. Ursinum Talevande ex altera parte); 4786, fol. 7 (Universitas contra Petrum d'Orgemont, episc. Paris.); 4789, fol. 84 (Universitas et fr. Richart Bouret adversus Cardinalem de Flisco, propter prioratum d'Aufay); fol. 237[b] (Universitas et mag. Joh. Chuffart adversus mag. G. Matrelin et Colinum Adam, ad an. 1412, Martii 10); 4794, fol. 146[b] (Joh. le Damoisel, de Provino oriundus, mag. art., bac. in utr. jure); fol. 170 (Universitas et mag. Joh. le Boulengier); — JJ. 156, n° 102 (Guil. Germain, presb., stud.); 157, n° 290 (Guill. Colini). Sic etiam mentionem non fecimus magistrorum apud *Nicolas de Baye*, ed. TUETEY, I, 139 et 200 citatorum.

2. Innumerae sunt allegationes : Z[1a] 1, fol. 189; n° 3. In eo regesto multae vini venditiones occurrunt, ex. gr. fol. 28, 41[b], 45[b], 47, 96, etc.; sic etiam in n° 4, cujus fol. 236 citandus (in quo ad an. 1409 tabernae « de la Huche » et « de l'espée au Lendit » nominantur); atque in n° 5, fol. 6, 11, 32[b], etc.; in n° 6, fol. 1, 7, 27[b], etc. (quod regestum talibus abundat; imprimis bedellis particularibus qui privilegiis bedellis facultatum concessis uti praetendebant). Sequentia regesta enumerare abstinemus.

tulis totius Universitatis. Parvi momenti sunt, et cavendum ne titulo decipiamur, cum tales nugae inscribantur : « declaratio pro Universitate studii Parisiensis », quemadmodum intitulatur noster n^us^ 2409 in folio liminari Regesti Vaticani. Talibus usi sumus, quantum potuimus, in notis; aliorum jam per summaria redactorum jacturam fecimus.

Parcos etiam in documentis admissis nos gessimus, rationem in vol. III initam secuti, sed in brevius contrahendo, ita tamen ut lectori ad fontem recurrere supervacaneum esset. Textus jam haud semel vulgatos compendiose retulimus, nisi omnino necessarii essent ad historiam Universitatis, quo casu eos ex fonte edidimus. Processum Johannis Parvi in angustum deduximus, quem si quis in extenso dare vellet, quinti operum Johannis Gerson voluminis nova editio paranda esset; quod minime ad editores *Chartularii Universitatis* pertinet; ex eo processu quicquid utile visum est attulimus, atque nomina personarum in editione ab El. Dupin adulterata incomprehensibiliaque restituimus.

Causam Johannae d'Arc integram nemo e *Chartulario* exspectabit; satis sit quid egerint Universitatis supposita et quae fuerint praecipua lucidius quam hactenus ostendisse.

E Libro procuratorum nationis Anglicanae, vere chronico rerum Universitatis quantum ad quaedam tempora, ut jam diximus, summaria traximus, si quando necesse visum est, ne filum actorum in Universitate rumperetur. Caeterum *Auctarium* simul cum *Chartulario* semper versandum est, altero alterum complente. Similiter e Libro procuratorum nationis Gallicanae pauca, inter annos in eo servatos, edidimus.

In edendis textibus, quos elegimus, quot labores superandi essent ii tantum intellegent qui similia opera aggressi sunt. In Arch. Nat. Paris. M 65-66 supersunt minutae, plerumque chartaceae, quae fere 400 epistolas Universitatis, vix tertia parte excepta ad hoc volumen pertinentes, praebent. Quas Bulaeus tacuit vel despexit, Carolus Jourdain ignoravit, nemo patefecit. Scriptura saepe horrida, papyrus fluit, denique lacunae, scissurae, verborum mutationes ac trajectiones in marginibus seu inter lineas sudorem lectoris excitant. Aliud ac majus difficultatis genus ex eo nascitur quod fere omnes minutae quo tempore conscriptae sint haud notatum invenitur. Si quando tempus facile assignabatur propter eventus ibi memoratos, multo saepius vana manebat indagatio quia res expositae nimis generales erant; sic ex. gr. n^um^ 1894 (an. 1410) fortasse erit qui anno 1432 attribuat cum toties Universitas duci Burgundiae scripserit; attamen putavimus, dum Angli dominarentur, non adeo Universitatem ducem Burgundiae supra caeteros *sanguinis Franciae principes* laudibus extulisse. Et sic de perpaucis aliis.

In nominibus personarum restituendis quam sudaverimus quilibet videbit. Nomina enim jam in codicibus corrupta (quia saeculo XV fere ambiguis elementis in cursiva utebantur), aliquoties falsis praenominibus vel menticia Ordinis religiosi significatione adjecta, in magnas Collectiones irruerunt. Laudandus J. Haller qui in Basileensi Concilio multa nomina reformavit.

Nomina propria ultra 4600 hoc volumen affert, non omnia tamen. Namque desiderantur in facultate artium catalogi et in facultatibus superioribus etiam scholares, nisi a rotulis Vaticanis nomina patefacta fuerint. Praeterea magistri in theologia et in jure canonico, imprimis ante an. 1422, non pauci desunt[1], cum documenta proprie ad Universitatem pertinentia deficiant.

V

Quamvis in hoc volumine tam in textu quam in notis ad illustrandam historiam personarum celebrium multa nova attulerimus, quorum partem maximam praebuerunt quadringenta Regesta Vaticana in-folio Supplicationum Martino V, Eugenio IV, Nicolao V factarum, quaedam tamen restant quae *Introductioni* reservavimus. Scilicet de nonnullis claris Universitatis viris nova indicia afferre vel opiniones temere admissas emendare tentabimus.

1. *Quale Monsterolium assignandum sit Johanni de Monsterolio.*

Hactenus ignoratum est e quo Monsterolio (quot loca sic nuncupata!) nominatus sit Johannes ille vir qui ad Paris. Univ. etiam pertinet. La Croix du Maine[2] et Paquot[3] pronuntiaverunt Monsterolii, in oppido Morinorum ad mare sito, sed jam Antonius Thomas[4] talem sententiam nullo argumento fulciri ratus, prudentius existimat inter tot oppida judicio abstinere. Nunc prosit supplicatio a Martino V signata an. 1420, tertiodecimo Kal. Jun. (Maii 20), in qua citatur « Johannes de Monsterolio alias Johannis Ade de Baudribosco[5] », unde patet nostrum fuisse filium Johannis Adae de Baudribosco. Sic etiam levatur miratio Antonii Thomas[6] cur Christina Pisana eumdem vocaret « Jehan Johannes[7] », nomine patris nomini filii adjuncto, ut communiter tunc fiebat. Cum autem pater e Baudribosco in Caleto[8] fuerit, admittendum est Johannem nostrum nomen traxisse e Monsterolio in Caleto (gallice *Montreuil-en-Caux*).

2. *De legatione Alani Chartier in Germaniam.*

Quo anno legatus fuerit ad Sigismundum in Germaniam celeber Alanus Quadrigarii, tam patriae devotus, scriptores historici dissentiunt, cum Vallet de Viriville[9] circa an. 1419,

1. Quidam magistri notati sunt, v. g. in *Paris et ses historiens*, ed. Le Roux de Lincy et Tisserand, p. 381 sqq.
2. *Bibliothèque françoise*, I, 555.
3. *Histoire littéraire des Pays-Bas*, IX, 150.
4. *De Johannis de Monsterolio vita et operibus* (Paris, 1883), p. 3.
5. Martinus Pinardi narrat se dudum « diversos ecclesie Rothomagensis et per diversorum, videlicet quondam G. de Venthadoro, *Jo. de Monsterolio alias Johannis Ade de Baudribosco*, etc., ecclesie predicte canonicorum prebendatorum extra curiam predictam defunctorum obitus, vacantes successive canonicatus et prebendas acceptasse » (*Suppl.* nº 137, fol. 261ᵇ). Joh. de Monsterolio revera etiam canonicus Rotomagens. fuit. Vid. Thomas, p. 7.
6. *L. c.*, p. 4.
7. Bibl. nat., ms. français 604, fol. 112ᵇ, 113ᵇ.
8. Baudribosc, canton de Doudeville, commune de Berville-en-Caux (Seine-Inférieure).
9. *Biographie générale*, X, p. 23.

DELAUNAY[1] 1423-1424, DE BEAUCOURT[2] inter annos 1423-1426, idem deinde[3] an. 1424 proposuerint. Nos adjuvat supplicatio a Martino V signata an. 1425, Julii 5, in qua, Carolo VII loquente, « Alanus, ambaxiator ad principem Sigismundum destinatus, agit presentialiter in remotis » et ante annum non sperat se reversurum[4]. Ex eodem documento probatur Alanum magistrum in artibus solum fuisse, saltem tunc temporis, minime doctorem in decretis[5].

3. *Num Johannes Chuffart opus dictum* Journal d'un bourgeois de Paris *scripserit.*

Quantum conferat ad historiam civitatis Parisiensis in priore saeculi XV parte narratio dicta *Journal d'un bourgeois de Paris* nemo nescit. Quod optime illustravit Alexander TUETEY et nova editione doctissimis notis referta pretium operis multum adauxit. Minime mirandum quod is auctorem investigaverit. Conjecturis antiquis abjectis ipse scriptorem non alium esse quam Johannem Chuffart, cancellarium Universitatis Paris., probare (p. XVI-XLIV) conatus est. At prudenter opus anonymum edidit neque nomen Chuffardi titulo editionis inscripsit, nedum in mendum illorum caderet qui inscriptionem temere mutant, quemadmodum (ut uno exemplo utamur) Karolus Schmidt[6] famosum ac fabulosum « Amicum Dei » sub nomine haeretici Nicolai Basileensis vulgavit, ita ut, post errorem nominis patefactum, Nicolaus falsus utique citandus sit. Prudentiam Alexandri TUETEY jam non omnes secuti sunt[7].

Quamvis thesim a TUETEY positam documentis diruere non possemus, nihilominus argumenta ab ipso inventa minime valida, immo infirma, remanent, utpote nimis vaga ac generalia. Cuique articulo illius thesis aliquid opponi facile potest. Paucis tantum quaestionem agitare in animo habemus. TUETEY auctorem diarii Parisiensis fuisse e clero Nostrae Dominae, factionem Anglo-Burgundam fovisse, deinde ad partem regis Franciae transgressum esse, fuisse

1. *Etude sur Alain Chartier*, 1876, p. 80.

2. *Mémoires de la Soc. des antiquaires de Normandie*, t XXVIII, p. 17.

3. *Histoire de Charles VII*, t. II, p. 345.

4. Suppl. Mart. V, n° 181, fol. 243b. « Supplicat S. V. dev. vester fil. Karolus Francorum rex christianissimus, quatinus sibi in personam dil. familiaris et secretarii sui ordinarii Alani Chartier, rectoris parroch. ecclesie S. Lamberti de Levatis, Andegavens. dioc., magistri in artibus, specialem gratiam facientes eidem Alano, qui pro certis ejusdem regis peragendis negociis ad serenissimum principem Sigismundum Romanorum regem augustum ambaxiator seu nuncius destinatus clericalique caractere dumtaxat insignitus existit, ut ratione dicte ecclesie, infra cujus adepte possessionis pacifice annum adhuc existit, ad aliquem ex aliis etiam sacris ordinibus minime hinc unum annum a data presentium computandum promoveri teneatur nec ad id a quoquam invitus valeat coartari, dispensare misericorditer dignemini de gratia speciali, cum idem Alanus agat presentialiter in remotis, nec spes ulla sibi maneat ante annum hujusmodi posse commissa exsequi... Fiat. O. Dat. Rome apud Sanctos Apostolos quarto non. Julii, anno octavo. » Hoc documentum probat insuper, Alanum ad sacros ordines promoveri debuisse Caeterum notamus. Alani mentionem non fieri in *Deutsche Reichtagsakten*, ed KERLER, tom. VIII et IX.

5. Ut v g. in Bibl. nat. Paris , ms. franç 24440 (olim S. Victor. 394), fol. 231 : « maistre Alain Chartyer, en son vivant docteur en decret et secretaire du roy ».

6. *Nikolaus von Basel Leben und ausgewahlte Schriften*. Wien, 1866.

7. Ex. gr. Marcel FOURNIER in *La faculté de décret de Paris*, p 225, 231; AYROLES, *La Pucelle devant l'église*, etc (Paris, 1890), p. 182 sq., *La Libératrice* (Paris, 1897), p. 513 sqq. Cautior DE BEAUCOURT, quanquam conjecturam Tuetey approbat (*Hist. de Charles VII*, t. I, p. LVII), titulo *Journal*, etc., utitur, et sic caeteri

e clero S. Opportunae, S. Germani Autissiodorensis, S. Laurentii, S. Eustachii atque S. Marcelli probare nititur, cum sciat Chuffart canonicatus in Nostra Domina et reliquis ecclesiis supradictis obtinuisse et partes Anglorum, deinde regis Franciae amplexum esse. Quae quidem argumenta auctorem esse Chuffart aliqualiter confirmarent, si jam ex certo fonte ambos unum esse ratum haberemus, minime autem convincunt. Quot enim Parisienses de iisdem rebus scribere potuerunt? Quot Parisienses dominatu mutato animum mutaverunt? Caeterum ad ostendendum quam faciem habeant generatim argumenta proposita, sequentia sufficiant. Loca TUETEY quamplura profert, in quibus auctor diarii quae in ecclesia Capituloque cathedrali Parisiens. evenerint narrat, ut probet illum clero Nostrae Dominae conjunctum fuisse; at id oblivisci videtur : civitatis Paris. diarium, non generalem historiam Franciae, auctor condidit, et Medio aevo in civitate qualibet ecclesia cathedralis cum Capitulo res primi ordinis habita est, maxime pro clerico (sicut sane fuit auctor diarii), quemadmodum in ruribus « ecclesia matrix ». Episcoporum electiones, praesertim difficultatibus magnis peractae, processiones, sacrae caerimoniae, etc., cunctis civibus curae erant, unde auctori diarii, tam curioso de caeteris, eae quoque describendae fuerunt. Sed si talia fuse depinguntur, nihil omnino pro Chuffart pervincunt. Et sic de receptis in ecclesia cathedrali regibus, et sic de aliis. TUETEY arripit narrationem pulchrae praedicationis an. 1449 in Innocentium ecclesia factae et magnae processionis, addens : « et l'on nous dira si la personnalité du chanoine de Sainte-Opportune et de Notre-Dame (scil. Johannis Chuffart) ne semble pas s'y révéler à tous les yeux ». At ea processio adeo celebris fuit ut alii auctores, qui non scripserunt *Journal de Paris*, sicuti Johannes Chartier[1], ampliori ejusdem processionis descriptioni quam auctor diarii indulserint. Num liquet praeterea, clero S. Opportunae addictum fuisse diarii auctorem (cujus ecclesiae Chuffart 18 annos canonicus fuit), qui nunquam de illa ecclesia mentionem injiciat? Si de ecclesia coemeterioque Innocentium saepe loquitur, ne miremur, cum coemeterium fuerit maximum Parisiis[2], atque Parisienses illam ecclesiam magna devotione coluerint[3]. Caeterum etiam de illa non optime monitus erat auctor diarii, cum errores admittat. P. 280 scribit ecclesiam an. 1446, Febr. 24, dedicatam esse, quae revera Febr. 22 dedicata est sub invocatione SS. Innocentium et S. Petri[4]; et eadem die Febr. 22 fuit festum cathedrae S. Petri. Certissima est illa dies dedicationis ex certis documentis[5].

Sicut in praecedentibus jam in animo TUETEY causam praejudicatam habet, sic et multo magis in aliis argumentis. Quo textu fulcitur assertio auctorem diarii fuisse ambitiosum? Utique hoc notum est de Johanne Chuffart; sed TUETEY quaerebat exinde fulcimentum in

1. *Chron.*, ed VALLET DE VIRIVILLE, II, p. 200.
2. Vid. *Journal*, p. 116.
3. DENIFLE, *La désolation des églises en France*, nº 972, et p. 474, not. 1.
4 Vid. JAILLOT, *Quartier des Halles*, p 15.
5. *Auctar* , II, 641, 39 sqq.; Arch. nat., X1a 4800, in *Chartul.*, IV, 667; *Gall. christ.*, VII, 148

auctore diarii, illudque detectum opinatus est in oppositione auctoris contra omne regimen. Sed merito atque optimo jure ex eo quilibet alius omnino contrarium probare posset, scilicet auctorem diarii fuisse virum suae spontis ac liberum, minime ambitiosum. Quibus textibus etiam fulciuntur assertiones, auctorem diarii iter fecisse ad Meldensem obsidionem (ubi revera fuit Chuffart); auctorem fuisse excelsam personam Universitatis (cujus Chuffart cancellarius fuit); auctorem fuisse unum e clericis domui Isabellae Bavarae adjunctis (cujus Chuffart fuit cancellarius)? Auctor diarii de his nihil. Regem Angliae Meldis morari Parisienses non ignorabant, cum rex et regina inter alia litteras ex ea civitate Universitati misissent[1], et Capitulum Parisiense legatos eo destinavisset. De obsidione et expugnatione Meldens. omnes aequales loquuntur, et narratio auctoris diarii, quae corda legentium movet, nullo pacto auctorem praesentem ibi fuisse evincit. Sic, exempli gratia, Robertus Blondel[2] vivis coloribus incendium Milliaci a Johanne Fitz-Alain comite de Arundel jussum depingit; ipsum « tecturam plumbi in guttis ardentibus resolutam miserrimos compluentem, et campanarum metallum super eos liquescens » vidisse credideris; qui tamen non testis, sed ex aliorum relatione conscripsit, cum referat unam solam mulierem cum lactente puero ex hac calamitate superfuisse. Deinde quonam fundamento admittamus auctorem excelsum in Universitate locum tenuisse? Certe ex Universitate fuit, cum ipse p. 381 et p. 385 hoc indicet, sed nullibi se excelsam fuisse personam suggerit; immo sententia quam eligit Tuetey potius evinceret auctorem non eminentia munera, minus etiam cancellariam, exercuisse. Ait enim : « Item en celui an. (1446)[3], vint ung jeune homme... il a disputé à nous au Collège de Navarre, qui estions plus de cinquante de plus parfaiz clercs de l'Université de Paris et plus de III mil autres clercs », significans ibi plus quam 50 magistros et 3000 scholares congregatos. Unde, maximum quod concedere quis possit, auctor unus ex illis 50 magistris existimandus. At infauste errat, quando adventum Fernandi Cordubensis ponit ad annum quo jamdiu juvenis Hispanus abierat, scil. an. 1445, Dec. 14; etiam ignorare videtur Fernandum detentum fuisse ab Universitate donec promissa impleret, id est se disputaturum coram tota Universitate, denique non promissis satisfecisse, sed causas inanes ad se excusandum praetexisse. Ea omnia, quae nunc lucescunt ex *Auctario*[4], cancellarius Universitatis sine dubio cognoscebat[5]. E contra auctor diarii a juvene Hispano stupefactus fuit, et divagationibus super Antechristo indulget,

1. *Chartul.*, nº 2190.

2. *Œuvres*, éd. Héron, p. 207 sq.

3. Hunc annum adventui juvenis Hispani assignatum esse ab auctore diarii Tuetey indicat, p. 381, n. 1, addendo id, secundum alios fontes quibus non omnimodam fidem adhibet (« s'il faut ajouter foi aux sources indiquées par Vallet de Viriville »), an. 1445 circa Adventum evenisse. Hodie nullum dubium superest.

4. II, 632, 16; 633; 635, 3-12, et not.

5. Non semel auctor diarii res Universitatis tanquam persona haud actuosa, sed ex rumore refert. Sic causas cur rector Universitatis an. 1418 prehensus esset falsissimas narrat; in quo insistere nolumus cum Tuetey ipse errorem, p. 85, n. 3, emendarit.

unde putaveris eum potius theologum quam doctorem in jure, sicut fuit Chuffart. Caeterum, nostra quidem sententia, si auctor fuisset cancellarius Universitatis, multo plura relatu digna ex Universitate, imprimis vehementes tumultus tempore Concilii Basileensis in ea concitatos, respexisset. At nihil tale. Res Universitatis vulgo narrat auctor quas aliquis extraneus scribere potuisset, et revera v. g. a MONSTRELET plerumque scriptae sunt, ne loquamur de Religioso S. Dionysii, qui quoad Universitatem ante an. 1422 vere uber est. Quoad disputationes Parisiacas tempore Basileensis Concilii agitatas, magis prodest parvum diarium a MAUPOINT exaratum.

Denique non minus levi arena fulcitur argumentum quo auctor fuisset unus e clericis in domo Isabellae habitantibus; nam quae excerpit TUETEY (p. XXX), scriptor quilibet Parisiensis coloris amans depingere potuit. In his omnibus videmus potius *petitionem principii*.

Spatium deficiat, si in minutas res descendere vellemus, quod supervacaneum est; nam semper idem responsum in promptu foret. TUETEY nobis videtur oblitus esse auctorem diarii Paris. curiositati succubuisse qua praestant qui diaria moderna componunt. Nunc diaria narrant quae in aulis regiis, in domibus privatis, in viis fiunt, adeo ut quis putet scriptores muneribus fungi apud principes, etc., cum tamen plerique omnia ex relatione depingant; eo tantum caeteris praestant quod alacriores importunioresque se ostendunt. Caeterum, si ad probandum auctorem valet mentio facta ecclesiarum Parisiensium, etiam aliquid valebit de iisdem silentium. Ab anno 1442 Chuffart rector erat ecclesiae parochialis S. Laurentii extra muros Paris. et parochianos suos magnae curae habebat, qui ut absolverentur, saltem bis Romam supplicationes misit[1]. Si *Journal* percurrimus, de ecclesia non ultra an. 1429 mentionem factam invenimus. Gravius est quod supra de ecclesia S. Opportunae observavimus. Et sic de caeteris ecclesiis, in quibus Joh. Chuffart beneficium vel canonicatum possidebat, quarum tamen TUETEY non meminit, quia nullum in diario vestigium. Ita an. 1419 Chuffart, jam canonicus Belvacensis, canonicatum et praebendam Tornacens. necnon archidiaconatum Gandens. recepit[2]. An. 1421 capellaniam perpetuam ad altare S. Ludovici in parochiali ecclesia de Savigniaco Templi, Senonensis dioec., petit, « non obstantibus canonicatibus Parisiens. et Tornacens., et paroch. ecclesia S. Germani de Castris [hodie Arpajon] Paris. dioec., quodque de archidiaconatu in ecclesia Tornacens. litigat et in certis canonicatu et praebenda in Belvacens. ecclesia jus habere praetendit »[3]. Summa fructuum ad 200 flor. auri ascendebat. An. 1436, Sept., ecclesia paroch. de Doinvilla Rotomagens. dioec. auctoritate ordinaria jam provisus erat[4]. An. 1441, Maii 20, sexagenarius, senio confractus, « gravique infirmitate detentus »,

1. An. 1443 et 1445 in Suppl. Eugen. IV, nis 385, fol. 190b; 399, fol. 163b.
2. Reg. Lat. Mart. V, no 201, fol. 84.
3. Suppl. Mart. V, no 150, fol. 175b.
4. Suppl. Eugen. IV, no 320, fol. 85.

archidiaconatum Silvanectens., cui deservire non potest, et cujus fructus 100 libr. tur., resignat, sibi pensione annua 50 scut. auri de cugno regis Franciae reservata[1].

Postremo si auctor diarii solum de illis ecclesiis Parisiens., quae cum Joh. Chuffart congruunt, loqueretur, argumentum fortasse pluris valeret. Ast auctor non minus de aliis Paris. ecclesiis et circumvicinis memorabilia affert, v. g. S. Johannis in Gravia, S. Mederici, S. Martini de Campis, eccl. Augustinorum, S. Dionysii, etc.

Sed quae nos magis quam praecedentia movent ne thesi illi subscribamus, breviter in sequentibus exponemus. Johannes Chuffart, et hoc neque TUETEY neque alius unquam animadvertit, saepius ac diutius a civitate Parisiensi et a regno Franciae abfuit quam ut diarium Parisiense tam diligenter conscriberet. Absentias enumeramus, at minime certi sumus omnes detexisse. Primo, quantum scimus, abfuit a Parisiis per octo minimum menses an. 1419, a Februario vel Martio, in curia Romana degens[2]; nihilominus in *Journal*, p. 121 sqq., res hujus temporis Parisiis peractae accurate narratae sunt; 2°, an. 1428 quinque menses in curia Romana consumpsit[3], ac mirum quod nihil auctor diarii de Italia vel curia afferat, cum tamen, juxta TUETEY, nos semper optime informet de locis quibus Chuffart vinculo quodam jungebatur; 3°, an. 1429, Paris. urbe relicta Tornacum petiit[4]; 4° et 5°, an. 1436 bis absens fuit, prius (April. 27-Jun. 1) cum deputatis civitatis Parisiens., apud regem Carolum VII[5], deinde (a Dec. 5 usque ad. 1437, circ. Febr. 15 vel 19) in Picardia in societate constabularii Arthuris de Richemont et cancellarii Franciae archiepiscopi Remensis[6]. Ast auctor diarii altum silentium tenet de legatione civitatis Paris. Universitatisque ad regem; et, quantum ad alteram legationem, Parisios an. 1436, Nov. 23, advenisse constabularium et archiepisc. Remensem notat, non autem an iidem abierint, quod plane Chuffart interest; unde quis crediderit ambos Parisiis remansisse; 6°, an 1438 legatus Universitatis ad regem et Concilium Biturigis fuit[7]; auctor diarii de talibus non curat, vituperat autem regem quod Franciam neglegat nec Parisios

1. Ibid., n° 366, fol. 210 : « B. P. Cum dev. vester Johannes Chuffart, decr. doctor ac devotissimi V. S. et ecclesie filii Caroli Francorum regis consiliarius, archidiaconatum ecclesie Silvanectens. obtinens, in sexagesimo sue etatis anno vel circa constitutus, adeo senio confractus gravique infirmitate detentus existat, quod dicto archidiaconatui deservire nec ipsius curam debite exercere valeret », etc.

2. Vid. *Chartul.*, IV, n° 2141, et not. 1.

3. Ibid. n° 2238.

4. De hoc in *Mémoires de la Soc. histor. et littéraire de Tournai* (1863), VIII, p. 355-356. Tornaci fuit saltem mense Novembris, et appellatur « officier de la reine d'Angleterre », qui sine salvoconductu ausus est venire, quamvis Anglis juramentum praestiterit. Officialis aliique Johannem Chuffart purgare nisi sunt, « en alléguant qu'il n'est pas au service des Anglais, et qu'il n'est venu par deçà que pour toucher les assignations faites par le duc de Bourgogne en faveur de la reine et de madame Marie de France, afin de leur permettre d'acheter de fourrures de gris et de menu vair ». Johanni Chuffart, qui erat in carcerem conjectus, cives libertatem donarunt, si usque ad Jun. 24 se praesentaret. Sed Febr. 7 tempus prorogatum est ad Decemb. 25 an. 1430, et summa 1500 coron. auri, a patre ejusdem satisdanda, reducebatur ad 500.

5. Arch. nat. Paris., LL 114, p. 208 et 215.

6. Ibid., p. 267, 278.

7. Vid. *Chartul.*, n° 2522.

adeat et « se tenoit tousjours en Berri par les mauvais conseils qu'il avoit[1] » ; 7°, an. 1445 cum iterum in Picardia staret, nomen ejus deest inter canonicos Nostrae Dominae ab Octob. 13 ad Dec. 1[2]; 8°, an. 1446 abfuit etiam a Sept. 28 ad Nov. 15, frustraque nomen ejus quaesieris inter canonicos[3].

Ex iis tres absentiae an. 1436 et 1438 imprimis notandae. Chuffart ad Carolum VII, urbe Paris. reducta, statim missus est salutaturus obedientiamque professurus, et deinde ad Concilium Bituricense; idem mense Decembre 1436 cum constabulario, cui debetur reductio civitatis Parisiens., et cancellario fidelibus Carolo conversatur. Auctor diarii contra ad an. 1436, Septemb., scribit : « Oncques puis l'entrée de Paris nulz des cappitaines françoys ne fist quelque bien... senon rober et pillier par nuyt et par jour[4] » ; et de rege : « En celuy temps n'estoit nouvelle du roy nullement, ne que se il fust à Romme ou en Jherusalem »[5].

Alia difficultas e nostro n° 2597 (p. 659) oritur. Rapiout advocatus in Parlamento exponit e munere scribae conservatoris privilegiorum Universitatis Chuffart revocatum esse a Petro Cauchon, episc. Belvacensi, conservatore privilegiorum, qui diffidebat de adhaesione ejus sincera parti suae proindeque eum suspicabatur. Quaenam vero suspicio in mente Cauchonis nasci potuisset de auctore diarii qui, ut constat, Armagniacorum et Caroli parti praesertim an. 1423-24 adversabatur?

Nec moveamur quod Chuffart, partem Anglorum ingressus, iis sponte juramentum praestiterit. Causam enim hujus inconstantiae idem documentum subjicit : « ad altiora » Chuffart tendebat, cancellarius reginae Isabellae fieri cupiens. Ingenium ejus his appetitionibus patefit. Primatum amat, ut suspicatur Gerardus Macheti[6]. Beneficiorum honorumque avidus, se Anglis jurejurando obstrinxit, velut antea et postea legitimo regi Franciae. Revera minime Anglus fuit, et defensores ejus Tornaci an. 1429 jure opposuerunt, eum non esse in servitio Anglorum[7]; utique tamen servivit Burgundo, sicut pars in Universitate dominans, ac mobilis animi vir fuit; itaque an. 1436 optime potuit eligi ut cum aliis ambassiatoribus civitatis Paris. regem Carolum adiret eique obsequium offerret. Verum est etiam auctorem diarii eo tempore parti Anglorum non favisse, sed quisnam dicet illum unquam conjunctum fuisse cum Carolo, dum regem ac regimen, ut vidimus, libere vituperet? Hoc penitus differunt auctor diarii atque Chuffart, qui an. 1441 se nominat regis consiliarium[8], quod frustra quidam negaverunt. Regimini cuilibet imposito Chuffart cautus adhaeret, auctor diarii censor adversatur. Anno 1441 gravi

1. *Journal*, p. 341 sq.
2. Vid. *Memorialia fac. decret.* post fol. 221. Arch. nat. Paris., LL 116, p. 85-100.
3. LL 116, p. 216-237.
4. *Journal*, p. 327.
5. Ibid. Quantum ad an. 1438 vid. quae jam notavimus.
6. Epp. in Bibl. nat., ms. lat. 8577, fol. 64. Infra n° 2550, not.
7. Vid. supra p. xviii, not. 4.
8. Vid. supra p. xviii, not. 1.

infirmitate Chuffart detentus erat[1], ut ipse dicit, et senio confractus, ita ut non solum archidiaconatum Silvanectensem, cui jam deservire nequibat, abdicaverit, sed etiam in animo habuerit cancellariae Parisiensi renuntiare[2], quamvis postea, fortasse salute instaurata, eam retinuerit. Ex auctore diarii, qui tunc optima valetudine frui videtur, tempus illud describente nihil simile eruere possis, immo ut alias Carolum VII ejusque consiliarios persequitur[3].

Equidem minime nobis prodesset Johannem Chuffart dicto diario orbare; econtrario huic festivo capiti quoddam opus tribuere contenti essemus; at hucusque, sententia nostra, narratio *Journal d'un bourgeois* alii non peregrino, non Picardo, sed cuidam Parisiensi civi utique clerico, qui vix a Parisiis absens fuit, relinquenda. Quisnam vero sit auctor, conjecturam novam afferre nolumus, cum nobis videatur illud diarium, velut historia Religiosi S. Dionysii, pauciora indicia in textu suo continere, quam ut affirmatio decretoria pronuntietur.

4. *Num fuerit cardinalis Guillelmus de Estoutevilla monachus Cluniacensis et octogenarius vita functus.*

Vincula quibus cardinalis ille cum Universitate Paris. junctus est et rehabilitatio Johannae d'Arc ab eo an. 1452 incepta nos impulerunt ut vitam illius magis perscrutaremur[4]. De quo varii errores propagati sunt. Fere tria saecula fluxerunt ex quo cardinalis nuncupatur monachus Cluniacensis et quidem in prioratu S. Martini de Campis, in quo postea prior claustralis dicitur fuisse, decretorum doctor, ac demum cardinalis. Primus, quantum scimus, hoc asseruit Ciaconius[5]. Nominat autem Guillelmum « decret. doctorem, monachum et priorem S. Martini de Campis Paris. ». M. Marrier[6] an. 1606 ad an. 1473 solum affert card. Guillelmum « de Touteville » ut priorem commendatarium, nec tunc ei alium locum in *Catalogo priorum*[7] S. Martini de Campis assignat, neque eum monachum efficit. Interim ad ejus oculos advenit opus Ciaconii, et in praefatione[8] ad *Bibliothecam Cluniacensem* an. 1614, et postea in suo libro *Monasterii regalis S. Martini de Campis Paris. historia*[9], approbat exscribitque verba Ciaconii. Tum alter alteri errandi auctor fuit. Eam opinionem inter alios secuti sunt Frizon[10], Ughelli[11], Thomas

1. Vid. ibid.
2 Vid. *Chartul.*, IV, nº 2550
3. « Ainsi estoit ce roy Charles le VIIme gouverné, voire pis que je ne dy, car ilz le tenoient comme on fait ung enfent en tutelle » (p. 362).
4. Ne quis inutili indagationi indulgeat, monemus nihil de Guillelmo de Estoutevilla inveniri in *Recueil de titres de la maison d'Estouteville*, 1741, in-4º (Bibl. nat. Lm3, 354).
5. *Vitae et res gestae summ. pontificum et cardinal.*, Romae 1601-1602 Onuphrius Panvinius, *Epitome pontificum Rom.* (Venetiis, 1557), p. 342 nondum de monachatu Guillelmi loquitur.
6. *Martiniana* (Parisiis, 1606), fol 45.
7. Qui incipit ibid., fol. 44.
8. Praefationi numeri paginarum desunt.
9. Parisiis (1636), p. 255.
10. *Gallia purpurata* (Parisiis, 1638), p. 485.
11. *Italia sacra* (Romae, 1643), t. I; ed. 2a (Venetiis, 1717), I, col. 76. Ibi vocatur prior S. Martini « in Pratis » Parisiens.

Le Roy[1], Bucelinus[2], du Monstier[3], Pommeraye[4], *Gallia christiana*[5], Roux de la Borie[6], etc. Pauci tantum dubium conceperunt, inter quos Dom J. Huynes[7], et editor ejusdem Carolus Beaurepaire[8], qui omnino affirmat Guillelmum fuisse presbyterum saecularem. Sed moderni antiquos exscripserunt. Sic, ut aliquos nominemus, Moroni[9], J. Quicherat[10], Vallet de Viriville[11], U. Chevalier[12], de Beaucourt[13], Ayroles et Balme[14]. An. 1627, iterumque an. 1865, nova inscriptione in eccl. S. Augustini Romae insculpta falsa opinio perpetuata est[15].

At Guillelmus de Estoutevilla minime monachus Cluniacensis fuit neque alicui Ordini adscriptus; quod Marrier imprimis persuasum habere potuit, nam quibusdam paginis post allatam Ciaconii opinionem, in lucem dedit[16] e codice etiam nunc conservato[17] documentum anno 1500 (1501), i. e. 17-18 annis post defunctum cardinalem, in monasterio S. Martini Paris. confectum, in quo scribitur : « monasterium S. Martini per spatium centum annorum et amplius per *seculares* rectum fuerat, administratum et gubernatum, videlicet per dominos cardinales Laudunensem, *Rothomagensem*, Lugdunensem, patriarcham Antiochenum, et episcopum Nannetensem, etc. » Is *saecularis* administrator card. Rotomagensis nullus alius quam Guillelmus de Estoutevilla fuit. Revera e documentis Archivi Vatic. luce clarius demonstratur eum non fuisse religiosum, sed saecularem. Ab an. 1433 de ipso in Suppl. Eugen. IV agitur. An. 1433, Martii 1, vocatur « Guillelmus de Estoutevilla, qui ejusdem Sanctitatis et sedis apostolice notarius, ac... Karoli regis Francie consanguineus existit[18]. » An. 1435, Aug. 23, appellatur « notarius noster ac de regum Francie stirpe procreatus, mag. in art. et in decr. cum rigore examinis licenciatus[19]» . Idem an. 1436, Dec. 18[20]. Annis 1438, Septemb. 26[21]; 1439,

1. *Les curieuses recherches du Mont-Sainct-Michel* in *Mém. de la Soc. des antiq de Normandie*, t. XXIX, p. 492
2 *Annal. Benedictini* (Augustae Vindelic., 1656), Pars II, p. 90.
3. *Neustria pia* (Rothomagi, 1663,) p. 43.
4. *Hist. des archevêques de Rouen* (Rouen, 1667), p 563.
5. T. XI, p. 90.
6. *Eloge de Guillaume d'Estouteville* (Paris, 1788), p. 8.
7. *Hist. générale de l'abbaye du Mont-Saint-Michel,* ed. Ch. Beaurepaire (Rouen, 1872), t I, p. 203.
8 Ibid in nota.
9. *Dizionario*. t. XXII, p. 110.
10. *Procès de Jeanne d'Arc,* t II, p 291, not. 1.
11. *Nouv. biographie gen.*, t. XVI, p 565 sq.
12. *Repertoire*, p. 662
13. *Hist. de Charles VII*, t. V, p. 191.
14 Ayroles, *La Pucelle devant l'église*, etc., p 234. Belon et Balme, *Jean Bréhal* (Paris, 1893), p. 6.
15. Ughelli, l. c., col 77, et Forcella, *Iscrizioni delle chiese di Roma*, etc., t. V, p. 111, nº 335.
16. *Monasterii S Martini historia*, p. 261.
17. Arch. nat. Paris., LL 1377, olim fol. 32, nunc fol. 1.
18. Suppl. Eugen. IV, nº 276, fol. 135 . Ut omnia et singula beneficia quae obtinet et obtinebit permutare, servatis servandis, possit.
19. Ibid., nº 303, fol. 187ᵇ, 188. Papa ipse dicit, se Guillelmum dispensavisse, ut cum duobus incompatibilibus tertium habere posset
20. Ibid., nº 323, fol. 48ᵇ Tunc cum Stephano de Montemoreti de archidiaconatu Transligeren. litigavit.
21. Ibid., nº 343, fol. 108.

Jan. 12, Febr. 7[1], solum nominatur « sedis apost. prothonotarius » seu « notarius ». Nunquam designatur « monachus » vel « frater », quanquam in Supplicationibus talia non omittuntur. Peremptoria est bulla qua Eugenius IV ei an. 1439, Febr. 27, episcopatum Andegavensem providet[2], cum in similibus provisionibus character personae cui providetur exprimi debeat. Sed in illa Guillelmus solum archidiaconus Transligerensis in eccl. Andegavensi appellatur, non monachus vel religiosus vel prior alicujus monasterii et Ordinis.

Quomodo talis error in historiam introductus sit, facile resolvitur. Cum Guillelmus jam cardinalis esset, factus est magni cellerariatus S. Martini de Campis commendatarius[3], et ab an. 1471 ejusdem prior commendatarius[4], sicut etiam affertur prior commendatarius Grandimontis, Bellimontis in Algia, abbas commendatarius Montis S. Michaelis (jam ab an. 1444-45), S. Audoeni, Gemeticensis, Montisburgensis, ut taceamus de episcopatibus quos in commendam receperat et de quibus in fine loquemur. Ciaconius, quemadmodum in sexcentis aliis locis, quod eruditi sciunt, sic hoc in loco quando Guillelmum vocari priorem S. Martini in Campis vidit, parum animadvertit, et priorem claustralem, non commendatarium, proinde monachum S. Martini fuisse Guillelmum conclusit. Sequentes bona fide exscripserunt sententiam antesignani.

Non unicum hunc errorem super Guillelmo admiserunt. Natalia ipsa ejus quandoque male assignata sunt. Aviam ejusdem Catherinam fuisse sororem regis Caroli V affirmaverunt POMMERAYE, ROUX DE LA BORIE, AYROLES, BALME. Sed minime. Pater Guillelmi fuit Johannes II de Estoutevilla, mater Margarita de Harcourt, ipsa filia Johannis VI de Harcourt et Catherinae de Borbonio, sororis Johannae de Borbonio, quae fuit uxor, non soror Caroli V[5]. Is etiam non habuit sororem nomine Catherinam[6]. Catherina et Johanna de Borbonio filiae fuerunt Petri I ducis Borbonii et Isabellae de Valesio, quae fuit ipsa filia natu minor Caroli Valesii, et soror Philippi VI regis Franciae[7].

Quem annum agens Guillelmus de Estoutevilla defunctus est? Octogenarium dicunt, an. 1483, Jan. 22, mortuum, ut ex marmore monumenti S. Augustini Romae apud Ughelli affertur[8]. At dubitationem suggerit incognitum hactenus documentum ex Arch. Vat. protrac-

1. Ibid., n° 347, fol. 91b, 201.

2. Sic in Reg. Vat., n° 365, fol. 222, papa eum alloquitur : « Demum ad te archidiaconum Transligeren. in eadem ecclesia, notarium nostrum, licentiatum in decr. et in subdiaconatus ordine constitutum .... a carissimis in Christo filiis nostris Carolo Francorum, utpote qui ob integram erga eum fidem de tuo dominio pulsus eras, et Renato Sicilie regibus illustribus, ac dilectis filiis nobilibus viris ducibus et aliis principibus Francie domus, quibus consanguinitate et necessitudine jungeris, super provisione de persona tua prime ecclesie cathedrali de regno Francie vacanti facienda, sepenumero litteris pulsati, direxerimus oculos nostre mentis . Dat. Florentie an. Incarnat. Dom. milles. quadringent. trices. octavo, iij kal. Mart pont nostri an. octavo ».

3. MARRIER, p 254.

4. Ut prior commendatarius S. Martini etiam in Parlamento litigabat. Vid. v. gr. Arch. nat., X1a 1486, fol. 302b, 311b.

5. Vid. P. ANSELME, *Hist. généal.*, VIII, 90; V, 132 sq.; I, 110.

6 Ibid , I, 106.

7. Ibid , I, 299 sq., 102

8 « Obiit anno Domini M CCCC LXXXIII, XI Kal. Feb. aet. suae an LXXX ». *Italia sacra*, 2 ed., I, col. 76, not. 2, ubi

tum[1]. Anno enim 1428, Nov. 26, Guillelmus de Estoutevilla, Caroli regis Franciae defuncti in tertio gradu consanguineus, annorum 16 Parisius studens, propter bella Franciam inter et Angliam omnibus bonis privatus, duo incompatibilia beneficia postulat et obtinet. Quis est is Guillelmus? P. Anselme non alium Guillelmum ecclesiastici ordinis in domo Estoutevillae post an. 1414 quam cardinalem agnoscit[2]. Revera ut in hoc sic etiam in reliquis documentis, quae ad cardinalem spectant, Guillelmus regis consanguineus dicitur, uterque patria expulsus, uterque in Universitate Paris. studens et quidem in minoribus annis[3], uterque habuit duo incompatibilia et is qui fuit cardinalis tertium recepit. Si quis opinetur de uno eodemque Guillelmo in omnibus his instrumentis agi, ei facile quilibet assentietur. Non obstat, hoc casu, quod Guillelmus post quinque annos, scil. an. 1433, annum 21um agens, notarius apostolicus et circa an. 22um vel 23um licentiatus in decretis nuncupatur[4], cum similia ingenuis viris hoc tempore non raro concederentur, dum episcopatus suppositis vix 22um annum agentibus conferrentur[5]. Sic etiam bulla qua Guillelmus ad Andegavensem episcopatum appellatur, huic eidem conclusioni favet; ut enim in ea ait Eugenius IV, rex Franciae ac Renatus primam ecclesiam cathedralem de regno Franciae vacantem pro Guillelmo petebant[6]. Si duo Guillelmi distinguendi, cardinalis, octogenarius defunctus, ecclesiam accepisset jam 36 annos natus, multo serius quam solebat illo tempore vir clarae familiae et a principibus protectus. Si vero unum Guillelmum ambo efficiunt, noster ecclesiam accepit an. 27 natus, quod commune fuit similibus ejusdem aetatis clericis. Tum consequenter septuagenarius, non octogenarius, mortuus, et circa an. 1412, non an. 1403, ut numeraverant, natus est. Sed obstat, ut supra diximus, marmor tumulo incisum. Caeterum memineris vix aliquem medio aevo inveniri qui certam propriae aetatis notionem habuerit; semper enim quisque asseruit : *aetatis ... annorum vel circa*, atque idem se juniorem vel seniorem, pro tempore, etiam bona fide affirmavit. Itaque forsitan

praeterea dicitur, inscriptionem quatuor annis ab obitu cardinalis exaratam castigatione indigere quantum ad diem obitus. Panvinius, *Epit. pont. Rom.*, l. c., refert eum defunctum esse « prope octuogenarium ».

1 In Suppl. Mart. V, nº 226, fol. 69^b, exstat sequens supplicatio : « B. P. Cum humilis et dev. orator vester Guillelmus de Estoutevilla, illustris mem. Karoli regis Francorum in tertio gradu consanguineus, qui ob guerras et dissidia alia, que hucusque inter Francie et Anglie regna viguerunt, suis bonis omnibus patrimonialibus et aliis mobilibus privatus fuit, non habeat juxta generis sui conditionem unde studium suum Parisius, ubi studet, valeat juxta laudabile propositum continuare : dignetur S. V. cum eodem Guillelmo, qui in decimosexto vel circiter etatis sue anno constitutus existit, ob suorum progenitorum memoriam et reverenciam, ut ipse quecunque duo cum cura aut alias invicem incompatibilia beneficia ecclesiastica retinere libere et licite valeat misericorditer dispensare, canonicatu et prebenda ecclesie Ebroicens., quos obtinet et quorum fructus, etc., triginta libras parv. turonens. ... valorem annuum non excedunt, ac defectu etatis predicte necnon condicionibus et ordinacionibus apostolicis, etc... non obstantibus. — Fiat ut petitur de consensu. O. — Datum Rome apud Sanctos Apostolos, sexto kal. Decembris, anno duodecimo. »

2. *Hist. généal.*, VIII, p. 90-101. Cf. etiam *Mém. de la Soc. des antiq. de Normandie*, t. XXIV, p. 407.

3 Cardinalis an. 1452 dicit, se in minoribus annis Parisiis studuisse, et in artibus magistratus honorem accepisse (*Chartul.*, IV, p. 714).

4 Vid. supra, p. XXI.

5. Sic v. g. Johannes Cordis (Cœur) ann. 22 natus ad archiepiscopatum Bituricens. pervenit, et 25º anno munus consecrationis recipere potuit (Suppl. Nicol. V, nº 422, fol. 45-47).

6 Utique rex se opposuit, ut notum est, promotioni Guillelmi ad sedem Andegavens.

neque 16 neque 80 anni ad litteram accipiendi. Satis nobis sit si observationibus nostris alios ad novas indagationes impulerimus.

Guillelmus, ut aliqua addamus, nunquam decretorum doctor in instrumentis vocatur, sed licentiatus in decretis cum rigore examinis, et certe talem gradum non Parisiis obtinuerat. An. 1439, Dec. 18, « electus Andegavens. » cardinalis eligitur; an. 1440, Jan. 8, recepit titulum S. Martini in Montibus[1]. Jam an. 1439, Octob. 9, ecclesia Dignens., Decemb. 2, ecclesia Conseranens. commendatus est[2]. Exinde incipit pro eo, ut pro nullo alio, series commendatorum episcopatuum, quia ecclesiam Andegavens., alio competitore et Yolanda regina Siciliae, atque rege Franciae et Carolo Andegavens. obsistentibus, obtinere nequivit. Sic ab an. 1440 habuit vicissim ecclesias Mirapicens., Nemausens. (1441), Biterrens. (1444), et simul retinuit Dignens., non caeteras ecclesias[3]. An. 1447 tamen, Octob. 27, renuntiat ecclesiae Andegavens., retinetque titulum card. Andegavens.[4] An. 1450, Jan. 7, episcopus Lodovens.[5], an. 1453, Jan. 26, transfertur ad Maurianens.[6] Interim Nicolaus V, an. 1451, Decemb. 28, eum (frustra) praeficit ecclesiae Ebrodunens., si vacet vel cum vacaverit. Tandem anno 1453, April. 20, nominatus est archiepiscopus Rotomagens., absolutus a vinculo quo ecclesiae Maurianens. astrictus erat, indeque vocatur card. Rotomagensis[7]. Nihilominus ecclesiam Maurianens. quoad vixerit in commendam obtinuit[8]. Eodem anno, Jan. 3, Romam ingressus est, quam an. 1451, Septemb. 16, ut legatus in Francia reliquerat[9]. Iterum « exivit Urbem capiens iter versus Franciam » an. 1454, Maii 16[10]. Ut tandem finem demus, quamvis plura omittamus, an. 1459, Martii 19, fit episcopus Portuens.[11]; an. 1461, Octob. 26, ab ecclesia Portuensi ad Ostiensem transfertur, ita ut remaneat archiepiscopus Rotomagens.[12]; an. 1477, Aug. 11, s. Rom. eccles. camerarius creatur[13]. Sat est.

Alii sunt clari viri de quibus nova afferre possemus nisi spatium deficeret. Quaedam tamen dicemus.

1 Arch. Vat., Arm. XXXI, nº 52, fol. 15. In *Gall christ.*, XI, 90, perperam an. 1437 (cf. etiam DE BEAUCOURT, l c). Recte XIV, 580.

2. Arch Vat., Oblig nº 66, fol. 48ᵇ, Reg. Vat., nº 365, fol 243ᵇ

3. Oblig nº 66, fol. 51ᵇ, 56, nº 72, fol 5.

4. Oblig. nº 72, fol. 29ᵇ.

5. Reg Vat Nicol. V, nº 411, fol. 1.

6 Oblig nº 72, fol 54. DE BEAUCOURT, V, 199, perperam an. 1452.

7. Reg. Vat. Nicol. V, nº 402, fol 337.

8. Ibid., nº 399, fol. 172; Oblig nº 72, fol. 55ᵇ. Rotomagi receptus est an. 1454, Jul. 28. *Concil. Rotomagens. provinciae*, p. 102, not

9. Vid. *Chartul.*, IV, nº 2675, not. 2.

10. Arch. Vat., Arm. XXXI, nº 52, fol. 24.

11. Reg. Vat Pii II, nº 475, fol. 185; nº 478, fol. 290ᵇ. Sed ibi vocatur tit. S. Potentianae presb. card, qui ecclesiae Rotomagens. praeesse dignoscitur.

12. Ibid., nº 483, fol. 29ᵇ.

13. Reg. Vat. Sixti IV, nº 657, fol 80ᵇ.

Duae epistolae Universitatis[1] pro magistro NICOLAO DE BAYE « magne scientie ac discretionis viro, mag. in art., licentiato in legibus et bac. in jure canonico, prothonotario regis et graphario in curia parlamenti », qui vocatur alumnus Universitatis et « nostro cetui fidissimus obsecutor ». Per hoc certum fit Nicolaum de Baye Parisiis studuisse, et fortasse non Aurelianensem sed Parisiensem baccalareum in decretis fuisse. Celeber AEGIDIUS DE DUREMORT, sub nomine abbatis Fiscamnensis notior, qui ut magister regens theologiam per plura annorum curricula Parisiis docuit et parti Anglorum addictissimus fuit, an. 1441, Novemb. 8, jam episcopus Constantiensis, confessus est se « a clare mem. Henrico rege Anglie ac aliis secularibus principibus, quorum consiliarius fuit, tam pro salario quam etiam ex eorum liberalitate magnas pecuniarum summas » accepisse, et petiit ut usque ad summam 3000 libr. turon. inter pauperes vel alias distribuere posset[2].

De aliis jam vel in *Chartul.*, vel in *Auctar.* locuti sumus. Sicut observavimus, abbas proponens an. 1408 Parisiis post occisum ducem Aurelianensem non fuit abbas S. Fiacri, ut, auctore Monstrelet, cuncti dixerunt usque ad nostram aetatem, sed THOMAS abbas de Ceraseyo[3]. JOHANNEM PARVI, tam in III quam in IV vol. *Chartularii*, non religiosum fuisse documentis probavimus[4]. Quantum ad PETRUM CAUCHON, magni momenti sunt duae litterae[5] quibus Universitas eum pro sede Belvacensi commendat. Quae attulimus de JORDANO MORINI ut episcopo Silvanectensi fere omnia nova sunt[6]. Non minora invenies de PETRO DE VERSALIIS[7]. Momento non caret, quod GUILLELMUM THEROUDE atque NICOLAUM DE ROSERIIS[8], abbates Mortuimaris, hactenus confusos, discrevimus. Idem dicendum de distinctione inter GUILLELMUM ERARDI ac GUILLELMUM EVRARDI[9], quorum unam personam, magno historiae detrimento, effecerant. NICOLAO MIDI gloriam propositionum coram Carolo VII factarum abstulimus; Anglorum creatura coram Henrico VI proposuit[10]. NICOLAUM DE CLAMENGIS frequentavisse iterum Universitatem Paris. quibusdam annis ante mortem, jam Launoius pronuntiaverat, quod nunc certo anni 1429 documento probatur[11]; quamvis autem testante rectore verus scholaris appelletur, fortasse eam solummodo frequentavit ut privilegiis uteretur, sicut multi alii ejusdem temporis, simul citati, quos quasi abusores privilegiorum collectores vectigalium persequebantur. FERNANDI CORDUBENSIS famam ad justa reduximus, pallidiorem eam instru-

1. Arch nat , M 65ᵃ, nis 60 et 142 (olim A. 33. xxx).
2. Suppl. Eugen. IV, nº 370, fol. 197.
3. *Chartul* , IV, p. 743. Vid. DU MONSTIER, *Neustria pia*, p. 434.
4 *Chartul* , IV, nis 1763, not. 8, 1793, not. 7, 1849, not 2
5. Ibid., IV, nº 2167.
6. Ibid., IV, nº 2369, n. 2
7 Ibid., p 224, not. 11, et apud *Indicem*.
8. Ibid., nº 2338, n. 5, et p 523, n 46.
9. Ibid , nº 2301, n. 1, 2338, n. 2
10. Ibid., nº 2399. n.
11. Ibid., nº 2324.

mentis efficientibus[1]. Legatum summi pontificis qui ab an. 1449, Septemb., in Francia morabatur, hactenus nominabant episcopum Minturnensem, quia d'Achery[2] sic typis mandaverat. De Beaucourt[3] etiam ejus nomen detexit eumque vocat Jacobum. At Minturnensis episcopatus in Italia (Minturno) jam a pluribus saeculis sublatus erat, nec etiam titulus hujus episcopatus cuiquam honorifice dabatur. Revera d'Achery male legit, cum « Mindonensis » (Mondoñedo, in Hispania) legendum esset. Et is episcopus Mindonensis tunc missus in Franciam non alius fuit quam ALPHONSUS DE SEGURA qui jam antea, cum esset decanus Toletanus, decret. doctor et in palatio apostolico causarum auditor, in Franciam legatus destinatus erat[4].

Caeterum vix personam alicujus famae in Universitate inveneris, quam in notis non nova quaedam illustrent.

VI

Rectorum saeculi XV elenchum BULAEUS edidit[5], a VALLET DE VIRIVILLE[6] iterum, nulla mutata voce, expressum. Huic quasi fonti optimo fidem indebitam tribuerunt eruditi, quoties quo tempore magister quidam fuerit rector adnotandum erat. Non Bulaeus ipse catalogum illum composuisse, sed ab ignoto congestum exscripsisse nobis videtur, cum lacunae inveniantur et non raro nomen in textu voluminis admissum aliud sit ac nomen catalogi ad eumdem annum. Jam in *Auctario*, t. I, an. 1401-1407, rectorum nomina emendando non semel, diximus quam commenticius sit praedictus elenchus. Nunc sententia nostra certissima facta est, fontibus nomina alia ac nomina Bulaei ad eosdem annos suppeditantibus; nos tantum dolet quod non singulorum annorum rectores invenerimus, ut elenchum Bulaei omnino emendaremus. Elenchum Bulaei et nostrum una edimus. Nomina apud Bulaeum falsa vel saltem documentis nostris non confirmata *inclinatis litteris* exprimuntur. Ab an. 1408 incipimus, quia copiosae abhinc fiunt emendationes; rursus non cum an. 1452 terminum facimus, sed usque ad an. 1464 pergimus, ut nostri *Auctarii* tomus II prosit. Jam caveat monitus lector ne nominibus rectorum in solo Bulaeo occurrentibus utatur, quippe quae multo probabilius falsa sint, saltem in decenniis prioribus. Numeri in nostro elencho oppositi paginas *Auctarii*, t. II, significant, nisi *Chartul.* addatur, quo casu ad *Chartul.*, vol. IV vel V, refertur.

1. *Auctar.*, II, p. 632, 16; 633, 36, 635, 3-12 et n. 1; *Chartul.*, IV, nº 2603.
2. *Spicilegium*, 2ª ed., III, p. 785.
3. *Hist. de Charles VII*, t. V, p. 203-205, et VI, 555.
4. De his omnibus in *Auctar.*, II, p. 775, n. 3; in *Chartul.*, IV, nº 2649.
5. T. V. p. 919 sqq.
6. *Histoire de l'instruction publique en Europe*, p. 385 sq.

ELENCHUS RECTORUM

[Numeri designant paginas cum notis *Auctarii*, t. II.]

		E nomenclatura Bulaei.	E nostris fontibus.	
1408.	Dec.	Joh. Warin	Johannes Warini.	45, 1; *Chart.*
1409.	Mart.	*Joh. de Bria*	[Inter 1405 et 1410 Rolandus Barguenel.]	*Chart.*
	Jun.	*Martinus de Arragonia.*		
	Oct.	*Guillelmus Bardelli.*		
	Dec.	Hugo Fabri	Hugo Fabri.	67, n. 1.
1410.	Mart.	*Andreas de Wesalia*	Johannes de Bellomonte.	71, 44; *Chart.*
	Jun.	Henricus Stacther.	Henricus Statter.	79, n. 1.
	Oct.	Rolandus Ramier.	Rolandus de Rameriis.	86, 23.
	Dec.	Nicolaus Amantis.	Nicolaus Amantis.	*Chart.*
1411.	Mart.	*Andreas de Bavaria.*		
	Jun.	Dominicus Chaillon.	Dominicus Chaillon.	*Chart.*
	Oct.	*Joh. de Camera*	Johannes Pulchripatris.	id.
	Dec.	Guillelmus Rousselli	Guillelmus Rousselli.	112, 29; *Chart.*
1412.	Mart.	Jacobus de Harlem	Jacobus de Haerlem.	118, 43; id.
	Jun.	*Joh. Fabri.*	Guillelmus Bloc.	126, 37.
	Oct.	*Joh. Pulchripatris.*	Dominicus Francisci.	132, n. 7.
	Dec.	*Andreas de Prussia*	Johannes Bont, Picard.	136, n. 8.
1413.	Mart.	*Joh. de Courcelles.*		
	Jun.	*Henricus Gorkan.*	Johannes de Monteleonis, Gall.	153, n. 4.
	Oct.	*Joh. Thevroti.*		
	Dec.	*Philibertus Agasse.*	Johannes de Templis.	161, n. 1.
1414.	Mart.	*Guillelmus Lochem.*	Johannes de Landa.	170, 1.
	Jun.	Joh. Campani.	Johannes Campani.	*Chart.*
	Oct.	*Joh. de Templis.*		
	Dec.	*Guillelmus Bloch.*	Johannes Cranach.	185, n. 2.
1415.	Mart.	*Petrus de Credulio.*		
	Jun.	*Reginaldus du Boulay*	Martinus Talayero.	*Chart.*
	Oct.	*Jac. de Gouda.*	Johannes Chuffart (?).	id.
	Dec.	*Joa. Hochet.*		
1416.	Mart.	*Simon de Bergeriis.*	Guillelmus de Valle.	210, n. 3.
	Jun.	*Pet. Roodh de Abo.*	Radulphus Recuchon.	212, n. 3.
	Oct.	*Gaufrid. Henrici.*		
	Dec.	Joan. Probi	Joh. Probi.	*Chart.*
1417.	Mart.	*Francisc. de Brullé, Pic.*		
	Jun.	*Aegidius Caniveti.*		
	Oct.	*Mathaeus Menagii.*		
	Dec.	Petrus Forgeti.	Petrus Forget.	237, n. 1
1418.	Mart.	*Joannes Hervaei.*		
	Jun.	*Laurent. de Ulmonte.*		
	Oct.	*Nicolaus Midy.*		
	Dec.	*Johannes de Camera.*		
1419.	Mart.	*Nicolaus Amicy, Pic.*		
	Jun.	Joan. Archerii.	Johannes l'Archer.	269, n. 1
	Oct.	*Dionysius de Sabevrois.*		
	Dec.	*Henricus Thiboust.*		
1420.	Mart.	*Petrus de Mediolano.*		
	Jun.	*Jo. de Gomonte.*		
	Oct.	*Martin. Berruyer.*		
	Dec.	*Nic. de Bellismo.*	Guillelmus Erardi.	277, n. 2.

1421.	Mart.	*Simon Oliverii*	Petrus Mauricii.	*Chart.*
	Jun.	*Jo. Hochet*	Petrus de Credulio.	*Chart.*
	Oct.	*Guill. Evrardi*	Johannes Chuffart.	284, n. 3.
	Dec.	Joannes Joannis.	Johannes Johannis.	285, n. 3.
1422.	Mart.	*Petrus de Credulio*	Johannes Huberti.	287, n. 2.
	Jun.	*Mich. Carpentarii.*		
	Oct.	*Guill. Mentrasse*	Jacobus Galet.	381, n. 1.
	Dec.	*Guill. Evrardi.*		
1423.	Mart.	*Nic. de Gondricuria.*		
	Jun.	*Petrus de Longolio*	Johannes le Moustardier, Norm	301, 42.
	Oct.	*Guill. Hugueneti.*		
	Dec.	*Jo. de Capella.*		
1424.	Mart.	*Mathaeus le Vasseur de Cussio.*		
	Jun.	Guill. de Fossato	Guillelmus de Fossato.	338, n. 4.
	Oct.	*Nic. de Longolio.*		
	Dec.	Petrus de Credulio	Petrus de Credulio.	314, 41.
1425.	Mart.	*Albert. de Werden*	Guillelmus de Fossato.	322, n. 6.
	Jun.	*Radulphus de Pontbriam.*		
	Oct.	*Robertus de Belloforti*	Joh. Johannis de Leydis.	334, 1.
	Dec.	*Jacob. de Celeriis*	Johannes de Insula.	335, 38.
1426.	Mart.	*Radulphus Barnesse*	Thomas de Courcellis.	343, 2.
	Jun.	*Jo. Frogerii*	Johannes Pottagi, Norm.	348, 12.
	Oct.	*Adam de Bragelongne*	Guill. de Fossato.	353, n. 1.
	Dec.	*Joan. de Bena*	Nicolaus Amici.	356, 1.
1427.	Mart.	*Aegidius Houdebin*	Petrus Mauricii, Norman.	359, 34.
	Jun.	*Aegidius de Stanno*	Guillelmus Evrardi.	367, n. 1.
	Oct.	*Joan.* Maugerii	Petrus Maugerii.	368, 39.
	Dec.	Jo. Joannis.	Joh. Johannis, al. Reyneri.	370, 45.
1428.	Mart.	*Thomas Fiene*	Johannes de Gomonte.	374, n. 4.
	Jun.	*Jacobus Galet*	Gerardus Gehe.	381, n. 1.
	Oct.	*Joan. Danchy*	Hugo Majoris.	391, n. 2.
	Dec.	Petrus Mauricii	Petrus Mauricii.	394, 26.
1429.	Mart.	Jo. de Gomonte.	Joh. de Gomonte.	404, 23.
	Jun.	*Jo. de Ponte*	Gregorius Nicolai, Picard.	414, 6.
	Oct.	Nicol. Amici.	Nicolaus Amici.	419, 40.
	Dec.	*A. Palene*	Gerardus Gehe, Paris.	426, 41.
1430.	Mart.	Guill. Evrardi.	Guill. Evrardi, Lingon.	*Chart.*
	Jun.	*Rolandus de Capella.*		
	Oct.	Thomas de Courcellis.	Thomas de Corcellis.	441, 48; *Chart.*
	Dec.	Jo. *Haveron*	Johannes Haneron.	*Chart.* V.
1431.	Mart.	*Guill. de Govea*	Petrus de Gouda.	449, n. 2; *Chart.*
	Jun.	*Petrus Maugerii*	Johannes de Ponte.	454, n. 6.
	Oct.	*Jacobus Gallet*	Guillelmus Estocart.	458, n. 4.
	Dec.	Jo. *de Courcellis*	Johannes Chuffart,	460, n. 4.
1432.	Mart.	*Albertus Hole*.	Nicolaus Coquerel, Picard.	463, n. 1.
	Jun.	Martinus Berech.	Martinus Berech.	466, n. 2.
	Oct.	*Robertus Denys*	Jacobus Galet?	467, n. 1.
	Dec.	*Olavus Magni*	Alardus Palenc?	Ibid.
1433.	Mart.	*Aegidius Corderii, alias de Riparia.*		
	Jun.	*Gerardus Gehe.*		
	Oct.	*Lud. Bailly.*		
	Dec.	*Joan. Hocheli.*		
1434.	Mart.	*Joan. Godart.*		
	Jun.	*Petrus Richerii.*		
	Oct.	*Philippus de Longolio.*		

	Dec.	*Andreas Pelé.*		
1435.	Mart.	*Ludov. Bailly.*		
	Jun.	Philippus de Longolio.	Philippus de Longolio, Gall.	481, n. 2.
	Oct.	*Jo. de Courcellis.*		
	Dec.	Olavus Magnus	Olavus Magni.	483, 48.
1436.	Mart.	Nicol. Danchy.	Nicolaus d'Auchy.	*Chart.*
	Jun.	*Phil. de Longolio.*	Petrus Richerii.	488, n. 4.
	Oct.	Gerardus Gehe.	Gerardus Gehe.	489, n. 1.
	Dec.	*Ludov. Bally.*	Gaufridus Amici seu Normanni.	491, n. 1.
1437.	Mart.	*Gaufridus Amici.*	Robertus Ciboulle.	493, n. 2.
	Jun.	Aegidius Houdebin.	Egidius Houdebin.	497, n. 1.
	Oct.	*Robertus Ciboule.*	Johannes d'Aucy.	499, n. 1.
	Dec.	*Jacob. Galet.*	Guillelmus Bouillé.	500, n. 3.
1438.	Mart.	*Ludov. Bailly.*		
	Jun.	. . . .		
	Oct.	. . . .		
	Dec.	. . . .		
1439.	Mart.	. . . .		
	Jun.	*Hugo Drouardi.*		
	Oct.	*Mathaeus Poterii.*		
	Dec.	*Guill. Bouylle.*		
1440.	Mart.	Jo. Mileti	Johannes Mileti, Navar.	513, 12.
	Jun.	*Joan. de Oliva.*		
	Oct.	Jo. Danchy.	Johannes d'Aucy, Cholet.	515, n. 1.
	Dec.	Guill. Aubry.	Guillelmus Auberi.	517, n. 1.
1441.	Mart.	*Johannes Hue.*		
	Jun.	*Joan. Amici.*	Petrus Richerii.	519, n. 1.
	Oct.	Petrus de Vaucello	Petrus de Vaucello.	525, 6.
	Dec.	*Joan. de Oliva.*	Johannes Solerii, prior Sorb.	531, 12.
1442.	Mart.	*Nicasius Biel.*		
	Jun.	*Joan. Pluyette.*	Petrus Corii.	544, n. 5.
	Oct.	*Arnoldus de Spira*	Johannes d'Aucy.	559, 34.
	Dec.	*Anselmus de Cantabrigia.*	Balduinus Begini.	563, 5.
1443.	Mart.	Odo de Credulio.	Odo de Credulio.	566, n. 3.
	Jun.	*Alanus de Bellavilla.*		
	Oct.	*Christophorus de Parma.*	Petrus Richier.	573, 45.
	Dec.	*Gervasius Melloti.*	Joh. Bocardi.	578, 28.
1444.	Mart.	*Joan. Normani.*	Rodolphus Morini.	585, 34.
	Jun.	*Albertus de Hassia.*	Albertus Scriptoris.	592, 30.
	Oct.	*Guill. de Tholohan.*	Nicolaus Coquerel.	599, 15.
	Dec.	*Maximilianus Pavillon.*	Johannes Haneron.	605, 2.
1445.	Mart.	*Firminus Rogerii.*	Nicolaus Coquerel.	612, n. 6.
	Jun.	Gaufridus Normani.	Gaufridus Normanni.	619, n. 2.
	Oct.	*Enguerandus de Parenti.*	Johannes Haneron.	624, 42.
	Dec.	*Gaufrid. Calvi.* [*Compet.* Mart. Chaboz.]	Martinus Chabot.	634, 17.
1446.	Mart.	*Jacobus Luillier.*	Johannes Solerii.	649, 20.
	Jun.	*Petrus Pilatre.*	Johannes Boucart.	657, n. 2.
	Oct.	*Berengarius Mercatoris*	Johannes Parentis.	667, n. 1.
	Dec.	Joan. Beguin.	Johannes Bigiin.	674, 33.
1447.	Mart.	Thomas de Gersono.	Thomas Gerson.	683, 44.
	Jun.	Joan. Boucart.	Johannes Boukardi.	691, 4.
	Oct.	Joan. Luillier.	Johannes Luillier.	698, 18.
	Dec.	Albertus Scriptoris	Albertus Scriptoris.	704, 36.
1448.	Mart.	Joan. Pluyette.	Johannes Pluette.	719, 6.
	Jun.	*Jacobus Bernardi*	Johannes Normanni, Nav.	733, n. 1.

	Oct.	Joan. Daucart	Johannes Dokart (Doucart).	744, 22.
	Dec.	*Jo.* Charpentier	Jacobus Carpentier.	752, 29.
1449.	Mart.	Jacobus Luillier	Jacobus Luillier.	757, 5.
	Jun.	*Jo. Escombart*	Jacobus de Gouda.	768, 45.
	Oct.	*Tilmanus de Gouda*	Guillelmus de Castroforti, Nav.	780, 38.
	Dec.	Gaufridus Calvi	Godefridus Calvi.	789, 17.
1450.	Mart.	Albertus Scriptoris	Albertus Scriptoris (contendente Gerardo Thome).	802, 25.
	Jun.	Robertus Remigii	Robertus Remigii.	812, 32,
	Oct.	Victor Textoris, *al. de Ceriferiis*	Victor Textoris.	820, 29.
	Dec.	Nicol. Fraterni	Nicolaus Fraterni.	836, 23.
1451.	Mart.	*Petrus* de Gonda	Jacobus de Gouda.	849, n. 1.
	Jun.	Thomas *Rousselli.*	Thomas Trocelli (Trosselli).	856, 2.
	Oct.	Clemens Parmentier	Clemens Parmentarii.	864, 19.
	Dec.	Thomas *Bosselin*	Thomas Joselin, Norm.	868, 20.
1452.	Mart.	Jo. Normani	Johannes Normanni.	878, 27.
	Jun.	*Emardus*	Everardus Custodis de Harlem.	894, 29.
	Oct.	Jacob. de Bosco	Jacobus de Busco.	897, 10.
	Dec.	Aubertus de S. Simone	Aubertus de S. Simone.	*Lib. nat. Gall.*
1453.	Mart.	Aegidius Marie	Egidius [Marie], Harcur.	898, 21.
	Jun.	*Joan. de Conflans*	Victor Textoris.	901, 4.
	Oct.	Petrus Caros	Petrus Caros[1].	901, 37.
	Dec.	Joannes *Hauede*	Johannes Kanedi.	902, 8.
1454.	Mart.	*Gaufridus Normani, Pic.*	Petrus Caros.	903, 42.
	Jun.	Guillel. Houppelande, *Nav.*	Guillermus Hoplant.	903, 43.
	Oct.	Reginaldus du Brule, *jun.*, *Sorb. Pic.*	Reginaldus du Brullé.	905, 1.
	Dec.	Nicol. de *Furno*	Nicolaus de Foro.	905, 7.
1455.	Mart.	Nicol. Dentis	Nicolaus Dentis.	906, 38.
	Jun.	Martinus *Enyci de Valentia*	Martinus Eunuchi.	907, 5,
	Oct.	Joa. Dulcisamici	Johannes Dulcisamici.	908, 9.
	Dec.	*Petrus Mauricii*	Guillelmus Ogelbii.	909, 38.
1456.	Mart.	Guill. Riveti	Guillermus Riveti.	912, 4.
	Jun.	Gaufridus Calvi, *coll. Cornubiens.*	Gotfridus Calvi.	912, 11.
	Oct.	Nicol. Bertoul, *Cholet.*	Nicolaus Bertoul.	913, 26.
	Dec.	Lud. *Scanulieghe*, *Pic.*, *Nav.*	Ludovicus Scovelinch.	914, 8.
1457.	Mart.	Jo. Boulangier, *Pic.*	Joh. Bellengarii.	916, 16.
	Jun.	*Nicol. Fraterni*	Arnoldus Futkin.	916, 20.
	Oct.	Jo. Chambellan	Joh. Chambellan.	917, 27.
	Dec.	*Jo. Bullangarius*	Galterus de Wernia.	917, 30.
1458.	Mart.	Jacob. Junii, *Gall.*	Jacobus Junii.	920, 16.
	Jun.	Joan. Versoris, *Norm.*	Johannes Versoris.	920, 22.
	Oct.	*Jo. Peron, Bituric.*	Nicolaus Grenier.	922, 4.
	Dec.	Jo. Aegidii, Pic	Johannes Egidii.	922, 12.
1459.	Mart.	*Gaspar Mileti*	Johannes Ramier.	924, 31.
	Jun.	*Joan. Mauricii*	Desiderius Natalis.	924, 33.
	Oct.	*Rob. Remigii, Norm.*	Johannes Peron.	926, 40.
	Dec.	. . . .	Johannes Toungis.	927, 1.
1460.	Mart.	. . . .	Robertus Remigii.	930, 17.
	Jun.	*Martinus Magistri, Turon*	Arnoldus Fokini.	930, 23.
	Oct.	Petrus Marie, *Remens.*	Petrus Marie.	*Lib. nat. Gall.*
	Dec.	Joan. de Vallibus, *Pic.*	Johannes de Vallibus.	934, 8.
1461.	Mart.	*Joannes Hirel*		
	Jun.	*Galterus de Wernia*		

1. Arch. nat., X^{1a} 1483, fol. 138, Petrus Caros et Henricus Megret dicuntur rectores.

	Oct.	Joan. de Roca.	Johannes de Roca.	942, 20.
	Dec.	Joan. de Bosco *seu Busto*.	Johannes de Bosco.	942, 25.
1462.	Mart.	Rob. de Masengarbe, *Pic*.	Robertus Masengaerb.	945, 23.
	Jun.	*Andreas Wasselin, Pic*.	Eustacius Carbonnier.	945, 25.
	Oct.	Nicolaus Ripault, *d. Bitur*.	Nicolaus Ripault.	946, 12.
	Dec.	*Guill. de Toloham, Corisop*	Petrus de S. Martino.	946, 17.
1463.	Mart.	Simon Fequierolles.	Simon Fequierolles.	948, 39.
	Jun.	Joannes *Perat, Remens*.	Johannes Priart.	948, 43.
	Oct.	*Carolus Gouaffdour, Corisop*.	Philippus Bolart.	949, 26.
	Dec.	David Archas, *nat. Germ*.	David Archas.	949, 39.
1464.	Mart.	*Quintinus Justoti, d. Aeduens*.	Martinus Magistri.	952, 42.
	Jun.	Anton. de Busto, *Pic*.	Antonius de Bosco.	954, 19.
	Oct.	Jo. Juratoris, *Norm*.	Johannes Juratoris.	954, 37.
	Dec.	Jo. Parmentier, *lic*.	Joh. Parmentarii.	954, 52.

VII

Series cancellariorum hac tempestate magis quam prioribus saeculis intricata est. Causa est absentia Gersonis, qui an. 1415 ad Concilium ivit, ab an. 1418 vero quasi exsul nunquam Parisios reversus est, nihilominus tamen cancellariam retinuit. Absente cancellario, ad vicecancellarios redibat munus, quod ipsi saepe « commissis », ut aiebant, reliquerunt. Nostrum erat nomina horum omnium detegere, et lacunas apud HEMERAEUM[1] complere. Sed etiam post defunctum an. 1429, Jul. 12, Johannem Gersonem, res non adeo simplex evadit, cum multi competitores fuissent. Hinc novi errores apud modernos, qui Johannem Chuffart fuisse ab an. 1429 cancellarium putabant[2]. Ignorabant enim quid antea, vivente adhuc Gersone, factum esset. Tunc aliqui confidentes Gersonem vel cancellaria Parisiensi se abdicaturum vel brevi moriturum, ad eam adspirabant, ac quisque papam orabat ut sibi reservaretur ejus canonicatus et cancellaria Paris., forsan altero alterius concursationem nesciente; at quod certum est, quisque a curia Romana responsum obtinuit : *Concessum ut petitur*. Statim ut obitus Johannis Gersonis Parisiis notus est, primus ante omnes Johannes Chuffart accurrit, litteras apostolicas episcopo et capitulo Paris. ostendens et jam cancellarius ab iis acceptus est. Mox eodem jure quo Chuffart cancellariam poposcit validissimus competitor Johannes Saunerii, idemque Andream Gareti fecisse admittendum est. Sic aliquantisper Joh. Chuffart ambitione lapsus meliora tempora exspectare debuit; neque id solatium quidem habuit quod cancellarii nondum instituti vicesgerens eligeretur. Interim duo novi competitores, Johannes Pulchripatris et Jacobus Branlardi, supervenerunt. Solum an. 1433, caeteris competitoribus

1. *De academia Parisiensi*, p. 135 sq., ubi plura recte assignata sunt.

2. Sic TUETEY, *Journal d'un bourgeois*, p. XXIX, not. 1. AYROLES, *La Libératrice*, p. 514, Johannem Chuffart non solum ab an. 1429, Aug. 29, ut cancellarium agnoscit, sed insuper, quia rerum Universitatis ignarus, adjungit : « Il a dû en

vel mortuis vel desiderio muneris renuntiantibus, Chuffart cancellariam adeptus est. Elencho sequente, in quo ad fontes remittimus, lectori licebit erroribus hactenus admissis abstinere.

CANCELLARII PARISIENSES

Petrus de Ailliaco, an. 1389, Octob. 7, usque 1395, post April. 13 (vid. tom. II *Chartul.*, p. xv).

Johannes Gerson, an. 1395, post April. 13 (n° 1719), usque 1429, Jul. 12 (n° 2328).

Vicesgerentes cancellarii absentis.

(1415, Jan -1428.)

Gerardus Macheti, an. 1415, Jan -1418, Maii

Johannes Breviscoxae, saltem 1419, Maii 1 (n° 2132), usque 1421 (n° 2179, n 5).

Reginaldus de Fontanis, an. 1421 vel 1422 usque 1428 (n^is 2179, n. 5, 2189, 2312, n., *Auctar* , II, 363, 10).

Commissi vicesgerentis Reginaldi.

Johannes Pulchripatris (*Auctar.* II, p. 288, n. 5, 339, 8)[1].

Dominicus Parvi, usque 1427, Febr (n^is 2242, 2264, 2266; 2281, n. 1; *Auctar.* II, p. 339, 16, et not. 2)

Petrus de Dierreyo, an. 1427, Febr., usque 1428 (n^is 2299; 2308).

Vicesgerentes auctoritate papae per episc. Parisiens. instituendi.

(1428-1429.)

Petrus de Dierreyo et Guillelmus Erardi, an. 1428, Septemb. (n° 2312)

Johannes Pulchripatris, an 1429, Jan (n° 2318).

Petitores cancellariae.

(1429, Septemb.-1433.)

Johannes Chuffart, Johannes Saunerii, Andreas Gareti, Johannes Pulchripatris, Jacobus Branlardi (n^is 2328, 2334, 2355, 2356; 2368).

Vicesgerentes cancellarii nondum instituti.

(1429-1433.)

Hugo Majoris, ab an. 1429, Decemb. (n^is 2338, 2342, not. 3, 2344, p. 495, n° 2348)

Guillelmus Erardi, an. 1432 sq. (n^is 2406, 2424, 2427).

Johannes Chuffart, an. 1433, Maii 20, usque 1451, Maii 8 (n^is 2430; 2673, n. 1).

Robertus Ciboule, an. 1451, Maii 18, usque 1459 (n° 2673).

VIII

Fontes hujus voluminis breviter enumerandi. Praecipui ex Archivis Vaticano, Nationali Paris., Universitatis in Sorbona et e Bibliotheca Nationali Paris. protracti sunt.

exercer les fonctions longtemps avant, car depuis le Concile de Constance Gerson, abhorré de ses confrères de Paris, n'aurait pas pu sans péril rentrer dans la capitale ». Ex quo sequeretur, Johannem Chuffart ab an. 1415, vel saltem 1418, vicecancellarium fuisse!

1 Ibidem ipse et Dominicus Parvi ut commissi Reginaldi de Fontanis, ab an. 1423 episcopi Suessionens., eodem tempore, id est an. 1425 vel 1426, occurrunt. Ad alios tamen annos Dominicus Parvi etiam ut commissus, non autem Joh. Pulchripatris, affertur.

Ex Archivo Vaticano profuerunt *Supplicationes* Benedicti XIII n^is 77-99, Martini V n^is 101-258, Eugenii IV n^is 259-407, Nicolai V n^is 408-471, tam fructuosae, praesertim a Martino V, ad res Franciae illustrandas, quas autem nunc primum hic tomus et opus Henrici Denifle, *La Désolation des églises en France*, in medium proferunt. — *Regesta Avenionensia* Benedicti XIII, uno et septuaginta voluminibus constantia, quae plerumque provisiones privatorum continent vel documenta Schismati describendo utilia, huic volumini pauca contulerunt. — *Regesta Vaticana* Benedicti XIII n^is 321-332, Innocentii VII n^is 333-334, Alexandri V nº 339, Johannis XXIII n^is 340-347, Martini V n^is 348-359, Eugenii IV n^is 360-384, Nicolai V n^is 385-435. — *Regesta Lateranensia* Alexandri V n^is 136-138, Johannis XXIII n^is 139-186, Martini V n^is 187-301, Eugenii IV n^is 302-431, Nicolai V n^is 432-504. At monemus a Martino V non eos numeros in priore hujus voluminis parte citatos fuisse, quia series Regestorum Lateran. ordinem novum ac necessarium accepit, parte voluminis nostri jam typis expressa; antea numeros temere dorso inscriptos post vecturam a Parisiis et tumultuariam ligationem citavimus. — *Libri Obligationum et solutionum* (quos semper citavimus « Oblig. » cum numero) ad notas augendas plurimum utilitatis contulerunt, sicut et *Armarium XXXI*, imprimis nº 52, et *Armarium XII*, nº 121; minus autem *Introitus et exitus* (citavimus « Intr. et exit. »). — Quaedam suppeditaverunt *Diversa Cameralia*, perpauca *Regesta brevium*, non nihil *Instrumenta miscellanea*. — In Archivo Status Romae *Libri Annatarum* nostro textui inutiles fuerunt, quamvis non raro in iis agatur de suppositis Universitatis Parisiensis.

Archivum Nationale Paris. in serie M, n^is 65-73, multas Universitatis epistolas praebuit. Cujus sint pretii minutae hactenus ineditae jam indicavimus, aliae proprie ad Schisma aut Concilia pertinentes in tomo V vulgabuntur. Ex actis *Parlamenti* (X^{1a}, X^{1c}, X^{2a}) satis multa inseruimus, quibusdam per summaria notatis, neque omnia membrum unum vel alterum Universitatis continentia referre, ut jam diximus[1], licebat. Acta nonnulla ad historiam Collegiorum spectantia tum dabimus, quando tomos Collegiis reservatos aggrediemur. Praeterea diversae series : K (Monumenta regum historica), L (Bullae pontificum aliaque), LL (imprimis Regesta capituli Nostrae Dominae), S (Corporationes), Y (Libri Castelleti et praepositorum), Z (Lites propter vectigalia), non sine fructu adhibitae fuerunt; series JJ (Thesaurus chartarum) exspectationem nostram non explevit, quia volumina hujus temporis remissionibus privatis maxime abundant.

Ex Archivo Universitatis instrumenta sive a Bulaeo sive a Carolo Jourdain edita in formam genuinam reducere potuimus. Hic enim servantur minutae quaedam chartaceae omnino similes iis quas praebent thecae M 65^a et 65^b Archivi nationalis[2] et simili modo pes-

1. Vid. supra p. xi.
2. Vid. supra p. xii.

sumdatae. Praeterea *Librum procuratorum nationis Gallicanae* an. 1444-1456, qui solus quoad Mediam aetatem nobis superest, post Bulaeum adhibuimus.

Avenione, in Archivo dicto « du Département de Vaucluse », originale ad processum posteriorem Johannis Parvi exponendum ex fundo Coelestinorum quaesivimus.

Rotomagi utrumque Archivum adiimus : e Municipali documenta in theca 1ª et 3ª, e Praefectura (Arch. départementales) instrumentum J. 1154 examinavimus.

Barcinonae Archivum Coronae Aragoniae quaedam nobis obtulit e Regesto nº 2449.

Lucernae in Helvetia, Archivi Status codex nº 544 de studiis apud Cistercienses nos instruxit. Is codex, quanquam aetatis posterioris apographum, eo pretiosior est quod quasi unicus superest ad res saeculi quinti decimi cognoscendas, et multa retinet quae frustra quaesieris ap. Martène (*Thes. nov. anecd.*, t. IV), in quo Capitula generalia saepe alio modo narrantur. Quia tamen notitiae imprimis ad privatos scholares vel provisiones spectabant, eas per summaria fere retulimus.

Praedicatorum Archivum generale fragmenta Capitulorum generalium hujus temporis quae continent assignationes baccaleorum Ordinis pro Universitate Parisiensi. Apographa sunt codicis Barcinonens. perditi saeculo xviiiº facta, et fere fons unicus quantum ad saec. xv.

Bibliotheca Nationalis Paris. minus quam praecedentibus tomis forsan obtulit, attamen plurimos codices pretiosissimos. Ante omnes citandi Libri bedellorum principalium facultatis theologiae, qui praeter computa receptorum et expensorum, multa suggerunt *Chartulario* inutilia, ut distributiones pro missis, processionibus, etc., at rursus licentiatos, magistros, cursores, biblicos, sententiarios enumerant. E quibus hi supersunt : Codex lat. 5494, duabus partibus constans, priore a Johanne Vacheret ab an. 1421 usque ad an. 1434, altera a Laurentio Poutrelli usque ad an. 1438 conscripta. Prior bedellus multa simul confudit, ita ut saepe ad quem annum referenda sint acta facultatis sit difficile dictu; quae in ordinem reposuimus, et sic *Chartularium* quaerenti responsum dabit. Alter res melius ordinat, sed magis in nominibus transcribendis peccat. Uterque velociter scripsit, pessima latinitate usus; et ut margaritas ex isto fimo erueremus satis diu rimati sumus. Indicem nominum in fine adjecit Philippus Bouvot, bedellus saeculi XVII, de quo infra. — Codex lat. 5657ᶜ ad annos 1449-64 pertinet, ab eodem Laurentio Poutrelli exaratus. Majus pretium huic codici eo accedit quod computa Laurentii communicata sunt cum notabilibus magistris in theologia qui signa sua in libro apposuerunt[1]; unde de forma nominum quorumdam, aliunde dubia, v. g. Sabrevoys, Eurardi, eruditi fuimus. — Valde nos dolet quod liber an. 1438-49, a Laurentio quoque scriptus, jam deperditus sit. Ad hanc lacunam complendam quantum licet, superest labor a

1. Frequentius in hoc signa magistrorum subscripta sunt quam in praecedente, ubi ter aut quater tantum leguntur.

Philippo Bouvot, bedello sive « majore apparitore », confectus, quem praebet Codex lat. 5657[a]. Jam tum deficiebant, ipso teste, licentiati facultatis theologiae an. 1414-21. Saltem ordinem licentiatorum, exceptis lacunis, ab an. 1373 usque ad an. 1667 (quo mortuus videtur) manu sua exaravit, sive ex antiquis bedellorum libris prout callebat exscribens, sive licentiatos aetate sua enumerans. Praeterea nominibus licentiatorum varias notas de eorum magisterio, promotione ad episcopatum, obitu, quas potuit, addidit et varias facultatis deliberationes inseruit. Scriptura minutissima utebatur, et non raro quid significare voluerit incertum est, praesertim in notis margines libri ornantibus. Nihilominus ex opere hujusmodi bonum quaestum fecisse nos confidimus.

Inter codices ejusdem bibliothecae profuerunt etiam lat. 1485[1] et 1485[2] (Martini Porée), lat. 1486[a] (Processus Joh. Parvi), lat. 3126, lat. 8577 (Gerardi Macheti epistolae), lat. 5965, 5966, 8838 (ad Processum Johannae d'Arc); lat. 9789, lat. 9945 (Richerii opus), lat. 10402, lat. 12847 (Apographa), lat. 14579, lat. 14582, lat. 14617, lat. 14643 sq., lat. 14902, lat. 16576 (Apographa); nouv. a. lat. 535 (Liber pergam. nationis Anglicanae), nouv. a. l. 2263 (Cluniacens.); franç. 20591 (olim Gaignères), franç. 25552; alios passim praesertim pro Joh. Gersone adhibitos enumerare supersedemus.

Bibliotheca S. Genovefae Cod. 577 et Bibliotheca Arsenalis Codd. 2450, 4106; Bibliotheca Mazarin. ms. 1765, nonnulla subministrarunt.

In Bibliotheca Facultatis medicinae nunc servantur Codices dicti « Commentarii », acta a decanis facultatis scripta ab an. 1395 continentes; qui ex Archivo speciali, defuncto archivista nomine Bataillard, reportati sunt. Tomis I et II usi sumus.

Bibliotheca Facultatis juris possidet codices « Memorialia » vocatos, in quibus acta facultatis decretorum, lectiones baccalareorum, necnon nomina baccalareorum, licentiatorum, doctorum, satis neglegenter inscripta sunt. Primum volumen ad annos 1415-1448 adhibuimus.

E Bibliothecae Carnotensis manuscripto 598, sub nomine Codicis Harcuriani vel libri Nationis Normannicae noto, statuta Cardinalis de Estoutevilla aliaque recensuimus.

Praeterea sequentes manuscripti nobis profuerunt :

Divionensis Bibliothecae Codex 837;

Londinii, in Museo Britannico, *Liber rectoris*, Addit. 17304;

In Bibliotheca Vaticana Cod. Vatic. lat. 4990 et Codd. Regin. lat. 332 et 870;

Florentiae, in Bibliotheca Ricardiana Cod. 443.

Addenda prioribus tomis quae repperimus vel reperiemus, sicut quaedam instrumenta quibus certum tempus assignari nequit, v. gr. facultatem decretorum respicientia, ad finem ulterioris tomi reservamus. Immo etiam lectores precamur, si quid omissum invenerint, cum nobis communicare benevole velint. Facile enim intellectu quo pacto in Universitate, cujus

documenta dispersa (ut quivis inspectis his quatuor tomis videre potest) plus quam in nulla alia Universitate ubique jacent, aliqua nos fugisse potuerint.

Auxilium doctorum in praecedentibus tomis nominatorum nobis non defuit, quos singillatim iterum enumerare longum esset. Grato tamen animo Eliam Berger, L. Legrand Archivi nationalis, H. Deprez, H. Omont, L. Dorez, Bibliothecae nationalis Paris., E. Reusens Lovaniensem, Th. de Liebenau Lucernensem, Conradum Eubel, O. Min., Romanum, denique Paulum Delalain, amicum nostrum ac quasi laboris socium, recordamur.

Praesentem tomum eo ipso tempore absolvimus quo destruuntur ultima ex antiqua Sorbona, sic dicta, restantia aedificia, quae ambos abhinc decem annis huic *Chartulario* concorditer laborantes, alterum ut hospitem, alterum ut bibliothecarium, tecto eodem protexerunt, quod quasi paternam domum diligebamus. Cum quintum aggrediemur, vixerit antiqua Sorbona cum suis suavibus recordationibus; itaque non sine desiderio ei carissimae domui valedicimus ac volumen nostrum consecramus.

Castellione juxta Balneolum, 27 Septembris 1897.

CHARTULARIUM

UNIVERSITATIS PARISIENSIS

PARS QUARTA

AB ANNO MCCCLXXXXIIII USQUE AD ANNUM MCCCCLII

RES PROPRIE AD UNIVERSITATEM PERTINENTES

CHARTULARIUM UNIVERSITATIS PARISIENSIS

1714. « *Rotulus plurium graduatorum Parisiensium in Curia presentium* » *ad Benedictum XIII*[1].

1394, Octob. 23, Avenione.

Dignetur sanctitas vestra infrascriptis devotis oratoribus vestris in Romana curia presentibus, quorum aliqui Parisius gradus suos receperunt, et alii ibidem studuerunt, gratias facere que secuuntur. Et primo

Supplicat . . Michael Draperii, presb Rothomag dioc , mag in art et in med licent , qui in eisdem art et med tam Parisius quam Montepessulano per plures annos legit

Item Guillermus Oliverii, mag in art et licent in decret Parisius

Ricardus Rallardi, cler Bajocens dioc , mag in art et in leg bac , dudum Universit Parisiensis rector

Johannes Espringueti, subdiac Ebroicens dioc , licent in leg et bac in decr

Laurentius Juliani, cler Ebroicens dioc , mag in art Parisius et bac in leg Tholose

Gervasius de Larchamp, subdiac Bajocens dioc , de nobili genere ex utroque latere procreatus, qui Parisius in decr per plures annos studuit.

Guillermus Lovaley, presb Bajocens , mag in art

Johannes Munhorie, cler Trecorens dioc , mag in art Parisius et scol in decr

Petrus Odonis, presb monachus expresse professus monasterii Sancti Michaelis in Periculo maris, O S B., bac. in decr. a longo tempore

Matheus Corderii, cler Lexoviens dioc , mag in art. actu regens Parisius in eisdem art

Jacobus de S Medardo, mag in art et bac in decr Parisius

Nicolaus Habardi, cler Constanciens dioc , mag in art

Johannes Tournay de Turonis, licent. in decr. Parisius et cum rigore examinis ac bac. in leg

Johannes de Espallone, Bajocens dioc., mag in art

Johannes Gelu, cler Rothomag. dioc , bac. in art , qui per tres annos vel circa Parisius tam in Logica quam Philosophia studuit

Aalardus de Sanctis, presb Laudunens dioc , mag in art Parisius. de canonicatu ecclesie Suessionens

Matheus de Versignyaco, presb Laudunens dioc , mag in art Parisius, qui ibidem studuit in jure can. per tres annos

Radulphus de Marchais de Monteacuto, cler Laudunens dioc., mag in art Parisius

Guillermus Forestarii, cler , mag in art

Ranulphus Guerez, cler Constanciens dioc , mag. in art [20]

Dignetur sanctitas vestra presentem rotulum sub data signare, quam haberent si in rotulo Parisiensi signati forent. — Fiat pro omnibus. L. — Dat. Avinione decimo kal. Novembris, anno primo.

Reg. Vat. Suppl. Benedicti XIII, n° 82, fol 6 — In n° 79, fol 61, exstat « rotulus principalis familiarium dom. n. pape Benedicti » cum 150 nominibus, 3 id Oct (13 Octob.) an. 1 (1394) Nonnulli Paris. studentes ibi occurrunt, quorum duo solum notandi

Petrus de Ailyaco, mag. theol , de can Bajoc., et ut cum canonicatu cancellariam Paris , cantoriam Rotom., archidiac Camerac., thesaurariam Noviomens. et capellae regii palatii retinere valeat.

Joh. Druchwen, alias de Moravia, cler. Olomucens. dioec., mag in art., bac. format in theol., actu Parisius in theol. legens, de can. Paris. — De isto mag. nat Anglic. « Johanne de Moravia », non Scoto, sed Austriaco, vid *Auctar.* I, et II p. 17, not. 5, et Addenda An. 1407, Maii 4. Petrus de Cantella loco defuncti Johannis in canon. Paris. receptus est (Arch. nat. Paris., LL 109[c], p. 659).

In altero rotulo, ibid. fol 44, composito per dom. Petrum Blavi, praeter alios inveniuntur Petrus de Passada, cler. Mimatens., mag in art. actu regens Parisius, — Matheus Roeder (de quo infra), — Petrus de Bosco, presb. Morinens. dioec., mag. in art., etc

1 Petrum de Luna, de quo in *Chartul.* III, elect. in papam die lunae 28 Sept. 1394, sabb. Octob. 3 in presbyt ordinatum, die dominica Octob. 11 in episcopum consecratum et coronatum (Arch. Vat. Oblig. n° 49, fol 83)

1715. « *Rotulus per episcopum Xanctonens* [1] *confectus de prima et secunda aparicione* »

1394, Octob. 25-29, Avenione.

Dignetur sanctitas vestra peticiones infrascriptas ad exaudicionis gratiam benigne admittere ut in forma.

Et primo supplicatur sanctitati vestre quatenus specialem gratiam facientes devoto vestro Michaeli Monetarii, presb Cenomanens dioc , in utroque jure licenc , can et archid. ecclesie Dolens

Item Joucerando de Cuseriaco, cler , licenc in leg et bac in decr Eduens dioc

Guillelmo de Cuseriaco, cler , bac in decr , Eduens dioc

Guillelmo Acerbi, presb. Trecorens , bac in decr Parisius

Hamoni Novelli, presb , bac in decr , rectori parroch eccl de Sancto Gleno Dolens dioc

Henrico de Harstallis decano ecclesie Beati Germani Thenens Leodiens dioc , bac in leg et alias in utroque jure adeo provecto quod pro discurrendis jurium dubiis in partibus illis tanquam ad unum de sufficientioribus ad eum communis sit recursus

Johanni de Villanova[2], Trecorens dioc , lic Parisius in jure can

Guidoni de Campis, subdiac lic. in leg et bac in decr , consiliarioque illustrissimi principis ducis Bituricensis

Petro Merle, cler. Pictavens dioc , lic. in leg studentique Parisius in fac decr

Nicolao de Cluzrehou alias de Villanova, Leonens dioc , bac, actu legenti Parisius in fac. decr. et mag in artibus.

Alano le Mieu, cler. Trecorens dioc., bac actu legenti Parisius in fac decr.

Oliverio Porti, bac in decr , Briocens dioc

Johanni Oliverii alias Jegoti, bac. in decr., Trecorens dioc.

Johanni de Tournay de Turonis, subdiac , lic in decr Parisius et in rigore examinis, canonicoque Turonensi

Johanni Leht, lic in leg ac bac in decr., Bisuntin dioc

Johanni Mocanerii, presb , bac. in decr

Guillelmo Silvestris, presb Bajocens dioc , mag in art et bac in decr , de can eccl collegiate S Sepulchri de Cadomo Bajocens dioc

Dionisio Pagani, cler Bajocens dioc , mag in art et stud Parisius in fac theol in octavo anno sue audicionis existenti

Henrico de Fontanis, cler Bajocens. dioc , mag in art., qui per septem annos continuos Parisius in fac. theol. studuit

Johanni de Espallone, presb Bajocens dioc., mag in art., bac in decr et lic in leg.

Matheo Preli, cler Bajocens dioc , mag. in art , qui sex annis Parisius in s. theol studuit.

Yvoni Rousselli, presb Bajocens dioc , mag in art , stud. Parisius in fac. theol in quarto anno sue audic.

1.

Johanni Baldouini[3], cler Bajocens dioc , mag in art et stud Parisius in fac theol. in quarto vel quinto anno sue audicionis

Helie Luce, cler Bajocens dioc , mag in art

Nicolao Septem annorum, cler Bajocens dioc., mag. in art

Roberto Flori, cler. Sagiens dioc , mag. in art

Johanni Militis, presb mag in art.

Guillelmo Mercatoris, cler Bajocens. dioc , mag in art et stud. Parisius in fac theol

Jacobo Johanne, cler Bajocens dioc , mag in art et stud Parisius in fac. theol

Radulpho Bonnel, cler. Bajocens dioc , mag. in art

Guillelmo Mautalhé, cler Abrincens dioc , mag in art et bac in leg.

Philippo Egidii, presb mag in art , Sagiens dioc

Guillelmo Lodour, cler Briocens dioc , mag in art studentique in jure can in sexto anno sue audic.

Johanni de Puteo, cler. Bajocens dioc , mag in art

Michaeli le Bouedre, cler Bajocens dioc , mag in art. et stud Parisius in fac theol

Rogero Manchonis, presb Bajocens dioc , mag in art et stud Parisius in fac. theol

Johanni de Boda, cler Bajocens dioc , mag. in art et bac. in med.

Philippo Seelez, presb. Bajocens. dioc , mag in art et stud Parisius in fac theol

Thome Bertini, cler Constanciens dioc , mag in art et stud Parisius in fac theol

Thome Hobe, cler Bajocens dioc , mag in art et stud Parisius in fac theol in septimo anno sue audic existenti

Petro Guilhameti, cler Bajocens dioc., mag in art

Nicolao Douchet, cler Bajocens dioc , mag in art et stud Parisius

Johanni Lafile, cler. Sagiens dioc , mag. in art.

Oliverio Celoti, cler. Sagiens dioc , mag. in art., de can. ecclesie Ebroicens

Guillermo Hardi, presb , mag in art Rothomagens. dioc

Herveo de [C]luzreou alias de Villanova, cler. Leonens dioc , mag in art , qui in theol. per sex annos continuos studuit.

Guillelmo le Mieu, cler Trecorens. dioc , mag in art. Parisius et scolari in decretis in secundo anno sue audic

Petro Champion, mag in. art et bac in jure civ , Constanciens. dioc.

Johanni Sapientis, mag in art , Sagiens dioc.

Luce de Fayaco, mag. in art., Sagiens. dioc

Johanni Jordanis, mag in art , Constanciens dioc

Guillelmo Prioris, mag in art et cappellano perpetuo in eccl Sagiens

Petro Guiasse, cler Lemovicens dioc , mag in art

Gaufrido Gatineli, Redonens , mag in art , studentique in med

Petro de Valle, cler. Redonens dioc , mag in art

Richardo de Bosco, cler. Sagiens dioc , mag in art.

Petro de Castanea, Rothomagens dioc , mag in art et med , regentique Parisius in fac med

Philippo Corru, Rothomagens dioc , mag in art

Gaufrido Hay, mag. in art. et stud in fac theol , Constanciens dioc

Johanni Bourduchon, Rothomagens dioc , mag in art

Johanni de Planoforesio, mag. in art , Aniciens dioc

Dat. Avinione pro graduatis in jure et magistris in artibus viij° kal. Novembris, anno primo.

Item Fulconi Darifabre, cler Tutellens dioc , de nobili genere procreato, stud Parisius

Guillelmo Laudeur, Bajocens dioc., de nobili genere procreato, studentique in jure can in sexto anno sue audicionis

Guillelmo Davidis, bac in art. ac stud in theol. Parisius, Briocens. dioc.

Ghiselberto Lupi, can. expresse professo monasterii B. Marie Jeccens. Ord Premonstratens., Cameracens dioc , stud. Parisius in theol

Fratri Oliverio Guigonis, can reg expresse professo monasterii B. Marie Belliportus Ord Premonstratens , Briocens. dioc., stud Parisius in jure can in quinto sue audic anno existenti

Menguito Frezour, presb Briocens dioc , stud Parisius in jure can in quinto anno sue audic existenti

Richardo Amé, presb Bajocens dioc , rectori parroch eccl S Scolastice Sagiens dioc , actu stud Parisius in fac decretorum, de can eccl collegiate S. Sepulchri de Cadomo dicte dioc

Simoni de Kech, presb. S Andree dioc , scolari in jure can actu studenti.

Reginaldo Couches, cler. Dolens dioc , scol. Parisius in decr in quinto anno sue audic

Nicolao Moyssins, alias Almanni, Briocens. dioc , qui Parisius in theol per sex annos studuit

Johanni Gualerue, cler Trecorens. dioc , qui per quinque annos Parisius in jure can studuit, et adhuc studet

Johanni David, cler [Trecorens dioc] capellano perpetuo S Katerine in collegio Navarre Parisius, cujus fructus, etc., xxviij libr. annuatim non excedunt, stud in decr , et qui in dicta fac per magna tempora studuit

Yvoni Richardi, cler Trecorens dioc., stud. Parisius in decr

Yvoni de Mota, cler Trecorens , stud Parisius in jure can in sexto anno sue audic.

Rollando Fabri, rectori parroch. eccl de Castris subtus Montem Lethericum Paris dioc , studentique Parisius in decr., de can eccl Noviomens

Johanni Ville Mauricii, cler Trecorens. dioc , studentique Parisius in decr.

Rollando Nigri, cler. Trecorens. dioc , studentique Parisius in jure can

Clementi Anglici, presb. Nivernens , stud Parisius in decr.

Petro Judicelli, presb. Briocens dioc , stud Parisius in jure can

Johanni Christiani, presb stud. Parisius in decr , Carnotens dioc

Alano Rollandi, cler. Briocens. dioc., stud Parisius in jure can

Nicolao Bourdon, presb Rothomagens. dioc., actu stud. Parisius in fac decr.

Johanni Barat, presb Atrebatens dioc., stud. Parisius in fac theol

Menoto Bosset, cler Trecorens dioc , stud. in fac. decr Parisius, de can eccl. Trecorens. [85]

Dat. Avinione quarto kal. Novembris, anno primo. — Fiat pro omnibus. L.

Reg. Vat. Suppl. Benedicti XIII, nº 79, fol. 89. Ex isto rotulo eos solum desumpsimus, qui Parisiis studebant. Plures eorum iterum in magno rotulo an. 1403 occurrunt, ubi etiam quosdam notae illustrabunt.

1 Eliam de Lestrange. — 2 De ipso, postea doctore, jam in t. III. Nunc scimus, an 1394 jam fuisse licent. — 3 Seu « Baudouin », de quo infra.

1716. *« Rotulus per mag. Petrum de Aillyaco compositus », ad Benedictum XIII missus.*

1394, Decemb. 13, Avenione.

Guiberto Meret, cler Parisius, stud. ibidem in decr

Johanni Vinchet, alias Fioti, cler Cabilonens dioc , mag in art et bac in theol

Henrico de Aillyaco, cler Suessionens dioc

Jacobo Parvi, cler. Paris dioc

Johanni Guichardi, cler. Suessionens. dioc

Philippo Majoris, cler. Ambianens., stud Parisius

Johanni Guioti.

Petro Sansonneti, cler. Trecens. dioc

Henrico Fioti, cler. Corisopitens dioc., Parisius studenti

Guillelmo Arboris, cler. Lingonens. dioc., stud. Parisius.

Dominico Baillivi, cler. Metens., mag in art et bac in decr. in quarto anno lecture sue, Parisius actu legenti.

Nicolao Poillevillain de Clamengiis[1], cler. Cathalanens. dioc., mag. in art et bac. in theol., de can. in eccl. Cathalan , non obstante quod alteram capellaniarum Universitatis Parisiensis, valent. xvj, et alteram ad altare majus Beate Marie in novo opere dicte eccl. Cathalanens., xiiij libr paris. valent., noscatur obtinere.

Egidio de Dullentio, cler Ambianens dioc , mag. in art et in med

Nicolao de Gondricuria, cler Tullens dioc , mag in art et lic in decr., stud Parisius in fac theol in tercio anno sue audic.

Johanni Jenneti de Trinerio, cler Tullens dioc., stud Parisius

Martino de Houdelaincuria, presb. Tullens dioc , scol Parisius

Johanni Marmeti, subdiac Lingonens dioc , scol Parisius

Johanni Leporis, cler Eduens dioc , mag in art et in med , actu regenti Parisius

Johanni de Campremi, cler. Ambianens. dioc , Parisius stud.

Michaeli Charonis, mag in art , Suessionens. dioc.

Johanni Gourdini, cler Sagiens. dioc , Parisius stud.

Johanni Cousin, cler dioc , Parisius stud

Johanni de Efficiis, presb Suessionens dioc , mag. in art Parisius a xv annis citra, in theol stud

Guillelmo Nepotis, in art mag Bajocens. dioc , Parisius stud in fac theol

Johanni Estoccardi, cler Ambianens , Parisius stud. [25]

Fiat pro omnibus. L. — Sine alia lectione et cum commissione examinis ad partes. — Fiat. L. — Dat. Avinione id. Decembris, anno primo.

Reg. Suppl. Bened. XIII, n° 79, fol. 187[b]. Ex isto etiam rotulo scholares Parisiens. solum exscripsimus. — In n° 81 (ejusdem anni) alius rotulus exstat Petri de Ailliaco, pro consanguineis suis (fol. 78[b]), et in n° 83, fol. 31, idem Petrus, regis Francie eleemosinarius, an. eodem, Octob. 14, in « rotulo pro familiaribus familiarium dom. nostri pape » petit pro suis familiaribus.

1. I e. isti celebri viro, de quo sicut de multis aliis in t. III

1717. « *Rotulus archidiaconi Parisiensis.* »

1394, Decemb. 5-1395, Januarii 6, Avenione.

Sanctissimo in Christo patri et domino nostro domino Benedicto divina providente clementia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici, devotus et humilis orator vester Garnerius Guerandi, archidiaconus ecclesie Parisiens., alias de Josayo, olim refferendarius, cappellanus et familiaris fel. rec. domini Clementis pape septimi .... cum sui recommendatione humilima reverentiaque et subjectione perpetuis se ipsum ad devotissima pedum oscula beatorum. Pater beatissime, ego attente considerans quod in vestre sanctissime considerationis intuitu ubilibet visione clarissima cuncta cernente non est personarum acceptio, sed potius meritorum .... ut creditur bene meritis vestris temporibus non claudetur janua gratiarum in hoc vestro jocundo adventu ad summum pontificatus honorem, de cujus promotione condigna propter bonum, quod exinde toti rei publice christiane speratur provenire, cor meum quamplurimum exultavit in Domino et exultat, ex eo grates referendo bonorum omnium largitori....

Et primo Johanni Caronis, presb Belvacens dioc , mag in art et bac in theol , olim rectori Universitatis studii Paris. ac alias temptatori et examinatori in art licentiandorum in examine B Marie Paris.

Item Johanni Fouquerelli[1], presb Belvacens dioc., mag. in art et stud Parisius in theol. in sexto sue audic. anno.

Dyonisio Feullart, presb Belvacens. dioc , mag in art et scol. Parisius continuo in theol in quinto sue audic. anno

Martiali Nepotis, presb Lemovicens dioc , scol Parisius in fac decr. in sec sue audic anno

Nicolao Tricotel, cler Belvacens dioc

Hugoni de Pratis, cler et nobili, Parisiens dioc., nullum beneficium ecclesiasticum obtinenti, scol Parisius in art. [6]

Fiat pro omnibus. L. — Et transeat sine alia lectione et cum examinis ad partes commissione — Fiat. L.

Pater beatissime, personam vestram benedictissimam conservet altissimus felliciter et longeve ad regimen ecclesie sue sancte Scriptum Parisius sub sigillo meo presentibus hiis appenso anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, die quinta mensis Decembris, sanctissimi pontificatus vestri anno primo.

Dat. Avinione, octavo idus Januarii, anno primo.

Reg. Suppl. Bened XIII, nº 78, fol 136 — In nº 43, fol. 77ᵇ-79, exstat etiam rotulus episcopi Paris Sed non parvi momenti est Rotulus curie Parlamenti regis Francie an. 1394, Octob 25, in nº 84, fol 69-75ᵇ

1. An. 1409 solum in theol licent. Vid. de ipso ibid

1718. « *Rotulus quorumdam studentium Parisius.* »

1395, Februarii 9, Avenione.

Supplicant sanctitati vestre vestri devoti et humiles scolares Parisienses inferius nominati, quatenus sibi specialem gratiam facientes de beneficiis....

Et primo Johanni de Laudissono, cler Cenomanens dioc , mag in art et scol Parisius in fac theol.

Item Nicolao Manducantis, cler Cenomanens dioc., mag in art et scol. Parisius in fac med

Michaeli de Boscolibonti, cler Abrincens dioc , mag in art

Johanni Rotarii, cler Cenomanens dioc , bac. in art et scol Parisius in predicta fac art

Reginaldo Chourtes, cler Dolens dioc , scol Parisius in fac decr in quinto anno sue auditionis

Matheo de Bosco, cler Cenomanens dioc , bac in art , scol Parisius in predicta facultate

Johanni Vuneche, cler Cenomanens dioc , scol Parisius in fac art

Guillermo Chourtes, presb Dolens dioc , scol Parisius in fac decr

Radulpho de Camino, cler Cenomanens dioc , bac in art et scol Parisius in predicta fac art.

Johanni Brune, cler Dolens. dioc

Guillermo Rousselli, cler Cenomanens dioc , scol Parisius in art fac

Johanni Reginaldi, cler Sagiens dioc , bac in art , scol Parisius in predicta facultate art.

Johanni Boissouche, cler Cenomanens dioc , bac. in art. et scol Parisius in fac art

Guillermo Chauveleti, cler Cenomanens dioc.

Petro Tesson, cler Abrincens dioc , scol Parisius, bac in art. [15]

Fiat pro omnibus. L — Sine alia lectione. — Fiat. L. — Dat. Avinione quinto id. Februarii, anno primo.

Reg Suppl Bened. XIII, nº 82, fol. 85ᵇ. — In nº 83, fol. 106ᵇ, est rotulus baccalareorum et magistrorum et nobilium ejusdem anni, sed non exprimitur, utrum Parisienses ii sint necne.

1719. *Benedictus XIII Johanni Gersoni cancellariam Paris. reservat*

1395, Aprilis 13, Avenione.

Dilecto filio Johanni de Gersono decano ecclesie Sancti Donatiani Brugensis Tornacensis diocesis, magistro in theologia, salutem et apostolicam benedictionem. Litterarum scientia.... Cum itaque nuper de persona dilecti filii Petri electi Aniciens. ecclesie Aniciens.[1] tunc vacanti auctoritate apostolica duxerimus providendum, preficiendo ipsum eidem ecclesie in episcopum et pastorem, et propterea cancellaria ecclesie Parisiens., quam idem Petrus tempore provisionis hujusmodi obtinebat prout obtinet per munus consecrationis eidem Petro impendendum vacare speretur, nos volentes tibi premissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem, cancellariam predictam, cum illa ut prefertur aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis a canonibus diffiniti vel alias quovis modo preter quam per ipsius Petri electi obitum vacare contingeret, conferendam tibi cum omnibus juribus et pertinentiis suis, etiam si dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata existat, motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate donationi apostolice reservamus, districtius inhibentes venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Parisiens. ac illi vel illis ad quem vel ad quos ejusdem cancellarie collatio, provisio, presentatio seu quevis alia dispositio pertinet communiter vel divisim, ne de dicta cancellaria contra reservationem nostram hujusmodi disponere quoquomodo presumant .. Nos enim, si cancellaria ipsa dignitas vel personatus existat, aut curam habeat animarum, tecum ut decanatum ecclesie Sancti Donatiani Brugens., qui dignitas in eadem ecclesia existit, ac parrochialem ecclesiam de Campellis in Bria[2], Tornacens. et Parisiens. dioces., quos canonice obtines, una cum dicta cancellaria, etiamsi ad eam et dictum decanatum consueverit quis per electionem assumi ac eidem decanatui cura immineat animarum, retinere, generalis Concilii et quibuscumque aliis constitutionibus apostolicis et statutis .. . contrariis nequaquam obstantibus, libere et licite valeas, motu simili de uberioris dono gratie dispensamus, proviso quod decanatus, cancellaria et parrochialis ecclesia predicte debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in parrochiali ecclesia et decanatu ac cancellaria predictis, si qua illis imminet, nullatenus negligatur. Volumus autem, quod infra unum annum a tempore assecutionis hujusmodi computandum cancellariam, si dignitas vel personatus ut prefertur existat ac ei cura immineat animarum, aut decanatum vel parrochialem ecclesiam predictos pro alio beneficio cum aliis compatibilibus permutare, alioquin decanatum, parrochialem ecclesiam vel cancellariam hujusmodi, quem vel quam extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis[3]. Nulli ergo, *etc.* Datum Avinione id Aprilis, pontificatus nostri anno primo.

Reg. Aven. Bened. XIII, vol VI, fol. 89. — Ibid. « In eodem modo, dilectis filiis abbati monasterii Sancte Genovefe

Parisiens. et decano Sancti Agricoli Avinion. ac Johanni de Marjonno canonico Silvanectens. ecclesiarum — Exequuta vj id. Junii, anno primo. R. DE VALLE. »

1. Petrus d'Ailly, cancellarius Paris., April 2, an 1395, a Benedicto XIII fit episcopus Aniciens. (Reg. Aven , vol. I, fol. 179) Cf *Chartul.*, III, p. 259. not 33. — 2. Ms. · « Campelli sinberia ». — 3. An. 1395, Jul 12, Benedictus XIII cancellario Paris. pro tempore permisit quoddam beneficium eccles. in dioecesi vel civitate Paris acceptare, cujus fructus annui valorem centum libr. turon. parv. non excedunt, — dum tamen non sit canonicatus et praebenda eccl. cathedralis, — quia cancellaria Paris. paucis redditibus dotata est (Reg Aven. Bened. XIII, vol. III, fol. 334 « Si dignitates »). Paroch tamen ecclesiam postea dimisit (Reg. Lat. Joh. XXIII, nº 145, fol. 260)

1720. *Universitas injuriam magistro Dominico Zoutre, et Johanni Hains, Marco Zoutre scholaribus a tribus sergentibus illatam, postulat a curia parlamenti puniri*

1395, Junii 14, Parisiis.

Lundi xiiij^e jour [de Juing].

Entre l'Université de Paris et maistre Dominique Zoutre, Jehan Hains, Marc Zoudres, estudians à Paris, demandeurs d'une part, et Jehan Renart[1], Jehan à la Teste et Jehan Billeron, sergens du roy ou Chastellet [d'autre part]. Dient les demandeurs que ilz sont gens de bonne vie et que les demandeurs estoient alés à la porte Saint Denis pour parler au messager de Flandrez, et en parlant à un varlet, les ii[i] sergens, sanz ce qu'ilz eussent meffait, ne eussent aulcunes armez, s'adrecèrent à eulx en les appelans « garcons » et que « ilz faisoient les maistres », et de fait les prindrent pour mener en Chastellet, et avec ce après plusieurs paroles injurieuses les menèrent en Chastellet, josoit ce que maistre Dominique requist que il feust mis en un hostel et que ilz s'enformassent, et les menèrent en ferant de leurs calochez, et depuis ont esté renduz à l'official chargiez de la bateure d'un homme, mais l'en ne scet qui Si concluet à amende honorable, que de Chastellet nus il soient menez pour faire amende et aussi en plaine assamblée, une torche en leur main, et en l'église de Paris et de là menez en Chastellet et tiengnent prison jusque à satisfaction et à amende prouffitable et dommages interescz et despens. Les sergens vendront en personne jeudi prochain

Arch. nat. Paris , X1a 1477, fol 554b. — Jun 22 curia parlamenti informationem fieri jubet (ibid., fol. 558b).

1. Hoc nomen add. supra lineam.

1721. *Capitulum generale Cisterc. anniversarium pro dudum defuncto Guillelmo Curti[1], qui ecclesiam S. Bernardi Paris. collapsam reparavit, quinque millia florenorum ad emendos redditus misit, librisque librariam S. Bernardi insignivit aliaque in bonum Collegii fecit[2], die obitus Jun. 11[3] quolibet anno ibidem celebrandum esse statuit.*

1395, Septemb. 12, Cistercii.

MARTÈNE-DURAND, *Thes. nov. anecd.*, IV, 1530.

1 An 1361, Jun 12 (Arch. Vat. Oblig., nº 35, fol 2), defuncto Vid de eo *Chartul.*, II, imprimis p. 253, not., ubi in textu de ecclesia inchoanda, p. 450, not — 2. Cf. *Chartul.*, III, nº 1400. — 3. Legas : « Jun. 12 ».

1722. *Magistri regentes facultatis medicinae an 1395-96.*

1395, Novemb. 4, Parisiis.

Anno Domini M° CCC° nonagesimo quinto, die jovis post festum Omnium Sanctorum, que fuit quarta dies mensis Novembris, inceperunt lectiones suas magistri qui hic inscribuntur :

Mag Thomas de Sancto Petro[1].
— Guillelmus Boucherii[2].
— Johannes de Bellomonte[2]
— Radulphus de Herpis[3]
— Martinus Gazel
— Petrus de Aussonno.
— Henricus Crevessac
— Thomas Blanchecappe.
— Johannes Voignon[4].
— Albericus Divitis[5]
— Johannes Richardi
— Johannes Comitis
— Bonifacius de Sannevièrez[6]
— Johannes Plumion[7].
— Richardus de Baudribosco,
— Georgius de Castro

Mag. Johannes Leporis[8].
— Thomas Lemauge
— Honoratus [de Puteo Villari][9].
— Guillelmus de Senonis[10]
— Johannes Parvi.
— Henricus Pilati
— Johannes Tanquardi.
— Petrus de Vallibus[11].
— Petrus de Castanea
— Egidius de Dulendio.
— Johannes de Marla[12]
— Radulphus Prepositi
— Johannes de Fontanis.
— Johannes du Martroy
— Radulphus Blanche[13]. [31]

Comment fac med., t. I, p. 2. JOURDAIN, n° 928. — Nov 6 decanus electus est Petrus de Vallibus. — Alias notas praeter sequentes vid. ad num 1740

1. De eo et plerisque sequentium vid. *Chartul.*, III. — 2. « Guillaume Boucher, i. e Carnificis, et Jehan de Beaumont » nominantur inter physicos a Ludovico duce Aurelianensi mercede conductos an. 1402 ap. DE LABORDE, *Ducs de Bourgogne*, Preuves, III, p. 199. — 3. Radulphus de Harbis bursarius collegii Laudunensis memoratur an 1373, principalis ejusdem collegii an. 1386, iterum an. 1387 (Arch. nat., H 2803[1]). — 4 De ipso *Chartul*, III. Canon. Paris., an. 1398 ad presbyt. ordinem promotus est. (Arch nat. Paris., LL 108b, fol. 419). — 5. Albericus Divitis, de quo vid. *Chartul.*, III, fuit etiam procurator vel principalis domus ac collegii scolarium Laudun. Paris. fundatorum, saltem an. 1381-82, 1385-86 (Arch. nat., H 2803[1]). — 6. I. e. de Chènevières, ut aliquando invenitur, e. g. Comm. fac. med., I, p 51. — 7. Johannes du Ploys, al. de Plommiono, de quo in *Chartul.*, III, an. 1378 Febr. 13 receptus fuerat bursarius in coll. Laudun. An. 1388, jam magister in medicina, bursam artistarum adhuc in eodem collegio obtinebat, quam mox reliquit (1389, Jan. 24) quia « suum compleverat septennium » (Arch. nat., H 2803[1]). — 8. « Jehan Le Lièvre, physicien du duc d'Orléans » ann. 1400, 1408, 1415 occurrit ap. DE LABORDE, *l. c.*, p. 195, 243, 267. — 9. « De Puthevillers » add. m. recent. — 10. Idem qui alias vocatur Guillelmus Pelliparii. Vid. ad an. 1403, Octob. 1. — 11. « Pierre de Vaux, physicien de Monseigneur le duc d'Orleans... et de la duchesse son épouse » an. 1397-1415 saltem invenitur ap. DE LABORDE, *l. c*, p. 142, 263, 268. — 12. « Jehan de Marle » an. 1394, Maii 16, pecuniam accipit a duce Aurelianensi. Cf. DE LABORDE, *l. c.*, p 87. Medicus etiam regis, can. Laudun. et can. sacrae capellae dicitur ad an. 1383-85 in registro computi (Arch. nat, H 2803[1]) collegii Laudunensis in quo bursarius fuerat et principalis saltem an. 1358-59. At non de illo jam agetur. Namque tres Johannes de Marla in eodem registro memorantur. Praeter celebrem illum Joh [Jarbe] de Marla (cf. *Chartul.*, III, p. 250) inveniuntur an. 1381 « Joh. de Marla minor, receptus loco Johannis de Marla majoris. Joh. de Marla major, receptus ad bursam medicinae loco mag. Joh Baudaille ». An. 1388, Aug. 18, Joh de Sancto Clemente seu potius « Clementis » de Marla (id est major) licent. in artibus, receptus fuit ad bursas medicinales loco mag. Renerii La Gorge, an 1394, Nov 23, Joh. de Marla, mag. in art. et medic., principalis collegii Laudun. electus est. De quo hic et infra mentio fit, vid ad an. 1403, Jul. 14. — 13. Rad. Blanche noviter receptus ad bursam an 1387 in coll. Laudun. (Arch. nat., H 2803[1]), procurator nat. Picard. an 1390 (*Chartul*, III, n° 1579, not.).

1723. *Facultatis medicinae bona librique in manus decani Petri de Vallibus remittuntur.*

1395, Novemb. 22, Parisiis.

Die xxij[a] ejusdem mensis recepi a venerabili et discreto viro magistro Johanne Voygnon, regente in facultate medicine Paris. et predecessore meo decano, de bonis facultatis ea que secuntur[1]:

Primo papirum aliam, immediate precedentem, quinque codices continentem[2],
Item scrinium magnum facultatis,
Item aliud papirum in quo continentur littere et privilegia multa facultatis,
Item Abreviaciones synonimorum Januensis[3],
Item Tractatus de tiriaca[4],
Item translacionem carpinatam ex 5° *Colliget* Averrois[5],
Item statuta antiqua facultatis;
Item Exposiciones antiquas super partes Avicenne, in papiro,
Item secundum et tertium Canonem Avicenne, in eodem volumine,
Item Concordancias Johannis de Sancto Amando[6],
Item duas laietas facultatis in quibus sunt plures littere facultatis,
Item librum Hebe Mesue[7] de simplicibus medicinis, cum Practica ejusdem,
Item Antidotarium clarificatum[8],
Item unum volumen magnum, in quo continentur plures libri Galieni;
Item duas claves, unam de scrinio, in quo est sigillum Universitatis, in Navarra existenti, et aliam de scrinio magno facultatis. Item sex alias claves, unde sint nescio

Item magister Guillelmus Boucherii habet Concordancias Petri de Sancto Floro[9], Antidotarium Albucasis et Totum continens Rhasis in duobus voluminibus[10], in vadio xxij francorum ut continetur in alia papiro, in decanatu magistri Richardi de Bodribosco.

Item magister Johannes de Bellomonte habet calicem cum patera argentea et repositorio de corio in quo ponitur, et habet similiter in vadio pro vj francis, ut habetur in alia papiro, in decanatu magistri de Bodribosco

Item duas cedulas, sigillo rectorie sigillatas, quibus rector nomine Universitatis fatetur teneri facultati in xxij francis.

Comment. fac. med., t. I, p. 1. — Vallet de Viriville, *Hist. de l'instr. publ. en Europe*, p. 362, Jourdain, n° 928, A. Franklin, *Anciennes biblioth. de Paris*, II, p 18.

1. Similem syngrapham quotannis decanus recens electus de bonis fac. med. dabat, nisi quod unus vel alter magister aliquos libros detinebat. — 2. Quot registra fac. med amissa sint incertum est Hic de quinque codicibus agitur, sane male consutis et una charta involutis An. 1407 decanus Casson testatur se recepisse « papirum istam precedentem », an. 1409 Yvo Levis adnotat « duas papiros antiquas, item papirum presentem », an. 1420 decanus ait « duas papiros ». Nulli eorum in mentem venit tam pretiosa documenta describere. — 3. Simon Januensis (1270-1303), medicus papae Nicolai IV Synonyma medicinae sive Clavis sanationis saepe typis edita sunt ab an 1473. — 4. Verisimiliter tractatus qui invenitur in Aristotelis opp. cum commentario Averrois (Venet., 1560, 8°, t. V). — 5. Colliget, sive Kitâb el-Kollijjât, i. e. Liber universalis de medicina, in septem partibus distributus. — 6. De Johanne de S. Amando, praeposito canonicorum Montis saec xiii, cf. Haeser, *Gesch. der Medicin*, 3 ed., I, p. 667. — 7. I e. Mesue junior, auctor arabus saec. xi, toties latina lingua in bibliothecis versatus. — 8. Nicolai Myrepsi — 9. De Petro Guas de S. Floro, mag. in medicina Paris., vid. *Chartul.*, III, imprimis p 631, not 18. In Arch. nat., MM 266, fol 170, refertur una « Quittance du doyen de la fac. du dernier Avril 1397 » qua confitetur se a Guillelmo Carnificis 48 francos recepisse occasione librorum dictorum « Totum continens » et « Concordantiae Sancti Flori » invadiatorum — 10. Celeberrimum fuit istud Rasis exemplar ex eo quod Ludovico XI regi Franciae commodatum fuit (vid. Franklin, *Anciennes biblioth. de Paris*, II, p. 22-24). Destructum putatur, at, si forte alicubi jaceat, ut recognoscatur facile, hic adnotabimus quemdam decanum diligentiorem quam caeteri an. 1455 scripsisse « Secunda pars *Continentis* incipiens libro decimotercio, et incipit in principio secundi folii *armoniacum sigia* et in penultimo folio finit *ozimum gariofilatum*, et est in uno volumine » (Comm. fac. med., t II, p. 141). Primum exemplar versionis latinae a mag.

Farragio judaeo factae et a rege Jerusalem Siciliaeque Carolo V missum, superest in Bibl. nat. Paris. lat. 6912; de quo egerunt P. Durrieu in *Gazette archéologique*, 1886, et Aem. Chatelain, *Notice sur un ouvrage de médecine orné de miniatures* (Impr pour le mariage Avalle-Bassereau, 5 juin 1886) Denique jam diximus (*Chartul*, III, p. 46, not. 7) alıud exemplar *Continentis* in mss. 126-127 Bibl. Universitatis Paris asservari.

1724. *Licentiati in facultate theologiae.*

An. 1395, Parisiis.

Mag. Adamus Carnificis alias Boucher
Fr Guillelmus de Bevilla[1], Aug.
Mag. Johannes de Villaribus
Fr Laurentius[2] abbas de Bello Prato, Cisterc.
Mag Petrus Fleurye.
Fr. Guillelmus Ferreoly, Minor
Mag Johannes de Austria[3]
Mag Flamingus du Martroy
Fr Johannes Noblet, Carmelita
Fr. Johannes de Calmis, alias de Chaumes[4], Aug.
Fr Johannes Gardi[5], Minor
Fr Eustachius le Grant[6], Carmelita
Fr Johannes Brixeus[7], Minor
Fr Robertus Egidii, Cisterc [14]

Bibl. nat. Paris, ms. lat. 5657ª, fol. 11. — De plerisque jam in *Chartul.*, III.

1. Ms. add. « alias d'Abbeville » Arch. nat Paris., J 517, nº 158 « Buiville ». — 2. Laurentius de Rua, abbas Belliprati ab an. 1390 Vid. *Chartul*, III, nº 1604 — 3 Adjungitur « dicitur Joh. Albertus de Austria ». Ast nominatur Johannes Mullechner de Austria, de quo in *Auctario*, t. I, Index, p. 965. Tarde ad magisterium pervenit, et quidem solum an. 1398 (1399?), nam eodem anno, Martii 1, confitetur, se a cambellano ducis Aurelianens 20 francos aureos recepisse, « pour faire ma feste en théologie » (De Laborde, *Les ducs de Bourgogne*, III, nº 5876) Revera in ms. 5657ª scribitur, eum an. 1398 incepisse — 4. Ms. « Chaumur ». Corr. ex Arch. nat. Paris, J 517, nº 173. — 5. Ms. « Achardy ». Vid. *Chartul.*, III, p. 397 et not. 26. — 6. Ms.: « Grandye » Corr. ex Arch. nat. Paris., J 517, nº 151 Iste est celeber Eustachius Pavilly seu de Pavilliaco, de quo in *Auctar.*, t. II, p. 112 et 150, not., et pluries infra Longe postea, post an. 1411, iste Eustachius de Pavilly, « s. theol. celeberrimus et veritatis famosissimus predicator, vir quippe opere et sermone conspicuus... cujus doctrina saluberrima .. multorum animos in viam eterne patrie conducit », ut Universitas tunc ad quemdam scripsit (Martii xvij), a fr. Bartholomaeo de Roqueli, vicario generali Johannis Grossi, intolerabili vexatione exagitabatur et ad Capitulum generale citatus. Cum esset aegrotus et suppositum Universitatis, ejus causa Parisiis coram judice decidebatur (Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 131). — 7 Seu « Brisse », de quo in *Chartul.*, III.

1725. *Ad examen licentiandorum in medicina Johannes de Pisis uxoratus admittendus sit necne, magistri fac med inter se dissentiunt.*

1396, Februar. 13, Parisiis.

Die dominica que fuit xiijª Februarii, quia die sabbathi precedenti nullam habueram conclusionem, fuit facultas congregata in Sancto Maturino super duobus articulis : primus fuit ad ordinandum de bachalariis ad examen pro licencia admittendis. Fuerunt xiij bachalarii ad examen admissi, videlicet : Johannes Simardi; magistri Johannes Belardi, Stephanus Garnerii, Geraldus de Lingonis, Johannes Fusoris[1], Marcus de Mediolano, in artibus magistri, Gallici; magistri Egidius Herbaudi, Johannes Cocineal, Picardi; Johannes de Roda,

Robertus de Sancto Germano, Philippus Herpin, Robertus Veteris, Normanni, et magister Johannes de Pisis[2], Gallicus.

Et est notandum quod fuit controversia de predicto magistro Johanne de Pisis, eo quod, ut dicebatur, uxoratus est. Tamen perlectis statutis que jurare debent bachalarii antequam cancellario presentantur, et quibusdam aliis, scilicet illo quod juratur a bachalariis ad lecturam suorum cursuum admissis, videlicet quod non sunt uxorati neque cirurgici manualiter operantes; item alio, quod quidem continetur inter statuta tangentia magistros, bachalarios et scolares, videlicet quod nullus uxoratus, durante matrimonio, admittatur ad legendum : visum fuit majori parti magistrorum presentium quod ex quo, dum fuit bachalarius et perlegit suos cursus et frequentavit per duos annos disputationes, et illo toto tempore non fuit uxoratus, licet modo esset, non propter hoc minus debet ad examen cum aliis admitti et cancellario presentari, attento etiam quod non sunt aliqua statuta que habeant jurare bachalarii antequam cancellario presententur ad contrarium. Aliqui tamen contradicebant, dicentes quod ex illis duobus statutis supradictis sequitur satis clare quod non potest admitti; et ideo quantum erat in eis interimebatur, etc. Et fuerunt presentes huic congregacioni magistri Thoma de Sancto Petro, Guillelmus Boucherii, Johannes de Bellomonte, Radulphus de Herpis, Johannes Voignon, Johannes Richardi, Johannes Comitis, Bonifacius de Sannevièrez, Georgius de Castro, Johannes Leporis, Honoratus de Puteo Villari, Henricus Pilati, Johannes de Marla, Johannes de Fontanis, Johannes Du Martroy, Radulphus Blanche, etc.

Comm fac. med , t. I, p. 4. — JOURDAIN, nº 928.

1 De hoc celebri viro, vid. infra ad an 1396, Novemb. 4 — 2. Ms. hic et mox infra « Pisiis », sed vide in docum. inferius editis.

1726. *Facultas medicinae Thomae Brovn sex annos, per quos in Univ Oxoniensi medicinae studuit, pro tribus annis de speciali gratia admittit.*

1396, Februar. 21, Parisiis.

Die vero 21ª ejusdem [mensis] magistris convocatis in nonis Nostre Domine ad videndum probacionem temporis sue audicionis in domo mea, probaverunt per modum infra scriptum, presentibus magistris Johanne de Bellomonte, Radulpho de Herpis, Alberico Divitis, Bonifacio de Sanevières, Johanne Plumion, Johanne Leporis, Thoma Le Mauge, Johanne de Marla, Johanne de Fontanis et pluribus aliis magistris regentibus ejusdem facultatis.

Et primo, magister Johannes Petri probavit de tempore sue audicionis 33 menses cum dimidio, sine anno presenti.

Secundo, Thomas Brovn, magister in artibus, ut dicit, pro probacione sui temporis quoddam instrumentum in Anglia confectum, manu cujusdam notarii vocati Johannis Rampton, Wintoniensis diocesis, apostolici notarii, signatum exhibuit, in [quo] cavetur,

quod dictus magister Thomas sex annis cum dimidio audivit medicinam in studio Oxoniensi, ut idem magister Thomas asseruit in presencia dicti notarii, et tunc ostendit per cedulas in Oxoniensi studio fieri solitas de tempore audicionis studentium, ut apparebat, quas idem notarius vidit, legit et palpavit. Et quia facultas alias de speciali gracia sibi concessit quod medietas [temporis per] quod poterit legitime probare se audivisse in alio studio generali sibi computaretur, etc., attamen quia istud instrumentum magistris presentibus non faciebat fidem plenam, quia ignorabant an supra nominatus Johannes esset notarius : volentes secum generose quantum poterant agere, admiserunt ipsum ad examen pro bachalareatu, sic tamen quod de tempore predicto tenebitur fidem facere per litteras patentes sigillatas sigillo facultatis medicine predicti studii aut Universitatis. Neque aliter sibi aliquid computabitur de predicto tempore cum veniet ad licenciam.

Comm. fac med , t I, p. 1. — JOURDAIN, n° 928

1727. *Universitas Paris. interdicit, ne facultas ulla vel natio rotulum ad papam mittere praesumat.*

1396, Februarii 22, Parisiis.

Universis presentes litteras inspecturis universitas magistrorum et scholarium Parisius studentium, salutem. Rerum omnium conditor .. Attendentes itaque quam pulchrum, debitum et necessarium est servare pacem, tenere ordinem, quamque[1] periculosum et grave est in hiis vel negligentes existere, vel incautos, prehabita matura et sepius digesta deliberatione pro nostre Universitatis pace, honore et stabilitate in modum qui sequitur, ordinavimus statuenda et perpetuis temporibus observanda, videlicet, ut, nisi de consensu et licentia Universitatis, nulla facultas, natio, collegium seu cetus vel congregatio scolarium vel graduatorum in eadem pretextu seu nomine gradus vel scolaritatis obtentorum in eadem, rotulum seu supplicationes per modum rotuli ad summum pontificem qui nunc est, vel pro tempore erit, mittant vel per quoscunque mitti procurent Nam si sic liceret singulis, non requisito consensu totius Universitatis, sufficientiorum et bene meritorum honor preriperetur a minus dignis et temerariis, ac per hoc ordo debitus perturbaretur, et scandala ac dissensiones in totius Universitatis prejudicium generarentur Quod ne fiat, nobis est districtissime precavendum Quocirca omnibus nostre Universitatis juratis presentibus et futuris, cujuscunque status aut conditionis existant, districte precipimus et mandamus, quatenus talia facere non presumant, et facere volentes si sciverint, denuncient statim rectori, qui est vel pro tempore erit, quatenus remedium adhibeatur opportunum. Quod si aliqui proprii juramenti immemores seu contemptores hujus nostre ordinationis, contrarium fecerint, sciant se a nostre Universitatis consorcio privandos et resecandos; et si jurati fuerint, perjuros et infames declarandos, ad alias nichilominus penas juxta qualitatem criminis processuri. Ut autem hec nostra ordinatio et statutum inviolabiliter obser-

vetur, et ne aliquis ejus pretendere valeat ignorantiam, volumus ut inscribatur libris singularum facultatum et nationum, et a singulis gradum recipientibus observari juretur. Datum in congregatione generali apud S. Maturinum super hoc specialiter celebrata anno Domini MCCC nonagesimo quinto, xxij^{a} Februarii.

Mus. Britann. ms. add. 17304, fol. 103 — Bulaeus, IV, 755. — Ad haec vid. *Auctar.*, t. I, p. 715, not. 3 Caetera explicabuntur in *Chartul* , t. V

1. Ms : « quamquam »

1728. *Licentiati in facultate medicinae.*

1396, Februarii 24-25, Parisiis.

Die 24 ejusdem mensis, magistris regentibus facultatis convocatis solempniter per bedellum apud Sanctum Maturinum, ut moris est, hora tercia post meridiem super duobus articulis, super facto bachalariorum in precedenti congregacione, que fuit die xvij^{a} Februarii, ad examen pro licencia admissorum, qui jam per singulos magistros examinati fuerant, vel saltem ipsi magistros contemptaverunt de examine, scilicet ad ipsos ulterius ad licenciam admittendos, et ad eligendum magistros sub quibus sunt licenciandi et incepturi. Secundus articulus fuit super suplicationibus et injuriis. De primo deliberatum fuit quod 12 numero ad licenciam admitterentur et presentarentur cancellario; 13us vero, videlicet magister Johannes de Pisa, non fuit admissus[1], obstantibus aliquibus statutis, ut visum fuit majori parti facultatis. Alii vero 12 elegerunt magistros per modum qui sequitur, post juramenta prestita per eos, ut moris est....

In crastinum vero de mane, circa horam decimam, fuerunt presentati cancellario, presentibus magistris Guillelmo Boucherii, Johanne Leporis, Johanne de Fontanis et me, magistris regentibus dicte facultatis. .

Sequitur ordo observatus in licencia bachalariorum cancellario per facultatem presentatorum :

1us Mag. Johannes Fusoris, 24 sol.
2us — Marcus de Mediolano, 24 sol
3us — Joh de Roda, 18 sol
4us — Joh. Belardi, 24 sol.
5us — Robertus de S. Germano, 24 sol.
6us — Egidius Herbaudi, 24 sol
7us — Philippus Herpin, 24 sol.
8us — Geraldus de Lingonis, 18 sol
9us — Stephanus Garnerii, 24 sol.
10us — Johannes Cocinelli, 24 sol.
11us — Robertus Veteris, 24 sol
12us Dominus Johannes Simardi, 24 sol.

Comm. fac. med., t. I, p. 7 — Jourdain, n° 928.

1. Postea tamen magister regens fuit etiamque decanus facultatis an. 1411, Nov. 8, electus Vide infra. Idem operationes chirurgicas faciendo difficultates iterum cum facultate habuit, vid. ad an. 1408, Jun. 9.

1729. *Facultas medicinae jubet bonetos et chirothecas magistris astantibus ad principium a candidatis debitas non distribui, priusquam ea decanus visitaverit approbaveritque.*

1396, Mart 24, Parisiis

Die vicesima quarta ejusdem mensis post missam facultatis, facultate sufficienter vocata per bedellum super duobus articulis, primus ad eligendum examinatores pro termino Pasche; 2us super suplicationibus et injuriis Quantum ad primum, fuerunt electi magistri Johannes Comitis, Pi[cardus]; Bonifacius, Gallicus, Richardus de Bodribosco et Petrus de Castanea, Normanni. Quantum ad 2um, conquesti sunt plures magistrorum presencium quod magister Johannes Fusoris[1], nuper in suo principio non fecit debitum suum de dandis bonis bonetis et cirothecis magistris astantibus suo principio, sicut tenetur; quod eciam visum fuit facultati non esse honestum. Propterea ordinavit pro tunc facultas quod satisfaciat quibus non satisfecerit, etc., et quod amodo nullus bedellorum audeat magistris aliquibus cirothecas vel bonetos presentare, nisi fuerint per decanum nomine facultatis visitati et approbati, teste sigillo parvo facultatis; et si de cetero decanus aliquis acceptet non acceptandos, punietur secundum arbitrium et ordinacionem facultatis.

Comm fac. med., t. I, p. 8 — Jourdain, nº 928

1. Principiaverat Mart. 23 sub magistro Guillelmo Boucherii. Verisimiliter facultati satisfecit; nam mens. Novembr. ejusdem anni inter mag. regentes facultatis med invenitur.

1730. *Capitulum Cluniacense approbat decisionem visitatoris collegii Cluniacens. Paris., qui aliquos scholares mansione privavit.*

1396, April. 23, Cluniaci

Prior de Volta visitavit Parisius collegium scolarium Cluniacensium, inter quos scolares est magna dicessio et contemptio, in tantum quod nolunt obedire regenti collegium. Dictus vero prior de Volta privavit mansione sua Petrum de Verduno scolarem, eciam privavit scolarem de Nogento mansione sua, quia fuit scolaris per decem annos, et nichil scit neque profecit in sciencia, qui appellavit et petiit apostolos Dictus vero prior assignavit ei proximum Capitulum generale ad dandum sibi apostolos. Dictus prior de Volta citavit Bartholomeum de Matiscone ad diem nonam Julii coram domino abbate Cluniacensi[1] super contentis in citacione specialiter, quia est bricosus. Eciam citavit Verdonem de Uris ad diem xiiijam mensis Maii coram illo et super illis quibus dictus Bartholomeus. Diffiniunt diffinitores quod dominus Cluniacensis in predictis provideat secundum beneplacitum sue discrecionis, omnia ordinata per visitatores approbantes et rata et grata habentes.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. nouv. acquis. 2263, fol. 89.

1. I. e. Abbas Cluniacens., Joh. de Cosano (non confundendus cum praedecessore Jacobo de Causanis, de quo *Chartul.*, t. III, p. 316, not. 5), ab an. 1383, Aug. 7 (Reg. Aven. Clement. VII, vol. XXIX, fol. 149).

1731. *Assignationes baccalareorum Ord Praed. pro studio Paris.*

1396, circa Maii 21, Claromonte.

Assignamus ad legendum Sententias Parisius pro anno presenti fratrem Albertum Roberti[1] de provincia Francie, cui substituimus fratrem Johannem Stephani de eadem provincia in casu, in quo ipsum contigerit impediri. Item ibidem pro primo anno extraneis debito ad legendum Sententias assignamus fratrem Johannem de Merula de provincia Tholosana, cui substituimus fratrem Johannem de Lacu de provincia Provincie. Item pro secundo anno extraneis debito, quantum nostra interest, assignamus ibidem ad legendum Sententias fratrem Johannem Stephani. Item ibidem pro secundo extraneis debito, quantum nostra interest, disponimus ad legendum Sententias ibidem fratrem Raymundum Burgeti provincie Aragonie. Comittimus autem provinciali Francie, quod de auctoritate nostra ibidem de biblico idoneo valeat providere.

Fragmenta Capp general Ord. Praed. ad Ord. Praed. pertinentia — Ista et sequentia fragmenta, ut omnia in tom. III edita, sacc. 18 desumpta erant e manuscripto olim in conventu S Catharinae Barcinonens. servato, sed nunc deperdito, nam liber manuscriptus Capp general. in Bibl. Universitatis Barcinonens I, III, 16, conservatus solum usque ad an. 1348 capitula continet

1. Iste et sequens jam an. 1388 et an. 1391 assignati erant pro Sententiis legendis (vid. *Chartul*, III, n[is] 1547 et 1594). Propter litem inter Universitatem et Praedicatores ad lecturam minime pervenerunt. Iterum an. 1403 assignantur (vid. n[o] 1777), eodemque solum anno lecturas incipere potuerunt. Vid ibid.

1732. *Carolus VI a tallia, occasione nuptiarum filiae suae Isabellae cum rege Angliae imposita, eximit omnes magistros et vere studentes, bedellos, librarios, illuminatores, pergamenarios aliosque Universitatis Paris. servitores jam aliorum tributorum expertes* Donné à Paris le ix[e] jour de Juin l'an mil CCC IIII[xx] et seize et de nostre regne le seizesme « Oye avons ».

1396, Jun. 9, Parisiis.

Arch. nat. Paris., Y 2, fol. 128[b] — *Ordonn. des rois*, VIII, p. 77

1733. « *Rotulus quorundam licentiatorum et bacalariorum Universitatis Parisiensis.* »

1394, Octob. 20-1396, post Jun. 1, Avenione.

Supplicant S. V. humiles et devoti oratores vestri licenciati et bacalarii subscripti de presenti Parisius studentes, quorumque aliqui legunt etiam de presenti, pro quibus episcopus Vasetens., nunc V. S ibidem nuncius, E S. ipsos recommendando scripsit, quatenus eorum peticiones subscriptas sub data et cum prerogativis quas habuissent in rotulo Universitatis studii Parisiensis, si rotulum fecissent[1], ad exaudicionis gratiam admittere dignemini de gratia speciali.

Et primo Johanni Kaeruan, cler Corisopitens dioc , Aurelianis cum rigore examinis lic in decr , qui ante licentiam hujusmodi per quinque annos Parisius vel eo circa decreta hujusmodi legit et de presenti in eisdem ibidem studet

Item Nicolao Careti, presb Parisiens , in jure can lic ac domini episcopi Parisiens curie auditori, de canonicatu sub exspectatione prebende eccl Suessionens

Johanni de Villanova, cler Trecorens dioc , lic in decr Parisius

Guillelmo Nicolay, presb Lingonens dioc , lic in decr. et continuo in theol fac scol , de canonicatu eccl Trecensis

Johanni de Jannupto, presb. Bisuntin. dioc , lic in decr , Parisius stud in fac. theol

Fratri Dyonisio Cadiou alias de Kaerdonar, lic in decr Parisius cum rigore examinis, monacho expresse professo monasterii S Wingualoey de Landegveneuc O S. B , Corisopitens dioc

Fiacrio de Fonte, cler. Parisius lic in decr. ac stud Parisius in eisdem

Guillelmo Brieucii, presb Briocens. dioc , lic in decr ac stud Parisius in eisdem.

Yvoni Henrici, presb Leonens dioc , lic in decr., Parisius stud in eisdem.

Guillelmo de Maale, presb Sagiens dioc , bac in decr , Parisius in quinto anno sue lecture existenti

Alano Corre, presb Trecorens dioc , bac in decr , Parisius in quinto anno sue lecture existenti

Guillelmo de Molis, presb. Lemovicens dioc , bac. in decr Parisius in tercio anno lecture sue

Guidoni Salomonis, presb Leonens dioc , bac in decr Parisius in tercio anno sue lecture.

Herveo Pouchardi, presb Leonens dioc , bac in decr in tercio anno sue lecture

Fratri Petro Fulconis alias de Sallis, monacho expresse professo monasterii Majorismonasterii prope Turon. O S B , bac in decr in quarto anno sue lecture constituto.

Herveo Judei, cler. Leonens. dioc., bac in decr., in secundo anno sue lecture Parisius existenti.

Guillelmo Guignardi, presb. Bituricens. dioc , bac in decr in secundo anno sue lecture constituto.

Johanni Douchin[2], presb Rothomagens dioc., bac in decr in secundo anno lecture Parisius existenti.

Johanni Alanon, presb Trecorens dioc , bac in decr., in secundo anno lecture Parisius existenti

Herveo Gauffridi, presb Leon dioc , bac in decr in secundo anno lecture Parisius existenti

Fratri Bernardo Boudeti, presb can regulari Ord S. Aug expresse professo, bac. in utr jure, Parisius in secundo anno lecture existenti

Gauffrido Gallici, presb Trecorens dioc , bac in decr , in secundo anno lecture Parisius existenti

Guillelmo Accerbi, presb Trecorens dioc., bac in decr , in quarto anno lecture constituto.

Johanni Vielleti, presb , bac in decr et lic in leg ac stud Paris in theol

Guillelmo Grangerii de Sinemuro in Auxeto presb , bac in utr jure

Guidoni de Mehuciaco, cler Bisuntin dioc , bac in decr

Johanni Oliverii, presb Trecorens dioc , bac in decr , qui jura can Parisius legit per iiij[or] annos vel eo circa.

Gauffrido Oliverii, presb Macloviens dioc , bac. in decr

Johanni Luleti, presb Cenomanens dioc , bac. in decr

Stephano Cotti, presb , bac in decr

Johanni Songe, presb Cenomanens dioc , bac in decr

Mauricio de S Paulo, presb Leonens dioc , bac. in decr

Radulpho Albi, presb Abrincens dioc , bac in decr

Petro Peponis, presb. Briocens dioc , bac in decr.

Herveo Senis, presb Corisopitens dioc , bac in decr.

Petro Normes, presb. Dolens. dioc , bac in decr

Guillelmo Bozec, presb Dolens dioc , bac in decr

Micaeli Niflon, presb Sagiens dioc , bac in decr.

Guillelmo de la Planche, presb Macloviens dioc , bac in decr

Petro de Nemoribus, presb Macloviens dioc , bac. in decr

Johanni Gat, presb. Corisopitens dioc , bac in decr

Guillelmo Andree, presb , Corisopitens dioc , bac in decr

Yvoni de Foresta, presb Corisopitens dioc , bac in decr

Johanni Brieucii, presb Trecorens dioc , bac in decr

Yvoni de Mota, cler Trecorens dioc , bac in decr

Guillelmo Edeline, presb Briocens dioc , bac in decr

Guillelmo Superbi, presb Corisopitens dioc , bac in decr

Johanni Hervei, presb Constantiens dioc , bac in decr
Guillelmo Bourdays, presb Sagiens dioc , bac in decr.
Pasquero Bonnandini, presb Malleacens dioc , bac in decr
Roberto de Stampis, presb Bajocens dioc , lic in leg [3] [51]

Item quod si concurrant in data cum aliquibus aliis ejusdem gradus, quod ceteris paribus isti preferantur, et quod in concurrentia bachalarius legens preferatur magistro etiam legenti.....

Dat. Avinione pro contentis in isto rotulo pro licenciatis in jure tertiodecimo, pro bacalariis duodecimo kal. Novembris anno primo, ad vacatura post kal. Junii anno secundo.

Reg. Suppl. Bened. XIII, nº 85, fol. 100b. — Cum Registra facult. decr Paris. solum cum an. 1415 seu 1416 incipiant, hic rotulus licent. et baccalar. momenti non caret. An 1395 ad Bened. XIII missus est, Universitasque impedire voluit, quin ad papam perveniret. Vid. *Auctar.*, I, p 715, 40 sqq., et p. LXXIII et not. 7

1 Universitas Paris. minime rotulum ad Benedictum XIII misit (vid. *Auctar.*, I, p. 715, not. 3, et p. 993), cum tamen v. g. Universitas Aurelianens. an. 1394, Novemb. 5, rotulum ad Benedictum mittendum concluserit, et anno sequenti, Febr. 16, sigillo muniverit (FOURNIER, *Statuts et privilèges*, etc.. t. III, p 493). — 2. Ms. « Donchin ». Infra nº 1790 « Doucini ». — 3. Postea formulae plures sequuntur.

1734. « *Rotulus quorundam nobilium licentiatorum et bacalariorum studii Parisiensis* »

1394, Octob. 27-1396, post Jun. 1, Avenione.

Beatissime pater et sanctissime domine, S. V. beatissime supplicant humiliter et devote humiles filii vestri infrascripti, quorum aliqui nobiles, alii licentiati, alii bacalarii et magistri in artibus existunt, et Parisius jamdudum per magna temporum curricula studuerunt, licet modo non studeant, et a prefata S. V. nullam gratiam adhuc reportarunt, quatenus eis gracias speciales facere dignemini subsequentes

Et primo devoto vestro Guillelmo de Eule[1], can. Morinens , mag in art , de nobili genere procreato, qui Parisius per magna tempora studuit, de can eccl. S Guidomari de S Guidomaro, vel. S Petri Ariens. vel Casletens , Morinens dioc.

Item nobili Ingeranno de Eule, predicti Guillelmi germano, mag in artibus

Brixio Dane, mag in artibus, de nobili genere procreato, de canonicatu eccl S. Petri Casletens., vel Ariens. aut Morinens , vel S Salvatoris Harlebettens , vel S Valburge Furnens.

Jacobo Ponninage, rectori parrochialis eccl. S. Petri Tornacens
Martino Memard, presb Morinens.
Johanni Capsel, Dominici Capsel nato, cler Morinens dioc
Petro Capsel, proxime Johannis scripti germano, cler Morinens dioc
Guillelmo Trenin, presb dicte dioc
Mag Johanni Carpentarii, can Morinens , bac. in decr
Oliverio Gruzien, presb Nannetens dioc
Johanni Chignie, presb Ambian dioc , lic. Parisius in jure can cum rigore examinis et scol in theol Parisius.
Johanni Bouquenoys, cler Noviomens
Brixio le Zenre, cler Morinens dioc
Johanni le Cornet, presb. Nannetens dioc.
Petro Terrati, presb Bituricens dioc

3.

Rogerio de Pistoribus, rectori alterius portionis parroch eccl S Petri Ariens Morinens. dioc , mag in art de can eccl Furnens , aut S Audomari de S Audomaro dicte dioc [16]

Datum Avinione pro contentis in isto rotulo sexto kal. Novembris anno primo, ad vacatura post kal. Junii anno secundo.

Reg. Suppl. Bened. XIII, nº 85, fol. 108ᵇ.

1. « Seigneurie d'Eulle » designari videtur Vid P. Anselme, *Hist. généalog.*, 3 ed., VIII, 40.

1735. « *Rotulus quorundam Parisiensium de studio expulsorum.* »

1394, Octob. 18-1396, post. Jun. 1, Avenione.

Supplicat sanctitati vestre Alanus Corre, presbyter Trecorensis dioc , lic in jure can
Guillermus Acerbi, presb Trecorens dioc , bac. in jure can in quarto anno sue lecture
Herveus Judei, cler Leonens dioc , bac. in jure can in secundo sue lecture anno
Herveus Senis, presb Corisopitens dioc., bac in jure can
Mauritius de S Paulo, presb Leonens. dioc., bac in jure can [5]

Fiat pro omnibus. L. — Sine alia lectione. — Fiat. L. — Dat. Avinione pro primo quintodecimo kal., pro aliis tertiodecimo kal. Novembris anno primo, ad vacatura post kal. Junii anno secundo.

Reg. Suppl Bened. XIII, nº 86, fol 110. — Sufficiat hic notare, diversos, inter alios Petrum de Ailliaco, tunc ab Universitate privatos fuisse. Vid *Auctar.*, I, p. 707, not. 1

1736. *Benedictus XIII cancellario eccl. Paris , supplicantibus abbate et conventu S. Dionysii de S. Dionysio in Francia, Ord. S. Ben. Paris [1] dioec , injungit ut Philippum de Villette[2], presb dicti monasterii 23º aetatis suae anno constitutum, qui per iiijor annos in dicta facultate continue studuit, ad gradum baccalareatus[3] et ad legendum recipiat in dicta facultate, quamvis in statutis inveniatur lecturum religiosum in theologia 25mum annum attingere debuisse et saltem per quinque annos theol audivisse* Datum Avinione vij kal Julii, pontif nostri anno secundo. — Expedita xj kal Sept , an sec Johannis Abonis pro H. de Spina. — Tradita x kal Sept , an sec. « Viri sacre religionis ».

1396, Junii 25, Avenione.

Reg. Aven. Bened. XIII, vol XXIII, fol 146.

1. Guidone de Monceau, de quo *Chartul.*, III, p. 485, not. 5. — 2. Qui an. 1398 Guidonis abbatis S. Dionysii successor fuit. Vid. infra nº 1763. — 3. Hic non de baccalareatu legentis Sententiarum, sed biblici agitur, nam infra solum ad an. 1397, Mart. 18, pro Philippo, jam baccalareo, petitur, ut Sententias legere possit.

1737. *Inter episcopum Paris. et Universitatem de pergameno ad Lenditum emendo contestatio in curia Parlamenti.*

1396, Junii 27, Parisiis.

Mardi xxvij jour [Juing]. Entre l'evesque de Paris[1] d'un part et l'Université de Paris d'autre part. Dit l'evesque que à cause de sa dignité il a plusieurs prerogatives, par especial de user de prinse de parchemin au Lendit, et le premier après le roy, et en a joui et

usé de tel temps il n'est memoire et qui souffist, etc Dist que le lundi du Lendit dernier passé, ses gens prindrent xvj botes de velin et de froncine xxx botes, et quant l'en les voult emmener, ceulz de l'Université l'empeschèrent; et disoit que ce n'estoit pas grant chose au regart de l'Université qui en avoit prins bien vii^c, et elle n'en souloit prendre que ii^c, et neantmoins ont fait arrester le parchemin de l'evesque, et pour ce que la cause aloit devant le juge du Lendit, ceulx de l'Université la firent venir devant le prevost, et depuis pour les marchans estre paiés fu ordené que dedans certain temps l'argent deu aus marchans seroit baillé en la main Me Guillaume Rabigois, juge au Lendit, et qu'il ne le feroit renunceroit à son droit, et depuis il a consigné, mais l'Université non qu'ilz sachent, et s'ilz l'ont fait, ce n'a pas esté en la main de maistre Guillaume et s'ilz l'ont consigné, n'est ce pas tout. Et dist l'evesque que, tant que touche le parchemin velin, il doit avoir la delivrance des xv botes, car au commencement il en y ot xvj, mais l'une a esté trovée mauvaise et rendue Et quant à ce qu'ilz ont fait arrester la froncine, requiert aussi qu'il l'ait, car il a tout paié et n'a argent ne parchemin A ce conclut et à despens

L'Université dist que entre ses prerogativez que elle a, elle a une que les marchans qui aportent parchemin à Paris ne peuent vendre sanz le faire à savoir à l'Université, et que en usant de leur droit ils envoièrent au Lendit pour faire prise et les premiers après le roy, et ainsi en ont usé. Et dient ... que l'evesque ... n'a point de prinse de parchemin, mais il sont en possession de avoir la prise premier après le roy. Et s'il a prinse à Paris, c'est au poisson, et encore est-elle en débat. Et dient que ilz en ont moins prins deux cens botes que encan, et soustiennent l'arrest pour leur droit, et si ont consigné à que ilz devoient...

Le procureur du roy, pour ce que l'Université dist que elle en peut prendre tant comme il lui plaist et que elle en a tant pris, a requis que la court ne ordène rienz sanz loy ouir.

Replique l'evesque . .. Dient ceulx de l'Université que ce que ilz ont prins n'est que velin et n'ont guèrez prins de froncine . En arrest. — SENS.

Arch. nat. Paris., X^{1a} 4784, fol. 130^b. — De hac venditione pergameni ad Lenditum vid LECOY DE LA MARCHE, *Les manuscrits et la miniature*, p. 34 sq

1. Petrum d'Orgemont, episc. Paris. ab an. 1384, Jan. 19 (vid. *Chartul.*, III, p. 424, not 1) usque ad an 1409, Jul. 16.

1738. *Litem motam inter Mathaeum Vavassoris, clericum baccalareum in jure civili, studentem Parisius in facultate decretorum, atque reginam Jerusalem Siciliaeque quosdam Andegavenses protegentem, curia Parlamenti, obnitente regina, ad se retinet et de quibusdam rebus Mathaeo satisfacit.*

1396, Septembris 7, Parisius.

In nostra Parlamenti curia constitutis magistro Matheo Vavassoris, bachalario in jure civili et studente Parisius in facultate decretorum, actore nostro, et dilecte filie nostre Uni-

versitatis magistrorum et scolarium Parisius studencium procuratoribus, secum adjunctis ex una parte; et carissime amite nostre regine Jherusalem et Sicilie habentis baillum, gardiam et administrationem liberorum suorum Johannis Beaugeart, Johannis Chapperon, Johannis Maleteste, Gauffridi le Metoier, Bertrandi Coffin, Mathei Becquet, Petri de Noroie, Innocencii Perdriac, Guerini Rogier, Johannis Trouic, Bertrandi de l'Escuerie, Egidii de Pratis, Gervasii Proces, Guillelmi Pointeau, Mathei Porcheron, Mathei le Conte, fratris Fulconis de Rupe et fratris Johannis Aurilleau, religiosorum, atque Johannis Bougeau defensoribus, procuratoribus ex altera.

Pro parte dictorum actorum extitit propositum quod predictus magister Matheus semper fuerat et erat vir bone vite et conversacionis honeste longoque tempore studium tam Andegavis in quo bachalarius in legibus fuerat, quam Parisius, potissime ab octo annis citra, continuaverat, quodque predicti Fulco de Rupe et Johannes Aurilleau in odium cujusdam execucionis de summa centum librarum paris. quam dictus Fulco solvere certis terminis promiserat et suam propter hoc temporalitatem obligaverat erga ipsum magistrum Matheum, ratione certorum excessuum et delictorum in eum per ipsos perpetratorum, quorum occasione in certis emendis honorabilibus et utilibus eidem magistro Matheo fuerant condempnati, et potissime dictus Fulco, qui postea cum eo ad dictam summam composuerat et transsigerat (*sic*) in et super temporalitate prioratus de Luché ad ipsum Fulconem spectantis, ad instantiam ipsius magistri Mathei inchoate, et eciam quia non obstante manu nostra, ad quam dicta temporalitas erat apposita, idem Fulco fructus ipsius levaverat et receperat, fuerat procuratori nostro in Castelleto Paris. ac dicto magistro Matheo responsurus adjornatus, eundem magistrum Matheum apud dictam amictam nostram de pluribus criminibus et delictis ac eciam excessibus denunciaverant, et saltem tantum procuraverant, quod ab ea quedam emanaverat commissio sigillo suo secreto sigillata, per quam inter cetera, licet nulla precederet informacio, mandabatur dictum magistrum Matheum, ubicumque in terra sua reperiretur et posset apprehendi, de facto capi et in prisionibus suis Andegavis incarcerari; necnon quod ipsius bona caperentur et saisirentur et in custodia personis ydoneis qui inde valerent respondere sub inventario traderentur aut ducerentur sub tuta custodia in castro suo Andegavensi. Si vero dictus Matheus reperiri non posset, quod publice ad bannum proclamaretur...

Dicebant ulterius quod supradictus Johannes Beaugeart prenominatis sibi complicibus associatis et aliis usque ad numerum triginta vel circa ad domum ipsius magistri Mathei dictam de Rupibus accesserant, bonaque sua, presertim victualia in dicto prioratu de Luché per eos asportata consumpserant et ea discipendo et inhonestam vitam ducendo cum mulierculis quas in domo sua tenebant, expenderant, necnon ancillam suam senem et antiquam, etatis septuaginta annorum vel circa, per eos in manicis ferreis positam, per duos dies et amplius detinuerant, amotisque sibi clavibus archas et coffros apperuerant, et peccunias in eis repertas ac eciam lintheamina et cetera linea ceperant, et ea cum quinquaginta caudis

vini magnamque quantitatem armentorum seu bovum atque eciam gregum duci fecerant et quo eis placuerat asportari. Quibus non contenti supradicti Gauffridus le Metoier et Bertrandus de l'Escuierie penuncellos nostros in ejus domum existentes ad terram prostraverant, hujusmodi verba proferendo : « Credebat ille rusticus quod metu penuncellorum istorum domum suam dimitteremus ingredi », deteriusque faciendo magnam ligni quantitatem ad edificandum paratam combusserant, pinguedinem cum lignis ut melius arderent immittendo...

Dicebant ulterius quod pro predictis reparandis et restituendis ac eciam emendandis ad ipsius magistri Mathei et procuratoris nostri instanciam superius nominati coram preposito nostro Paris. privilegiorum studentibus in Universitate Paris. concessorum conservatore fuerant adjornati personaliter comparituri, coram quo dicta amicta nostra vel ejus procurator pro ea pro ipsis deffensionem susceperat. Postque dictus prepositus eos elargaverat bonaque eorum juxta sue commissionis tenore arrestata per recredenciam deliberaverat eisdem. Deinde vero cum quadam die sub spe tractatus et concordie ad domum dicte amicte nostre Paris. cum mag Martino Dupplicis, nostro et dicte amicte nostre consiliario, accessisset, dictum mag Matheum, qui cum dicta amicta nostra loquebatur, exspectantem, Petrus Comitis una cum quibusdam predicte amicte nostre familiaribus, salvam gardiam nostram infringendo, ipsum verberaverant atrociter, ac diversis suis corporis partibus letaliter vulneratum pro mortuo relinquerant (*sic*). Unde virtute certarum litterarum, ad ipsius mag. Mathei requestam, attento quod amicta nostra predicta nisi in Parlamenti nostri curia litigare tenebatur a nobis obtentarum, causam coram domino preposito pendentem feceramus in predicta Parlamenti nostri curia evocari.....

Ex adverso pro parte dicte amicte nostre et ceterorum deffensorum prenominatorum, fuit ex adverso propositum, supradictum mag Matheum male fuisse et esse in partibus illis famatum, committendi scilicet plura mala, verberandi et mulieres rapiendi, ac eciam a compatriotis peccunias indebite citacionibus et monicionibus virtute privilegiorum studentium Parisius concessorum abutendo, exigendi; quodque predicta amicta anno Domini M° CCC° nonagesimo quinto in patria Cenomanensi et Andegavensi existente, plures habuerat contra dictum mag. Matheum clamores et querimonias, specialiter a Petro Comitis dictum mag Matheum conscium mortis deffuncti Guillelmi Comitis patris sui dicente .... Delatus eciam erat penes eam super raptu cujusdam mulieris Johanne la Mausoix[1] nuncupate, quam in capite eo quod sibi noluerat assentire vulneraverat. Super quibus et aliis Johanni Chauvin inquestori in dicta patria commissionem suam, ut se de hiis informaret, direxerat, qui facta informatione eundem Matheum de predictis culpabilem repererat; necnon quod quandam juvenem filiam etatis sexdecim annorum vel circa violenter in Ruppe sua, in qua commorabatur, duxerat, et longo eam tempore tenuerat, que ex tunc visa non fuerat, sed fuerant membra cujusdam persone mortue, ac eciam crines mulieris, inter lapides Ruppis reperta; cujus occasione contra eum erat orta suspicio quod eam occidisset. Dicebat eciam quod

ipse dictam domum et Ruppem suam, vulgariter Romam nuncupatam, adeo fortificaverat quod nullus eo invito eam ingredi poterat. Et idcirco eadem amicta nostra, de premissis informata, commissionem suam narrantem ipsum mag. Matheum de predictis diffamatum, et se informatam jam dictis Baugeart, Johanni Chaperon, Johanni Maleteste, Gaufrido le Metoier et Bertrando Coffin directam concesserat, per quam ipsum capi et eciam bona sua sub inventario in ejusdem amicte nostre custodia duci mandabatur[2] . .

Tandem partibus antedictis in omnibus que circa premissa et tam replicando[3] quam duplicando dicere et proponere voluerant, ad plenum auditis . . per arrestum ejusdem curie nostre dictum fuit quod predicta curia nostra de causa cognoscet nec eidem amicte nostre remittetur. Erantque et sunt admittendi nostri et predicte Universitatis procuratores ad se presenti processui adjungendum et remanebunt in processu. Et per idem arrestum predicta curia nostra supradictam amictam nostram ad reddendum et restituendum predicto magistro Matheo bona sua per eum confessata ac ceteros supranominatos ipsius mag. Mathei bona per eos asportata, deductis hiis que predicta regina confitetur habuisse, si et in rerum natura existant; si autem non sunt in rerum natura, estimacionem eorum que dictus magister Matheus, coram certo commissario a dicta curia nostra deputando, ablata sibi fuisse probare poterit, condempnavit et condempnat. In ceteris vero non poterant neque possunt dicte partes sine factis expediri; facient igitur facta sua super quibus inquiretur veritas, et inquesta facta ac eidem curie nostre reportata fiet jus eisdem

Pronunciatum septima die Septembris anno nonagesimo sexto. — Boisy.

Arch. nat. Paris., X^{1a} 43, fol. 219^b-222^b. — Anno sequenti, Martii 10, iterum de hoc agitur (ibid., nº 44, fol. 128^b), et jam Martii 1 curia Parlamenti arrestum, quo bona capta a regina Jerusalem Siciliaeque magistro « Macaeo » (Macé) reddenda sunt, executioni mandat (ibid., nº 4784, fol. 300^b). Sed adhuc an. 1400, Septemb., inter Mathaeum et fr Johannem Aurilleau et Guillelmum de Plesseyo lis ardebat (ibid., nº 47, fol. 158^b, 160^b, 328), et tandem an. 1402, Jun 17, Mathaeus omnino jus suum obtinuit per litteras regis (ibid., nº 49, fol 261; Jourdain, nº 951).

1. Quae vocatur « la marcoise » in instrumento Arch. Univ A. 10. e. (thec. III). — 2 Addit procurator reginae, nullam vim in domo Mathaei erga servam senem adhibitam, et ignorabat « eum scolarem esse, et revera non erat, sed solum Pariseus, metu ne de suis delictis in patria puniretur, se transtulerat ». — 3. De delictis contra Mathaeum allatis, pars ejus replicabat eum hac de causa fuisse in curia episcopali Paris. detentum et tandem absolutum.

1739. *Capitulum generale Cisterciens statuta antiqua de mittendis ad diversa studia generalia, imprimis ad studium Paris*[1], *et de provisione studentium renovat.*

1396, Septemb. 12, Cistercii.

Capp. general. Cisterc., cod. nº 544 in Arch. stat Luzern. (I, p. 164).

1 De statuto an. 1387 agitur. Vid. *Chartul.*, III, nº 1542. Postea in quolibet fere Capitulo, v. g. an. 1397, 1400, 1402, *etc.*, renovantur.

1740. *Magistri regentes facultatis medicinae an 1396-97*

1396, Novemb 4, Parisiis.

Anno Domini M° CCC° nonagesimo sexto die sabbati que fuit quarta Novembris post festum Omnium Sanctorum inceperant lectiones suas magistri infrascripti :

Primo mag Thomas de S Petro,
Mag Guillelmus Carnificis,
— Joh de Bellomonte[1],
— Radulphus de Harbis,
— Martinus Gazel,
— Petrus de Aussonno,
— Henricus Crèvesac,
— Thomas Blanchechappe,
— Joh Woingnon,
— Albericus Divitis,
— Joh. Richardi[2],
— Joh Comitis,
Mag Bonifacius de Sannevièrez,
— Ricardus de Baudribosco,
— Georgius de Castro,
— Johannes Leporis,
— Thomas Le Mauge,
— Honoratus de Pithevillers[3]
— Petrus Miote,
— Guillelmus de Senonis,
— Henricus Pelati,
— Joh Tanquardi[4],
— Petrus de Vallibus,
— Petrus de Castanea,
— Egidius de Durlendio,
Mag Joh de Marla,
— Joh. de Fontanis,
— Radulphus Blanche,
— Joh du Martroy,
— Joh. Fusoris[5],
— Marcus de Mediolano,
— Joh de Roda,
— Philippus Herpin[6],
— Egidius Herbaut,
— Gerardus de Lingonis,
— Robertus Veteris,
— Ludovicus de Lapide

[37]

Comment. fac. med. Paris., t. I, p. 16 — Nov 4, Joh. de Marla decanus electus est. An. 1397, Nov. 4, Joh. de Marla, continuato decano, eosdem mag. regentes invenimus, praeter Henr. Crevesac, Thomam Blanchechappe, Ludov. de Lapide. Praeterea nomen Johannis Belardi additum est post Joh. de Roda (ibid., p 24) Plures jam in *Chartul.*, III. Quasdam alias notas vid. n° 1722.

1. Distinguendus a theologo (Suppl. Mart. V, n° 127, fol 207b) — **2** Mag regens jam ab an 1387 (vid. *Chartul.*, III) ultimum inter regentes nominatur, quia postea theologiae studuit. Vid. infra Rotul an. 1403. — **3.** Seu « de Puteovillari », an. 1423 rector eccl. paroch. S. Mart. in burgo Ambianens (Suppl. Mart. V, n° 158, fol. 205). — **4.** Presb. Rotomag dioec., e dispensat. apostol. in medicina Parisiis regens (ibid , n° 161, fol. 190b ad an. 1423) — **5.** Postea, scil. an. 1397 (1398), « maistre Jehan Fusoris, maistre es ars et en medecine et bachelier en théologie, confesse avoir receu de Monseigneur le duc d'Orléans la somme de douze vins escus, qui deue lui estoit pour deux orloges » (De Laborde, *Ducs de Bourgogne*, Preuves, III, p. 147). An. 1410 a Johanne XXIII pro negotiis « ad pape presentiam vocatus » est eique datus « salvusconductus, ut gressus suos cum omni celeritate possibili studeat ad nostram presentiam festinare » (Reg Vat., n° 340, fol. 164 , n° 342, fol. 112) Postea accusatus est criminis laesae majestatis. Vid. infra ad an. 1415, Maii 4. Ejusdem opera superesse videntur in Bibl. nat. Paris. ms lat. 7290 *Canones de motibus planetarum*, et ms. lat 7405 *Astrolabium*. — **6.** An. 1418 ad canon Rotomag aspiravit (Suppl. Mart V, n° 106, fol. 212b).

1741. *Benedictus XIII (Johanni Gersoni) cancellario Paris , decano et magistris facult. theol. Paris. injungit, ut Matthaeum Reginaldi, archidiaconum eccl. Atrebatens., mag in art., baccal. in theol., in servitio Ludovici ducis Aurelianens , postquam cursus compleverit, quamvis scholas et actus theologicos per tempora statuta non continuaverit, dum tamen ad lecturam idoneus sit, ad ordinariam Sententiarum lecturam auctoritate apostolica admittant.* Dat Avenione iiij kal Februarii, an tertio — Exped. vij id Jun , an tertio « Litterarum scientia »

1397, Januarii 29, Avenione.

Reg. Aven. Bened. XIII, vol. XXVI, fol. 489

1742. *Benedictus XIII (Joh Gersoni) cancellario Paris. injungit, ut Philippum de Villette, monach. S Dionysii, ad lecturam Sententiarum admittat*

1397, Martii 18, Avenione.

Dilecto filio cancellario eccl. Parisiensis salutem, etc. Viri sacre lectionis, *etc.* Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum abbatis et conventus monasterii S. Dionisii de Sancto Dionisio in Francia Ord. S. Ben. Paris dioc peticio continebat quod a longo tempore citra pauci fuerunt et sunt de presenti monachi ejusdem monasterii habentes gradum in facultate theologie, qui in studio Parisiensi actus theologicos exercuerunt, et quod pro utilitate et honore ipsius monasterii ipsi desiderant, ut dilectus filius Philippus de Vileta, monachus dicti monasterii, bachalarius in theologia, in proximo dicti studii ordinario librum Sententiarum ibidem legere valeat, quodque in statutis facultatis et studii predictorum inter cetera cavetur, quod nullus religiosus in eodem studio librum predictum incipere seu legere valeat, nisi in nono anno audiendi seu studendi hujusmodi theologiam fuerit. Quare pro parte abbatis et conventus ac Philipi predictorum nobis fuit humiliter supplicatum ut non obstante, quod idem Philipus in ordinario predicto in sexto dumtaxat anno audiendi seu studendi hujusmodi theologiam erit, sibi librum predictum tunc incipiendi et legendi licenciam concedere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur . . discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita ipsum ad incipiendum et legendum hujusmodi librum Sententiarum in ordinario et studio predictis, ut prefertur, apostolica auctoritate recipias et admittas et admitti facias, ut est moris, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo . .. Dat Avinione xv kal. Aprilis, pontif. nostri anno tercio. — Expedita non Julii, anno tercio. R. DE VALLE — Tradita parti xv kal. Augusti, anno tertio

Reg. Aven. Bened. XIII, vol. XXV, fol. 435[b].

1743. *Definitiones Capituli generalis Cluniacens de studentibus, bejanio, bursis Collegii Cluniacens. Paris*

1397, Maii 13, Cluniaci.

Cum a[1] diffinitoribus anni preteriti M^{mi} CCC^{mi} nonagesimi quinti facta fuerit certa diffinitio quod levaretur quedam vicesima secundum taxacionem decime in toto ordine Cluniacensi certis de causis ipsos moventibus, hinc est quod nos diffinitores anni presentis M^{mi} CCC^{mi} nonagesimi septimi certis et legitimis de causis nos moventibus diffinimus et ordinamus sex viginti libras turon. tradi scolaribus Cluniac. studentibus Parisius de primis denariis per receptores dicte vicesime ordinatos recipiendis

Cum propter quoddam bejanium, quod in collegio Cluniacensi Parisius scolares qui de novo in dicto collegio mittuntur vexentur quamplurimum et graventur dampnis, et expensis gravibus ac enormibus afficiantur dispendiis, multeque exinde dissoluciones et

irregularitates generentur, propter quod plures boni juvenes religiosi ad studendum habiles ad dictum collegium causa studendi ire retardantur, quod cedit in magnum dedecus religionis maximumque dampnum plurimorum : diffinitores predictam consuetudinem abusivam considerantes et non consonantem rationi, diffiniunt quod acetero tale bejanium per aliquos seu aliquem non solvatur, et in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena quam ferunt in hiis scriptis, monicione canonica premissa, ac privacionis sue pensionis, precipiunt omnibus et singulis scolaribus dicti collegii, ne aliquis deinceps ausu temerario presumat per se vel per alium directe vel indirecte inducere vel compellere aliquem ad solvendum dictum bejanium vel ab eodem exigere vel exigi procurare quovismodo aliquid nomine dicti bejanii, precipientes sub eadem forma et penis priori scolarium, qui est de presenti et qui erit in futurum, ne paciatur vel sustineat quovismodo quod hec consuetudo abusiva in dicto collegio amodo observetur, sed hanc presentem diffinitionem inviolabiliter et perpetuis temporibus faciat observari[2]....

Cum plures priores et decani Ord. Cluniac. tenerentur et teneantur in diversis summis pecuniarum scolaribus collegii Cluniacensis Parisius racione pensionum suarum scolasticarum, qui non tenuerunt scolares in dicto collegio, ordinant certis de causis diffinitores, quod prior scolarium Parisius predictorum recipiat acetero pecuniam debitam pro absentibus, qui non fuerunt in collegio, et quod nulli alteri solvatur, et quod deductis expensis factis in litigio, ante omnia precipiunt dicto priori qui nunc est, et qui erit vel fuerit pro tempore, sub virtute sancte obediencie et excommunicacionis pena, quod dicta pecunia convertatur in utilitatem collegii, et non singularium personarum, juxta ordinacionem domini Cluniacensis vel prioris majoris, et quod eciam de predicta pecunia teneatur reddere compotum camerario provincie Francie.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. nouv. acq. 2263, fol. 86 et 86b. — Ut supra posita ordinatio de bejanio intelligatur, leg. W. Fabricius, *Die akademische Deposition* (Frankfurt, 1895).

1. Ms. : « ad ». — 2. Sequitur ordinatio qua excommunicationis sententia in eos lata, qui statutis temporibus pensionem scholaribus non solvunt, suspenditur. Hoc anno in curia Parlamenti agebatur inter priorem, magistrum seu rectorem et scholares Collegii Cluniacens. ex una parte, et priorem et conventum S. Martini de Campis ex altera. Iste conventus obligatus erat annuatim duobus terminis pensionem 40 libr. paris. solvere ad sustentationem 2 scholarium; sed jam per 8 1/2 annos (1386-1394) nihil solverat, ita ut obligatus esset in 340 libr. Prior et conventus S. Martini appellabant ad Parlamentum, ubi inter alia asseruerunt se esse exemptos. Ast ad solutionem Febr. 21 condemnati sunt, et sententia pronuntiata est Jun. 8 (Arch. nat. Paris., X1a 44, fol. 323. Cf. X1a 4784, fol. 310b).

1744. *Rector declarat Robertum de Fraxinis scholarem Paris. in jure can. esse et vinum Rotomagum mittere.*

1397, Octobris 9, Parisiis.

Universis presentes litteras inspecturis Petrus Cauchon[1], rector Universitatis magistrorum et scolarium Parisius studentium, salutem in Domino sempiternam. Ut ait Seneca[2].... Hinc est quod nos[3] ... verum testimonium perhibemus quod dilectus noster venerabilis et

4.

religiosus vir dominus Robertus de Fraxinis, presbiter, canonicus regularis, capellanus perpetuus capellanie perpetue B. Johannis Baptiste de Forgia in villa Sancti Lupi[3] prope Taverniacum, Paris. dioc., fuit prout adhuc est de presenti ac esse intendit verus et continuus scolaris Parisiensis in facultate decretorum sub venerabili et discreto viro magistro Radulpho de Lesya, decret. doctore actu regente Parisius in predicta facultate, prout ex ejusdem doctoris regentis testimonio didicimus. Qui quidem scolaris nobis asseruit medio juramento, quod ipse duci facit seu duci facere intendit per ripariam Secane Rotomagum decem et octo caudas vini gallici; que quidem vina in terris seu hereditagiis predicte sue capellanie creverunt. Et hoc omnibus quibus interest aut interesse potest seu poterit quomodolibet in futurum, tenore presencium certificamus. Quare nos dictum scolarem et omnia bona sua ac parentes, nuncios et familiares suos quoscumque et ubicumque sint, sub nostra et dicte Universitatis protectione, tuicione, tutela et salvagardia ponimus, *etc.*[4]. Datum Parisius anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, die nona mensis Octobris.

Et ce jour fut present messire Robert de Fresnez escolier estudiant en ladicte faculté, lequel afferma par son serement que lez xviij pièces de vin estoient à lui, et sont aujourdhui passées par les acquis de Meullant sanz paier aucun acquit pour ce qu'il est franc par vertu des privillèges de l'Université. Donné comme dessus. PASQUIER.

Arch. nat. Paris., K 2378, exemplar a DOUET D'ARCQ sec. originale confectum.

1. Vid. infra ad an. 1403, Octob. — 2. Ut in similibus epistolis, v. g. *Chartul.*, II, nº 675; JOURDAIN, nº 815. — 3. Nunc Saint-Leu. — 4. Ut in similibus epp.

1745. *Licentiati in facultate theologiae.*

An. 1397, Parisiis

Mag. Johannes Fioti.
Mag. Mattheus de Longeuil[1].
Fr. Egidius de Asperomonte[2], Aug.
Mag. Godefridus Lattacher.
Fr. Galtherus de Lunarivilla, Carm.
Mag. Johannes Manchon[3].
Mag. Johannes Guimonnel[4], Minor.
Fr. Petrus Salomonis, Minor.
Fr. Petrus Le Maistre, Aug.
Mag. Johannes Troilletus.
Mag. Petrus Salientis, alias du Sault.
Fr. Johannes de Sanctis, Aug.
Fr. Petrus de Saviniaco, Cisterc.

[13]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5657ª, fol. 11ᵇ.

1. Seu « Longolio ». An. 1419 can. eccl. colleg. de Gerberodo Belvac. dioec. (Suppl. Mart. V, nº 115, fol. 33ᵇ). — 2. « Gille d'Aspremont » an. 1398 confitetur, se a Godefredo le Fèvre cambellano ducis Aurelianens. recepisse 20 francos, ut festum magisterii facere posset (DE LABORDE, *Les ducs de Bourgogne*, III, nº 5876). Idem confitentur Martii 11, an. 1397 (1398), Joffroy Latachier (ibid., nº 6263); April. 30, an. 1398-1399, Pierre Salomon; Maii 17, Jehan Troullet (ibid., nº 5876). — 3. Seu « Mancyon », de quo in *Chartul.*, III. Fuit postea confessor regis, Universitasque papae supplicat, ut eum ad aliquam dignitatem promoveat (Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 73), immo decano et capitulo eccl. Bajocens. scribit, ut eum « de diocesi illa oriundum, et solum in theol. mag. secularem et concanonicum » in episcopum eligant (ibid., nº 117). De ipso praeterea QUICHERAT, *Procès de Jeanne d'Arc*, I, p. 156. — 4. Ms. : « Quaymaville » et in marg. : « Quimonelly ». Corr. ex Arch. nat. Paris., J 517, nº 176.

1746. *Licentiati in medicinae facultate.*

1398, Februarii 16, Parisiis.

Sequitur ordo observatus in licentia bachalariorum cancellario presentatorum anno M° CCC° nonagesimo septimo :

1us Mag. Jacobus Saquespée[1], Atrebatensis, 24 sol.
2us — Joh. Petri [de Grangiis], Gallicus, 24 sol.
3us — Henricus Doigny, Gallicus, 24 sol.
4us — Johannes Gray[2], Anglicus, 24 sol.
5us — Herbernus de Justfas[3], Anglicus, 24 sol.
6us — Joh. de Floricurte[4], Picardus, 24 sol.
7us — Nicolaus Gervasii, Gallicus, 24 sol.
8us — Joh. de Heda, Picardus, 24 sol.
9us — Franco de Delf Ghiisberti de Delf[5], Anglicus, 24 sol.
10us — Petrus Biteti[6], Picardus, 24 sol.
11us — Henricus Dalami, Gallicus, 24 sol.
12us — Guillelmus Germoti, Normannus, 24 sol.
13us — Guillelmus Nepotis, Normannus, 24 sol.

Comm. fac. med., t. I, p. 30.

1. Celeberrimus, saepe ambassiator Universitatis (vid. *Auctar.*, II, et *Chartul.*), an. 1425, 1426 Tornacens. canon. et ducis Burgundiae consiliarius (Suppl. Mart. V, n° 172, fol. 153b), archidiac. de Bria in eccl. Suessionens. (n° 189, fol. 5; n° 239, fol. 204b). Alii commisit visitationem (ibid., et n° 338, f. 52 ad an. 1439). — 2. Ms. : « Greil », quanquam saepius in eodem recte scribitur. Multos annos Parisiis vixit, postea Jacobi regis Scotorum consiliarius et physicus. Vid. *Auctar.* I et II. Illegit. natal. An. 1425 archidiac. eccl. cathedr. Candidaecasae ac Caroli regis Franciae ambassiator ad papam (Suppl. Mart. V, n° 178, fol. 191). Plures canonicatus quaesivit (n° 279, fol. 28). — 3. Vid. *Auctar.*, I, p. 788, 3. Primum Coloniae duos annos medicinae studuerat (Comm. fac. med., t. I, p. 12). — 4. Joh. de Floricurte quondam bursarius in collegio Laudunensi, ejusdem principalis an. 1392-93 fuerat (Arch. nat., H 2803¹). — 5. In natione Anglicana jam minimum ab an. 1392. Vid. *Auctar.*, I. — 6. Petrus Biteti in collegio Laudun. ad bursam artistae receptus an. 1387, Nov. 18, ad bursam medicin. de fundatione P. de Coucy assumptus est an. 1394, Nov. 23; postea collegii computa audit, e. g. an. 1400 (Arch. nat., H 2803¹).

1747. *Capitulum Cluniacense renovat et explicat statutum, quantum temporis scholares in Collegio Paris. remanere possint. Statutum contra conspiratores.*

1398, Aprilis 28-30, Cluniaci.

Quia publica fama refferente pervenit ad noticiam diffinitorum et super hoc eciam sunt sufficienter informati quod in collegio Cluniacensi Parisius studentium fuerunt et sunt nonnulli religiosi indocibiles seu addiscere non curantes, qui bona religionis et Ordinis ibidem inutiliter consumunt, ac loca illorum qui vellent et possent in sciencia proficere impediunt sive tenent occupata[1], nec obediunt ordinacionibus Capituli generalis nec aliorum suorum superiorum frequenter et alias se male regunt, quod cedit in scandalum plurimorum et in non modicum Ordinis opprobrium et jacturam, qui indiget permaxime viris litteratis et bonis religiosis et obedientibus, et negligencia plurimorum statuta rationabilia in oblivionem et dissuetudinem redducuntur, fuitque anno Domini M° CCmo nonagesimo tercio

per diffinitores Capituli generalis Cluniacensis inter ceteras diffiniciones facta diffinicio sequens :

« Quia nonnulla statuta salubria et valde utilia edita fuerunt temporibus retroactis per diffinitores Capituli generalis contra non solventes statuto termino pensiones scolaribus studentibus Parisius deputatas, et de dictis pensionibus non aliter concedendis nisi studentibus Parisius in theologica facultate et in domo predicta; precipiunt diffinitores predicta statuta inviolabiliter observari, adicientes insuper quod aliquis scolaris ydoneus ibidem commorans ad studendum non possit nec debeat per aliquem amoveri, nisi ex causa racionabili, donec quinquennium ibidem compleverit, prout alias extitit ordinatum; ordinant etiam diffinitores quod dominus abbas venerabili et religioso viro priori Cluniacensi comittat potestatem compellendi priores non solventes dictas pensiones, prout in dictis statutis continetur, per sententiam excommunicacionis, suspensionis vel alias vel eciam pena pecuniaria, prout melius sibi viderit expedire, »

Diffinitores Capituli generalis anni presentis millesimi CCC^{mi} nonagesimi octavi predictam diffinicionem renovantes ordinant inviolabiliter observandam, et ut acetero de dictis scolaribus major sequatur fructus in Ordine, qui eciam quandoque tamdiu consueverant morari in dicto collegio, quousque aliquam promocionem obtinuissent, eciam extra Ordinem, statuendo diffiniunt, addendo dicte diffinicioni et ipsam declarando, quod scolares qui sunt de presenti in predicto collegio et qui erunt pro tempore reperti per dominum abbatem Cluniacensem dispositi et fundati ad proficiendum et ad fructum sciencie theologie adipiscendum et alias bene conversantes et bene obedientes, teneantur informare ante lapsum quinquennii per litteras autenticas domini abbatis priores et decanos, qui tenent eos in dicto collegio et qui solvunt eis pensiones, quod ipsi debent remanere in dicto collegio ultra dictum quinquennium, quia cum eis fuit dispensatum per dominum abbatem contra statuta Ordinis et antiquam consuetudinem, et per quod tempus in futurum debeant remanere, alioquin lapso dicto quinquennio dicti scolares sic privati per mensem post lapsum dicti quinquennii teneantur recedere ex toto a dicto collegio ad loca et claustra eorum, in quibus habent mansiones, pro aliis fratribus salubriter informandis eorum predicacionibus et sermonibus et bonis exemplis, quia ista fuit intencio illorum de Ordine, qui fundaverunt dictum collegium, et hoc sub excommunicacionis pena quam incurrent ipso facto contrarium faciendo, et tales ab aliis scolaribus repellantur ab eorum societate, si volebant ibidem remanere ut scolares sine licencia domini abbatis, aliique ydonei lapsoque dicto quinquennio vel majori tempore prefixo a domino abbate loco ipsorum missi ab eo vel eis quorum interest vel intererit recipiantur sine difficultate quacumque, postquam fuerint examinati per dominum Cluniacensem sive deputatos ab ipso, ut moris est. Volunt tamen dicti diffinitores quod scolares, qui sunt de presenti in collegio et qui ibidem steterunt ultra quinquennium, de gracia speciali remaneant ibidem hinc ad annum, et lapso anno teneantur recedere a dicto collegio sub penis predictis, nisi fuerit cum eis dispen-

satum de majori tempore, ut premissum est, et a predictis sententiis poterit dominus Cluniacensis absolvere per se vel per alium, statutis, ordinacionibus, consuetudinibus quibuscumque in contrarium hactenus editis vel observatis non obstantibus. Et fuit facta presens diffinicio de consensu domini abbatis et conventus Cluniacensis et tocius Capituli generalis anno quo supra et die ultima mensis Aprilis, dum celebratur Capitulum generale Cluniacense.

Prior collegii scolarium Cluniacensium Parisius et omnes scolares noluerunt recipere visitatores, licet debeant recipi visitatores semel in anno et visitatoribus dare unum prandium, qui visitatores diligenter de vita, moribus et conversacione dictorum scolarium secrete et sigillatim per juramentum debent inquirere, et si proficiant[3] in scientia acquirenda, et utrum statuta dicte domus ibidem observentur, et si sint omnes priori et suppriori obedientes prout decet secundum diffinicionem anni millesimi CCC quadringentesimi secundi, et plures alias diffiniciones; et contra prohibicionem Capituli generalis proxime preteriti receperunt bejanium anno isto ab aliquibus. Dicitur eciam quod aliqui sunt conspiratores contra eorum superiores et alias non bene obedientes eorum superioribus et Ordini : ideo ordinant diffinitores quod super premissis camerarius provincie Francie vel alius a domino Cluniacensi deputandus se informet, et facta informacione eam mittat domino Cluniacensi, qui indilate privet aliquos de magis culpabilibus, et alios puniat taliter quod cedat ceteris in exemplum; et scolares intus residentes arrestandi[2] sunt, nec de Cluniaco recedant, donec correctionem receperint de suis demeritis secundum regularia Ordinis statuta.

Bibl nat. Paris, ms. lat. nouv. acq. 2263, fol 92^b, 88. — Haec statuta unacum sequentibus et statutis an. 1383 (*Chartul.* III, n° 1478) a Raymundo de Cadoena, priore majori Cluniacens monasterii edita, ansam praebuerunt, ut prior et scholares collegii Cluniac Paris post an. 1400, quando Raymundus abbas Cluniacens. fuit, litem contra istum abbatem in curia parlamenti intentarent, quae plures annos duravit, ut infra videbimus

1. Usque ad hoc verbum Introductio eadem est ac illa anni 1383. — 2. Ms « presidentes arrestati ». — 3. Ms. « proficiunt . observantur »

1748. *Lis coram Parlamento inter mag Hervaeum Judaei, bac in decret, et quosdam servientes regis, qui eum percusserant*

1398, Augusti 14, Parisiis.

Lite mota in nostra parlamenti curia inter carissimam et dilectam filiam nostram Universitatem Parisiensem, procuratorem nostrum pro nobis et magistrum Herveum Judei bachalarium in decretis, actores ex una parte, et Johannem de Capella, Johannem Villette et Johannem Gerbeti, in quantum quemlibet eorum tangere poterat, defensores ex altera, super eo quod dicebant dicti actores quod dictus magister Herveus, homo pacificus, bone fame et conversationis honeste, absque hoc quod rixosus aut de aliquo crimine diffamatus unquam fuisset, toto tempore vite sue extiterat, a longoque tempore scolaris et bachalarius in decretis in dicta Universitate Paris. fuerat, ac adhuc tempore excessuum infra declaratorum perpetratorum in facultate decretorum legebat, sicque in nostra salvagardia speciali

erat et fuerat, quodque dictus scolaris de suo clerico solum associatus in mense Martii anni Domini millesimi CCC^mi nonagesimi sexti, redeundo de Sancto Dionisio in Francia cum certis quaternis cujusdam libri *Scrinium juris Petri Bertrandi*[1] nuncupati, quos prior dicti loci sibi accommodaverat, prope bastidem Sancti Dionisii dicte ville nostre Parisiensis certos homines rixantes et quosdam de predicta rixa fugientes viderat et perceperat; Guillermusque Amici qui se servientem nostrum esse dicebat, tunc eum per pectus percutiendo et vocando latronem ac homicidam, licet dictus scolaris nullam resistenciam faceret, seu de predictorum fugientium societate foret, ceperat, ipsumque dictus Guillermus et Thomas Sancti Innocentii, qui se eciam servientem nostrum esse dicebat et qui statim post supervenerat, per spatulas, collum et alias sui corporis partes percutiendo, ac alta voce falsum, latronem et homicidam per vicum Sancti Dionisii pluries iteratis vicibus clamando, cum magnis tumultu et populi congregatione in dicte nostre filie et in dicti[2] scolaris vituperium et injuriam in Castelleto nostro Parisiensi duxerant, ubi eum in introitu guicheti dicto Johanni de Capella tradiderant, et quem prefati de Capella et Gerbeti tunc latronem et homicidam vocaverant, ipso scolari quod ipse probus homo et bachalarius in jure canonico ac legens Parisius in decretorum facultate erat humiliter respondente Et nichilominus dicti tres defensores ipsum per pectus ceperant et eum clamantem et dicentem quod de eo misericordiam haberent, verberando et fortiter pluribus ictibus et in pluribus sui corporis partibus percutiendo ad terram prostraverant, et a guicheto dicti Castelleti usque super quarrellos ejusdem Castelleti traxerant seu trainaverant . Dicebant insuper quod predicti tres defensores dictos excessus et verberationes perpetrando, robam seu houpelandam dicti scolaris et quaternos predictos, quos tunc idem scolaris habebat, deleverant seu diruperant ac de luto sic maculaverant et madidaverant, quod roba et quaterni predicti nullius valoris ac penitus inutiles facti fuerant, clericusque dicti scolaris in quadam alia prisione positus per totam noctem remanserat, et postea dictus scolaris suo ordinario restitutus .. per dictum ordinarium liberatus fuerat . . Quare petebant, dictos defensores et eorum quemlibet pro injuriis, excessibus ac nostre salvegardie infractione predictis ad faciendum emendas honorabiles et utiles . . videlicet in loco seu locis quibus eedem injurie perpetrate fuerunt, in camisia absque mantello et capucio eorum quolibet unam torchiam ponderis quatuor librarum cere in suis manibus et genibus flexis tenendo, dicte filie nostre aut ejus deputatis scolari predicto ac procuratori nostro pro nobis supplicando, quod dictos excessus et maleficia eisdem indulgere vellent. In dictoque statu de dictis locis in plena congregatione Universitatis apud S. Maturinum vel alibi ducerentur, predictas emendas modo prefato faciendo, et quod deinde in dicto Castelleto et statu predicto reducerentur, et pro emendis utilibus ad solvendum dicte filie nostre quatercentum librarum, et dicto scolari similiter quatercentum librarum, ac dicto procuratori nostro pro nobis occies centum librarum summas.

Defensores opponebant ... quod dictus scolaris pro eo quod prope bastidem S. Dio-

nisii dicte ville nostre Paris Colinum et Johannem Hervei fratres vinearum cultores enormiter vulneraverat ac eis sex scuta removerat, ut dicti fratres dicebant, per certos nostros servientes in dicto Castelleto nostro ad requestam dictorum fratrum, qui cum dictis servientibus erant, prisionarius cum quodam suo socio adductus fuerat....

Super quibus . . inquesta facta .. dicta curia ... dictos defensores a predictis impetitionibus et demandis dictorum actorum absolvit, filiam nostram et scolarem predictos ab expensis relevando et ex causa Pronunciatum xiiij[a] die Augusti, anno Domini M° CCC° nonagesimo viij°

BOSCHET. MA. DE BOSCO.

Arch. nat. Paris, X1a 45, fol 322.

1 Apud SCHULTE, *Gesch. d. Quellen des canon. Rechts*, II, 236, hic titulus desideratur. — 2 Ms. « dictis» .

1749. « *Conclusio facultatis theologie super materia fidei nunc agitata novissime determinata* » *de superstitionibus.*

1398, Septemb. 19, Parisiis.

Attentis facto seu opere principali et ejus compositione in se ac omnibus suis circumstantiis simul junctis, videlicet magno circulo diversis nominibus ignotis conscripto et variis caracteribus consignatis, parva rota lignea super quatuor pedes ligneos et stipitem in medio ejusdem magni circuli elevata et ampula super dictam rotam collocata, super quam ampulam in quadam parva rotula papirea inscripta erant quedam nomina, quorum signata sunt nobis ignota, scilicet Garsepin, Oroth, Carmesine, Visoc, signo crucis et quibusdam caracteribus inter predicta nomina interpositis ac etiam cathedris, potis terreis, igne incenso, suffumigationibus, luminaribus, ensibus, pluribusque aliis caracteribus et figuris et nominibus diversis verbisque ignotis ac etiam nominatione seu inscriptione quatuor regum in quatuor parvis rotis papireis, scilicet regis Galtini, septentrionis, regis Baltini, ponentis, regis Saltini, meridiei, regis Ultini, occidentis, interpositis inter nomina dictorum regum quibusdam caracteribus, signis rubeis conscriptis; attentis etiam circumstantiis temporis et loci suspecti et modo se habendi illorum qui in dicto opere interfuerunt et in eodem cooperati sunt, et hiis que egerunt post juramenta de faciendo legalem portionem de thesauris reperiendi[s] per eos pluries prestita, iterata etiam post declarationem dicti operis a principali actore illius artificii, sicut ex eorum confessionibus apparet, quibus habetur quod in quadam camera, in qua erant predicta instrumenta de se supersticiosa accensis luminaribus et consuffumigationibus circa ampulam et circulos, in quibus erant predicte inscriptiones et predicti caracteres, dicti cooperatores expoliati in suis giponibus enses tenentes per pommellos ante cathedras quilibet unum, cuspidibus quandoque in terra fixis et quandoque cum dictis ensibus juxta cathedras et circulos et ampulam fecerunt circuitus, elevando versus celum cuspides ensium, apposueruntque quandoque manus suas simul cum manu principalis actoris prefati operis super ampulam, quam

sanctam vocabat et in qua, ut dicebant, debebat venire spiritus qui thesauros absconditos docere et revelare debebat : predictis omnibus attentis et simul junctis ponitur deliberatio seu conclusio talis, quod non solum illi qui ad thesauros absconditos reperiendos seu secreta et occulta scienda et cognoscenda talibus figmentis et maleficiis utuntur, sed etiam omnes christianam religionem professi ratione utentes sponte talia et taliter operantes ac etiam talibus et taliter utentes censendi sunt in christiana religione superstitiosi, censendi sunt ydolatre, censendi sunt demonum invocatores et sunt in fide vehementer suspecti[1].

Universis orthodoxe fidei zelatoribus cancellarius Parisiensis et facultas theologie in alma Universitate Parisiensi, matre nostra, cum integro divini cultus honore spem habere in Domino ac in vanitates et insanias falsas non respicere. Ex antiquis latebris emergens noviter errorum feda colluvio recogitare commonuit, quod plerumque veritas catholica apud studiosos in sacris litteris apertissima est que ceteros latet, nimirum cum hoc proprium habeat omnis ars, manifestum esse exercitatis in ea, sic ut exinde consurgat illa maxima : « cuilibet in sua arte perito credendum est. » Hinc est Oracianum illud, quod Jheronimus ad Paulinum[2] scribens assumit : « quod medicorum est promittunt medici, tractant fabrilia fabri[3] ». Accedit ad hec in sacris litteris aliud speciale, quod nec experientia et sensu constant ut alie artes, nec possunt ab oculis circumvolutis nube vitiorum facile deprehendi Excecavit enim eos malitia eorum[4]; ait siquidem apostolus, quod propter avaritiam[5] multi erraverunt a fide. Propterea non irrationabiliter ydolorum servitus[6] ab eodem nominatur. Alii propter ingratitudinem, qui « cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt[7] », in omnem ydolatrie impietatem, sicut idem commemorat, corruerunt. Porro Salomonem ad ydola, et Dydonem ad magicas artes, pertraxit effrena voluptas Alios ad hoc ipsum intorsit superba curiositas investigandorumque occultorum dira cupido. Alios postremo misera timiditas, tota ex crastino pendens, in observationes superstitiosissimas impiasque depulit, quemadmodum apud Lucanum de filio Pompeii magni[8] et apud historicos de pluribus notatum est. Ita fit ut recedens peccator a Deo declinet in vanitates et insanias falsas[9], et ad eum, qui pater est mendacii, tandem imprudenter palamque apostasiando se convertat. Sic Saul a Domino derelictus phitonissam, cui prius adversabatur, consuluit[10]; sic Ochozias Deo Israhel spreto misit ad consulendum Deum Acharon[11]; sic denique omnes eos qui fide vel opere absque Deo vero sunt, ut a deo falso ludificentur, necesse est[12].

Hanc igitur nephariam, pestiferam monstruosamque insaniarum falsarum cum suis heresibus abhominationem plus solito nostra etate cernentes invaluisse, ne forsan christianissimum regnum, quod olim monstro caruit et Deo protegente carebit, inficere valeat tam horrende impietatis et perniciosissime contagionis monstrum, cupientes totis conatibus obviare; memores insuper nostre professionis proque[13] legis zelo succensi, paucos ad hanc rem articulos dampnationis cauterio, ne deinceps fallant incogniti, notare decrevimus, rememorantes inter cetera innumera dictum illud sapientissimi doctoris Augustini de

superstitiosis observationibus[14], quod qui talibus credunt aut ad eorum domum euntes aut suis domibus introducunt, aut interrogant, sciant se fidem christianam et baptismum prevaricasse et paganum et apostatam, id est retro abeuntem, et Dei inimicum et iram Dei graviter in eternum incurrisse, nisi ecclesiastica penitentia emendati[15] Deo reconsilientur. Hec ille. Neque tamen intentio nostra est in aliquo derogare quibusdam licitis et veris traditionibus, scientiis et artibus, sed insanos errores atque sacrilegas insipientium et ferales ritus, pro quanto fidem orthodoxam et religionem christianam ledunt, contaminant, inficiunt, radicitus, quantum fas nobis est, extirpare satagimus, et honorem suum sincere relinquere veritati.

Est autem primus articulus, quod per artes magicas et maleficia et invocationes nepharias querere familiaritates et amicitias et auxilia demonum non sit ydolatria *Error*...[16]. — Secundus articulus, quod dare vel offerre vel promittere demonibus qualemcunque rem ut impleant desiderium hominis, aut in honorem eorum aliquid osculari vel portare, non sit ydolatria. *Error*.. — Tertius articulus, quod inire pactum cum demonibus tacitum vel expressum non sit ydolatria vel species ydolatrie et apostasie *Error*.... — Quartus articulus, quod conari per artes magicas demones in lapidibus, annulis, speculis, ymaginibus nomine eorum consecratis vel potius execratis includere, cogere et artare vel ea velle vivificare, non sit ydolatria *Error*. — Quintus articulus, quod licitum est uti magicis artibus vel aliis quibuscunque superstitionibus a Deo et ecclesia prohibitis pro quocunque bono fine. *Error*... — Sextus articulus, quod licitum sit aut etiam permittendum maleficia maleficiis repellere. *Error* — Septimus articulus, quod aliquis cum aliquo possit dispensare in quocunque casu, ut licite talibus utatur *Error*. — Octavus articulus, quod artes magice et similes superstitiones et earum observationes sint ab ecclesia irrationabiliter prohibite. *Error*. — Nonus articulus, quod Deus per artes magicas et maleficia inducatur compellere demones suis invocationibus obedire *Error*. — Decimus articulus, quod thurificationes et suffumigationes, que fiunt in talium artium et maleficiorum exercitio, sint ad honorem Dei et ei placeant *Error et blasphemia* .. — XI^us^ articulus, quod talibus et taliter uti non est sacrificare seu immolare demonibus et ex consequenti dampnabiliter ydolatrare. *Error* — XII^us^ articulus, quod verba sancta et orationes quedam devote et jejunia et balneationes et continentia corporalis in pueris et aliis, et missarum celebratio et alia opera de genere bonorum, que fiunt pro exercendo hujusmodi artes, excusent ea[17] a malo, et non potius accusent *Error*. . — XIII^us^ articulus, quod sancti prophete et alii per tales artes habuerunt suas prophetias[18] et miracula fecerunt aut demones expulerunt *Error et blasphemia*. — XIIII^us^ articulus[19], quod Deus per se immediate vel per bonos angelos talia maleficia sanctis hominibus revelaverit. *Error et blasphemia* — XV^us^ articulus, quod possibile est per tales artes cogere hominis liberum arbitrium ad voluntatem seu desiderium alterius. *Error*.... — XVI^us^ articulus, quod ideo artes prefate bone sunt et a Deo, et quod eas licet observare, quia per eas quandoque vel sepe evenit, sicut utentes eis querunt vel predicunt, vel quia

bonum quandoque provenit ex eis *Error.* — XVII^us articulus, quod per tales artes demones veraciter coguntur et compelluntur et non potius ita se cogi fingunt ad seducendum homines *Error* — XVIII^us articulus, quod per tales artes et ritus impios, per sortilegia, per carminationes, per invocationes demonum, per quasdam invultuationes et alia malificia nullus unquam effectus ministerio demonum subsequatur *Error..* —XIX^us articulus, quod boni angeli includantur in lapidibus et consecrent ymagines vel vestimenta aut alia faciant, que in istis artibus continentur. *Error et blasphemia* — XX^us articulus, quod sanguis hupupe vel hedi vel alterius animalis vel pergamenum virgineum aut corium leonis et similia habeant efficaciam ad cogendos et repellendos demones ministerio hujusmodi artium *Error* — XXI^us articulus, quod ymagines de ere vel de plumbo vel auro vel de cera alba vel rubea vel alia materia baptizate, exorcizate et consecrate seu potius execrate secundum predictas artes et sub certis diebus habeant virtutes mirabiles, que in libris talium artium recitantur. *Error* in fide, in philosophia naturali et astrologia vera. — XXII^us articulus, quod uti talibus et fidem dare non sit ydolatria et infidelitas. *Error.* — XXIII^us articulus, quod aliqui demones boni sunt, aliqui benigni, aliqui omniscientes, alii nec salvati nec dampnati. *Error.* — XXIIII^us articulus, quod suffumigationes que fiunt in hujusmodi operationibus convertuntur in spiritus, aut quod sint debite eis *Error.* — XXV^us articulus, quod unus demon sit rex orientis et presertim suo merito, alius occidentis, alius septentrionis, alius meridiei. *Error.* — XXVI^us articulus, quod intelligentia motrix celi influit in animam rationabilem, sicut corpus celi influit in corpus humanum *Error.* — XXVII^us articulus, quod cogitationes nostre intellectuales et volitiones interiores immediate causentur a celo, et quod per aliquam traditionem magicam tales possunt sciri, et quod per illam de eis certitudinaliter judicare sit licitum. *Error.* — XXVIII^us articulus, quod per quasdam artes magicas possumus devenire ad visionem divine essentie vel sanctorum spirituum. *Error.*

Acta sunt hec et post maturam crebramque inter nos et deputatos nostros examinationem conclusa in nostra congregatione generali Parisius apud Sanctum Maturinum de mane super hoc specialiter celebrata, anno Domini M. CCC° 98°, die xix^a mensis Septembris. In cujus rei testimonium sigillum dicte facultatis presentibus litteris duximus apponendum

Bibl. Vat Reg., ms. lat 870, fol. 29^b (vid. not. 1), Bibl nat. Paris ms. lat 14902 (S Victor. 698), fol. 160^b-162^b, sed ibidem ut in impressis deest introductio supra edita, et incipit : « Reprobatio quorumdam articulorum Parisius facta an. Dom 1398 per fac theol. Datum per copiam sub signo et subscriptione mei notarii publici subscripti. Universis orthodoxe », *etc.* — BUL., IV, 864 ad Sept. 14; D'ARGENTRÉ, *Coll. jud*, I^b, p 154. *Opp Gersonii,* I, 217, ubi tamen ex eodem ms^to Paris., fol. 210, alia introductio, « Harenga pro licentiandis in medicina », ponitur quae incipit : « Collaudanti mihi nuper », sed non est introductio repetenda

1. Omnia praedicta desunt in Bibl. nat. et in impressis. In cod. Reg sequitur spatium sex linearum, postea « Universis » etc., ut supra. Praedicta ad idem augmentum referri apparet ex errore 25° aliisque erroribus infra notatis. — 2 *De studio scriptur.*, ed MAURIN.. IV, p. 571 (Paris., 1706) — 3. HORAT, *Epist.*, II, 1, 115 Ap. S Hieronymum tamen Horatii nomen non affertur, ipsum auctor documenti, Joh. Gerson, invenit. — 4. *Sap.*, II, 21. — 5. In Vulgata « cupiditatem ». I *Timoth*, VI, 10. — 6. *Gal.*, V, 20. — 7. *Rom*, I, 21. — 8. LUCAN, VI, 419 sqq. — 9. *Psalm.* XXXIX, 5. — 10. I *Reg.*,

xxviii, 7. — 11. IV *Reg.*, i, 2. — 12 In cod. Paris in margine legitur « sicut in legenda S. Mathei scribitur » — 13. Sic Vat. Reg., alii « pieque ». — 14. Ad sensum in Serm. 165 (supposit.) et 278 (ed. Migne, V, p. 3049, 3093. — 15. Hic desinit cod. Vat Reg. — 16 Sequitur probatio, quam ut etiam in sequentibus omittimus. — 17. Seu « eos ». — 18 Ms. · « artes » — 19 Hunc articulum omittunt D'Argentré et edd.

1750. *Magistri regentes facultatis medicinae an 1398-1399*

1398, Novemb. 5, Parisiis

Anno Domini M° CCC° nonagesimo octavo, die martis post festum Omnium Sanctorum que fuit quinta Novembris, inceperunt lectiones suas ordinarias magistri qui secuntur :

Mag. Thomas de S Petro,
— Guillelmus Boucherii,
— Johannes de Bellomonte,
— Radulphus de Herpis,
— Martinus Gazel,
— Petrus de Aussonno,
— Guillelmus de Camera[1],
— Albericus Divitis,
— Johannes Comitis,
— Bonifacius de Saunières,
— Ricardus de Baudribosco,
— Georgius de Castro,
— Johannes Leporis,
— Petrus Mioti,
— Guillelmus de Senonis,
— Thomas Le Mauge,
— Henricus Pelati,
— Johannes Tanquardi,

Mag Petrus de Vallibus,
— Petrus de Castanea[2],
— Egidius de Dulendio,
— Johannes de Marla,
— Johannes de Fontanis,
— Robertus de Sancto Germano,
— Girardus de Lingonis,
— Johannes du Maltray,
— Johannes Fusoris,
— Philippus Herpin,
— Jacobus Saqueespée,
— Johannes Petri,
— Henricus Dongny,
— Hebernus Jutfaes
— Johannes de Floricurte,
— Nicolaus Gervasii,
— Petrus Biteti

[35]

Comment. fac med. Paris., t I, p 40 — Nov. 2, Guillelmus de Camera decanus fac. electus erat.

1 « Die xix[a] mensis Septembris anni nonagesimi octavi fuit facta congregatio facultatis in Sancto Maturino ... et ibidem mag. Guillelmus de Camera supplicavit dispensari de regentia, quia conjugatus. Super quo facultas voluit consuli per jureperitos magistros et dominos reverendos episcopum Atrebatensem mag. Joh. Quennart (i. e. Canard), abbatem Sancti Eligii Noviomensis [Petrum de Agnevilla], et Johannem de Crepone decretorum doctores.. Prefati doctores decreverunt facultatem posse secum dispensari licite et sine difficultate et ita effectus est regens. » (Comm fac. med., t. I, p. 36). Plures annos non rexerat, quanquam mag. regens ab an 1387 (*Chartul.*, III, p. 397), sed servitio reginae an. 1392-98 addictus erat, nam Carolus rex Franciae munerat « G. de la Chambre, fizicien de la reine, pour ses bons offices et l'accroissement de son mariage ». (De Laborde, *Ducs de Bourgogne*, Preuves, III, p. 472.) — 2. Sept 19 P. de Castanea supplicaverat ut posset legere « in tertiis » tanquam regens, quod obtinuerat.

1751. *Decemb 13 litterae Universitatis Paris. Capitulo Paris. pro parte mag Johannis de Bellomonte praesentatae sunt, ut suis de beneficiis ad collationem Capituli provideretur Capitulum Paris. Decemb. 21 Universitati Paris. respondet, canonicos magistros recommendatos bonamque affectionem habere eis de beneficiis providendi, prout poterit.*

1398, Decemb. 13, 21 Parisiis.

Arch. nat. Paris., LL 108[b], p 415, 419 Vid infra ad an. 399, Jan. 4

1752. *Cum Petrum*[1] *abbatem ecclesiae seu monasterii de Latigniaco supra Maternam, praelatum notabilem, in salvagardia regis tam ad causam suae ecclesiae de fundatione regia quam ad causam Universitatis, et Johannem Dadon ejus comitem invasissent armis et graviter vulneravissent Perrotinus d'Asnières, Philippus Dormoy bastarius et Perrinus Martelle, ii in summa D lib turon. erga abbatem ac CC lib tur erga Universitatem a parlamento damnati sunt et a regno Franciae banniti*

1398, Decembris 23, Parisiis.

Arch. nat. Paris, X[2a] 13, fol. 263-264[b]. — Eadem causa iterum in parlamento agitatur an. 1400, Julii 28, ubi nominantur « l'abbé de Laigny-sur-Marne estudiant et Jehan Dadon, religieux de ladite abbaye » (ibid., X[2a] 14, fol. 35).

1 Abbas confirmatus, cum esset prior S. Theobaldi in Vineis (per obitum Petri), an. 1388, Sept. 5 (Reg. Aven. Clement VII, vol. XLIX, fol 47). In *Gall. christ.*, IV, 503, omnino mancum.

1753. *Licentiati in facultate theologiae*

An. 1398, Parisiis

Mag Mattheus Reginaldi,
Mag Johannes Moraine[1],
Fr Johannes de Londa[2], Aug ,
Mag. Johannes Leana[3],
Fr M Johannes Arnould (Arnaldi), Minor[4],
Fr. Bertrandus de Fontenay[5], Cisterc.,
Fr Guillelmus Prevost, Carm
[7]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5657[a], fol 11[b].

1. De quo in tom. III *Chartul.* — 2. An. 1398 (1399), Jan. 12, confitetur Jehan de la Londe, se a Godefredo le Fevre, cambelliano ducis Aurelianens., 20 libras recepisse, « pour aidier à faire la feste de maistriement en theologie » (De Laborde, *Les ducs de Bourgogne*, III, n° 5876). — 3. Add. « prepositus Haspuens. » — 4 Ab an. 1411, Jan. 2, episc. Sarlatens. (Reg. Lateran. Joh. XXIII, n° 142, fol. 168). — 5. Verisimiliter idem ac Bertrandus Paratoris infra an. 1414, Febr.

1754. *Capitulum Parisiense ad Universitatem Paris. de beneficiis vacantibus.*

1399, Januarii 4, Parisiis.

Exposito per magistrum Johannem de Justfas[1], rectorem Universitatis Parisiensis, quod cum nuper fuerint certa supposita Universitatis nominata ad providendum eisdem de beneficiis cum vacaverint ad collacionem nostram spectantibus[2], quodque nuper vacaverit et vacet ecclesia parrochialis Sancti Christofori in civitate Parisiensi, quatenus nos dictam parrochialem ecclesiam magistro Franconio de Delph in artibus et medicina magistro, alteri de nominatis per quatuor prelatos super hoc deputatos, vellent conferre : qui quidem domini responderunt eidem, quatenus exiret capitulum, ut super supplicacione hujusmodi possent deliberare. Quo domino rectore capitulum exeunte, magister Nicolaus de Gamerian[3] clericus Trajectensis diocesis consimiliter supplicavit dictam ecclesiam sibi conferri, et domini consimiliter responderunt, ut exiret, ut ipsi super totum deliberare possent. Quia magister Johannes Chanteprime, canonicus Parisiensis, existens in turno suo duobus diebus elapsis de ipsa ordinaverat et ipsam contulerat, ideo fuit eis responsum, quod de presenti domini eos exaudire non poterant.

Arch. nat. Paris., LL 108b, p 422. Hoc evenit « die sabbati post festum Circumcis. Domini iiijta mensis Jan. ».

1. Rector fuit ab an 1398, Decemb 16, usque 1399, Martii 24. In *Auctar.*, I, p. 788, not 4, leg « Johannes » pro « Egidius » — 2. Vid nº 1751. — 3. Seu « Gameren », de quo in *Auctar* I

1755. *Litem motam inter Gilctum Eygret, qui filio studenti Parisiis vineas dederat, et Johannem Soubite firmarium Peronnae, qui vectigal vinarium ab eo exigere praetendebat, curia parlamenti retinet.*

1399, Januarii 31, Parisiis.

Du venredi dernier jour de Janvier. — Entre le procureur du roy et Gilet Eygret en personne demandeurs d'une part, et Jehan Soubite en personne defendeur d'autre part Les demandeurs dient que ledit defendeur est grant riches homs et a vignes à Mar[i]court et le vin qui y croist Il vend à detail public et d'autant comme marchand publique qu'il est, et en ceste année ledit Gilet a prins la ferme du iiije de Peronne; et depuiz l'encommencement d'icelle Jehan a vendu deux queues de vin, dont il lui en fist demande du iiije par devant les esleuz au pris de x den. le lot. Lequel Jehan dist que ledit vin n'estoit pas sien, maiz à son filz qui estoit escolier a Paris et qu'il n'en devoit riens, et pour asouper ledit procès par son pourchas, lui-mesmes fist faire defense audit fermier à la requeste de son dit filz, par une protection qu'il obtint, qu'il ne attemptast à ses biens, mais ce nonobstant ledit fermier proceda en son dit procès... Ledit deffendeur a allegué les privilèges de l'Université de Paris et dit que Jehan a viij enfans et l'un d'iceulx escolier à Paris, qui est emencipé de lui et hors de sa puissance et gouvernement, et pour le soustenir à l'escole lui a donné iij quarts de vigne assis audit Maricourt qui coustent xl francs par an, et en est en possession et en saisine, et cette année y creust v tonneaux de vin qu'il fist vendengier ou nom dudit filz et le vin apporta en l'ostel dudit père pour ce qu'il n'a point d'ostel ...

Lesdiz demandeurs dient que l'en procède contre les gens d'eglise par prinse de leur temporel, quant ilz entreprennent sur la juridicion du roy, et veu la confession dudit père, il[s] requièrent que de l'office de la court lesdits heritaiges dudit filz soient mis en la main du roy. Dit que .. . n'a ledit filz que xij à xiij ans, et supposé qu'il eust fait ledit transport dudit père, se ne l'a pas emencipé; mais depuis que lesdictes vignes furent bien labourées, il les a données à son dit filz, qui est chose frauduleuse, et si la fait vendengier encore le père à ses despens ... Dit qu'il n'est pas à croire que ledit filz qui est si jeusnes eust sceu faire ledit procès par devant ledit conservateur se n'eust esté son dit père. ..

Appoincté à mettre devers la court toutes leurs lettres d'emencipation et transport et autres ..., et . . elle leur fera droit, etc Et ne sera point ledit Soubite receu par procur[eur] jusques à ce qu'il ait fait ce que ladite court lui a autreffois enjoingt.

Arch. nat. Paris., Z1a 1 (*Plaidoieries*), fol. 189.

1756. *Abbas Omnium Sanctorum Andegavens. contra curatorem gabellarum Andegav. litigat, vim in sua abbatia temere adhibitam esse querendo, cum ipse sit scholaris Paris. et a praeposito Paris. judicandus.*

1399, Februarii, 5-7, Parisiis.

Du mercredi v[e] jour de Fevrier IIII[xx]XVIII. — Entre l'abbé de Toussains d'Angiers[1] demandeur d'une part et les grenetier et controuleur et procureur du roy d'Angiers en personne, defendeurs d'autre part. L'abbé dit qu'il est homme d'eglise d'estat et honnestement s'est tousjours porté et est estudiant escolier à Paris, et par ce et pour cause de ladite abbaie estoit en la sauve garde du roy. Dit que en la fin d'Aoust passé, de nuit lui estant hors d'Angiers, lesdits defendeurs vindrent en ladicte abbaie et de fait eulx accompaigniez d'autres gens de petit estat et renommée, entrèrent en son logis et rompirent les huis de sa chambre et estude en son absence et de ses gens qui en avoient les clefs, et y avoit une Bible, unes Decretales, un Sautier glozé[2], cuillers d'argent et autres biens qui furent prins et emportez par aucuns de ceulx de la compaignie[3] et sont perduz, et se lesdits defendeurs ne les prindrent, toutesvoies par leur coulpe ilz furent et sont perduz et montent IIIc l. Dit que ledit abbé, ce sceu, a obtenu lettres royaulx pour s'en informer et les coulpables adjourner ou Chastellet de Paris pour respondre à lui et au procureur du roy. Et pource que lesdits defendeurs et autres en furent trouvez coulpables, ilz furent adjournez oudit Chastellet et eschut la journée samedi derrainement passé, et depuis ladicte cause a esté renvoyée ceans. En tant qu'il touche lesdits defendeurs, conclud ladicte cause estre renvoyée pardevant le prevost de Paris pource qu'il est protecteur des previlèges de l'Université de Paris et si y ont contre eulx le procureur de ladicte Université et cellui du roy, et si y est l'information et aucuns qui y ont esté mis en deffaut par recreance du cas principal, se rapporte à ses lettres royaulx qui contiennent le cas, et la cour a dit que ladicte cause demourra ceans, et qu'ilz procederont oultre.

Arch. nat. Paris., Z[1a] 1, fol. 191. — Die veneris Februar. 7 (ibid., fol. 192) eadem causa producitur. Defensores dicebant « que pour ce qu'il vint à leur congnoissance que en ladicte abbaie avoit descendu faux saulniers et y apporter sel, et que [l'abbé] ne prenoit point de sel ou grenier, ilz y alèrent et firent commandement qu'ilz ouvrissent huis où estoit ledit sel et qu'ilz refuserent, et pour ce par un serrurier firent lever la serrure sans routure . . et y trouverent une queue comme plaine de sel . . et n'emporterent aucuns biens. » Abbate rursus dicente se esse scolarem studentem Parisius, curia deliberavit « qu'elle fera droit, ou les appointera, etc., et y gardera le droit de l'Université le mieulx qu'elle pourra ».

1. Guillelmus, nisi ejus successor Hamo. — 2. I. e. Psalterium glossatum. — 3. Seu *la grande Compagnie*. Vid. *Auctar.*, II, p. 111, not. 4.

1757. *Magister Petrus Lombart, paedagogus, studens Paris., virtute privilegiorum Universitatis, vectigal vinarium quod Johannes Le Caron firmarius exigere tentaverat, recusavit et pignora quod is arripuit sibi reddi, a curia parlamenti petit.*

1399, Februarii 15, Parisiis.

Du samedi [xv[e] jour de Février IIII[xx]XVIII]. — Entre maistre Pierre Lombart appelant en personne d'une part, et Jehan le Caron fermier intimé d'autre part. L'appelant dit

qu'il est estudiant à Paris et par ce doit joir des previlèges de l'Université de Paris, qu'il a allégués; quant à ce, dit que l'an passé comme pedagoge qu'il est il prinst certains escoliers à gouverner, et acheta pour ce xiij queues de vin et que ledit Caron inventoria sanz ce qu'il eust cercel, qu'il les vendit. Dit que après il en vendi iij queues en gros, demie queue à detail au pris de iiij den tourn , et le seurplus despensèrent lui et ses dits escoliers. Dit que Jehan le Caron lui fist demande du iiij[e] des dictes xiij queues de vin comme vendues, sur quoy il allègua qu'il estoit clerc non marié et declara la court des esleuz et .... fist foy de sa lettre de scolarité. Dit que ce nonobstant Caron le fist executer et prenre ses gaiges et s'opposa et requist aux diz esleuz la delivrance de ses vins, et qu'il estoit en droit sur sa declination et si proposa son dit fait principal. Dit que les diz esleuz dirent qu'il repondroit par devant eulx qu'il paieroit audit Caron le iiij[e] desdictes xiij queues de vin, dont il appela. . Et requiert que ses biens lui soient renduz.. .

Finablement la court, oye ladicte cause d'appel pour ce qu'elle touche ladicte Université, a dit que ladicte cause surcerra jusques au jour et avecques les autres causes de ladicte Université.

Arch nat. Paris., Z[1a] 1, fo[l] 194. Ad haec vid. praeterea fol. 271.

1758. *Capitulum Cluniacense reprobat quaedam intenta prioris et scholarium Collegii Cluniac Paris , quaedamque statuit.*

1399, April. 20, Cluniaci.

Circa collegium seu domum, in qua morantur scolares Cluniacenses Parisius studentes, diffiniunt diffinitores super dubiis in quodam rotulo pro parte collegii in ultimo Capitulo generali datis et traditis pro parte dictorum scolarium super hiis, de quibus debebant informare diffinitores istius anni, et quia priore et suppriore ipsius domus in diebus assignatis durante capitulo presenti personaliter comparentibus ipsi non informaverunt nec aliquid in scriptis aut alias, prout eis fuerat in precedenti proxime Capitulo generali injunctum, tradiderunt, nec de eorum aliquali diligencia constitit alias seu constat : diffiniunt diffinitores ea que sequntur :

Primo ad articulum pro parte ipsorum scolarium traditum, quo cavetur quod collegium habet et habere debet sigillum commune, quoniam audita relacione nonnullorum venerabilium virorum constitit et constat quod dicti scolares non debent habere sigillum commune : ordinant diffinitores quod predictum sigillum quod modo dicunt se habere, realiter et de facto tradatur camerario provincie Francie, et quod amodo commune sigillum non habeant aut alias utantur quoquomodo, sed quod prior, supprior seu alius ex parte ipsorum prioris et supprioris utantur amodo sigillo facto nomine proprio ipsius prioris in quittanciis dandis et aliis, prout est alias sibi consuetum.

Item ad articulum pro parte predictorum scolarium traditum, quo cavetur dominum

nostrum communem Cluniacensem [1] teneri et coherceri debere ad tenendum quatuor scolares in ipso collegio suis propriis expensis ratione mense sue : dicunt diffinitores, quod, quia dicti scolares nichil produxerunt seu probaverunt super hoc articulo, ymo dicti diffinitores sunt legitime de contrario informati, ipsum dominum Cluniacensem ad id non debere cogi seu coherceri ob reverenciam et decenciam ejusdem reverende paternitatis et superioritatis, nisi racione suorum decanatuum vel aliorum beneficiorum unitorum seu uniendorum ad id ex antiqua fundacione alias teneretur.

Item quia prior de Marbosio, rector ipsius domus, in pluribus fuit irreverens et inobediens erga ipsum dominum nostrum communem Cluniacensem majoremque priorem et diffinitores anni preteriti : ordinant diffinitores anni presentis quod dictus prior ad presenciam domini nostri communis Cluniacensis et eciam prioris majoris humiliter accedat petendo absolucionem sententiarum, si quas incurrit transgrediendo seu inobediendo preceptis et ordinacionibus ipsorum domini Cluniacensis et prioris majoris ac diffinitorum, ac veniam et indulgenciam humiliter petat et se submittat subjeccioni, determinacioni et disposicioni ipsius domini Cluniacensis et majoris prioris.

Item quod cetera in dictis articulis contenta et expressa et omnia tangentia statum et refformacionem personarum et loci remittantur dicto reverendissimo domino Cluniacensi et ordinacioni omnimodeque ipsius disposicioni, et circa illa provideat prout sibi visum fuerit expedire

Item quia dictus prior de Marbosio, prior predicte domus scolarium, in presencia diffinitorum tradidit vel tradi fecit in quodam rotulo et exhibuit quasdam expensas extraordinarias et alias factas in et ratione administracionis domus predicte, et dicti diffinitores arduissimis et magnis causis impediti pro presenti nequeant circa audictionem compotorum ipsius vacare : ordinant et constituunt ad audiendum compota et verifficacionem ipsorum elemosinarium et hostellarium Cluniacensem; quibus auditis refferant dicto reverendissimo domino aut alteri per ipsum deputato, qui pro libito voluntatis et prout sibi visum fuerit expedire ordinabit et disponet, prout est juris et racionis.

Cum nonnulli priorum arreragia scolaribus collegii Cluniacensis Parisius pensionum scolasticarum racione debentium super horum solucione dificultates ingerant, frivolas occasiones hinc inde sompniantes : diffiniunt diffinitores quatenus omnia prefata arreragia jam debita et imposterum ipsis scolaribus debenda et quecumque alie pecunie ad ipsos quomodolibet pertinentes realiter tradantur et solvantur, rejecta quacumque difficultate, priori seu suppriori prefate domus seu collegii aut alteri deputando ab eis seu ipsorum altero.

Secundum relacionem visitatorum provincie Francie dominus Johannes Calibis scolaris prioratus de Cousiaco est inhoneste conversacionis, brigosus et multum inordinatus in vita et moribus : quare diffinitores pensione et mansione sua scolastica Parisiensi ipsum privant, precipientes priori, suppriori et procuratori domus seu collegii scolarium Clunia-

censium, quatenus prefatum dominum Johannem de dicto collegio realiter expellant, nichilque scolaribus debitum eidem ministrent.

Bibl. nat Paris., ms. lat nouv. acq. 2263, fol. 89, 89b, 90 Haec praeterea inveniuntur typis exarata in Bibl. Arsen, ms. 777, p. 186 sq. — Ibid. etiam ordinatio de reparatione introitus, *Galilea* vocati, majoris ecclesiae Cluniac. et de subveniendo collegio Paris.

1. Adhuc Johannem de Cosano.

1759. *Facultas medicinae, decano Jac Sacquespée, lectiones disputationesque post Epiphaniam differt, propter mortalitatem.*

1399, Novemb. 8, Parisiis.

Anno Domini M° CCC° nonagesimo nono die sabbati que fuit octava mensis Novembris post missam facultatis ... ego Jacobus Sacquespée magister regens in eadem facultate Paris. fui electus in decanum... Fuit deliberatum quod prima die legibili magistri inciperent lectiones suas ordinarias et fierent illa ebdomada disputaciones ordinarie cum Quolibetis, et ab illa die propter mortalitatem[1], que tunc vigebat Parisius, cessarent a lectura nec fierent disputaciones usque post festum Epyphanie. Et fuit tunc deliberatum quod absentes propter dictam mortalitatem, vel quia occupati in servicium regalium, qui preterito anno rexerunt, regentes reputarentur. Et sic supplicacio facta pro parte magistri Alberti Divitis absentis, tunc occupati in servicium domini ducis Aurelianensis[2], fuit concessa.

Comment. fac medic., I, p. 48

1. Propter epidemiam multi Parisios reliquerant. Cf. *Auctar.*, I, 804. 44. — 2. De pecuniis ab « Aubry le Riche », medico ducis Aurelianensis, acceptis inter an 1399-1404, vid. DE LABORDE, *Ducs de Bourgogne*, Preuves, III, p 112, 212, 228.

1760. *Die lunae in vigilia festi Epiphaniae Dom, quinta mensis Januarii, interempta est supplicatio ex parte rectoris Universitatis facta pro mag. Petro Plaoul, ut ipse posset conferre beneficium vacaturum in turno suo per procuratorem in absentia.*

1400, Januarii 5, Parisiis

Arch. nat. Paris., LL 109a, p. 37

1761. *Johannes Gerson, cancellarius Paris, cancellariae renuntiare vult, et Dominicum Parvi, mag. theol., substituere.*

1400, Martii 11, Parisiis

Supplicato ex parte facultatis theologie et nacionis Gallicane, quod cum magister Johannes de Gersonno cancellarius ecclesie Parisiensis nolit plus exercere officium cancellariatus, sed loco ipsius supplicat magistrum Dominicum Parvi assumi[1], quatinus domini [canonici] eundem magistrum Dominicum vellent creare in canonicum unacum domino episcopo Parisiensi, sibique conferre cancellariatum predictum, vel dare licentiam eidem

magistro Johanni de Gersonno permutandi cancellariatum predictum cum quadam cura, quam obtinet idem mag. Dominicus. Et interempta est supplicatio.

Arch. nat. Paris., LL 109ᵃ, p. 52. — Aug 6 ejusdem anni, canonicatum et praebendam eccl. S. Mederici obtinere voluit (ibid., p. 85), quae non obtinuit (p. 154 ad an 1401, Maii 20), indeque appellavit.

Jam notum erat Johannem Gerson. cancellariae renunciasse. Ast hoc factum minime ad an. 1397 pertinet, ut SCHWAB, *Johannes Gerson*, p. 263, et BESS, *Zur Gesch des Konstanzer Konzils*, p. 33, asserunt, sed ad an. 1400, ut nunc ex hoc hucusque ignoto documento apparet Ad hunc ergo annum referendae sunt « Causae propter quas cancellariam dimittere volebat » (Bibl nat. Paris., ms. lat. 14907, fol 135 sqq , *Opp. Gerson.*, IV, 725 sqq.). Johannes Gerson ut decanus S Donatiani Brugis morabatur Mense Aprilis ejusdem anni epistolam e Brugis scripsit ad quemdam « reverend patrem », mutato jam consilio, « in lecto adverse valetudinis » (Bibl nat. Paris , ms. lat. 14907, fol 137ᵇ, *Opp Gerson.*, I, 120). Ut enim in alia epist., Brugis, April. 27, refert, mandatis ducis Burgundiae obtemperavit, et officium cancellariatus reassumpsit. Sed jam arrepto itinere aliquo incommodo afficiebatur, ita ut reverti compulsus in lecto detineretur (*Opp.*, IV, 724). Ad idem tempus fortasse pertinet alia magni momenti epistola, *Opp.*, I, 122, ad quemdam reverendum patrem de reformando studio theologiae. D'ARGENTRÉ, *Coll. jud.*, Iᵇ, p 192, eam refert ad an. 1412.

1. De hoc substituto, ut opinamur, loquitur Gerson in epist. *Opp* , IV, 723.

1762. *Licentiati in facultate medicinae*

1400, Martio, Parisiis.

Item [recepi] a quolibet quinque licenciatorum istius anni xxiiij sol

Comm. fac. med., I, p. 49. Decanus Sacquespee nomina licentiatorum omisit. Inter quos saltem fuit Droco Decani, nam eadem pagina legitur « A mag. Drocone Decani pro principio suo viij sol. » Qui quidem in collegio Laudunensi studuerat, anno enim 1400 computa ejus collegii audit (Arch. nat., H 2803¹) Quantum conjicere licet, inter caeteros quattuor nominabantur 1° Joh. Gaillardi de Byencuria, Gallicus, qui an. 1398, Jan. 26, probaverat 38 menses, 2° Nicolaus de Saxonia, Anglicus (non confundendus cum altero lic. med. an. 1412), qui 32 menses eodem die probaverat, 3° et 4° Petrus Viel ac Judocus de Bornavilla qui an. 1398, Sept. 20, 47 menses studii habuerant (Comm. fac. med., I, p 27 et 36).

1763. *Licentiati in facultate theologiae.*

1400, Maii 2, Parisiis.

Fr Philippus Villette, Abbas Sti Dionysii[1],
Mag. Ursinus Talevande[2],
— Pontius de Ulmonte,
— Nicolaus Pictemen,
— Henricus Chycoty, Navar ,
— Petrus Maugé[3],
— Egidius Genart, Abbas Sti Bazoli[4],
Fr Petrus Pontius, Minor.,
Mag Johannes d'Achery[5],
— Johannes Mathie[6],
Fr Nicolaus de Tornaco, Aug[7],
Mag Jacobus Pathoin,
— Johannes Petit[8],
Fr Nicolaus Le Coq, Carm ,
Mag Germanus de Rongiaco[9],
— Georgius de Sclavonia[10],
— Nicolaus de Gonnetia[11],
— Johannes Baillivi[12],
Fr Nicolaus Le Comte[13], Cisterc ,
— Egidius de Montibus, Minor ,
— Theobaldus Picardi, Carmta

[21]

Bibl nat. Paris., ms. lat. 5657ᵃ, fol 12. — De plerisque eorum vid. *Chartul.*, III.

1. Ab an. 1398, et an. 1403, Jul. 30, confirmatus. Vid Reg. Aven. Ben. XIII, vol. XXX, fol. 86ᵇ, *Gall. christ* , VII, 402. Fuit jactatus variis casibus. Vid. TUETEY ad *Journal d'un bourgeois*, p. 93, not. 3. — 2. Celeber theol., de quo infra. Verisimiliter an 1417, Maii 27, defunctus est. Vid. *Auctar.*, II, p. 186, not. — 3. Adjungitur « qui sequebatur dom. Genart et precessit eum ex ordinatione facultatis ». Cave, ne confundas eum cum Petro Maugier, decr doctore. — 4. Olim « Viri-

ziaci », dioec. Remens. Sec. *Gall. christ*, IX, 201, an. 1400 Aegidius Jennart factus est abbas S Basoli. — **5.** Ab an 1415, Maii 10, episc. Silvanect., an. 1418, Jun. 12, occisus (*Auctar.*, II, p 245, not. 6) — **6.** Fuit presb. Leonens. dioec., et an. 1418 voluit eccl. paroch. S. Phiacrii, Nannetens. dioec (Suppl. Mart. V, nº 114, fol. 281). An 1425 litigabat de can. Venetens. (nº 179, fol. 252). — **7.** Adjungitur « alias de Walays vel de Aleis ». — **8** Primo sic scriptum erat, postea loco M[ag.] scribebatur f[rater], et adjungebatur Minor. — Ex hoc apparet in originali sic ut edidimus exaratum fuisse, auctoremque codicis nostri, opinioni temporis sui (saec. XVII) cedentem, textum priorem mutavisse. Inde in mss. recentioribus Bibl. nat. lat. 12850 et 15440, falsa lectio sola remansit. Caeterum videas infra, ad an 1403, rotulum facult theol., et *Chartul.*, III, p. 462, not. 2 — **9** Vocatur « Germanus Famuli, alias de Rungi » (Suppl. Mart. V, nº 107, fol. 148ᵇ, 120, fol. 21ᵇ), infra « de Rongiaco ». An. 1419 jam defunctus erat. — **10** Seu « de Rain », de quo in *Chartul*, III, et *Auctar.*, I. — **11.** Seu « Gonnessia ». — **12.** Ms. « Baillivy. — **13.** Sive Comitis de Voto.

1764. *Magistri regentes facultatis medicinae an 1400-1401*

1400, Novemb. 4, Parisiis.

Anno Domini Mº CCCCº die jovis post festum Omnium Sanctorum quę fuit quarta Novembris inceperunt lectiones suas magistri qui hic subscribuntur :

Mag Thomas de Sancto Petro,
— Guillelmus Boucherii,
— Johannes de Bellomonte,
— Radulphus de Herpis,
— Martinus Gazel,
— Petrus de Aussonno,
— Guillelmus de Camera,
— Albericus Divitis,
— Johannes Comitis,
— Bonifacius de Sannevièrez,
— Richardus de Baudribosco,
— Johannes Leporis,
— Petrus Mioti,
— Guillelmus de Senonis,

Mag, Thomas le Mauge,
— Henricus Pelati,
— Johannes Tanquardi,
— Egidius de Durlendio,
— Johannes de Marla,
— Robertus de Sancto Germano
— Johannes Fusoris,
— Joh Belardi[1],
— Jacobus Sacquespée,
— Henricus Doigny,
— Petrus Biteti,
— Guillelmus Nepotis[2],
— Droco Decani [27]

Comment fac. med., I, p. 57. — Nov. 5, Henricus Doigny decanus fac. electus est An 1401, Nov 5, Henricus Doigny decanus continuatus est. Iidem mag. regentes reperiuntur praeter Joh. de Marla et Joh Fusoris (ibid., p. 67).

1 Nomen inter lineas additum posterius. — **2.** Inter lineas additum.

1765. *Cum Johannes de Atrebato, librarius juratus Universitatis, vulnera accepisset ab Adamo de Bosco et Roberto Amit, ii ad emendam a praeposito damnati appellant Curia parlamenti sententiam praepositi confirmat, summa tamen paulo reducta.*

1400, Decembris 23, Parisiis.

Cum a quadam emende dampnorum interesse et expensarum taxatione per prepositum nostrum Parisiensem ad utilitatem Johannis de Atrabato, librarii jurati Universitatis Parisiensis, actoris contra Adam de Bosco et Robertum Amit, defensores, in quibus emenda dampnis interesse et expensis iidem defensores et eorum quilibet in solidum, ratione certarum verberacionis, vulneracionis et mutilacionis per eos in personam dicti Johannis de Atrabato, nostram salvam gardiam infringendo, factarum ac ad tenendum prisionem

usque ad plenam satisfactionem emende dampnorum et interesse predictarum fuerant per eundem prepositum condempnati, facta, per quam prefatus prepositus emendam predictam ad viginti, et dampna et interesse per dictum de Atrabato ante dictam taxacionem habita et sustenta, ad triginta quinque librarum paris. summas et pro tempore futuro dampna et interesse predicta ad novem librarum duodecim solidorum paris. annui redditus summam, vita dicti de Atrabato dumtaxat durante, aut ad quaterviginti francorum auri summam semel, loco dicti redditus per dictos defensores, si hoc preeligerent, dicto actori solvendam et expensas predictas ad summam quatuordecim librarum duorum solidorum paris , taxaverat, fuisset pro parte dictorum defensorum tamquam a nimia et excessiva ad nostram parlamenti curiam appellatum : auditis in curia nostra partibus .., per judicium dicte curie nostre dictum fuit, prefatum prepositum in eo quod expensas predictas ad summam quatuordecim librarum duorum solidorum paris. taxaverat, male et excessive taxasse, et dictos defensores bene appellasse, in ceteris vero bene taxasse. Et ... curia summam predictam quatuordecim librarum duorum solidorum paris ad summam tresdecim librarum sex solidorum paris. moderavit et moderat. Pronunciatum xxiij[a] Decembris anno millesimo CCCC°.

P. Bussière. Saint Verain. Poupaincourt.

Arch nat Paris , X[1a] 48, fol. 265[b].

1766. *Causa in parlamento pendens inter Universitatem magistrumque Nicolaum Vaste scholarem, actores, ac Guillelmum Petrumque Lyen fratres, defensores, a rege praeposito Paris. committitur ad exhibendum celeris justitiae complementum.*

1401, Martii 24, Parisiis.

Arch nat. Paris , X[1a] 48, fol. 47.

1767. *Supposita Universitatis Paris non tenentur interesse conventibus canonicorum Paris. eccl., nihilominus quaedam a canonicis excommunicantur*

1401, April. 11, Parisiis.

Exposito hodie ex parte Universitatis per mag. Johannem Luqueti, quod cum dicta Universitas sit privilegiata, ut supposita Universitatis predicte non teneantur interesse in synodo cujuscunque judicis vel superioris, prout per privilegia Universitatis alias in capitulo, ut dicebat, publicata constabat lacius : nichilominus tamen domini [canonici] processerant ad excommunicacionem contra mag. Petrum de Aussono et Joh. Trucan, ex eo quod non fuerant in synodo dominorum ultimo preterita, que tamen excommunicacio non tenebat attento dicto privilegio Eapropter requisivit dominos, ut eos vellent absolvere. Et super hoc tunc interrogati dicti canonici[1], videlicet magistri Petrus et Johannes, supposita predicte Universitatis, an advoarent dictum opponentem, qui responderunt quod sic, quodque allegaverant privilegium suum ante excommunicacionem latam. Et domini habita super hoc deliberacione responderunt in presencia dominorum deputatorum, quod nunquam pri-

vilegium suum exhibuerant, quodque parati erant domini contemplacione dicte Universitatis relaxare prefatos canonicos ab hujusmodi sententiis usque ad festum Nativitatis b Joh. Bapt. Quod non acceptaverunt dicti canonici, sed appellaverunt, et postmodum appellacioni sue renunciaverunt.

Arch nat Paris., LL 109ª, p. 146 — Postea sequitur renuntiatio appellationis, propterea citabantur ad comparendum coram canonicis.

1. Fuerunt canonici eccl S. Mederici Paris. P 144 nominatur etiam Petrus Aguenini, itemque mag. et can. S. Mederici

---

1768. *Capitulum Cluniacense ordinat, ut plura beneficia collegio Cluniacensi Paris uniantur, prior et scholares ejusdem priores negligentes compellere non possint*

1401, April. 24, Cluniaci.

Cum nedum ordo Cluniacensis, quinymo universalis ecclesia viris litteratis permaxime noscatur indigere, qui in eadem fulgeant sicut splendor firmamenti in eternitate mansuri, et eapropter collegium nostri Ordinis scolarium Parisius deliberacione provida ab antiquo fundatum extiterit, cumque pensiones eisdem scolaribus annuatim solvi solite experiencia oculata docente pro neccessariis non sufficiant et indigentes nonnumquam a bono retrahant, quinymo difficile sit indigentem bene operari : idcirco ut inconvenientiis notoriis, que inde de die in diem sequi prospiciuntur, sufficienter provideatur, diffiniunt diffinitores quod pro reparacionibus et aliis oneribus supportandis pensioneque debita hospitali Beate Marie persolvendis, per dominum Cluniacensem[1] quam citius commode fieri poterit unum, duo, tria vel quatuor beneficia et non conventualia, quorum fructus, redditus et proventus, aliis oneribus beneficiorum ipsorum supportatis, usque ad valorem ducentarum quadraginta librarum turonens. ascendant, uniantur antedicto collegio, interponantur et annectantur eidem domino Cluniacensi seu alii aut aliis superioribus ipsorum uniendorum beneficiorum mediatis et immediatis, si velint tam in spiritualibus quam temporalibus, tam in locis quam in personis et rebus ipsorum juribus et juridictionibus reservatis et retentis, perinde ac si hujusmodi uniones facte non fuissent scolaribus sepedictis sola perceptione duntaxat contentis

Item quia caput taliter omnibus et singulis membris providere tenetur et taliter uni membro, quod ceteris non inferat irreparabile nocumentum, ordinant diffinitores renovando statuta et Ordinis diffiniciones circa pensionum solucionem, regimen, statum et conservacionem hujusmodi collegii et jurium suorum editas et edita, promulgatas et promulgata, quod ea debite observentur, exceptis statutis et diffinicionibus penas pecuniarias prioribus, decanis et ceteris Ordinis beneficiatis pensiones annuas predictas scolasticas debentibus, si forte in ipsarum solucione terminis solitis defficerent, apponentibus et affigentibus ipsarumque exactioni concedentibus, priori et suppriori atque scolaribus universis et singulis ejusdem collegii presentibus et futuris precipientes, quod decetero pro-

pter retardacionem solucionis pensionum predictarum jam debitarum vel imposterum debendarum per apposicionem quarumcumque penarum ad solucionem pensionum hujusmodi, quacumque diffinicione contraria non obstante, non compellant nec compelli faciant priores, decanos et beneficiatos Ordinis antedicti[2], nec eisdem penis ipsos afficiant nec ab eisdem ipsas exigant, etiamsi jam per judicialem condempnationem vel partium conventionem in prejudicium beneficiorum ipsorum scolaribus sepedictis de et super eisdem penis jus videatur acquisitum seu presumatur et speretur imposterum acquirendum, decernentes hujusmodi exactionem eisdem scolaribus non prodesse, eosque qui decetero contra hoc fieri procurabunt, pena debita per dominum Cluniacensem puniendos.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. nouv. acq. 2263, fol 90[b].

1. Qui tunc fuit Raymundus de Cadoena, quamvis solum an. 1403, Sept. 10, confirmatus (Reg. Aven. Ben. XIII, vol. XXX, fol. 124). — 2. Ms. : « antedictis ».

1769. *Capitulum generale Cisterc. moleste fert abbates de Vasconiae et Linguae Ocanae partibus, opulentis monasteriis praesidentes, omittere scholares ad Parisiense studium destinare, propterea duos abbates visitatores ad illas partes ordinat, ut abbates de Grandissilva, de Bollona, de Bonofonte, de Bonacumba, de Bellapertica, de Campisbonis, de Mansiade, de Bonavalle Ruthenensi et de Valle magna propter hoc excommunicatos esse denuntient, compellendo ipsos aliosque ad obediendum statutis de studiis*

1401, Septemb. 12, Cistercii.

Capp. general Cisterc in Arch status Luzern., I, p. 317 — Deest haec ordinatio in Collectione ap MARTÈNE-DURAND, *Thes. nov. anecd.*, IV, 1538, quamvis ibidem statuta quaedam ad an. 1401 inveniantur

---

1770. *Universitas a curia parlamenti obtinet, quatuor monachos Parisiis studentes, quos abbas Trouarni in carcerem conjecerat, liberari quousque eorum processus sive Parisiis sive in Normannia peragatur*

1401, Septemb. 22, Parisiis

Juesdi xxij[e] jour furent assemblez pour une requeste à faire par l'Université de Paris Maistre H[enri] de Marle, président, M[e] S[imon] de Nanterre, M[e] Philippe de Boisgilloud, M[e] G[uillaume] de Villers, M[e] R[enaud] d'Amiens, M[e] Berth[elemy] du Fossé, M[e] N[icolas] Fraillon, M[e] H[ebert] Lescripvain, M[e] R[enaud] du Mont Saint Éloy, M[e] G[uillaume] de Celsoy, M[e] André Marchant[1].

Sur une requeste faicte par l'Université de Paris à l'encontre de l'abbé de Trouart[2], qu'il pleust que iiij des moines de Trouart soydisans escoliers à Paris, emprisonnez par veu d'un arrest donné au prouffit dudit abbé à l'encontre de xxij de ses religieux, estre eslargiz partout et leur procès estre fait à Paris *juxta privilegium predicte Universitatis.*

Il a semblé aux dessusdits president et conseillers que ledit abbé puet *impune* consentir et souffrir que les iiij dessusdits religieux soydisans escoliers soient eslargiz à Paris et en Normendie, au lieu où le procès sera fait selon la teneur dudit arrest pronuncé le

iij[e] de ce present moiz et ouquel lieu les dessusdits religieux *stabunt juri,* et sanz prejudice de l'abbé.

Arch. nat Paris., X[1a] 1478, fol. 36 — *Journal de Nicolas de Baye*, ed. TUETEY, I, p. 12.

1 De istis magistris vid F. AUBERT, *Le Parlement de Paris, sa compétence, ses attributions* (Paris, 1890) — 2. Seu « Troarn », dioec. Bajocens. Ab an 1398, Jun 14, fuit abbas Ludovicus de Chantemerle, bacc. decret. (Reg. Vat. Bened. XIII, n° 322, fol. 15), de quo ad an. 1411, Maii 11

1771. *Licentiati in facultate theologiae*

An. 1401, Parisiis.

Mag. Gerardus Rondelly[1],
Fr Stephanus[2], abbas de Charitate, Cist ,
Mag. Nicolaus Canache,
Fr. Petrus Guerin, Aug ,
Fr. Bernardus Mager, Carm[ta],
Mag Guillelmus Cave[3],
Fr Simon de Coursy[4], Minor.

Bibl nat. Paris., ms lat 5657[a], fol 12[b].

1. Ad an. 1407, Octob., ut can. Leodiens. affertur in Reg. Vat Lat., n° 128, fol. 44[b]. — 2. « De Vallibus ». Vid. *Gall. christ* , XV, p. 270. — 3. In rot an. 1403 ut rel. Ord. S. B. affertur Circa an. 1408 abbas S Andreae Viennens. (deest tamen in *Gall. christ* ., XVI, p. 182) factus est. Universitas ecclesiae congratulabatur, hunc « sacre fidei doctorem » illi ecclesiae praefectum esse (Arch. nat. Paris., M 65[a], n° 104). In alia vero epistola aegre fert, « virum talem velle oppugnatum iri », per quemdam adversarium, qui ad Petri de Luna auctoritatem confugit (ibid., n° 137) Sec. *Gall christ.*, XI, 426, ab an. 1414 fuit abbas S. Stephani Cadomens. An. 1429, Febr. 4, jam resignaverat (Reg Lat. Mart. V, an. 12, lib. 154, fol. 260[b]). — 4. Seu « Courcy », qui an 1406 pro Maria filia ducis Bituricens., cui a confessionibus fuit, « Stimulum divini amoris », S. Bonaventurae perperam inscriptum, in linguam gall. convertit (« Esguillon d'amour divine » in Bibl. nat Paris., ms. franç. 926, fol. 1 L. DELISLE, *Cab des mss* , I, p. 167).

1772. *Licentiati in facultate medicinae*

1402, Martii 8, Parisiis.

Die mercurii que fuit octava Martii immediate sequentis fuerunt dicti bachalarii licentiati per ordinem qui sequitur :

Primus mag		Johannes Rose, Gallicus,
2us	—	Ruggerus Boutbour, Almannus[1],
3us	—	Petrus Parvi, Gallicus,
4us	—	Nicholaus de Mola, Gallicus,
5us	—	Guillelmus Mercatoris, Normannus,
6us	—	Oliverius Gambelini, Gallicus.

Comm. fac. med , I, p. 73.

1 De quo vid. *Auctar.*, I Jam an 1396 sub fratre suo in art. determinaverat Parisiis.

1773. *Carolus VI, rex Francorum, omnia privilegia, libertates et franchisias ab olim magistris, doctoribus, baccalareis, scholaribus et suppositis Universitatis Paris concessas, ne in studio impediantur, per litteras ad Parlamentum aliosque suos officiarios directas confirmat* Donné à Paris le derrain jour de Mars, l'an de grace mil CCCC et deux, et le xxiije de nostre règne « Nos amez le recteur »

1402, Martii 31, Parisiis.

Originale in Arch Univers. Paris., thec. II, A. 5. bb. Deest sigillum. — *Ordonn. des rois*, VIII, 575. *Rec. des privilèges*, p. 13. BUL., V, 54. — Sed observandum est, documentum sec notam temporis ad an. 1402 pertinere, nam Pascha an. 1402 fuit Mart. 26, sed « an. xxiije » esset an. 1403.

1774. *Statutum facultatis medicinae de juribus bedellorum subbedellorumque, tam theologiae fac quam nationum quattuor, a quolibet novo magistro in medicina solvendis*

1402, April. 22, Parisiis.

In isto decanatu die xxija mensis Aprilis, scilicet sabbati post missam in Sancto Maturino, facultate solemniter congregata et convocata per cedulam in capitulo Sancti Maturini ad ordinandum de juribus que recipiunt bedelli facultatum, scilicet theologie et artium in dicta nostra facultate, quia etiam bedelli facultatis nostre jura multa in illis percipiunt : quia quidam novi magistri illa nolebant dictis bedellis facultatum predictarum persolvere, et sic nostri suo etiam jure in illis privati fuissent, fuit declaratum et conclusum concorditer quod magni bedelli principales antedicti scilicet theologie et iiijor nationum haberent de cetero et habere debebunt et debuerant a quolibet magistro noviter in medicine facultate incipiente, quilibet birretum et cirothecas duplices. Et sic sunt quinque birreta et quinque paria cirothecarum duplicium. Subbedellus autem theologie et subbedelli iiijor nationum haberent similiter quilibet cirothecas simplices. Et sic sunt quinque paria cirothecarum simplicium. Presentibus magistris reverendis, scilicet Thoma de Sancto Petro, Guillelmo Boucherii, Radulpho de Harbis, Guillelmo de Camera, Johanne Comitis, Johanne Leporis, Thoma Le Mauge, Petro Miote, Guillelmo de Senonis, Henrico Pelati, Johanne Tanquardi, Henrico Doigny tunc decano, Petro Biteti, Guillelmo Nepotis, Johanne Rose, P. Parvi, Nicolao de Mola, hoc factum fuit et conclusum.

Comm. fac medic., I, p. 75. — BULAEUS, V, 4, qui falso April. 1 edit, et nomina subscripta magistrorum medicinae omittit

---

1775. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1402-1403*

1402, Novemb. 5, Parisiis.

Fuerunt magistri regentes sequentes qui inceperunt lectiones suas die jovis que fuit quinta Novembris :

Thomas de Sancto Petro,
G Boucherii,

Joh. de Bellomonte,
Radulphus de Herbis,

Martinus Gazel,
Petrus de Aussonno,
Guil de Camera,
Albericus Divitis,
Johannes d'Ans[1],
Johannes Comitis,
Johannes Leporis,
Thomas Le Mauge,
Petrus Miote,
G de Senonis,
Henricus Pelati,
Joh. Tanquardi,
Egidius de Durlendio,
Rad Blanche,
Joh Belardi,
Rob de Sancto Germano,
Jac Sacquespée,
Henr Doigny,
Petrus Biteti,
Guil Nepotis,
Droco Decani,
Joh. Rose,
Petrus Parvi,
Nicolaus de Mola,
Oliverius Gambelini [39]

Comm. fac. med., I, p. 77. — Nov. 7 Henricus Doigny continuatus est decanus facultatis.

1. Idem qui infra « de Ens » nominatur. Jam in *Chartul.* III occurrit, an. 1385, Joh. de Hens, mag. art.

1776. *Johannes Morice, quondam comes abbatis S Eligii defuncti, litigat contra Petrum d'Orgemont, episcopum Paris , qui, ratione computorum injuria petita, domicilium Johannis violaverat. Universitas causam Johannis amplectitur et coram curia parlamenti defert*

1403, Maii 15-17, Parisiis

Mardi xve jour de May. — Entre l'Université de Paris et messire Jehan Morice[1] prestre et escolier, compl[aignant] en cas de saisine et de nouvelleté d'une part, et l'evesque de Paris opposant d'autre part.

L'Université propose et dit que entre ses autres droiz et privilèges a ce droit et privilège que l'evesque de Paris n'a nulle prise sur eulz, et en sont en possession et saisine et *alias* proposent selon leur complainte selon laquelle propose et conclut tout pertinens, et à cesser de telz faiz par l'evesque et par manière de droit ou de restablissement soit remiz Morice en l'estat qu'il estoit *ab inicio,* et recreance lui soit faicte ou provision. Et en tant qu'il y a eu abus et excès, requiert que toutes foiz que l'evesque attemptera en telz excès, soit condempnez en c mars d'or, et que touz les supposts de l'Université soient exemps dudit evesque tant qu'il sera evesque, et de son official, et lui soient renduz ses biens au moins par restablissement et soit creu des dits biens, attendu ce que dit est, et amende proufitable et les iiij clers qui ont excedé à amende honorable icy au lieu des excès et en l'assemblée de l'Université et amende proufitable de M lib à chacun pour le tout et *in solidum* et tenir prison, au moins que Morice soit exemps *perpetuo* dudit evesque et official, au moins le procès durant, et despens dommages interesce et despens (*sic*).

Le procureur du roy propose et dit que, nonobstant que l'evesque de Paris n'ait prise à Paris ne de corps ne de biens n'arrest, nonobstant pource que messire Jehan Morice disoit avoir presté à l'abbé de Noyon[2] jadis vj tasses, un promoteur appellé N. de Villenueve et l'appariteur de l'evesque firent commandement sur J. Micheau couturier, où estoit la chambre dudit prestre, que l'en leur feist ouverture de la chambre dudit prestre, ce

que par ignorance firent les serviteurs et une dame de l'ostel et y trouvèrent lesdits officiers de l'evesque IIc escus et autre monnoie, vaisselle et lettres et quittances en un coffre, ce que portèrent en la chambre l'official, et xv jours après revindrent et portèrent le remenant et couffres et tout. . Dit outre que combien que ledit evesque n'ait point prise à Paris, toutevoie l'evesque ou ses gens *in fraudem* firent venir Morice en une maison afin d'illec le pranre et le mener prisonnier à sa court, qui vault prise faicte, et ce a esté fait par l'official dudit evesque, et de ce le charge ledit procureur du roy. Si requiert que ce soit reparé, et en ce reparant soient par lesdits official Villenueve et appariteur que lesdits biens soient reportés sur J. Micheau, où là sera fait par les gens du roy ce qu'il appartendra. Et soient contrains à amende, de vc lib.[3] quant à l'official, et Villenueve de IIc, et l'appariteur de C lib. et soit la prise dudit Morice reparée au moins par signe, et soit l'official condempnez à l'amender d'amende prouffitable a vc lib...

L'evesque de Paris défent et dit qu'il a toute justice ecclesiastique sur touz, par especial sur gens d'eglise, soient escoliers ou non, et à ce tiltre est en possession et saisine, que s'aucun criminel a offendu son juge en son auditoire, de le povoir pranre et emprisoner, de le corriger et en avoir correction et cognoiscence *in solidum,* soit escolier ou non, et n'est tenu de le rendre à l'Université par la requeste de son maistre, et *maxime* quant à la requeste de partie est en sa court.... Dit que messire Jehan Morice qui est nez devers Orléans, filz de messire J. Morice chevalier en Dieu, par quoy n'avoit pas grant possession, a demouré longuement avec le feu abbé de S. Éloy, qui fut molt vaillant homme, et fu son vallet en la cuisine, et après son bedeau. Et pour ce que ledit abbé avoit l'administration de son abbaie et de quoy doit rendre compte, commist audit gouvernement Morice, et aussi au gouvernement d'une terre que S. Éloy a en Hainaut, de quoy n'a pas bien rendu compte. Dit que Morice par cy devant demoura par x ans à Noyon et y demouroit au temps du trepas dudit abbé qui avoit grant chevance et à Paris et à Noyon Dit que en une chappelle, près de la chambre de bourgeois à S. Éloy, avoit en un lieu XIXc escus et d'icellui lieu avoit la clef Morice. Dit que en Septembre derrenier fut sourpriz de maladie à Noyon, si prist IIIc XXX couronnes et en un autre bourse IIc ou IIIc et prist de la vaisselle et se mit au chemin à venir à Paris pour soy guerir, accompaigné de messire Bertrand de Longueville, et vint à Senliz et se loga, et mist son argent et cedules d'icellui en une bouges[4] dont se prist garde Morice, qui ne souffroit, ne messire Bertrand, que aucun parlast audit abbé malade, qui là crut tellement en maladie qu'il ne savoit parler. Alors Morice wida les bouges.

Juesdi xvije jour. — En la cause de l'Université de Paris et messire J. Maurice (*sic*) contre l'evesque de Paris et autres qui defendent, outre ce que derrainement disoient et dient que Maurice wida les bouges de l'abbé de S Esloy où il avoit plus de IIIIc escus et après prirent grant foison de vaisselle et cuillers et gobelez et tasses qui distribuèrent entre eulz messire Bertrand et Maurice; qui parlèrent à l'abbé en demandant l'un le gobelet,

l'autre son breviaire, l'autre le cheval griz et *similia,* et l'abbé, qui autre chose ne savoit dire fors « oy », disoit « oy » et ne souffrirent que hostes n'autre parlast à lui, et après lui querirent un prestre pour le confesser, qui vinst et dist que de testament ne seroit point à le faire, si n'y avoit tabellion; si vint et firent ce que voudrent, et pource que Maurice, qui avoit administré l'eglise, demanda quittance et lui demanda si le quittoit, dist « oy », et ce requist estre enregistré, laquelle chose Maurice appelle testament. Après dit qu'il prirent chevaulz, argent, vaisselle; par especial maistre Jehan monta à cheval et ala à Noyon et dist à aucuns religieux que l'abbé estoit fort malade, et ... ala où estoient XIX[c] fr., et landemain monsta à cheval et trouva ou chemin un vallet qui dist la mort de l'abbé, et d'icellui vallet prist le cheval qui estoit frez et sitot qui vit le corps, tourna sur bride et ala . . à Senliz...

Repliquent l'Université et Maurice[5]....

Le procureur du roy replique au preposé de l'evesque et autres defendeurs et dit qu'il n'est recevable ce que dit, que du consentement de Maurice envoya querir les biens *cum* force, qui vray est des tasses, et *posito* que en justicant *etiam de consensu partis* eust été fait, ce ne seroit recevable, car *sic sibi attribueret* ce que à lui n'appartient point;... attendu que l'evesque n'a point prise manuèle, maiz appartient au roy... Quant à l'autre fait que Maurice fu faiz venir en l'ostel l'evesque, ce fut *per fraudem*, et là fu arrestez, *quod est proinde ac si* il eust été priz hors et seroit fait *per obliquum, quod de directo fieri nequiret* et puiz oultre qu'il n'y avoit point de present delict, fu mal arrestez Pour quoy *concludit ut supra*.

Arch nat. Paris., X[1a] 4786, fol. 120[b]-123[b]. — Ad haec vid. X[1a] 4786, fol. 93 et *Journal de Nicol. de Baye*, I, p. 72, ad Sept. 10.

1. Hic et in plerisque locis sequentibus legebatur prius « Lorin » pro « Morice », quod non ubique correctum est. — **2.** I. e. S. Eligii Noviomens., O. S. B.; de Petro de Agnevilla abbate agitur, de quo in *Chartul* III. — **3.** Ms. : « v lib. », sed vide paulo infra. — **4** « bouge » vel « bonge », idem quod gallice « botte » — **5.** Inter rationes ab Universitate allegatas, ea adnotanda : « Quant au procès et à ce que partie dit qu'il n'est point escolier, dit que si est, *quod apparet,* car son docteur le tesmoignoit et dit que *eo ipso* que un homme se dispose de venir à l'escole, *eo ipso* il est escolier, par quoy *esto* que son docteur ne l'eust tesmoignié, est escolier, puizque il se disposoit, *sufficiebat ac sufficit.* » Mauritius addebat se parcimoniae consulendo per 22 annos peculium mille francorum cumulasse.

1777. *Assignationes baccalareorum Ord Praed pro studio Paris*

1403, circa Jun. 3, Palentiae.

Assignamus ad legendum Sententias Parisius pro anno immediate sequenti intraneis debito fratrem Albertum Roberti de provincia Francie, cui substituimus fratrem Johannem Stephani[1] Guingampensi. Pro secundo anno intraneis debito assignamus quam nostra interest fratrem Johannem Stephani de provincia Francie. Item ibidem pro primo anno extraneis debito assignamus fratrem Johannem Bonaldi provincie Provincie. Item ibidem

pro secundo anno extraneis debito fratrem Johannem de Monte Mayrano de provincia Tholosana.

Assignamus ibidem pro magistro studentium fratrem Johannem Richelis[2] de provincia Francie. Comittimus autem provinciali Francie, ut ibidem de biblico valeat providere.

Fragmenta Capp general Ord Praed. ad eumdem Ord pertinentia.

1. Isti duo jam ab an. 1388 assignati fuerunt (vid supra ad an. 1396, n° 1731, not. 1). Hoc solum anno, postquam Praedicatores Universitati iterum incorporati erant, ad lecturam pervenerunt. — 2. Licent. an. 1408 (vid. ibid.), non confundendum cum Johanne Michaelis ejusd Ord., licent. an. 1411.

1778. *Evrardus de Conty, mag medic , suum jubilaeum solvit et quosdam libros facultati medic legat*

1403, Junio, Parisiis.

Sciendum quod magister Evrardus de Conty solvit suum jubileum, scilicet dando prandium notabile in domo magistri Johannis de Montenantolio, ubi fuerunt xxxj magistri, et fuit dictum ex parte sui, quia erat absens, per magistrum Guil Carnificis et Joh. de Montenantolio, qualiter dictus magister legabat facultati in suo testamento libros, scil. textus Galeni, Consiliatorem et Probleumata Aristotelis, etc.

Comm fac. med.. I, p. 84. — Maii 29, teste T B. BERTRAND, *Annales medici*, p. 11. Cf FRANKLIN, *Anciennes bibl. de Paris*, II, p. 20, not. 4.

1779. *Contra abbatem Cluniacensem, qui Collegium Avenionem transferre in animo habuit, scholaribus collegii Cluniacensis Paris litigantibus, causa ad curiam parlamenti defertur.*

1403, Julii 2, Parisiis.

Lundi ij^e jour de Juillet. — Entre l'Université et les escoliers de Cluingny à Paris d'une part, et l'abbé de Cluingny[1] d'autre part. Dit l'Université et lesdits escoliers qu'ilz sont membre de l'Université en la sauvegarde du roy, qui est père de l'Université. Dit qu'ilz sont fondez xxvij escoliers et y a prieur, et aussy y a xxv prieurs qui doivent pensions oudit collège de Cluingny où les escoliers doivent demourer jusque à ce qu'il soient *alias* pourveu, et doivent avoir les escoliers simples xx lib , les bacheliers xxx lib., les maistres en theologie xl, et, se benefices ont, puent eslire l'un ou l'autre, et doit l'abbé soustenir les maisons. Dit que l'abbé qui est à present a volu destruire ledit collège et transporter les rentes de pardeça à Avignon pour fonder un collège de decretistes, et il appert assez, car y pluet partout ou collège et n'y puet l'en porter chaudement. Dit que l'abbé a defendu et empeschié aux prieurs qui doivent les pensions que plus ne paient *sub pena excommunicationis,* et, si le font, les prive de toute honneur en l'Ordre et *usque ad tercium gradum*, et ordonne que nul ne demourra oudit collège que v ans, afin que nul ne soit graduez et soient plus en sa subjection. Et proposent et dient que, en cas de reffus à paier ladicte rente, ont en possession et saisine de recourir à la justice laye, et proposent

tout possessoire pertinent selon leur impetration, et conclut tout pertinens au regart de la complainte. Et au regart de ce que l'abbé doit paier le medecin dudit collège, et au regart du prioré de Paroy qui doit pencion de xvj années, requièrent qu'il soit condempnez, c'est assavoir l'abbé de paier lesdites pensions *cum penis* de iij souls pour jour, et à reparer les maisons, et recreance au regart de la complainte et despens.

Le procureur du roy propose et dit que comme l'abbé de Cluingny ait ordonné que lesdits religieux *sub pena excommunicationis* n'ait recours à la justice temporelle au regart de vestiaire et de vivre, et qu'ilz soient privez *usque ad terciam generationem* de toute honneur qui est entreprise, ledit abbé par toutes voies raisonnables soit condempnez à annuller lesdites ordonnances et amende de IIm libr., attendu qu'il a fait par certeins religieux appelez de l'Espinasse publier lesdites ordonnances oudit collège

Après l'Université, lesdits escoliers ont requis provision sur ce qu'ont proposé et sur ce qui soloient avoir *dona gratuita* dudit abbé, quant aucun *promovebatur ad gradum.*

L'abbé de Cluigny defent et dit, après ce que les advocas se sont excusés, que le college de Cluigny est l'un des plus notables collège[s] de ce royaume, ayans en Espaigne, Engleterre, Italie, pluseurs particuliers collèges soubz lui. Dit qu'il a institution et destitution de ses religieux, eulz oster offices non titulez, eulz revoquer de l'estude, et dit que le religieux lui jurent obéissance *usque ad mortem.* Dit que le temporel qu'il a est distinguez des singuliers, qui est molt chargié en reparation de difficultés en vivres de IIc religieux qu'il a à Cluingny. Dit que oudit Ordre « quolibet anno dominica *Jubilate* » se fait chapitre general à Cluingny ou touz prieurs doyens du royaume viennent, et de ij ans en ij ans celz de hors du royaume, ouquel chapitre sont creez xvj diffiniteurs qui mesme ont puissance sur l'abbé, lesquelz font ordonnances qui valent arrests, et y a excommunication contre celz qui viennent contre, car il traitent de l'estat de l'Ordre. En touz cas, dès que l'abbé a esté xxx ans en l'Ordre et est de molt notable vie, bon clerc et suffisant homme, et pour ce *via sancti Spiritus* a esté eslu abbé. Dit qu'il a traictié et traicte molt doucement ses subgiez, nonobstant que les escoliers de Cluingny ont volu desobeir en molt de manières. Dit qu'il fu ordonné pieça que oudit collège seroient aucuns escoliers pour instruire, après qu'il averoient estudié les autres, *in numero* xxvij, qui paioient xxv prieus; ij d'eulz iiij pensions, et les autres le remenant Dit que la maison dudit collège fu acquise par l'Ordre, non pas par l'abbé, et se les escoliers ont eu defaut, se sont plaings aux diffiniteurs qui leur faisoient ayder par collecte ou autrement, combien qu'il eussent pension *primo* d'aucune quantité qui fut après accreue *usque ad sommam per partem propositam.* Dit que les presens, *esto* qu'ilz ne soient que x, reçoivent les pensions des absens, si a esté ordonné que ce que percevoient les absens seroit converti *in restitutionem edificiorum*, et ce a esté ordonné par diffinition, et que le prieur seroit revoqué d'an en an, combien que le prieur qui est oudit collège y a esté iij ans, par quoy a encouru excommuniement, ... et les escoliers qui sont religieux n'ont *nolle neque velle* et doivent obeir *etiam in impossibilibus.* Dit

outre que les prieurs nomment lesdits escoliers et l'abbé les approuve; *ergo* les puet reprouver et de ce propose possession et saisine, et de les examiner, et que nul prieur dudit collège ne les puet approver ne reprover, sinon par commission, car il y a statut oudit collège que nul ne sera escolier oudit collège, si n'est avant par lui examinez, et n'y a le prieur que veoir ne que cognoistre. Dit que *a tanto tempore* etc. les [es]coliers dudit collège ny puent demourer que v ans, *nisi cum prorogatione abbatis, aliter* seroit *inconveniens*, mesme qu'il y a trop peu d'escoliers qui face fruit oudit collège maiz nulz, et suffit ledit temps mesme de raison à percevoir les fruiz de benefices; maiz oultre par leur ordonnance faicte l'an M CC IIII^{xx} et XIII l'en puet bouter hors après v ans parfaiz un chacun escolier dudit collège, et fu ce declaré IIII^{xx} et XVIII, que se lesdits escoliers, s'il ont dispense, la doivent notifier aux prieurs pensionaires, *aliter in dicto collegio residere non debent* Et propose tout pertinens en ce, c'est assavoir que lui seul les puet oster et destituer *cum causa* et punir devant v ans, et après *sine causa* les puet bouter hors et de dispenser avec eulz. Ce nonobstant lesdits religieux ont elevé les cornez contre leur seigneur....

Repliquent les demandeurs et complaignants et dient quant à ce que partie nye *simpliciter*, qu'il seront tenus en possession et saisine... Quant à ce que partie dit qu'il est chief et puet instituer, etc. *ad nutum*, dient que, en l'Ordre de Cluingny a pluseurs membres qui ont leurs chiefs comme celz de la Charité, de Saint Martin des Champs et d'ailleurs qui ont leurs chiefs, et si n'est pas ledit collège du couvent de Cluingny, mais de l'Ordre par le propos de partie; par quoy ne n'ensuit pas que s'il est chief de l'Ordre, que pourtant puist instituer. Dit Ordre que le prieur dudit collège y puet estre plus d'un an, auquel appartient la reception des escoliers, puisqu'il est chief, ne ce n'appartient point à l'abbé, qui ne les paie pas, ne ne les y met point, maiz les prieurs .. Quant au prioré de Paroy, dit qu'il doit ij pensions. Appointé que les parties escripront par manière de memoire...

Le procureur du roy requiert lettre en tant que l'abbé a dit qu'il n'adueue pas les commissions des diffiniteurs contre lesquels avera adjornement, qui lui sont octroiez.

Arch. nat Paris , X^{1a} 4786, fol 149^{b}-150^{b}

1. Raymundum de Cadoena

1780. *Benedictus XIII Johanni Clementis de Marla*[1], *presbytero Laudunens. dioec., in art et med. magistro, permittit ut in studio Paris artem medicinae legere et practicare possit, non obstantibus constitutione Honorii III*[2] *aliisque* Dat apud Pontem Sorgie Avinion dioc ij id Julii, anno nono « Litterarum scientia ».

1403, Julii 14, ap Pontem Sorgiae.

Reg Vat Aven. Benedicti XIII, vol. XXXIX, fol. 490^{b}. — Comm. fac. med., I, pag. 88, ubi praecedunt ea : « Anno Domini M^{o} CCCC^{o} tertio, die sabbati ante Nativitatem Domini . facultate solempniter vocata in capitulo Sancti Maturini, ut moris est .. Mag. J. de Marla fecerat se fortem de ostendendo bullam qualiter poterat esse regens, non obstante eo quod ipse sit presbyter, ipse tunc presentavit bullas suas, et fuit facultas bene contenta de eo. Item tunc fuit conclusum quod

amodo bulle tales inscriberentur in ista papiro ». — BULAEUS, V, 92, HAZON, *Eloge historique de la fac. de médecine*, p 46.

1. Idem qui supra nominatur Joh. de Sancto Clemente de Marla. Vid ad an. 1395, Nov. 4, not. 8 — 2 Vid. *Chartul.*, I, p. 91.

1781. *Universitas Paris. fratres Praedicatores in suum consortium recipit et redintegrat.*

1403, Augusti 21, Parisiis

Universis presentes litteras inspecturis, Universitas studii Parisiensis pacem et dilectionem in eo, qui est Deus pacis et dilectionis, et veritatem fidei sinceriter observare. Nullum corpus naturale suorum amplius integritatem membrorum appetit, nullum animal quantumvis gregale plus sui similis societate congaudet, nulla perinde mater filio a longe redeunti teneriori congratulatur applausu, quam nos semper optavimus unionem in membris nostris, nostri similibus et filiis; ita enim affectare nos insita ratio vehementer allicit, et lex urget caritatis, ita tamen, si fidei religionisque pietas nullo pacto violetur. Alioquin audiendus est, qui dicit : « Non veni pacem mittere in terram, sed gladium[1] ». Cum igitur dudum fratres Predicatores fuissent alienati a gremio nostro, eo quod videbantur velle repugnare cuidam condempnationi quoad aliquam ejus partem, ob reverentiam beati Thome, ut dicebant : que condempnatio olim facta est per sacram theologie facultatem et approbata postmodum per nos omnes, et per reverendum in Christo patrem dominum P[etrum] episcopum Parisiensem[2] sententialiter promulgata contra fratrem Johannem de Montesono, prefati Ordinis causa et occasione quatuordecim propositionum, quas non satis ad regulam fidei ponere presumpserat, prout per formam dicte sententie, cujus tenor sequitur, liquide patet : « Anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo septimo ..... remedia procedemus », *ut in* Chartul. III, n° 1559.

Haec est sententia occasione cujus, ut dictum est, alienatio fratrum Predicatorum facta est a nobis. Nos semper hanc alienationem, quantum in nobis erat, moleste tulimus, parati sinum maternum regredi via debita volentibus aperire. Nunc vero, quia placuit christianissimo regi nostro et patri serenissimo gratiose scribere nobis sue filie humili et devote per litteras pace plenas et fide, quatenus fratres predictos ad nostrum gremium regredi humiliter supplicantes reciperemus ad nos et ad actus scolasticos solitos, sub tali tamen adjectione, quod condempnatio prenominata quatuordecim propositionum inviolata ab eis servaretur, nullusque fratrum aut alius dogmatizaret, aut legeret, aut predicaret oppositum; ac perinde processus omnes hinc inde habiti hac occasione, omnia insuper gesta in contrarium dicte condempnationis, sive per appellationem aut alias quovis modo, omnes denique discordiarum materie cessarent; scripserunt preterea ad idem illustrissimi et prudentissimi principes domini Burgondie et Borbonii, et suos miserunt legatos :

Nos attendentes ista omnia, et rememorantes, quanto zelo Dominus noster papa Bene-

dictus, cui tenemur obnoxii, olim dum esset in minoribus constitutus et legatus in Francia, ad hanc unionem anhelabat, et similiter plurimi ex dominis principibus; considerantes preterea humilem supplicationem dictorum fratrum Predicatorum, specialiter ad hoc deputatorum, et sub instrumento publico fundatorum pro provincia Francie, qui coram deputatis nostris et nobis comparentes, pluries super sua reconciliatione cum omni signo humilitatis oraverunt, et appunctamentum prefatum tenere inviolabiliter polliciti sunt;

Attendentes denique pium materne caritatis fedus erga filios et professionis nostre memores, que concordiam et misericordiam predicare non cessat, et quia speciosior est forma totius ex sui plena compage membrorum, virtus quoque unita forcior est seipsa dispersa;

Habentes postremo pre oculis doctores precellentissimos ejusdem Ordinis, qui et ecclesiam universam et nostram Universitatem de fructu operum suorum illustraverunt et illustrabunt Deo propitio :

Decrevimus concordi deliberatione predictos fratres ad nostrum consortium de nostra speciali gratia recipere et reintegrare, sicut olim fuerant, priusquam lites iste moverentur, et de facto recipimus et reintegramus Hoc tamen observato, quod sicut fratres predicti ex parte provincie Francie promiserunt, et adhuc promittunt pro se et provincia sua tota, tenere ordinationem regis superius expressam, ita procurabunt bona fide pro posse illam facere observari apud omnes alios fratres de sua religione, renunciantes expresse quibuscumque appellationibus per eos aut alias per conventum Parisiens. factis, et in speciali quod nullus frater recipietur amodo ad gradus scolasticos Parisius, qui non prius hanc ordinationem tenere juraverit in manibus facultatis theologie vel deputatorum ab eadem. Quod si quis eorum aut aliorum fratrum contra predicta veniret, promittunt facere, quod in eis erit, ut debite puniatur.

Reliquas autem omnes penas ordinatas aut statutas occasione discordie preterite, nos intuitu Dei et omnium premissorum consideratione gratiose relaxamus, abolemus et tollimus. In quorum omnium memoriam et robur perpetuum sigillum nostrum presentibus apposuimus, et fratres deputati pro provincia Francie se subscripserunt in testimonium approbacionis premissorum, et sigillum provincie Francie ac conventus Parisiensis appenderunt.

Datum et actum in congregatione nostra generali apud S. Maturinum Parisius celebrata, anno Domini millesimo quadringentesimo tertio, die vicesima prima mensis Augusti *Ita signatum :* Frater Bonitus Litelli[3], magister in theologia, procurator ad premissa; fr. Clemens Bolengerii[4], mag. in theol., procurator ad premissa; fr. Thomas Bibardi, mag. in theologia et prior conventus Parisiensis, procurator ad premissa; frater Johannes Richelis, magister studentium[5] in conventu Parisiensi, procurator ad premissa.

Et[6] ego Johannes de Edyo, clericus Rothomagens dioc., bacchalarius in decretis, publicus auctoritate apostolica et imperiali notarius, ac alme matris Universitatis studii Pari-

siensis scriba, quia de predictis literis originalibus ad presentem copiam diligenter collationem feci, *etc.*

Exemplar coaevum in Arch. nat. Paris., M 67b, n° 57. « Datum per copiam sub signo et subscripcione mei notarii publici infrascripti. » — D'ARGENTRÉ, *Coll jud.*, Ib, p. 148. In cod Monac. lat 18985, fol. 225b legitur : « An. Dom 14[0]3 restituti ad communionem Predicatores condempnati 16 annis propter hos articulos condempnatos », qui ibid. sequuntur. Utique 16-17 annis alienati erant ab Universitate In capitulo provinciali provinc Franciae Carnoti Jul 22 celebrato « fuerunt dati commissarii per provinciam ad componendum cum Universitate super scismate Ordinis et Universitatis, quod jam per xvij annos duraverat. Commissarii vero taliter laboraverunt, potissime frater Martinus Porée, protunc confessor domini comitis Nivernensis, quod infra mensem post capitulum Ordo fuit cum Universitate reformatus et pax totaliter et concorditer facta, nichil penitus immutato de his que Ordo per prius ante disturbium habuerat » Sic in Bibl. nat. Paris. ms lat 14582 (Laurentius Pignon). fol 146. Cf. praeterea QUÉTIF-ECHARD, I, 694, 777 — Tunc temporis etiam alii magistri Universitati restituti sunt (vid. *Auctar.*, I, p 863, 15 sq.), in *Chron. du rel. de S Denys*, III, p. 100, nominantur [Fulco de Blandeyo] prior S Martini de Campis, decr. doct., et Joh. de Moravia, « in theol. magister solemnis », qui tamen non inter licentiatos invenitur.

1. MATTH., x, 34. — 2. Petrum d'Orgemont. — 3 De quo in *Chartul* III. — 4. Apud D'ARGENTRÉ omittitur Clemens Bolengerii, qui in dicto capitulo provinciali ad hoc celebrato, ut provincialis eligeretur, uno suffragio inferior fuit Johanni Richelis, qui electus est. — 5 Ex hoc apparet, Johannem nondum officio provincialis functum esse. — 6. Ap. D'ARGENTRÉ ante hanc rubricam invenitur declaratio Johannis Perrini, bac. decret. et notarii, Aug. 2º, se « collationem de dictis litteris » fecisse.

1782. *Capitulum generale Cisterc abbatibus et conventibus monasteriorum de Belloprato in Lotharingia, de Vallelucenti, de Noa, de Altisfontibus, de Fonte Johannis, de Tribus Fontibus, de Boheriis, de Altofonte, de Begar, de Bonarequie, de Loco regio, de Sto Leonardo, de Pinu, de S Sulpitio, de Bonofonte, de Stamedio, de Altacrista, de Monte S Mariae, injungit ut monachos mittant ad S. Bernardum Paris vel ad aliud studium Ord.*

1403, Septemb. 12, Cistercii.

Constit. et Capp. gener. Cisterc. in Arch. status Luzernens., I, p. 378. MARTÈNE-DURAND, *Thes. nov. anecd*, IV, 1542. Ad haec cf. WINTER, *Die Cistercienser des nordostl Deutschlands,* III, p. 330. — Talia statuta seu ordinationes postea saepe occurrunt, satis sit semel ad eas referre lectorem.

1783. *Universitas Paris suos nuntios cum rotulo ad Benedictum XIII mittit.*

1403, Octob. 1, Parisiis.

Adimus[1] cum fiducia, pater beatissime, thronum gratie vestre, qui est sicut sol coram Deo et sicut luna perfecta in eternum, ut gratiam et pacem inveniamus in tempore oportuno, rememorantes, quoniam illius vices geritis in terris, qui dat e celis omnibus affluenter, et secundum misericordie sue proprietatem merita supplicum excedit et vota. Et quoniam presentialiter omnes nos exhibere neque facile et propter distantiam, neque congruit aut expedit propter studii excercitationem, mittimus nuntios nostros solennes venerabiles[2] magistros[3] Johannem de Jersonno, cancellarium ecclesie Parisiensis, Henricum Chiquoti, in curia Romana comitem adjunctum sacre theologie professorem, Fulconem de Blandeyo[4], decret doctorem, priorem prioratus Sancti Martini de Campis Parisiensis, Guilelmum Pelliparii[5], in artibus et medicina magistrum actu regentem Parisius, Matheum Reder, Johannem Almaris et Matheum de Mauro, in artibus magistros et in th[eologia] bacalareos

8.

formatos, viros utique boni testimonii apud nos. Confidimus autem quod et apud sanctitatem vestram, qui particulariori lucidiorique sermone [6] pro parte nostra exponent ea que petituri sumus, non tantummodo pro nobis ipsis in rotulo supplicationum pro gratiis, sed maxime pro communi omnium pace et salute, rogando ea que ad pacem sunt Jherusalem, et offerendo quidquid sumus, possumus aut scimus eidem sanctitati vestre, quam conservet Altissimus feliciter et longeve ad regimen ecclesie sue sancte.

Minuta in Arch nat. Paris, M 65ª, nº 57, sine temporis nota. « Octob. 1 » desumpsimus e num. sequenti.

1. Vid. infra Introductionem ad Rotulum baccal. format. in theol., nº 1791. — 2. Postea sequitur « Johannem de Gersonno, etc. », sed verba deleta sunt. — 3. Haec nomina usque « formatos » manu altera in margine superiori scripta sunt. Eadem nomina infra in Introductione ad Rotulum magnum occurrunt, uno adjuncto. De pluribus horum magistrorum jam in *Chartul.* III. — 4. Seu « Blandis » Vid *Chartul.* III, et supra nº 1781, not — 5. Seu « Guillelmus de Senonis ». An 1436 adhuc litigat de par. eccl. S. Martini de Thevrayo Ebroicens dioec cum Philippo Caronis (Suppl. Eugen IV, nº 316, fol. 49ᵇ). — 6 Quem Johannes Gerson Massiliae, Novemb 9, coram papa habuit. Vid. Introduct. ad nᵘᵐ 1792

1784. *Universitas Paris. suos nuntios cuidam praelato, verisimiliter cardinali Salutiarum, recommendat.*

1403, Octob 1, Parisiis.

Tandem aliquando, reverendissime pater, post agitationem hujus obedientie facta est Domino imperante major tranquilitas. Unde gloriamur in Domino, non quod ea nobis sufficiat, dum undique fratrum naufragia conspicimus, sed quoniam hec reintegratio et unio poterit, ut speramus, efficacius erga alios de pace communi tractare, nam quamdiu invaluisset turbatio, non ita alii hanc obedientiam de sedatione et pace loquentem audissent. Propterea nos, qui secundum gratiam nobis a Deo datam laborare studuimus assidue ad ea que pacis sunt, quamquam non ita prosperum fecit Deus laborem nostrum pro pacis adeptione, quemadmodum nostra spes erat et votum, qua super re scribimus domino nostro summo pontifici sub hac forma : « Adimus cum fiducia », etc. Quocirca supplicamus, reverendissime paternitati vestre, quatinus nuntios nostros prefatos benigno favore prosequi in agendo omnibus promovere insuper atque dirigere dignetur eadem Rᵉᵐᵃ paternitas, quam conservet Altissimus feliciter et longeve. Scriptum in congregatione nostra generali apud Sanctum Maturinum Parisius celebrata die prima mensis Octobris [1].

Minuta in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 57. Ad haec vid nᵒˢ precedentem et sequentem.

1 Hac die ergo ambassiatores Parisiis adhuc morabantur, sed ante Oct. 8 Sallonem seu potius Massiliam ad Benedictum XIII profecti sunt (vid. *Auctar.*, I, p. 870, 41)

1785. *Universitas Paris. ad suos nuntios ap. Benedictum XIII scribit*

1403, Octob, Parisiis.

Litteras vestras geminas, venerabiles ac scientifici viri, exultantibus animis recepimus, et de prospera valitudine, que vestri itineris fidelis comes extitit, vehementer admodum

congaudemus, sperantes quod ipse cujus causa agitur taliter labores vestros promovebit et diriget, quod saluber exinde ac desideratus sequetur effectus. Ceterum de grata domini nostri summi pontificis responsione tam super facto desideratissime unionis ecclesie, quam super facto rotuli nostri eidem scribimus, affectionem ipsius quam ad pacem ecclesie gerit singulariter collaudantes, et nos nostraque omnia in tam sancti operis prosecutione eidem humiliter offerentes. De benigna vestra receptione, de audientia faciliter impetrata et obtenta, deque premissis etiam familiaribus colloquiis affectuosissime sibi regratiamur, rursus eidem supplicantes, quatinus vos paterno favore tractare dignetur et legationem vestram ad finem optatum perducere.

Scribimus insuper domino cardinali Salutiarum[1], caritatem ejus atque singularem amorem, quem ad hanc Universitatem gerit, recognoscentes, rursusque eidem supplicantes, quatinus vos adjuvare, in agendis dirigere et pro vobis apud dominum nostrum intercedere, uti incepit, perseveret, quousque finem optatum fueritis assecuti[2].

De rotulo bachalariorum in decretis non sine contemptu Universitatis ante nostrum presentato[3], vehementi admiratione perculsi sumus, ad memoriam reducentes ordinationem nostram[4], quam ipsi materne gravitatis immemores non timuerunt (nescimus an ignorantes) infringere, considerantes insuper quod ex tali inordinata presumptione inter nos oriri posset occasio non modica magnarum dissensionum, quas tanquam quieti studiorum nostrorum contrarias abhorremus. Ne igitur talis presumptuosissima temeritas cedat in nostrum ac rotuli nostri prejudicium, vestrum erit circumspecte providere, vestrisque sagacibus discretionibus pro nunc provisionem remittimus, et taliter tamque mature pro futuro ordinabimus, quod modus et via quibuslibet hujusmodi cautelis presumptuosis precludetur.

Postremo de controversia inter abbatem Cluniacensem et ejus religiosos exorta, de qua in vestris primis litteris, que multum tarde ad nostras manus devenerunt, facitis mentionem, providimus modo in vestris litteris aperto[5]. Denique[6] affectuosissime rogamus, ut que vobis postmodum contingeant (*sic*), sedule curetis rescribere. Altissimus gressus vestros dirigat, labores salubriter promoveat ad honorem ecclesie sacrosancte. Scriptum in nostra generali congregatione apud Sanctum Maturinum, ut moris est, super hoc specialiter convocata, die, etc.

Rector et Universitas studii Parisiensis.

Minuta in Arch nat. Paris., M 65[a], n° 116, sine temporis nota, sed ad an 1403, mens. Octob vel Novemb, pertinet, ut e contentis in ipsa liquet

1. Amadeo de Salutiis, episc Valentin. et Dien., card. tit. S Mariae Novae ab an. 1383, Decemb. 23. — 2. Verisimiliter ad ipsum epistola praecedens directa est — 3. Infra n° 1790 edito Ast videtur non solum rotulum baccal. et licentiatorum in decr. infra editum prius quam rotulum magnum Universitatis praesentatum esse, sed etiam unum rotulum facult. medicinae et rotulum baccal. formatorum in theologia Fortasse magistri medicinae et baccalarei formati theol. baccalareos decret. imitati sunt. quia baccalarei meliorem « datam » habere eisque praeferri voluerunt. — 4. Vid. supra n° 1727. — 5. Supra n° 1779. — 6. Sequens sententia in margine scripta est. Sed etiam in textu, delineata, invenitur, ubi praeterea scribitur « in favorem rotuli nostri si opus sit, tempus vobis de xv diebus prolongamus ».

1786. « *Rotulus nunciorum Universitatis Paris.* »

1403, Octob. 16, Sallone.

Supplicant S. V. humiles et devoti oratores vestri magistri in art. et in theol. Parisius actu regentes infrascripti, qui semper fuerunt ejusdem sanctitatis vestre et ecclesie sancte Dei zelatores precipui, quatinus, *etc.*

Et primo Henrico Chicoti, presb Remens dioc , mag in art et in theol. actu regenti

Johanni d'Achery, presb Laudun. dioc , mag in art. et in theol. actu reg., magistroque principali Collegii scolarium Laudun Paris. fundatorum

Nicolao de Gonnessia, presb Laudun. dioec , mag in art et in theol Parisius actu reg

Nicolao Pitement, Rothomagens. dioc , mag in art et in theol. actu reg.

Johanni Baillivi, presb. Meldens. dioc , mag in art et in theol Parisius actu reg

Egidio de Asperomonte, presb. Remens dioc , mag. in art et in theol Parisius actu reg

Germano de Rongiaco[1], presb. Paris. dioc., mag in art et in theol Parisius actu reg. [7]

Fiat pro omnibus. L. — Dat. Sallone Arelatens. dioc., decimo septimo kal. Novemb. an. decimo, ad vacatura post sexto kal. Junii anno quo supra[2].

Reg. Suppl. Bened. XIII, n° 97, fol. 87b

1. Seu « Famuli ». Ms. « Rovignyaco ». — 2. I. e post Maii 27, an. 1404.

1787. « *Rotulus nunciorum Universitatis Parisiensis.* »

1403, Octob 18-23, Sallone.

Supplicant S. V. devoti vestri Universitatis Parisiensis principales necnon licentiatorum, bachalariorum et scolarium ejusdem nuncii quatinus

In personam devoti vestri[1] Guillelmi Pelliparii, clerici Senonensis, in med et art mag , ad sanct. vest pro facultate medicine destinati, gratiam facientes specialem sub data iij° idus Octobris, pontificatus vestri anno primo, de beneficio, etc.

Item Mathei Roeder, presb , mag. in art et bac. in theol formati, ad eandem S. pro nacione Francie destinati.

Johannis Adamare[2], presb curati eccl parroch de Litteruel Tornacens dioc , mag in art et bac. in theol. formati, ad S. V. pro nac. Picardie destinati.

Mathei de Mauro, presb , mag in art et bac in theol formati, pro nac. Normanie ad E S destinati.

Alani Guilloti, presb , decr. doctoris regentis Paris in fac predicta, cum predictis nunciis adjuncti.

Jacobi Gelu[3], cler. Treverens dioc , lic in leg in forma licencie in jure can , mag in art , legentis ordinarium de mane Paris ac illustris principis domini ducis Aurelianensis consiliarii.

Fratris Martini Ronceray, monachi expresse professi monast Majoris Monasterii prope Turonem O. S. B , in jure can. lic., etiam ad S V pro licentiatis et bachallariis in jure canonico destinati.

Guillelmi Picardi, subdiac Turonens. can , in decr cum rigore examinis lic , quique ut substitutus per longa tempora legit ordinarium de mane Parisius, ad S V ex parte nonnullorum scolarium Parisiensium destinati, similem gratiam facientes, de can. sub expect. prebende in eccl Sancti Martini Turonens.

Johannis de Bria, cler curati eccl parroch de Botcrellis Ebroicensis dioc , mag in art et bac. in theol pro bacallariis in art ad S V destinati

Johannis Pichon, presb curati eccl parroch. de Fontibus abbatis Ebroicens. dioc , mag in art et bac. in theol. [10]

Fiat pro omnibus. L. — Datum Sallone Arelatens. dioces. pro magistris in theologia, doctoribus in jure quinto decimo, item pro licentiatis in jure, bacallariis formatis in theologia quarto decimo, magistris in artibus et medicina et bacallariis in theologia non formatis tercio decimo, item pro nobilibus bachalariis in jure duodecimo, et pro aliis decimo kal. Novemb. anno decimo, ad vacatura post kal. Maii anno quo supra.

Reg. Suppl. Bened. XIII, nº 97, fol. 101

1. Haec verba omnibus sequentibus anteponuntur. — 2 I e. Almaris — 3 An 1414, Nov. 7, archiepiscopi Turonens., an. 1427 ad sedem Ebrodunens translati. Vid vitam ab ipsomet descriptam in *Gall christ.*, XIV, p 125.

1788. « *Rotulus magistri Nicolai de Clamengiis.* »

1403, Octob. 16, Sallone.

Supplicat sanctitati vestre devotus familiaris et secretarius vester Nicolaus de Clamengiis, quatenus sibi pro personis infrascriptis gratias infrascriptas concedere dignemini :

Primo Johanni Erardi, cler. Lingonensi, qui per triennium jura can. Parisius audivit.
Item Johanni Belier, cler. Trecens dioc., bac in art
Toussano Vaquierii alias de Vicinoloco, cler. Belvacensi
Petro Charmelli alias de Mellayo, presb Bisuntinens. dioc.
Francisco Patrignon, cler. Paris , bac in art
Johanni de Porta, cler. Lingonens dioc , bac. in art [6]

Fiat pro omnibus. L. — Dat. Sallone Arelatens. dioc. decimoseptimo kal. Novembris anno decimo, ad vacatura post quinto non. Octobris anno quo supra.

Reg. Suppl. Bened. XIII, nº 97, fol. 182.

1789. « *Rotulus magistrorum facultatis medicine Parisiensis.* »

1403, Octob. 18, Sallone.

Supplicant S. V. humiles et devoti vestri infrascripti magistri facultatis medicine Parisiens. qui a tempore assumptionis vestre ad apicem summi apostolatus semper fuerunt fideles ejusdem sanctitatis substractioni V. S. facte totis viribus resistendo, et postquam facta fuit, eam et que inde secuta sunt reprobantes et ad restitutionem obedientie E. S. facienda[m] viriliter laborarunt; propter quod fuerunt vilipensi in beneficiis et honoribus obtinendis : quatenus eis gratias speciales expectativas concedere dignemini infrascriptas. Cum omnibus non obstantibus et clausulis opportunis.

Et primo Guillelmo Boucherii in personam dilecti sui filii Guiberti Boucherii, cler. Paris., lic. in leg. et bac. in decr. [1]

Fiat pro omnibus. L. — Sine alia lectione pro omnibus. — Fiat L. — Dat. Sallone

Arelatens. dioc. decimo quinto kal. Novembris anno decimo, ad vacatura post kal. Maii[2] anno quo supra.

Reg. Suppl. Bened. XIII, nº 97, fol. 25b.

1. Afferuntur 20 magistri, sed paene omnes inter 46 magistros infra nº 1795 allatos occurrunt. Vid. ibid., not. 2. — 2. I e. post Maii 1, an. 1404

1790. « *Rotulus licentiatorum et bacallariorum in decretis Parisius* »

Jam supra, nº 1785, dictum est, hunc rotulum Benedicto XIII ante magnum rotulum magistrorum infra publicandum praesentatum esse Caeterum hoc ipsum ex articulis communibus hic positis liquet. Licentiati et baccalarei decret alios praevenire voluerunt, ut « datam » meliorem quantum ad gratias exspectativas reciperent.

1403, Octob. 20, 21, Sallone.

Sanctissimo in Christo patri ac domino nostro domino Benedicto sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici, humiles et devoti sanctitatis ejusdem oratores licentiati et bacalarii facultatis decretorum Paris. seipsos ad pedum oscula beatorum cum omni humillima recomendatione. Sanctitatis vestre celsitudini presentem generalium et specialium supplicationum rotulum presentandi ansum (*sic*) prebet paterne beatitudinis affectus .... quatenus tam nos quam nuncios hac super re specialiter destinatos favore paterno ac misericordie solite gratia acceptos habere dignetur eadem sanctitas vestra

Et primo dignetur eadem sanctitas vestra dictum rotulum et contenta in eodem solito clementie ejusdem sanctitatis more benigne recipere et deffectus tam juris quam erroris aut ignorantie misericorditer supplere.

Item dignetur eadem sanctitas presentem rotulum et gratias inferius subscriptas sub data consimili *quam habebit rotulus magistrorum Universitatis* Parisiensis signare et expediri mandare.

Item et si licentiati et bachalarii inferius descripti concurrant in data cum licentiatis et bachalariis aliorum studiorum generalium quorumcunque, dignetur eadem sanctitas concedere et declarare quod illis licentiati et bacalarii infrascripti in assecutione beneficiorum preferantur. Et insuper dignetur eadem sanctitas concedere quod licentiati infrascripti magistris in medicina, bachalariis in theologia formatis necnon etiam magistris in artibus; bachalarii vero inferius conscripti licentiatis in medicina, bachalariis in theologia non formatis, etiam magistris in artibus inter concurrentes ceteris paribus preferantur....

Et primo Radulpho Sapientis, cler Constanciensi civi, . in decr Parisius lic et in leg. bac , de maneque legenti Parisius, nunc in fine tertii anni lecture matutinalis, de canonicatu eccl. Constanciens , Bajocens. et Lexoviens.

Item Jacobo Gelu, Treverens. dioc , lic in leg , mag. in art et bac in decr in forma licentie, de mane legenti Parisius, de canonic. eccl Rothomagens , Cameracens , Carnotens , Aurelianens vel Ambianens

Fratri Simoni de Bousyes, religioso monasterii S Eligii prope Noviomum O S B., bac. in jure can in forma licentie existenti ac de presenti anno legenti ordinariam lectionem de mane Parisius.

Stephano Perruelli, presb in utr jure lic , archidiac Brie et can prebendato in eccl Paris.... de canonicatu eccl Carnotens. vel Andegavens

Fratri Martino Ronceray, religioso presb expresse professo Majoris Monasterii Turonens O S B , lic in decr

Michaeli Episcopi, presb Abrincens dioc , in utr jure cum rigore examinis lic et qui per tres annos ordinarie legit in legibus Andegav

Guillermo de Contigneiis, presb Lingonens dioc , lic. in decr de rigore examinis et continuo in theol. scol , de can eccl Nivernens

Guillermo Picardi, subdiac , can Turonens , in decr cum rigore examinis lic , de can eccl S Martini Turonens

Gacioto Auvredi, presb Bajocens dioc , lic in decr , cappellanoque et secretario illustrissimi principis domini ducis Bituricens

Michaeli Perruelli, presb , lic in utr jure cum rigore examinis, de can eccl Turonens

Johanni Pinelli, presb Carnotens dioc , lic cum rigore examinis in decr. et stud in theol

Thome Fabri, Rothomagens dioc , mag in art ac in jure can lic., stud Parisius in eadem fac decr.

Guillermo de Maale, presb Sagiens dioc , lic in decr. cum rigore examinis

Herveo Pouchardi[1], presb Leonens. dioc , lic in decr. cum rigore examinis diu est stud. et scol in theol

Yvoni Henrici, presb lic in decr cum rigore examinis, stud in theol

Petro Joseph[2], cler Remens dioc , lic in decr Parisius et scol Parisius stud in fac theol

Johanni de Villanova[3], cler Trecorens dioc , lic Parisius cum rigore examinis in fac decr

Guidoni Salomonis, presb Leonens. dioc , lic in jure can cum rigore examinis

Fratri Petro Champi, presb dioc Trecens , lic in decr , religioso expresse professo monast S Luppi Trecens , O. S Aug

Guillermo Brieucii, presb lic. in decr. Briocens dioc.

Dyonisio Simi, presb Corisopitens dioc , lic in decr Parisius cum rigore examinis, stud in fac theol.

Alano Corre, presb Trecorens dioc , lic in jure can Parisius cum rigore examinis

Fratri Petro de Salis, religioso presb expresse professo monasterii Majoris Monasterii prope Turon O S. B , in jure can lic et ab utroque parente de nobili genere procreato

Johanni Fromundi, subdiac Belvacens. dioc , mag. in art et in utr. jure lic

Johanni Vibeti, presb Constanciens dioc , Rothomagens provincie, lic Parisius in decr cum rigore examinis, scol in fac theol in secundo anno sue auditionis.

Petro de Area, cler Claromontens dioc , lic in decr cum rigore examinis

Michaeli Monetarii, in utr jure lic.

Fratri Petro de Rosayo[4], presb , monach expresse professo monast S Wandregesilii O S. B , Rothomagens dioc , in decr cum rigore examinis lic

Fratri Folqueto de Roheria[5], can regulari eccl. Carcasson et preposito de Villasicca in dicta eccl O S Aug , lic in decr

Petro de Buxeriis, presb lic in jure can. cum rigore examinis et scol in theol per quadriennium et ultra, curato de Nocento Lingonens. dioc

Guillermo de Beaurepère, Sagiens. dioc., presb lic in decr cum rigore examinis, curato eccl parroch de Jonoyo de Bosco dicte dioc

Roberto Douche, presb. Rothomagens dioc , lic in decr Parisius

Nicolao Courtoys, lic in leg cum rigore examinis et bac in decr

Johanni Coleti, lic in leg et bac in decr de Turonis oriundo

Johanni de Mota[6], presb Attrebatens dioc , genere nobili, lic in decr. cum rig examinis, actu stud Parisius in fac theol. in quinto auditionis sue anno.

Nicolao Gaudeti, subdiac , lic. in leg cum rigore examinis, de Cabilone, stud. Parisius in fac decr

Johanni Doucini, presb Rothomagens dioc , lic in jure can cum rig examinis, qui fuit studens per quatuor annos et est actu in theol. Parisius

Johanni Alanon, presb lic in decr. et stud. Parisius in fac theol , Trecorens dioc

Giraldo Forteti, cler S Flori dioc., lic in leg et bac in decr , de can .. eccl Claromontens

Johanni Forgeti, cler Suessionens dioc , in jure can. lic. cum rig examinis

Ysembardo Baitrot, lic in jure civ ac bac in decr Parisius, in secundo anno sue lecture existenti.

Johanni de Laqueo, lic. in leg et bac in decr, de nobili genere procreato, Bisuntin. dioc

Georgio de Lavoutzac, lic in jure civ et bac in decr, rectori eccl parroch. et curato de Javeneyo, Redonens. dioc., administratori elemosinarie B Marie de Boechidosaco cappellanoque perpetuo cappellanie B Leonardi de Chemeleyo, cappellanie de Busca, cappellanieque de Coudreyo Andegavens. dioc.

Johanni de Leonibus, Parisiens dioc, lic in leg et bac in decr.

Sanctissimo domino nostro domino Benedicto sacrosancte ac universalis ecclesie summo pontifici. Beatissime pater, probitatis merita, morum honestas, scientiarum pericia et laudabilis conversacio, quibus vir nobilis et providus magister Johannes de Nanto archidiaconus Magni Caleti in ecclesia Rothomagensi, canonicus Bisuntinensis[1], in nostre Universitatis decretorum facultate doctor actu regens, se nobis universis et singulis gratiosum reddidit, amicabilem et acceptabilem, nos inducunt, admonent et hortantur, ymo verius magno desiderio nos compellunt ut ipsius honorem et commodum prosequentes promoveri eundem pro viribus studeamus. Quapropter S. V. humillime supplicamus, quatinus predictum archidiaconum virtutum donis multipliciter insignitum in agendis et presertim ejusdem ad ecclesiam Bisuntinensem, nunc pastore destitutam[2], concernentibus promotionem[3], super qua pro eo e[idem] S. V. sui ecclesie predicte concanonici, ut fidedignorum relatu accepimus, preces humiles porrexerunt, in sinu gratie vestre dignemini nostrorum precum intuitu recommendatum habere, sic quod, cujus dignam Deo, ut credimus, acceptam, eidem ecclesie proficuam et patrie, ex qua de nobili parentum stirpe et potenti originem traxit, complacentem quamplurimum affectamus promotionem intercessionis nostre affectum sentiat cum effectu. Beatissime pater, personam vestram beatissimam conservet Altissimus cum a[u]gmento gratie et salutis ad salubre regimen ecclesie sue sancte. Datum in nostra generali congregatione in Sancto Bernardo celebrata die xxiiij mensis Decembris.

Vestri humiles oratores rector et Universitas studii Parisiensis.

Minuta in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 61, sine temporis nota, quam tamen ex epistola ipsa eruimus Vid. not. 2. — Ibid , nº 63, alia epistola Universitatis ad papam invenitur, in qua, Johanne de Nanton, « decretorum doctore celeberrimo, qui ex inclita Viennensi et Gebennensi domo originem duxit et libertates ecclesiasticas defendit », jam archiepiscopo Viennensi, Universitas supplicat, ut is ad aliquam sedem metropolitanam aut aliam sedem in regno Franciae transferatur. Revera, an. 1423, Jun. 26, ad sedem Paris. translatus est (Arch. Vat., XII, 121, p 164) Jam an. 1410 ut archiepiscopus Viennens. epistolam recommendatoriam ad Johannem XXIII ab Universitate obtinuit (*Auctar.*, II, p. 88, 21).

1. Inter lineas. — 2. Bisuntina ecclesia, Johanne de Nanton nondum episcopo, an. 1404, Novemb. 22, vacabat, usque ad an. 1405, Febr. 20. Proindeque epistola anno 1404 adhuc scripta est. — 3 At non ad Bisuntinam sed ad Viennensem Joh. de Nanton an 1405, Febr. 20, promotus (Reg. Aven. Bened. XIII, vol. LX, fol. 131), et Theobaldus de sede Viennensi ad Bisuntin translatus est (ibid., fol. 109).

1812. *Universitas Paris. Petrum de Castanea*[1], *mag. in medicina, qui abhinc 30 annis in studio Paris. moratur, in artibus in prima auditione, in medicina secundo loco licentiatus est et legatus in facto unionis ecclesiae fuit, curiae parlamenti pro beneficio quodam (in eccl Tornacensi) recommendat.*

1405, Januarii 19, Parisiis

Arch. nat. Paris., X^{1a} 4787, fol. 46^b, *Journ. de Nicolas de Baye*, I, p. 126.

1 Ms. « Casteigne ».

1813. *Benedictus XIII ordinat, ut Philippus Levomer O S. B. monast S Dionysii, baccal. in theol., de nobili genere, ab abbate S. Dionysii pensionem debitam recipiat ad hoc, ut in studio Paris juri canonico studere et in eo licentiam recipere possit* Dat Nicie viij id Februarii, an undecimo « Religionis zelus »

1405, Febr 6, Niciae.

Reg. Aven. Benedicti XIII, vol. XLIII, fol. 357.

1814. *In curia parlamenti agitur de lite inter abbatem Cluniacens et scholares domus Paris. in favorem eorumdem.*

1405, Febr. 14, Parisiis.

Litigantibus in nostra parlamenti curia dilecta nostra filia Universitate Paris. et religiosis priore et scolaribus Collegii Cluniacens. fundati Parisius actoribus et conquerentibus ... ac procuratore nostro pro nobis eisdem adjuncto ex una parte, et dil. nostro Raymundo abbate Cluniacens. defensore et opponente ex altera, pro parte dictorum actorum plures rationes et facta fuerunt proposite ad finem, quod dicti conquerentes religiosi manutenerentur et conservarentur in possessione et saisina habendi recursum ad curiam secularem et in ea suos debitores prosequendi pro pensionibus eis debitis, earum arreragiis..., in saisina quod per dictum defensorem aut aliquos alios Ord. Cluniacens. per eorum statuta aut alias dictos religiosos in predictis impedire seu eos occasione et in odium predictorum excommunicare aut alias molestari non poterant aut debebant, in possessioneque et saisina quod dictus defensor eundem priorem et in ejus absentia supriorem dicti collegii interdicere vel impedire non poterant, quin ipsi scolares ad dictum collegium noviter venientes recipiant.. ; et quod dictus defensor predictos priorem et scolares aut aliquos eorumdem a dicto collegio donec gradum in theologia tempore debito attigissent et post dictum gradum donec beneficiati forent ac beneficia acceptassent, absque tamen causa racionabili et cognita, expellere aut alias privare non poterat ... Dicta nostra curia per suum arrestum dictos priorem et religiosos dicti Collegii habiles et easdem partes ad predicta sua proposita admittendos fore declaravit et declarat . et . . dictis conquerentibus dictarum suarum possessionum recredentiam durante presenti processu adjudicavit et adjudicat, ac eundem defensorem ad faciendum per modum provisionis reparaciones que in dicto collegio aut edificiis ejusdem per certos commissarios a dicta nostra curia

super hoc deputandos vocatis evocandis . condempnavit et condempnat Pronunciatum xiiija Februarii anno Dom mill. CCCC IIIIto.

Arch. nat. Paris., X1a 52, fol. 158 — Pluries tunc de hoc argumento in parlamento agebatur Sic Jan 19, 23, 30 (ibid , no 1478, fol 192 sq.); an. 1406, Nov. 18, scholares « requierent leur enqueste estre receue », l'abbé « requiert delay, attendu, que puis d'un an ilz ont eu moult à souffrir à Clugny, et que leurs vins sont faillis par les inundations d'eaue et autrement. Appoinctié est que la court parlera aux commissaires et verra les commissions et en arrest » (X1a 4787, fol. 435) Distributio commissionum Parlamenti no 1478, fol. 234 Alia Nov. 19 ibid., fol. 297; an. 1407, Febr. 10 et 15 (fol 304b, 305b), Jul. 30 (no 4787, fol. 585). Nihil novi pro Universitate Paris afferunt haec omnia ad ea, quae infra ad an. 1411, Sept 7, edimus.

1815. *Johannem Rose presbyterum a praeposito Paris ad curiam parlamenti appellantem, contra Guill le Fèvre quem indigne verberaverat, rector Universitatis utpote pigrum ac nequam sententiae arbitrorum relinquit.*

1405, Martii 9, Parisiis.

Lundi ixe jour. — Entre messire J. Rose appellant du prevost de Paris et J. Testars et autres intimez d'autre part, dit Rose qu'il est bon homme, prestre, et a demouré avec Guillaume le Fèvre poure frepier, qui lui donna d'un coustel et de ce fu emprisonnez en la court l'evesque, et fu delivrez et puniz et corrigez comme appert par lettre, et paia les sirurgiens et bailla au Fèvre v queues de vin et autre chose dont a quittances, et demoura avec lui ij ans et demi; et depuiz, maistre Thomas le Marichal[1] estant recteur de l'Université, le Fèvre le fit devant ledit recteur adjorner, et proposa ce que dit est, et *tandem* fu priz arbitrage et fait, et furent arbitres maistre Estienne de Surry et un autre maistre en ars, devant lesquelz demanda le Fèvre c lib. et il defendi ce que dit est; maiz ce non obstant lesdits arbitres le condempnèrent en lx escus, dont appela devant l'official de Paris, devant qui le Fèvre fu miz en defaut, et les autres citez firent contumace, et fu le Fèvre adjorné ou cité sur le defaut; et ce non obstant J. Testart avec autres prirent et levèrent tous ses biens et livres, à quoy s'opposa, et aloit l'opposant devant le prevost de Paris devant qui le recteur requist le renvoy devant l'Université, attendu que la cause par avant estoit devant le recteur, à quoy proposa au contraire ce que dit est. Sur quoy le prevost de Paris renvoya la cause devant le recteur dont appela, ord[onnant] que la cause estoit pendante devant l'official de Paris ou avoit obtenu iij defaus contre le Fèvre.

Defent partie et l'Université de Paris et dit que l'Université et le recteur a acoustumé d'avoir juridiction ordinaire sur les escoliers de l'Université et de cognoistre de leurs causes. *posito* que un lay face convenir un escolier devant eulx. Dit que Rose est noiseur et noceur, qui bati le Fèvre enormement, dont fu au lit xiiij sepmaines, et ce confessa partie et le proumist desdommager et le aruoit par son simple serviteur et par instrument de notaire, de la date duquel est la quittance que partie maintient Dit que pour ce que partie ne le voloit paier, le fit citer devant le recteur et ly demanda c lib. pour ses dommages interests et despens, à quoy partie defendit *peremptorie* Si dit le recteur qu'il estoit bon que les parties accordassent; si eurent arbitres maistres Raoul le Tonnelier et

Estienne de Surry... Replique l'appellant et dit que devant le recteur n'avoit rien à faire, maiz seulement devant l'official de Paris . La cour verra et fera droit

Arch. nat. Paris., X1a 4787, fol. 82b.

1 I. e. Thomas Marescalli, nationis Picardiae Frustra hunc rectorem in Nomenclatura rectorum ap Bulaeum, V, 919, quaesieris.

1816. *Mag. Joh La Dorée, examinator in examine B Mariae Parisiens, a cancellario Joh Gersono ab officio suspenditur. Causa in curia parlamenti agitatur*

1405, April. 3-10, Parisiis.

Karolus, etc. Universis, etc. Cum dil. noster mag. Joh. La Dorée in art. mag. ac in theol. facultatibus bacalarius in Universitate Paris. filia nostra dilecta nobis exponi fecisset conquerendo super eo, quod licet ab omni antiquitate in dicta Universitate fuerit ac sit consuetum quolibet anno certum examen sive temptamen[1] scolarium et bachalariorum in dicta arcium facultate licenciari volencium fieri et celebrari, quod examen *Beate Marie temptamen* nuncupari et in ecclesia seu claustro ipsius ecclesie B. Marie Parisius teneri et fieri solet, pro quo exercendo quatuor magistri arcium solennes de quatuor nacionibus dicte Universitatis deputari et ordinari solent, qui et eorum quilibet dictum officium tenere et exercere et eodem ac ipsius juribus, honoribus, franchisiis, prerogativis, preeminenciis uti et gaudere pacifice quantum eis placebat, consueverant, absque eo quod cancellarius B. Marie Paris. nec alius quicunque ipsos, maxime in ipso officio examinis seu temptaminis de defectu non convictos, neque deprehensos possit aut debeat quovismodo privare, neque in ipsius officii exercicio sine ipsorum voluntate et consensu impedire; ipseque conquerens, qui per longa temporum curricula in dicta Universitate studuerat ac sua facta in dictis facultatibus bene et solempniter fecerat . . alter examinatorum seu temptatorum pro nacione videl. Picardie electus, constitutus, et ordinatus fuisset, dictumque officium bene et notabiliter et absque opprobriis per longa tempora rexisset atque exercuisset et ad causam hujusmodi jus haberet, ac in possessione et saisina esset, quod magister Johannes de Yarsonno dicte B. Marie cancellarius ecclesie non poterat neque debebat nec alius quevis (*sic*) dicto officio ipsum privare ... absque eo quod in facto et ipsius officii exercicio dereliquisset...; quod dictus cancellarius non poterat neque debebat ... deputare ... alium quemcumque a dicto conquerente.... Nichilominus ab anno citra et in presenti Februarii mense, quod dictus (*sic*) examen seu temptamen appertum erat, quoque dictus conquerens ad locum pro dictum examen seu temptamen exercendo deputatum et ordinatum ... iverat et processerat; dictus cancellarius aut alius sui parte hostium dicti loci, ne eundem idem conquerens intraret, claudi, obserrari seu fermari fecerat, adeo quod ipse conquerens intrare nequiverat neque dictum officium exercere, quinimo dictum suum officium per mag. Jacobum de Flandria .. illud officium exercere et fieri fecerat, ipsum con-

querentem non auditum, non vocatum. . Nostra curia .. de consensu predicti conquerentis omne impedimentum eidem cancellario virtute dicte querimonie appositum absque expensis amovit et amovet per presentes.

Arch. nat., X1a 52, fol. 46b, sine temporis nota, sed pertinet ad supra notatum temporis spatium.

1. Hic et infra in ms. scribitur « temptamem » et « examem ».

1817. *Statutum pro collegio S Bernardi Paris , Ord Cisterciensis, de baccalareis Bibliam aut Sententias lecturis*

1405, Septemb. 12, Cistercii.

Cum studium S. Bernardi Paris. inter alia sit flos, decus et ornamentum speciale Ord Cist., generale Cap. statuit quod baccalarius Bibliam aut Sententias legere volens ibidem antea juramentum solemne prestet, quod nec ante nec post adeptum in dicto studio quemcunque gradum per se vel alios procurabunt vel acceptabunt absque licentia speciali domini Cisterciens., ut promoveantur ad abbatiatum vel alium quemcunque statum, antequam regentie tempus compleverint in eodem studio consuetum, nisi tamen intra dictum tempus canonice sint electi, vel patrum abbatum auctoritate promoti. Qui vero jam sunt ordinati actu legentes, et qui jam legerunt, nullatenus presententur ad licentiam, nec aliquid pro lecturis ab Ordine recipiant, donec predictum juramentum prestiterint Baccalarei autem cursores, postquam cursum sue lecture compleverint, nisi sint ad legendum Sententias deputati, ad propria monasteria sub excommunicationis late sententie pena redeant infra annum.

Capp gener. Cisterc., cod. nº 544 in Arch. stat. Luzern. (I, p. 421). — Martène-Durand, *Thes. nov. anecd.*, IV, 1546. Hoc statutum postea etiam pluries renovatum est.

1818. *Inimicitiis durantibus inter ducem Aurelianens et ducem Burgundiae, et litteris ducis Aurelianens , quas legati portaverant, receptis, rector Universitatis Paris diversique doctores sollemnes cum aliis legatis ducem Aurelianens Meloduni commorantem adierunt, ei significantes, ut reformationi regni intenderet*[1] *simulque sibi ducem Burgundiae reconciliaret. Dux indignationis ardore vehementer aestuans respondit . « Sicut nec in casu fidei ad consilium milites evocaretis, sic nec in casibus bellicis debetis vos immiscere Recedentes igitur studendo ministerium vestrum debite compleatis, quoniam etsi filia regis Universitas vocetur, tamen de regimine regni ipsam intromittere non decet ». Legati confusi Parisios reversi sunt*

1405, Septemb.

Rel. de Saint-Denys, III, 314; *Chron. de Monstrelet*, ed Douet-d'Arcq, I, 121 sq. Contra Universitas ad ducem Burgundiae mense Augusti Parisiis accessit, eique gratias egit de ipsius amore et affectione ad regnum (*Monstrelet*, p 112 sq.)

1. De necessitate hujus reformationis dux Burgundiae antea, mense Augusto, in palatio regio coram duce Aquitaniae et consiliariis regis, rectore Universitatis et multis in utroque jure doctoribus et magistris, propositionem per Johannem de Nieles fecit, quae quasi fundamentum est pro sequenti oratione Johannis Gerson Vid *Rel. de Saint-Denys*, III, p. 296 sqq.; *Monstrelet*, p. 114 sqq.

1819. *Johannes Gerson cancellarius in hospicio reginae coram rege Navarrae, quatuor ducibus et multitudine promiscua orationem gallicam ex parte Universitatis in Lupara de reformatione regni pronuntiat Partem primam aggreditur de corporali vita regis et educatione delphini convenienti, in secunda reformandos tres status, scil ecclesiasticum, militarem, civilem, contendit*

Regis consilium *bonis deputatis provinciarum adaugendum est*, secreta *consilii et regis, utpote « fortissimum et optimum contra omnes reipublicae adversitates remedium », secreta tenenda « Novit Deus, exclamat, si consilia Francorum sinapis sequantur clamorem, et per urbem decantentur, quantumcumque secreta fuerint »*

Milites (« chevaliers ») *a juventute instruendi et exercendi in poenis et laboribus et bellandi exercitiis In militari statu frugalitas et mediocritas in vino, ferculis et vestimentis, quae corpus et animam ad lasciviam et pigritiam vertere possent, observandae « Si tunica ad duos pedes post se in terra trahatur et manicae a sinistris amplae sint quid proderit omne illud ad vigorose hostes persequendos? » Perspicacissimi antiquorum Romanorum hoste absente ita se gerebant ac si praesens esset, propter quod victores extiterunt « Non trahebant post se tres aut quatuor saumarios seu quadrigas onustas tunicis, ornamentis , non ferebantur post eos ferrei furni ut parvas facerent pastas . , tale onus quid valet nisi ad impediendum celeritatem seu festinationem? Et optimum lucrum est hostes aggredi et adoriri improvisos »* « Jules Cesar et le bon connestable Guesclin gaignèrent tout par ceste celerité, mais ung ost (exercitus) qui porte sa charge comme une lymart ou tortue, comment se hasteroit »? *In militari statu ante omnia disciplina servanda, per disciplinam obedientia capitaneo generatur « Exercitus sine obedientia quantumque numerosus non est nisi turba hominum ad mortem et omnem occisionem deditorum, quemadmodum oves sine ordine et pastore » Armigeri et stipendiarii recipiant salaria, alias furabuntur, « de alterius corio largas corrigias secabunt »*

« Justiciae officiarii *multiplicandi non sunt nec saepenumero mutandi Cum officiarii multiplicantur, unusquisque suam aufert portionem in pensione, in donis, in exactionibus, ut suum ducat statum Audivistisne de bona matrona, quae Aurelianenses vidit studentes, et ab iis quaesivit quidnam facerent? Responderunt illi, se studiis operam dare, ut essent judices, advocati et procuratores Heu, aiebat illa, solum est unus in patria nostra (« nostre pays ») procurator, et ferme tota patria destructa est quid fiet de tam ingenti caterva? »*

De vectigalibus *quid dicendum? Tanta sublevantur, « veluti si hostes per totum regnum expansi et dispersi essent, ut contra ipsum praeliarentur » Necesse est ad regni nutritionem levare subsidia, sed id faciendum in bona aequalitate et aequitate « Pauper aliquis homo non habebit de omni labore suo, ut toto anno uxorem et filios nutriat et jura persolvat et debita, nisi decem aut duodecim cados vini et duas aut tres mensuras bladi, quod omne peribit in una raptura aut armigerorum adventu Quid aget? Quid incipiet? Quomodo vivet? Hoc dumtaxat cogitare solum grave est Et in tali casu divites plures inveniunt exitus aut favores quam pauperiores » Si domini bene confoederati essent, non opus esset nutrire armigeros extraneos, et regnum satis dives esset Universitas Paris praesertim quietata debet esse ab omnibus subsidiis et decimis.*

Loquitur contra pomposum statum *clericalem, militarem et civilem, contra* dona pomposa, *« quae spoliant centum et centum pauperes homines, immo mille et mille » In oratione multum invehitur contra* tyrannos, *qui populum opprimunt per extraneos armigeros, per exactiones, tributa, homicidas secretos. Tyrannis est venenum vitae politicae. Nihil irrationabilius esset quam per seditionem tyrannidem impedire velle Opus est magna discretione ad tyrannidem expellendam. Audiendi sunt philosophi, jurisperiti, legistae, theologi Ubique Universitatem Paris extollit. Incipit* Vivat rex

1405, Novemb 7, Parisiis.

Bibl Arsen Paris., n° 2450, fol. 1-53. Bibl. S. Audomari, ms. 298, Bibl Burdegalens., ms. 118, fol 242, Divionens., ms. 835, fol 67, Bibl. nat Paris . ms lat 14582, fol. 55-85b, fonds franc. mss. 926, fol. 279 (vid DELISLE, *Cabinet des mss.*, Atlas, pl 49, 1); 936, fol 106b-168; 974 (Colb. 2320), fol 150b-177b, 1029 (Colb. 1356), fol. 110-131b, 25552 (S. Victor. 515), fol. 94. *Opp. Gerson.*, IV, 583-622 (lat.). Ad haec vid. SCHWAB, *Gerson*, p. 416 sqq.

Oratio illa, quae gallica lingua pronuntiata est, et sic in mss. citatis occurrit, valde conspicua sententias quamplurimas offert sane salubres (multis utique periodis involutas) etiam pro nostra aetate, quibus si rex uti voluisset, clades quam exercitus in Azincourt passa est, fortasse vitata fuisset. Etiam ad declinanda consilia eorum qui res publicas subvertere conantur plures cogitationes occurrunt. Omni modo miranda audacia tot veritates coram ducibus exponendi Quae contra tyrannidem perorabat Gerson, contra ducem Aurelianensem ejusque regimen directa erant (cf. contrarium an. 1415, Jan. 5).

Juvénal des Ursins (ed GODEFROY, p. 176) scribit de hoc sermone « Si ont eu voulu garder le contenu en icelle en bonne police et gouvernement du royaume, les choses eussent bien esté. Mais on avoit beau prescher, car les seigneurs et ceux qui estoient entour d'eux, n'en tenoient compte ».

1820. « *Ad futuram rei memoriam. [Innocentius VII] scholaribus studentibus, et magistris in studio Parisiensi incolis regentibus, et aliis quibuscumque personis, censuris et poenis schismatis praesentis laqueatis, permittit, ut libere et licite valeant participare tam in missis et aliis divinis officiis, quam in quibuscumque aliis communibus actibus praeterquam in crimine, etc, similemque gratiam extendit ad Aurelianens, Tholosan., Montispessulan, et Andegavens et aliis dicti regni Galliae studiis generalibus* (sic), *etc.* Dat Viterbii 13 cal. Novembris[1], anno 2° »

1405, Novemb. 19, Viterbii.

Arch. Vat, arm. XXXII, n° 58, p 52, « ex libro primo de diversis formis anno secundo », fol. 197, qui jam non exstat in Archivo.

1. Jam in *Auctar*, I, p. 906, not. 1, diximus, corrigendum esse in « 13 kal. Decemb. », cum enim an. 1404, Novemb. 11, coronatus sit (Arch Vat., Oblig. n° 57, fol. 75), 13 kal. Nov. an. 2° esset an 1406, Octob. 20, quando Innocentius jam Romae commoratus est (vid. EUBEL, in *Hist Jahrbuch*, an. 1895, p. 560). Vel dicendum, Innocentium VII suos annos pontificatus numerasse a die electionis, non coronationis.

1821. *Quia Benedictus XIII per subcollectores Universitatem Paris cogebat ad solvendam diu taxatam decimam, Universitas in generali congregatione statuit, ut a 21 Novembris a praedicationibus et actibus scholasticis cessaretur, quod propter Adventum Domini omnes aegre tulerunt Dux Aurelianensis vigilia Nativitatis rectorem adivit et rogavit, ut pro tanta solemnitate praedicationes resumerent, promittens libertates eorum tueri. Frustra. Nam dux semper promisit, et nihil tenuit Tandem rex Universitatem usque ad Nativitatem sequentem exemit.*

1405, Novemb., Decemb.

Rel. de Saint-Denys, III, 352.

1822. *Johannes Breviscoxae et Dominicus Parvi onus lectoris in theologia libenter accepturos se declarant*

1405, Decemb. 7, 11, Parisiis.

Exposuit mag. Joh Breviscoxe quod cum dom. noster summus pontifex eidem gratiam fecerit specialem de canonicatu sub expectatione prebende Paris., ipseque dominus noster[1] voluerit in certis ecclesiis regni assumi unum lectorem theologie, quem preferri volebat quibuscumque aliis impetrantibus, eapropter ipse promptus erat onus hujusmodi in se suscipere dum et quamprimum vacaret in dicta ecclesia prebenda : mag. Dominicus Parvi mag. in theol. exposuit et declaravit voluntatem suam quod paratus erat subire et in se assumere onus lectoris in theol. et residere ac alia facere nuper imposita per dom. nost. papam Bened. XIII in certis ecclesiis regni Francie

Arch. nat. Paris., LL. 109^{c}, p. 525.

1. Benedictus XIII, qui renovavit ea, quae post Innocentium III sub Clemente VI et Innocentio VI de lectoribus in ecclesiis cathedralibus instituendis statuta fuerant.

1823. *Licentiati in facultate theologiae*

An. 1405, Parisiis.

Mag Jordanus Morini
Fr Guillelmus de Caromonte, Cisterc , provisor Bernardistarum.
Mag Matheus de Mauro, Navar
Mag Johannes de Maraya, Navar
Mag Petrus d'Arech[1].
Mag Johannes de Dulcimesnillo[2]
Mag Johannes Almaris[3]
Fr Richardus Generalis Minor.
Fr Johannes de Tignivilla Cluniac [4]. [9]

Bibl. nat. Paris., ms lat. 5657ª, fol 13

1 Seu « d'Arest », utique ille med. doctor, qui an. 1403 in rotulo nº 1795 ut bacc. format. in theol. affertur. Ms. « Dariet ». — 2. Add « alias du Mesnil, Navarr. » — 3. « De Almari » in Reg. Cameral. Joh XXIII, nº 3, fol. 9ᵇ, ad an. 1414, Novemb. 27, quando Constantiae in cubicularium papae receptus est Joh « Ademare » eodem anno, Maii 29, scriptor litter apost electus est (Reg. Lat. Joh. XXIII, nº 168, fol. 128ᵇ), cum jam an. 1413, April. 13, factus sit familiaris papae ejusque biblicus, i. e « lector Biblie coram papa » (Reg. Vat , nº 345, fol. 69ᵇ) et can. Carnotens. Communiter cognomen affertur ut supra Cf. etiam *Auctar.*, II, p. 289, 6 sqq. — 4. Postea corr in ms « Mag. J. de Tiyinvilla, Navar. »

1824. *Petrus de Dierreyo, mag theol , proponit ex parte Universitatis coram canonicis eccl Paris , ut domini et magistri doctores quamdiu intererunt in congregatione Universitatis vel propositionibus faciendis aut in consiliis, quando vocabuntur per dom episc Paris in materia fidei, possint lucrari distribuciones in eccl Paris , etc. Responsum est* Expectetur Capitulum generale

1406, Martii 13, Parisiis.

Arch. nat. Paris., LL. 109ᶜ, p. 545.

1825. *Licentiati in facultate medicinae*

1406, April 3, Parisiis.

Die tercia Aprilis fuerunt bachalarii licentiati per hunc ordinem :

1us Magister Petrus de Grangiis
2us — Arnoldus Blocq[1]
3us — Radulphus Palouini[2]
4us — Guillelmus Fabri
5us Magister Johannes Magnifamuli[3]
6us — Guillelmus Levis[4]
7us — Petrus Cardonnelli[5]

Comm. fac. med., I, p. 107

1. Fortasse idem Arn Bloc, Leod. dioc , qui Heidelbergae an. 1388-87 intitulatur (Toepke, *Matrikel*, I, p. 25) — 2 Idem « Raoul Paluin » an. 1429-30 dicitur confessor et physicus Annae ducissae Bedfordiae (Delisle, *Cabinet des mss.*, III, 314). An. 1426 litigabat in parlamento cum Ingeranno de Campo rotondo, in utroque jure lic., de quadam praebenda (Arch nat , X1ª 65, fol. 61ᵇ). An. 1473 ut benefactor collegii mag Gervasii Christiani affertur (*Recueil de toutes les delib du Coll. Louis-le-Grand*, 1781, 4º, p. 612). — 3. An. 1400, ut scholaris in medicina occurrit in registro computorum collegii Laudunensis (Arch nat., H 2803¹). — 4 Distinguendus ab ipso « Yvo Levis, alias de Karengouent » (Comm. fac med., I, p. 31), jam an. 1403 ut licent. medicinae allatus in rotulo nº 1796. Yvo fuit nat Gallic., Guillelmus nat. Normanniae. — 5 De Guillelmo Cardonnel, ejus avunculo, canon. Paris., medico Caroli delphini, vid *Chartul.*, III, p. 251, et Chereau, *Bull du bibliophile*, 1863, p. 224. De ipso Petro vid infra not. ad an. 1437, Nov.

1826. *Benedictus XIII permittit Johanni Tanquardi, presb Rotomagens. dioec., mag. in medicina et comitis Ludovici de Borbonio physico, ut in studio Paris physicam legere caeterosque actus facere possit.* Dat Saone non Maii, anno xiij « Litterarum scientia »

1406, Maii 7, Savone.

Reg. Aven. Bened XIII, vol. XLVII, fol. 546ᵇ.

1827. *Benedictus XIII Johanni Gray, presbytero, licent in medicina et rectori paroch eccl Kirkanders Candidae Casae dioec , permittit ut magisterium acquirere, et actus scholasticos exercere atque legere per triennium valeat in quocunque studio generali, non obstantibus Constitutionibus Honorii III aliisque Parochialis ecclesia debitis interim obsequiis non fraudetur* Dat Saone xv kal Junii, pontificatus nostri anno duodecimo « Litterarum scientia »

1406, Maii 18, Savone.

Comment. fac. medic. Paris., I, p. 134 Bulaeus, V, 92. — An. 1408. Martii 31, factus est canon. Glasguens. (Reg Aven Bened. XIII, vol. LII, fol. 415).

1828. *Lis coram parlamento inter Universitatem et Clementem Juvenis scholarem lascivum collegii Cluniacens Paris. ex una, et (Raymundum) abbatem Cluniacensem ex altera parte*

1406, Aprilis 2, Junii 15, Parisiis.

Venredi ij^{e} jour — En la cause de l'Université de Paris et Clement Juesne homme d'une part, et l'abbé de Clugny d'autre part, qui propose et dit que Clement est son religieux et par ce est son punissable mesme en tant que touche règle, monacal est, n'est point escolier, ne ne puest estre sans le congié de lui, et en tant qu'il a fait est excommunié et si a dit messe depuiz, par quoy est irregulier; dit oultre qu'il est indisciplinable et de maise vie, poursuiant femmes dissolues, brigueux, bateur de gens, qui ne dit heures ne ne porte habit de moine, vestu court de vert, chausses semellées à chapperon de rouge, habit fendu devant et derrier, qui a vendu livres et calices de S. Julien le Povre, non estudiant, et rien ne scet, et combien que *alias* ait esté prinz et prisonnier et fust eslargi et promist qu'il s'amenderoit, maiz depuiz fu trouvez avec Aguesot Danessy par le guet de nuit et couchié avec elle, et fu en Janvier; et le juesdi de la Cène Nostre Seigneur ancor ala-il couchier avec ladicte Aguesot et bouta hors son mari Et pour ce que le prevost de Paris en avoit tant de noises, le rendi à son abbé, et dist que se plus estoit remiz ou Chastellet, l'en en delivreroit le paiz; si fu troussez et miz à cheval et fu menez jusques es boiz de la Selle vers la Charité, où fu resqueux de galans de Paris et revint à Paris où a piz fait que devant Car il a miz fillettes à S. Julien le Povre et gasté les biens de ceans et pour ce que le clerc du prieur en parloit, ly rompy l'un des deus maxillairs, et bailla la chappe du prieur à une maquerelle pour un escu qui lui avoit promiz pour avoir une fillette, et fut ladicte chappe trouvée par galans qui l'angagèrent en la taverne, et puiz quant le prieur volt ravoir sa chappe, Clement prist l'un des livre[s] de S. Julian et le mist en gage ou lieu de la chappe. Et trop d'autres maulx a fait, comme appert par les informations . .. il est obstiné, incorrigible et scandaliseur *contra totum Ordinem.* Et ny fait ce que l'Université dit qu'il est escolier; dit que non, car il l'a revoqué d'escolage et cesse en ce cas la raison des privilèges de l'Université, qui parlent et s'entendent *de secularibus.* Si conclut qu'il ne sera pas rendu, et despens. *Tandem* la court a eslargi, et du consentement de

ladicte Université de Paris, ledit Clement de cy à *Quasimodo* prouchain venant par le cloistre de S Martin des Champs où il est prisonnier [1]

Mardi xve jour — Repliquent l'Université et Clement et dient que l'abbé Jehan, predecesseur de present abbé, fit venir à Paris estudier Clement qui eut la secreteure de S. Julien le Povre, dont fu contens entre lui et le nepveu du present abbé, et le prieur de Longpont, et a eu recreance de ce, pour quoy lui manda l'abbé qu'il renunçast au procès des requestes, dont ne volt rien faire, si fit tant qu'il fu miz ou Chastellet et lui fu rendu et puiz fu prisonnier à S Martin, et fu dit ceans par appoinctement que l'abbé n'avoit point la cognoissance dudit Clement, maiz il deputa à la court certains commissaires l'abbé de S. Benoit et le prieur de S. Deniz de la Chatre Depuiz fut envoié à Clugny et s'eschappa et revint ceans ou bailla une requeste et eut ancor arrest pour lui, contre lequel l'abbé vient et est venu, et posé qu'il n'en eust point; toute voie Clement est escolier et ne doit point tenir prison, sinon pour cas criminel; or n'est-il point accusé de cas criminel, et si lui a offert le vicaire de Clugny que si voloit renuncer à tous procez, l'en lui pardonroit tout. . Quant l'Université approuve aucun en escolier, *nulla probatio in contrarium admittitur*. . Quant aux cas proposés de nouvel contre lui d'un vallet de S. Julien batu, dit que le vallet lui demandoit ij blancs qui n'avoit pas, si lui dessira son scapulaire le vallet, pour quoy le bati. Quant aux fillettes dont a parlé partie, n'en est rien; et supposé que si, n'est pas cause de le faire mourir en prison Quant à la chappe engagée, dit que ce fu pour ce qu'il n'y avoit que manger à S. Julian, si fu engagée la chape, et puiz l'en a controvć le cas proposé, et pour le scandaliser ont esté ses adversaires devers fillettes dire : « Je suiz le secrétain » et depuiz ont defendu à S. Martin ledit abbé et ses gens qui l'en ne ly baillast que *fragmenta* Si conclut à se requeste *alias* faicte.

Arch. nat. Paris., X^{1a} 4787, fol. 331^{b} et 369

1. Eadem die April. 2 Universitas petit Clementem tanquam scholarem e carcere liberari vel saltem, cautione data, elargiri (ibid., fol. 331^{b}).

1829. *Cum ad instanciam episcopi Laudunensis*[1], *paris Francie, quatuor vini caudae ad Johannem de Bien, studentem Paris. in fac. decr. pertinentes, ut is dicebat, fuissent apud Biancuriam per mag. Morardum Desquiens, baillivum dicti episcopi, captae et venditioni expositae, curia parlamenti jubet vina, quae commode servari non possent, mag. Johanni de Bien tradi et deliberari, cautione de valore vinorum dicto episcopo tradita*

1406. Julii 2, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X^{1a} 53, fol. 102.

1. Johannis de Rouci, ab an. 1385, Jun. 8. Perperam scribit GAMS, *Ser. episc.*, p 560, eum an. 1418, Jun. 12, occisum esse. Obiit an. 1419.

1830. *Carolus VI omnes subjectos regni Franciae et Delphinatus durante subtractione ad episcopatus, dignitates, beneficia promotos in placida possessione confirmat* Donné à Paris le troisième jour de Juillet l'an de grace mil CCCC et six, et le vingt sixième de nostre regne « Comme par grant »

1406, Julii 3, Parisiis.

Ordonnances des rois, IX, p 110.

1831. *Arrestum curiae parlamenti seu curiae Parisiensis, quo, Universitate Paris. sic requirente, decernitur quod Benedictus XIII ejusque officiarii cessabunt decimas quascunque in regno Franciae percipere, cessabuntque ad tempus omnes exactiones.*

1406, Septemb. 11, Parisiis.

Arch nat. Paris., X1a 53, fol. 280, 1478, fol. 292b. *Journal de Nicol. de Baye*, I, 172 sq., Bul., V, p. 127. — Quamvis hoc arrestum ad tom. V pertineat, fuit tamen jam hic notandum, cum Universitas ut etiam an. 1418 rex et parlamentum ad illud recurrant

---

1832. *Magistri regentes facultatis medicinae an 1406-1407*

1406, Novemb. 3, Parisiis.

Anno Domini millesimo CCCC VI°, die jovis post festum Omnium Sanctorum que fuit iiija Novembris, inceperunt lectiones suas magistri qui infra scribuntur :

Magister Thomas de Sancto Petro
— Guillelmus Carnificis
— Joh de Bellomonte
— Radulphus de Harbis[1]
— Martinus Gasel
— Pet de Aussonno
— Guil de Camera
— Joh d'Ens
— Joh Comitis
— Joh Leporis
— Pet Miote
— Guil Pelliparii[2]
— Henricus Pellati
— Joh. de Matrolio
— Joh de Marla

Magister Joh Belardi
— Rob de Sancto Germano
— Jacobus Sacquespée
— Henricus Doigny
— Petrus Biteti
— Droco Decani
— Guill Nepotis
— Oliverius Gambelini
— Joh Basin
— Guido de Monte Fiqueti
— Joh Casson
— Yvo Levis[3]
— Radulphus Palouini
— Petrus Cardonelli
— Jacobus Ferre [30]

Comment. fac med.. I, p. 113 — Nov 5, Joh. de Ens decanus fac. electus est.

1. Ultimum inter regentes nominatur. « Raoul de Harbes » presbyter, canon. eccl. Carnotensis, testamento an 1407 Jun 18 dato quattuor bursas fundavit in collegio Laudunensi Parisiis (*Recueil de toutes les délibérations .. du Collège Louis-le-Grand*, 1781, 4°, p. 499). Ejus obitus in hoc collegio celebrabatur Jun. 26. (Arch. nat., H. 2803[1], ad an. 1426). — 2. « Guillaume le Pelletier », idem qui superioribus annis Guillelmus de Senonis dicitur, physicus ducis Aurelianensis saltem an. 1402-1404 fuit. Cf de Laborde, *Ducs de Bourgogne*, Preuves, III, p. 212, 228. — 3. Vid. Supra n° 1825, not 4.

1833. *Lis authenticumne sit caput Dionysii mart in ecclesia Paris. ad facultatem theol Paris defertur*

1406, Decemb 5, Parisiis.

De facto capitis S. Dionisii, quia relatum fuit quod dom abbas S. Dyonisii se refert super debato, etc., facultati theologie, placet dominis [canonicis eccl Paris] eciam se referre dicte facultati in casu premisso, alioquin impetretur audientia publica coram dominis rege, ducibus et aliis de sanguine suo

Arch. nat. Paris., LL 109^{c}, p. 614. — An. eodem, Novemb. 20, episcopus Paris de « magna porcione capitis B Dionysii martyris » cum aliis reliquiis in eccl. Paris. conservata scripsit epistolam ad suos subditos (ibid., p 911), et cancellarius Joh. « de Jarsonno » paulo ante in processione generali apud S. Katherinam sermonem habuit. Religiosi S. Dionysii jam Octob. dicebant se habere integrum caput S. Dionysii, nihil vero ecclesiam Paris. et dixerunt maximas injurias canonicis, qui praetendebant in eccl Paris. conservari summitatem dicti capitis, propter quod a Dionysianis « idololatrae » appellabantur. Canonici eis minabantur ut caperentur et incarcerarentur (p. 596). De his omnibus et de toto processu vid. F DELABORDE, in *Mém. de la soc. de l'hist. de Paris*, XI, p 297-409.

1834. *Licentiati in facultate theologiae*

An. 1406, Parisiis.

Frater Albertus Roberti, Pred
Mag Guillelmus de Cella[1], al de la Celle
Fr Jacobus de Liffodio, Aug
Mag Martialis de Morinia
Fr Guillelmus Squirelli[2], Carm^{ta}
Fr Radulphus Marescally[3]
Mag Thomas Hobé[4]

Bibl. nat. Paris , ms. lat. 5657^{a}, fol. 13. — Certe ad an. 1406 pertinent, non ad an. 1407 ante Pascha, seu an. 1406 more gallicano, nam in instrumento an. 1407, Januarii 22, Martialis de « Morignia » jam s theol professor nominatur (*Ordonn. des rois*, IX, p. 194)

1. Seu « Sella » Vid. ad an 1425. Septemb — 2. Ms. « Quirelly ». In processu contra proposit Jean Petit an. 1414 « Squinelli » et « Squirelli ». — 3 In marg. add. « cancellarius S. Genovefae, postea abbas usque ad an 1426 [canon reg. S] Aug. ». De ipso jam supra p. 72, not. 2. — 4 Ut supra p. 98, « Hobbe » in Arch. nat Paris., X^{1a} 59, fol. 382, ad an. 1412, Decemb. 29, quando cum Johanne Tiphaine, mag. art , litigabat de paroch. ecclesia S. Clari de Herouvilla, Bajocens. dioec., quae a curia parlamenti Johanni Tiphaine adjudicata est.

1835. *Carolus VI contra morem Romanorum pontificum invehitur statuitque ut ecclesiis cathedralibus, collegiatis, conventualibus aliisque electivis per electionem, etc , caeteris beneficiis per praesentationem provideatur, cessantibus omnino reservationibus et gratiis expectativis*

1407, Februarii 18, Parisiis.

Karolus, .. universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus, quod cum nuper in presencia principum nostre prosapie, videlicet regis Sicilie consanguinei, Biturie patrui, Burgundie consanguinei, et Borbonii avunculi, comitis Nivernensis consanguinei, et aliorum procerum regni nostri predicti, . in concilio prelatorum, *etc* , regni et dalphinatus Viennensis ipsas ecclesias representantium .... in aula alta supra Secanam domus seu palacii regalis Parisius congregato, aliqua fuissent proposita et exposita lucu-

lenter et diserte per advocatum nostrum regium ad instanciam eciam procuratoris nostri generalis, tendentia et conferentia ad conservationem jurium et libertatum dictarum ecclesiarum personarumque ecclesiasticarum dictorum regni et Dalphinatus, presertim quoad modum assumendi ibidem personas ad prelaturas, *etc.*, provideretur que contra graves usurpaciones et interprisias, quas contra hoc fecerunt Romani pontifices ab aliquibus annis citra, concludens et requirens, quod super propositis per eum deliberaretur in dicto concilio, ac eciam provideretur pro futuro . : tandem que circa hec fuerant per eos advisata et deliberata, nobis ad plenum intimare et referre curantes exposuerunt graviter conquerendo, quod quamvis pape potestas sit ad pasturam corporalem et spiritualem gregis dominici et conservacionem status ac ierarchie mistici corporis Ecclesie principaliter ordinata, nec sibi conveniat aut liceat ad proprium trahere commodum, que propter perpetuam utilitatem sunt ad bonum commune prefixa. .; statutis autem conciliorum generalium ac decretis sanctorum patrum pro bono regimine ac conservacione perpetua status Ecclesie, inter alia noscitur salubriter institutum quod prelati ad ecclesias quascumque cathedrales et collegiatas per eleccionem illorum de collegio et eorum consensu assumantur, et quoad dictas cathedrales ecclesias per suum metropolitanum, alii vero per loci diocesanum confirmentur, et per eundem alia beneficia sue diocesis personis ydoneis conferantur, vel si fuerint patroni, ad eorum presentacionem instituantur in eis, quamvis eciam illa sint magnopere precavenda, ex quibus inducitur via delinquendi, et maxime ubi desiderande seu captande aliene mortis votum et occasio ministratur, viaque aperitur ad beneficia vacatura, sitque, naturali racione dictante, per Concilia generalia similiter institutum, quod beneficia ecclesiastica vacatura promitti non debeant nec dari jus expectationis ad ea.... : nichilominus tamen ab aliquibus annis citra Romani pontifices, contemptis prefatis sanctorum Patrum et Conciliorum generalium decretis et eis penitus non servatis, omnes ecclesiasticas dignitates, cathedrales et collegiatas, et alias quascumque post episcopalem majores indifferenter sue disposicioni reservaverunt, gracias ad vacatura beneficia, per quod contra sancta generalia Concilia occasio votumque aliene mortis ingeritur et via ad vacatura contra racionem aperitur, indistincte et sine limitacione quacumque omni petenti concesserunt, modos innumerabiles introduxerunt quibus potestas prelatorum, capitulorum, collegiorum et aliorum quorumcumque penitus absorbetur, apponendo prohibiciones et decreta quibus eciam ignorantes volunt esse ligatos, diversas fulminando sentencias in contrarium facientes, adeo quod vix reperiatur aliquis aut nullus cui eciam unicum beneficium conferendi aut presentandi ad aliud sit relicta facultas, clausulas eciam varias et interdum inexplicabiles suis in bullis solent apponere, regulas diversas aut preter aut contra jus nunc constituunt, nunc revocant, ut eciam perspicaciter discernenti apparere non valeat, quis inter plurimos impetrantes videatur jus habere; intrusiones in beneficiis inde sequuntur, gravissima litigia oriuntur que cum magnis expensis et in prejudicium regnicolarum ducuntur extra regnum, et cum promoventur aliqui ad dignitates electivas, cessant banna et evoca-

ciones, que de jure ad probandas elecciones et personas fieri statuuntur Propter quod, cum non possit Romanus pontifex omnium hominum et status ecclesiarum habere noticiam, sepe contingit indignos et indigne ad hujusmodi dignitates assumi, et tales interdum, qui tantum modo probati sunt argento, quique nunquam in loco beneficii morabuntur. Occasione autem premissorum jura beneficiorum depereunt, edificia corruunt et cultus divinus minuitur : hec dederunt occasionem reservandi vaccacionum annatas et infinitas pecunias extorquendi, per que regnum pecuniis et opibus continue vacuatur. Ex hiis datur occasio aut per fas aut nephas ad papatum aspirandi et adeptum contra bonum regiminis et unionis Ecclesie retinendi, ad ditandum potius sublimendumque se et suos...

Propter que et alia que dictos prelatos et alios in dicto concilio congregatos racionabiliter movere poterant et debebant, deliberaverunt et concluserunt in modum qui sequitur, videlicet quod decetero, sicut volunt statuta Conciliorum generalium et decreta sanctorum Patrum per electiones capitulorum, conventuum et collegiorum, confirmacionesque superiorum, ecclesiis cathedralibus, collegiatis, ceterisque beneficiis electivis, tam regularibus quam secularibus, necnon per presentaciones, collaciones et instituciones per illos ad quos de jure communi, privilegio vel consuetudine spectat, faciendas provideatur, cessantibus et rejectis omnino ac non obstantibus quibuscumque et quorumcumque reservacionibus generalibus vel specialibus ac prohibicionibus, expectacionibus aut graciis, eciam cum decreti apposicione ex parte pape vel ejus auctoritate factis aut faciendis seu concessis aut concedendis, quo usque per Concilium generale canonice celebrandum aliud fuerit ordinatum : ad cujus Concilii ordinacionem dicta ecclesia Gallicana et Dalphinatus se summittit[1]....

Nos igitur .. . volumus per presentes, mandantes et districtius injungentes dilectis et fidelibus consiliariis nostris gentibus nostrum presens tenentibus et que in futurum tenebunt parlamentum, baillivis, prepositis, senescallis, judicibus, vicariis ceterisque justiciariis et officiariis nostris in nostris regno et Dalphinatu memoratis constitutis et constituendis vel eorum loca tenentibus et eorum cuilibet, prout ad ipsum pertinuerit, quatinus omnia premissa et singula, prout superius sunt expressa, in omnibus et singulis civitatibus, villis et locis insignibus regni et dalphinatus predictorum debite et, ut in talibus est fieri consuetum, publicari faciant, et ab omnibus, quorum intererit, inviolabiliter et integraliter observari et dictas personas ecclesiasticas dictis eleccionibus, postulacionibus, presentacionibus et collacionibus secundum modum et formam premissorum ab omni turbacione et violencia defendant, omnes quascumque personas contra venientes, cujuscumque status seu condicionis existant, puniendo taliter quod ceteris cedat in exemplum : nam premissa sic fieri volumus et jubemus per presentes. In cujus rei testimonium presentibus litteris nostrum jussimus apponi sigillum. Datum Parisius die xviij[a] mensis Februarii, anno Domini millesimo quadringentesimo sexto, et regni nostri vicesimo septimo — Per regem : cum consilio et assensu dominorum meorum Ludovici Sicilie regis, ducumque

Aquitanie, Biturie et Aurelianensis atque Borbonii, vestrique necnon patriarche Alexandrie ac prelatorum et procerum, necnon plurimorum aliorum ecclesiasticorum virorum et secularium de consilio magno regis DE MONSTEROLIO.

Lecta et in curia publicata xv^a die mensis Maii anno Domini millesimo quadringentesimo octavo[2]. BAYE.

Arch. nat. Paris., X^{1a} 8602, fol. 213^b (olim Registre A du Parlement de Paris), Arch. Vat., Var. Polit XXIII, fol. 35 (post sic dictam *pragmaticam sanctionem* Ludovici IX). Vid. *Auctar.*, II, p. 810, not. — Hoc decretum postea saepe, imprimis an. 1418, afferebatur, et cum ordinatione Caroli VI an 1418, Martii, fundamentum pro *pragmatica sanctione* an 1438 dici potest Nihilominus edictum post an 1410 usque ad an. 1418 propter diversas causas vix vigorem obtinuit. Etiam Joh. de Monsterolio tempore Johannis XXIII scribit, nihil restare nisi haec charta regia ex litterarum regiarum thesauro assumatur et publicetur (Epp. in Cod. Vat. Reg 332, fol. 11^b, MARTÈNE, *Ampl. coll.*, II, 1370).

1 Haec ordinatio bene explicata refertur a consilio parlamenti an. 1418, Martii 16 (BUL., V, p. 318). — 2 An 1418, Mart. 16, consilium parlamenti scribit, publicationem procrastinatam esse usque ad an. 1408, Maii 15, quia rex « esperoit y estre pourveu par le pape ou les Conciles generaux » (BUL., V, 318).

1836. *Carolus VI in exactiones graves, quas Romani pontifices, per officiarios suos et collectores, praecipue in clerum tam saecularem quam regularem Franciae et Delphinatus, exercere solebant, invehitur, providetque ut ab iis clerus populusque in regno Franciae et Delphinatus in perpetuum immunes sint* Dat Parisius die xviij mensis Februarii, an. Dom milles. CCCC et sexto, et regni nostri vicesimo septimo. « Si ditare vel dotare ».

1407, Februarii 18, Parisiis.

Arch. nat. Paris , X^{1a} 8602, fol 215, M 66^b, n° 29. *Ordonn. des rois*, IX, p. 183. — Carolus VI recurrit etiam ad arrestum parlamenti supra ad an 1406, Sept. 11, notatum, et ad deliberationem cleri Gallicani an. 1407, Januarii 4 Cf. infra ad an. 1418, Martii et April 2

1837. *Assignationes baccalareorum Ord Praed. pro studio Parisiensi*

1407, Maii 15, Pictavis.

Assignamus ad legendum Sententias Parisius pro anno immediate sequenti qui est intraneorum fratrem Petrum Barre[1] provincie Francie, cui substituimus fratrem Johannem Bidangot de conventu Burgensi; pro anno autem qui erit extraneorum fratrem Johannem Caprioli[2] provincie Tholose. Pro secundo anno intraneis debito assignamus quantum nostra interest fratrem Petrum Flore[3] provincie Francie, cui substituimus fratrem Bodinum Granerii conventus Claromontens. Item ad legendum Sententias ponimus fratrem Jacobum Florentarii de conventu Rothomagensi; pro biblico ad duos annos inmediate sequentes fratrem Guillermum de Spinello de conventu Tulensi, cui substituimus fratrem Laurentium de Nocosoponte; pro sequentibus vero duobus annis quantum nostra interest ad legendum Bibliam ibidem fratrem Stephanum Boleti de conventu Parisiensi.

Fragmenta Capp. general. Ord Praed. ad Ordinem pertinentia.

1. Qui sub Martino V provincialis Franciae fuit — 2. Seu « Capreoli », postea celebrem magistrum theologiae, de quo vid. QUÉTIF-ÉCHARD, *Script. Ord. Praed.*, 1, 795. Supra notitiam antiquissimam ejusdem habemus — 3. Ms. « Flos ». Agitur de Petro Floure, qui postea fuit vicarius generalis inquisitoris Franciae.

1838. *Mag. Hutinus Medici prisionarius in carceribus capituli propter suspicionem raptae puellae Johannetae la Charonne in villa La Capella S Dionysii penes Jaquetum de Versailles burgensem. Ambo tamen juraveverunt, Hutinum nullam injuriam fecisse Cum rector Universitatis requisisset ut reus elargiretur, major pars canonicorum decrevit illum expediendum Universitati cum cautione juratoria. Tamen Hutinus comparere in capitulo debuit praesentibus abbate S Petri in Valleya Carnotens.*[1], *abbate S Germani de Pratis*[2], *decret doctoribus, mag. Joh Mathiae, mag theol , mag Guillelmo le Mieu, N. de Villanova aliisque*

1407, Julii 15, 16, 25, Parisiis.

Arch. nat. Paris., LL 109ᶜ, p. 683-686.

1 Stephano Baillivi, de quo ad an. 1403. — 2. Guillelmo Episcopi seu l'Evesque (*Chartul* , III, p. 365, not. 11).

1839. *Magistri regentes facultatis medicinae an 1407-1408*

1407, Novemb 3, Parisiis.

Anno Domini millesimi CCCC^mi septimi die jovis post festum Omnium Sanctorum que fuit 3ª Novembris, inceperunt magistri quorum nomina hic inferius subscribuntur lectiones suas ordinarias :

Thomas de Sancto Petro
Guill Boucherii
Joh de Bellomonte
Martinus Gazel
Petrus de Aussonna
Guill de Camera
Joh de Ens.
Joh Comitis
Joh Leporis
Petrus Miote
Guill Pelliparii
Henr Pellati
Joh de Matrolio
Joh Tanquardi

Johannes Bellardi
Jacobus Sacquespée
Henricus Doygny
Droco Decani
Guill Nepotis
Oliverius Gambelin
Jacobus Ferre
Joh Basini
Joh Casson
Yvo Levis
Guill Fabri
Petrus Cardonnel
Guido de Monte Fiqueti[1]

[27]

Comm. fac. med., I, p. 118. — Nov 5, Johannes Casson, dioec Nivernensis, decanus fac electus est.

1. Nomen posterius additum, nam ex antiquitate magisterii ante Joh. Casson locum habuisset.

1840. *Occasione nonnullorum processuum ecclesiasticorum contra Guillelmum de Tignonvilla, militem custodem praepositurae Paris , etc , in Castelleto per episcopum Paris ad instantiam procuratoris officii curiae suae ecclesiasticae ac procuratoris Universitatis, ratione cognitionis et punitionis defunctorum Leodegarii de Moucello et Oliverii Burgensis, quos dicti episcopus et Universitas clericos et scholares dicebant et quos nihilominus dictus custos praepositurae, ipsorum exigentibus demeritis, ad mortem condempnaverat et deinde patibulo suspendi fecerat, Carolus rex ordinat, quod dicti processus ecclesiastici cessabunt quousque aliud super praemissis extiterit ordinatum* Dat. in castro Lupare, decima die Novembris, anno Domini Mº CCCCº septimo et regni nostri xxviijº.

1407, Novemb. 10, Parisiis.

Arch. nat Paris., X¹ᵃ 55, fol. 3ᵇ — Hos scholares propter homicidium commissum praepositus in carcerem conjecerat

et eos Universitati reddere obtulerat, quae tamen eos non esse Universitatis studentes (« leurs clercs ») contendendo, recusavit (COUSINOT, *Geste des nobles*, ed. VALLET DE VIRIVILLE, p 120. Sed *Rel. de Saint-Denys*, III, 724, et *Chron. de Monstrelet*, I, 75, de hoc momento reticent). Octob 26 vero supplicio scholarium sumpto, Universitas de annullatione suorum privilegiorum et libertatum conquerebatur, et quibusdam Normannis amicis ducis Burgundiae instigantibus causam contra praepositum suscepit (ut Cousinot, tunc advocatus in parlamento, narrat), simul a lectionibus et sermonibus cessando, donec Petrus des Essars in locum Guillelmi de Tignonvilla, olim ducis Aurelianens. consiliarii, an 1408, Maii 5, praepositus nominaretur (COUSINOT, l. c., *Journal de Nicolas de Baye*, ed. TUETEY, I, p. 229) Caetera vid infra nº 1852

1841. *Benedictus XIII cancellario ecclesiae Paris. « mandat » ut Thomam Faverelli Ord Praed , qui logicam et philosophiam naturalem et moralem in solennibus domibus Ordinis provinciae Franciae legit, Parisiis duobus annis in theologia studuit et deinde quattuor libros Sententiarum in domo Remensi legit et in Senonensi lector principalis fuit, ad perficiendum cursum suum in studio Parisiensi, ad legendos libros Sententiarum in scholis Sancti Thomae ordinarie vel extraordinarie anno immediate sequenti assignet* Dat Saone iiij kal Decembris, anno quartodecimo « Viri sacre lectionis »

1407, Novemb. 28, Savone.

Reg. Vat Aven. Bened. XIII, vol LIII, fol. 397. — Haec est ultima quam cognoscimus epistolarum Benedicti XIII ad cancellarium Paris. directarum, in qua ei « mandat » ut hoc vel illud in Universitate faciat. Et certe mirari aliquis posset, quomodo Benedictus XIII adhuc eo tempore, quo Universitas ei obedientiam jam subtraxerat (propter quod Universitas Paris minime inter eas Universitates invenitur, ad quas an 1407, Jan. 31, e Massilia propter Angelum de Corrario epistolas direxit — Reg. Av. Bened. XIII, vol. LVIII, fol. 591 sq), mandatum ad cancellarium dirigere potuerit. Sed illo anno, mense Novembri, legati regis Franciae et Universitatis apud Benedictum Savone morabantur, ut eum ad cessionem inducerent, etc., de quo in tom. V *Chartularii*.

1842. *Benedictus XIII Martino Porée, episc Atrebatens., ut duobus fratr Praedicatoribus provinciae Franciae magisterium in theol. conferat, quia magistris et baccalareis caret.*

1407, Novemb. 28, Savone.

Dilecto filio Martino[1] electo Atrebatensi salutem, etc Viri sacre lectionis, etc Cum itaque sicut exhibita pro parte tua peticio continebat fratres Ordinis Predicatorum, cujus professor existis, a decem et novem annis[2] citra non potuerint in studio Parisiensi propter quedam disturbia que ibidem passi sunt ad gradus facultatis theologie promoveri, et propterea provincia Francie secundum morem dicti Ordinis sub qua Senonensis et Remensis domus dicti Ordinis continentur ejusdem facultatis careat bacallariis et magistris, ac ibi sint plures aliorum Ordinum professores in eadem facultate magistri, per quos loca fratrum dicti Ordinis Predicatorum tam in predicationibus quam disputationibus solennibus occupantur : nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati discretioni tue . per te, qui in eadem theologia magister existis, vel alium dicti Ordinis professorem in eadem theologia magistrum duobus fratribus dicti Ordinis, qui in dicta theologia per tempus sufficiens studuerint et libros Sententiarum legerint ac alios actus scolasticos ... exercuerint, . donandi magisterii honorem et docendi licentiam . concedimus tenore presentium facultatem Dat. Saone iiij kal. Decembris, anno quartodecimo.

Reg Aven. Bened. XIII, vol. LIII, fol 397b.

1. A Novemb. 24 tantum Martin Porée fuit episc. Atrebatens. (Reg. Aven. Bened. XIII, vol. LIV, fol. 553). Loco ejus

dux Burgundiae Johannem Marchand, ejusdem Ord., in confessorem elegit (E. PETIT, *Itinéraires*, etc., p 588). — **2.** Solum 16-17 annis ab Universitate alienati erant (vid. p. 58, not.) Quia tamen isto temporis spatio Praedicatores in Universitate Paris. nec Bibliam nec Sententias legebant nec alios actus scholasticos exercebant, statim post an. 1403, quamvis recepti ad Universitatem, magisterium in theol. minime recipere potuerunt.

1843. « *Instructiones pro magistris J. Breviscoxe, J. Voignon, H[enrico] de Fontanis, ex parte Universitatis ad dominum Burgundie transmittende.* »

1408, post Januarii 12, Parisiis.

Primo, regratiandum est dicto domino super affectione bona quam habet et habuit ad bonum Universitatis, et super literis suis eidem Universitati nuperrime transmissis

Item, respondendum est punctis in eisdem literis contentis, videlicet de relatibus quos idem dominus scribit Universitati factos fuisse super promotione sui confessoris, narrando eidem Universitatem non fuisse de eo male contentam; neque de hoc aliquid audierat; que si ad ipsius Universitatis noticiam devenissent, non prebuisset aures credulas, nisi prius ab eodem domino novisset purissimam veritatem.

Item, quia postulat sibi fieri narrationem gestorum in facto ecclesie per ambassiatores, alias transmissos apud duos contendentes[1], informetur.

Item, etiam informetur de eis que circa factum unionis gesta sunt Parisius, post reditum eorumdem nunciorum, et tangatur appunctuamentum regis

Item, supplicetur eidem, quatenus semper promoveat factum unionis ecclesie ad intentionem Universitatis, et semper eam habeat in omnibus agendis suis recommissam.

Item, petantur ab eo litere consensus ipsius in ordinationem regis super facto neutralitatis, cursum habere debentis in festo Ascensionis Domini proxime venturo[2], si infra diem illam non fuerit unio ecclesie[3]

Item, supplicetur eidem, quod laboret efficaciter, quod fiat reparatio injurie illate ecclesie et Universitati per prepositum Parisiensem[4]; et aggravetur factum quantum fuerit possibile; et quod, nisi cita fiat reparatio, Universitas est in periculo dissipationis et exterminationis finalis, quia jamdiu cessavit a lectionibus et sermonibus, et adhuc de facto cessat; et hinc oritur murmur in populo valde magnum; et hinc scandalizantur clerus et ecclesia.

Item[5], et pro eadem materia adeantur alii domini per prenominatos legatos, qui etiam habebunt facere verbum de arresto parlamenti, dato contra privilegium de locagio domorum; et laborabunt quod ex parte dominorum scribatur domino cancellario Francie et curie parlamenti, quod revocetur[6].

Minuta chartacea in Archiv. Univ. Paris , theca I, A 1 n. Partim ed. ap BUL., V, 902 JOURDAIN, nº 1003. — Hae instructiones potius ad tom. V *Chartularii* pertinent. Sed partim etiam ad hunc tomum, quia quaedam in ipsis tanguntur, quae factum praepositi Paris. Guillelmi de Tignonvilla respiciunt.

1. Ad Gregorium XII et Benedictum XIII — **2** In litteris an. 1407 (1408), Januarii XII (BUL , V, 147). — **3.** Ad marginem « Fiat questio ». — **4.** Guillelmum de Tignonvilla. Vid. supra nº 1840. — **5.** Ultima paragraphus, quam omisit BUL., alia manu addita est. — **6.** JOURDAIN scribit, instructiones fuisse datas « sub finem anni 1407 vel initio 1408 ». Ast an. 1408, post

Jan. 12 datas esse, ex eo liquet quod litterae regis an 1408, Jan. 12, afferuntur. Sed adhuc mense Januarii scriptas esse, e duabus epistolis sequentibus apparet.

1844. *Epistola Universitatis Paris ad ducem Burgundiae, a legatis duci tradenda*

1408, post Januarii 12, Parisiis.

A nostre tres redoubté segneur monseigneur le duc de Bourgogne, conte de Flandre, d'Artoys et de Bourgoigne. Tre[s] redoubté segneur, nous nous recommandons à vostre haulte et noble segneurie tant humblement come nous povons, et vous plaise savoir, tres redoubté segneur, que nous avons receu vos lettres desquelles nous vous r[emercions] de la bonne [et solide] affection, laquelle en ensuivant vostre tres noble père de bonne memoire (à qui Dieu pardont), vous avés tousjours eue au bien, honneur et avancement de nous, et avés encore come plus à plain est contenu en icelles et nous l'avons . continuelment par effect et encores ferons, se Dieu plaist, come nous y avons grant fiance. Et pour ce que longue chose seroit de respondre par escript à aucunes choses touchiées es dictes lettres, nous envoyons par devers vous nos certains messagers et legas venerables personnes maistre Jehan Brièvecuisse maistre es ars [et] en theologie, maistre Jehan Voignon maistre es ars [et] en medicine, et maistre Henry de Fontaines maistre es ars et bachelier en theologie, pour vous exposer plus à plain nostre entention sur le contenu de nos dictes lettres et aussi pour autres choses, auxquelz y vous plaise adjouster foy en ce que par eulz de par nous vous sera exposé, et labourer à l'acomplissement de ce; et s'il vous vient à plaisir chose que faire puissons, commandez le nous et nous l'acomplirons à tout nostre povoir, come nous le devons faire. Tres redoubté segneur, le Saint Esperit vous ait en sa sainte garde, qui vous dont bonne vie et longue. Escript à Paris, le .. [1] jour de Janvier.

Vos bien weillans les recteur et maistres de l'Université de l'estude de Paris.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65^{b}, n° 109 (olim A 3. pppp). Quaedam vocabula vetustate deleta sunt — Quantum ad epistolam, vid. Instructiones in n° 1843

1. Spatium in minuta.

1845. *Epistola Universitatis ad ducem Bituricensem, a legatis duci tradenda.*

1408, post Januarii 12, Parisiis.

A nostre tres redoubté segneur monseigneur le duc de Berry. Tres redoubté segneur, nous nous recommandons à vostre haulte et noble segneurie tant come nous povons Et pour ce que il est neccessité pour l'onneur de saincte eglise, du roy, de vous et de nous, que aucun appoinctement final soit mis en certaines choses, lesquelles seroient longues à escripre, nous envoions par devers vous nos certains messagers et legas venerables et discretes personnes maistre Jehan Brievecuisse docteur en theologie, maistre Jehan Voignon maistre es ars et en medicine, et maistre Henry de Fontaines maistre es ars et bacheler

en theologie, pour les vous exposer plus à plain; aus quelz il vous plaise adjouster foy en ce qui par eulz de par nous vous sera exposé, et vous supplions tant humblement que plus povons qu'il vous plaise exposer vostre bon labour à l'acomplissement de ce Et s'il vous vient à plaisir chose que nous puissons, commandés le nous et nous l'acomplirons à tout nostre povoir come nous le devons faire et y sommes tenus Tres redoubté segneur, le Saint Esperit vous ait en sa saincte garde, qui vous dont bonne vie et longue. Escript à Paris le ...[1] jour de Janvier.

Vos tres bien weillans les recteur et maistres de l'Université de l'estude de Paris.

Minuta chartacea in Arch. nat. Paris., M 65^{b}, n° 83 (olim A. 3. mmm). — E fine Instructionum n° 1843 editarum, a legatis etiam ad « alios dominos », non solum ad ducem Burgundiae adeundum esse ediscimus.

1. Spatium in minuta.

1846. *Facultas medicinae symbolum prandii S. Lucae a magistris negligentibus requirit, subbedellumque Guerinum de Roncuria rite accipit*

1408, Februar 4, Parisiis.

Anni M CCCC septimi die sabbati 4to Februarii, facultate solemniter in capitulo Sancti Maturini, post missam facultatis, ut moris est, congregata et super duobus articulis : primo, ad ordinandum de modo quo magistri qui in festo Sancti Luce prandebant nec cimbolum suum solverunt, solverent; 2° super supplicationibus et injuriis. Super primo conclusit facultas in solvendo coram ea advocari, causam solucionis neglecte allegaturos. Super 2°, Guillelmus de Valle, facultatis bedellus principalis, asserens se facultati non posse, ut decebat, obsequi vel servire, obstante Johannis d'Acy[1] subedelli virium pre morbida senectute (que senectus ipsa morbus est) destitucione, supplicuit eidem quatinus ipsa de uno coadjutore vel subedello sibi provideret Quapropter visum est dictum Johannem, tunc subedellum, ut prefertur, pure, libere, simpliciter et absolute officium suum subedellatus Guerino de Roncuria, Tullensis diocesis, coram tota facultate resignasse, tali pacto quod dictus Guerinus de Roncuria eidem Johanni promisit et promittit admodo annuatim, vita dicti Johannis comite, duodecim francos in principio mensis Januarii solvere, in casuque tarde, neglecte vel non eidem Johanni solucionis facte, domini mei venerabiles magistrique mei metuendi, Guillelmus Boucherii et Johannes Leporis exhibuerunt seque exhibent, in confirmacionem predicti pacti, pro dicto Guerino fidejussores. Istam resignacionem, ut premittitur, factam facultas gratam ratamque habens, dictum Guerinum tanquam virum probum, sufficientem et ydoneum ad officium subedellatus exercendum, in suum subbedellum elegit. Idcirco a dicto Guerino juramentis, a bedellis facultatis prestari solitis, coram ea prestitis, ego Johannes Casson, Nivernensis diocesis, facultatis decanus, utinam non indignus, eidem Guerino officium subbedellatus, ex precepto matris mee facultatis, in facto contuli, eumdemque mediante virga a Johanne d'Acy mihi tradita, eodem officio cum omnibus juribus, emolumentis fructibusque, eidem officio pertinentibus, investivi. Age-

bantur hec apud Sanctum Maturinum, anno, die, horaque jam expressis, presentibus venerabilibus et discretis viris, magistris Guillelmo Boucherii, Martino Gazel, Guillelmo de Camera, Petro de Aussonna, Johanne Comitis, Johanne Leporis, Johanne Tanquard, Johanne Du Martroy, Guillelmo Nepotis, Johanne Basini, Guidone de Monte Fiqueti, Yvone Levis, Guillelmo Fabri, et pluribus aliis tum facultatem constituentibus.

Comment. fac. med., I, p. 119. — JOURDAIN, nº 1000.

1. Joh. de Aciaco jam subbedellus fac med. an. 1387 memoratur in *Chartul.*, III, p. 449.

1847. *Cum praepositus Paris , Guillelmus de Tignonvilla, in curia narravisset quosdam e patibulo corpora necatorum circa Parisios abstulisse, et a mulieribus partus mortuos obtinuisse, quos quidem reos maleficorum instar persequi dubitabat, Universitate Paris. talium excessuum cognitionem ad justiciam ecclesiasticam pertinere sustinente, curia jubet praepositum percunctari et sontes, si invenerit, jure punire*

1408, Februar. 10, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X[2a] 14, fol. 411[b] — *Journal de Nicolas de Baye*, ed. TUETEY, I, p. 221. Ad haec vid. ibid., not. 2.

1848. *Magister Guillelmus Euvrie, qui pro duce Burgundiae plures epistolas scripsit, confirmat solutionem.*

1408, Februar. 27, Parisiis.

Saichent tuit que je Guillaume Euvrie maistre es ars[1] confesse avoir receu de Jehan de Pressy receveur general des finances de monseigneur le duc de Bourgogne par la main de Jocer[an] Frepier, conseiller dudit seigneur, la somme de vint escuz d'or pour ma peine de avoir fait et conposé certainnes lettres touchans les faiz d'icelui seigneur[2]. De laquelle somme de xx escus d'or dessus dite je me tien pour content et bien payé et en quitte son dit receveur general et tous autres En tesmoing de ce j'ay cy mis mon saing manuel, le xxvij[e] jour de Fevrier l'an mil CCCC et sept.

Arch nat Paris., M 65[b], nº 108.

1 Postea mag. theol. — 2. Fortasse etiam in causa occisionis ducis Aurelianens.

1849. *In curia nulla causa perorata fuit die Martii 8ª, quia curia domum regis in S Paulo adivit, auditura Johannem Parvi[1] mag theol , qui tunc commorabatur in Collegio Thesaurarii[2], allegantem rationes propter quas Johannes dux Burgundiae jure ducem Aurelianensem necavisset Huic defensioni aderant rex Siciliae (rege Franciae tunc incluso, ut aegro), duces Bituricens , Burgundiae, Britanniae, comites Mortanens et Nivernens , duces[3] Lotharingiae et Barensis atque cardinalis Barensis, plures comites, barones, milites, scutiferi, praelati et doctores Universitatis Parisiensis, et magna multitudo hominum omnium statuum. Oratio Johannis Parvi incipit .* « Par devers la très noble et très haulte majesté royale, comme vray subgect ».

1408, Martii 8, Parisiis.

Arch. nat Paris., X[1a] 4788, fol. 60[b]. *Journal de Nicolas de Baye*, ed. TUETEY, I, p. 222. — Cum an. 1407, Nov. 23,

Ludovicus dux Aurelianensis, quem populus tyrannum habebat, Parisiis instigante duce Burgundiae occisus est, dux Burgundiae Decembri aufugit, sed an. 1408, Februario, cum armatis Parisios ingressus est, ibique quaerebat, qui patrocinium sui criminis assumeret, et invenit mag. Johannem Parvi (Jean Petit), quem dux Burgundiae in studio nutrivit, et adhuc nutriet, ut ipse asserebat (vid. *Monstrelet*, I, p. 184). Defensio Johannis Parvi postea scriptis in lingua gallica et latina evulgata est sub inscriptione *Justification du duc de Bourgogne*, quae post longam Introductionem pro themate habet *Radix omnium malorum cupiditas*. Vid. eam apud *Chron de Monstrelet*, ed. Douet-d'Arcq, I, p. 178-242 (gallice); Bibl nat Paris., ms. lat. 1486ª, fol. 151-166ᵇ (gall.), 167-179 (lat.), Bibl. Arsen. Paris., ms. 3728, fol. 1-40ᵇ (gallice). Bibl. nat., ms. lat 9789, fol. 1, supersunt 8 veritates propositae a Joh. Parvi in sua oratione (gall.) *Opp. Gerson* , V, 15 sqq. (latine). Anno 1414 Parisiis saltem 11 exemplaria seu « quaterni » *Justificationis* exstabant (*Opp* , p. 220, 237, 273)

1. Defunctus est an. 1411, Jul. 15, Hesdini, et sepultus apud Fratres Minores (*Chron de Monstrelet*, II, p. 123). In ultima infirmitate dixit « Utinam nunquam didicissem verbum in scolis » *Opp. Gerson.*, V, 168. — 2 Haec nota est magni momenti, quae hucusque omnes fugit, et habetur in assertione Petri Blancbouli, mag. theol., qui etiam bursarius collegii Thesaurarii fuit, an. 1413, Decemb 6 (*Opp. Gerson.*, V, 75 et 212), et adjungit « contra voluntatem totius Collegii fecit dictam propositionem, et nullus ipsorum de Collegio fuit presens ». Cum Johannes Parvi bursarius Collegii Thesaurarii fuerit, quisnam audebit adhuc asserere, eum fuisse Minorem vel Praedicatorem? — 3. Quae sequuntur, desumpta sunt ex « Explicit » ad « Justification du duc » in ms lat. 1486ª, fol. 166ᵇ et 179.

1850. *Carolus VI prohibet ne supposita Universitatis magis quam quicumque alii congregationes populi convocent, sive in ecclesiis, sive extra eas*

1408, April 6, Parisiis.

Charles, par la grâce de Dieu, roy de France, au prevost de Paris ou à son lieutenant, salut. Comme à quelque personne qui ce soit, de quelconque auctorité ou preeminence que elle use en nostre royaume, soit nostre ainsné filz ne autre, excepté à nous seulement, qui sommez seul souverain seigneur en nostredit royaume, ne loise ne apparteigne faire convocacion ne assemblée de peuple en ycellui nostre royaume sans noz licence, expres commandement; et ceulx qui feroient le contraire, encherroient envers nous en crime de lèse majesté; et pour obvier aux inconveniens qui de ce se pourroient ensuir, avons pieça fait crier, proclamer et fait deffendre publiquement en ceste nostre ville de Paris et en pluseurs autres lieux de nostredit royaume sur moult grans peines, que aucun ne presumast y faire aucunes convocacions ne assemblées de peuple sans noz licence et commandemens dessusdiz. Si comme ce est assez notoire à tous, neantmoins si comme de nouvel est venu à nostre congnoissance, aucuns suppos de nostre amée fille l'Université de l'estude de Paris, ou autres meuz de leur voulenté, soubz umbre de certaines couleurs, ont mis et atachié ou fait mettre et atachier en pluseurs eglises de nostredicte ville de Paris et ailleurs certaines cedules pour induire, inciter et esmouvoir le peuple d'icelle de se assembler en certain lieu et à certain brief jour, en entencion et propos, comme nous avons entendu et sentons par vrayes semblables presumpcions et conjectures, de dire et proposer entre autres choses audit peuple pluseurs paroles grandement prejudiciables et dommaigables à nous, à nostredit royaume et à noz subgez et bien publique d'icellui, qui est chose de tres mauvais exemple, et s'en pourroit ensuir de tres grans dommaiges et inconveniens, se à ce n'estoit par nous pourveu de hatif remède Nous . .. vous mandons, commettons et enjoignons estroictement, que incontinent sans aucun delay, vous deffendez et faites crier

publiquement en nostredicte ville de Paris, en tous les lieux où l'en a acoustumez à faire criz, et par ces presentes deffendons à tous noz subgiez generaument, de quelque estat et auctorité qu'ilz soient, sur peine de corps et de biens, que aucuns d'eulz ne aille à ladicte convocacion ou assemblée ne assemblées. [Et pour ce que nagaires ladicte Université a fait faire certaine predicacion en l'eglise de Saint Martin des Champs contre nostre dicte deffense[1] ... en grant lesion de nostre seigneurie, et pourroit plus estre se tèles assemblees s'acoustumoient faire, vous mandons en commettant, se mestier est, que de ces choses vous vous informez bien et diligement, et tous ceulx que par vostre informacion en trouverez estre coulpables, punissiez les ainsy que au cas appartendra.] Toutesvoies nostre entencion n'est pas que se aucuns de ladicte Université wellent preschier la parole en Dieu, ainsy que ilz ont acoustumé de faire, que ilz ne le facent que en la forme et manières deues, et que ilz ont acoustumé de faire ès eglises de nostre dicte ville de Paris, et non autrement. Et oultre vous mandons et commandons par ces mesmes presentes, que vous faciez et faicte deffendre à tous les gens d'église d'icelle nostre ville de Paris, que ilz ne souffrent faire telles assemblées ou convocations en leurs dictes eglises, sur certaines grans peines, et ce mêmes leurs deffendons par ces presentes [Et avecques ce vous mandons et commandons, que se pour le temps avenir aucuns de ladicte Université vouloient faire ou s'efforçoient de vouloir faire telles assemblées ou convocacions, que incontinent vous faciez armer tous noz officiers et les sergens de nostre ville de Paris, et prendre ou faire prendre tous ceulx que vous en sariez estre coulpables, et les pugnir tellement que ce feust exemple à tous autres pour le temps avenir.] Donné à Paris le vj^e jour d'Avril, l'an de grâce mil quatre cens et sept, et de nostre règne le XXVIIIe [2].

Arch. nat Paris, Livre rouge vieil du Châtelet, Y 2, fol. 269^b. — Ordinatio publicata est die sequenti, sabbato in vigilia dominicae Ram palm. (« veille des Paques Flories ») Sed jam Febr 18 eaedem litterae, quibusdam demptis, supra inter uncos inclusis, datae sunt (ibid, fol. 270^b). Ambae in *Ordonn des rois*, IX, 293.

1. Ms^ti folium dilaceratum. — 2. Sequuntur nomina eorum qui fuerunt in magno consilio, et nota quod decretum April. 7 publicatum est.

1851. *Johannes Gerson coram rege Franciae nomine Universitatis, in lingua gallica, orationem de justitia habet, et quidem propter factum praepositi Guillelmi de Tignonvilla, qui duos scholares homicidas supplicio capitali punierat* [1], *cum hucusque neque ecclesiae, neque Universitati justitia facta sit, semper durat suspensio a lectionibus et sermonibus in Universitate* « Diligite justitiam »

1408, ante Maii 5 vel 12, Parisiis

Bibl. nat. Paris., ms. franc. 25552, fol 37-48. *Opp. Gerson.*, IV, 642 (lat.). — Bourret, *Essai historique et critique sur les sermons franç de Gerson*, p. 117, juste observat « C'est peut-être ce que le chancelier a écrit de plus parfait en ce genre. On trouve dans ce discours une science profonde du droit, des pensées élevées... Le style en est serré, concis et beaucoup moins surchargé que dans la harangue précédente (i. e. an. 1405, supra, nº 1819) de citations étrangeres ». Nihilominus patrocinium causae deterioris suscepit, causam duorum homicidarum, quos praepositus Paris juste, licet invita Universitate, suspenderat, immo Gerson miratur, cur praepositus « ne s'[h]umilie point, ne submet à amendement et ne vuelt confesser qu'il aist fait mal » (fol. 46^b).

1. Vid supra nº 1840.

1852. *Relatio restitutionis corporum Leodegarii du Moucel et Oliverii Burgensis scholarium facta Universitati Parisiensi e mandato regis.*

1408, Maii 16, Parisiis.

In nomine Domini, amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno ejusdem Domini millesimo quadringentesimo octavo, indictione prima, mensis Maii die decima sexta, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Benedicti, divina providentia pape tertii decimi, anno decimo quarto, in nostrorum notariorum publicorum testiumque infra scriptorum ad hec vocatorum specialiter et rogatorum presentia, venerabilibus et discretis viris, magistris Johanne Bruilloti procuratore et promotore alme matris nostre Universitatis Parisiensis, Henrico Malinepotis, magistris in artibus, et Johanne Testart, subbedello venerabilis nationis Francie in prefata Universitate, ex parte ipsius Universitatis; Johanne Melloti juniore, Alano Le Mieu, promotoribus curie Parisiensis, ac Michaele de Rivo altero commissariorum ipsius curie, necnon Yvone Dugril et Guillermo Yvelin, servientibus ipsius curie, prope patibulum dictum Montemfalconem prope Parisius existentibus et accessis, comparuerunt et accesserunt ibidem, circiter octavam horam de mane, discretus vir Johannes Chouart, clericus grefferius criminalis Castelleti Parisiensis, Franciscus Targis, Johannes Fontis, Guillelmus Quiller, Guillelmus Viviani, servientes equestres; Michael Renart, Mathurinus Clopere, Guillelmus Maupoint et Guillelmus Le Rouge, servientes ad virgam, una cum pluribus aliis servientibus tam equestribus quam pedestribus, usque ad numerum et estimationem sex viginti, prout dicebat et refferebat dictus Chouart.

Quibus sic accessis ibidem, et inter ipsos habito colloquio juxta crucem dicti loci de Montefalconis, prefatus Chouart et dicti servientes venerunt ad presentiam supra nominatorum promotorum; et eisdem dixit quod ibidem venerat ex parte regis pro faciendo et deducendo ad effectum contenta in litteris regiis super restitutione cadaverum seu corporum deffunctorum magistri Leodegarii Du Moucel et Oliverii Burgensis nuper ad dictum patibulum suspensorum, et appunctuamento inter dominum nostrum regem et ejus consilium ex una parte, et dominum rectorem et deputatos ipsius Universitatis super modum ipsius restitutionis facto et habito; offerens se promptum esse premissa adimplere et fieri facere juxta et secundum formam et tenorem litterarum regiarum super hoc confectarum, quarum tenor inferius est insertus A quo quidem grefferio petiit dictus magister Johannes Bruilloti, si ipse secum adduxerat illos clientes qui interfuerant ad suspendendum ipsos magistrum Leodegarium et Oliverium, clericos et scolares. Cui ipse grefferius respondit et dixit quod, quia ipsos non cognoscebat, fuerat ordinatum, quod ibidem accederent omnes servientes Castelleti, et quod ipse compelleret dictos servientes ad interessendum cum quadriga et speculatore, si ipse promotor aut alius nomine Universitatis cognosceret et nominaret dictos servientes qui interfuerant ad suspendendum eosdem. Deinde idem pro-

motor Universitatis petiit alta et intelligibili voce ab assistentibus, quot erant hore; et ei responso dato a pluribus, quod octo hore fuerant pulsate, petiit etiam dictus promotor a speculatore seu bourello, si ipse dictos deffunctos cognosceret et cognoscebat : responsoque dato ab eodem speculatore, quod sic, demonstrando duos suspensos proximiore secundo pilario patibuli a parte molendini ad ventum, testificatoque per quamplures de astantibus ibidem qui dicebant fuisse presentes cum fuerunt suspensi, et quod ipsos bene cognoscebant, ut dicebant, et quod speculator seu bourellus verum dicebat; quod ipsi demonstrati per prefatum speculatorem erant propria corpora seu cadavera supra nominatorum Leodegarii et Oliverii, clericorum et scolarium, statim precepit idem promotor Universitatis Gauffrido Tardif, executori justicie seu speculatori, quod ipsos deponeret a patibulo. Et ascendentes sursum in scala, dictus Gauffridus speculator et ejus famulus se ceperunt ad alterum ipsorum suspensorum; petitoque per ipsum promotorem, quis erat ille primus quem volebant deponere, respondit ille Gauffridus speculator, quod erat magister Leodegarius Quo descenso, statim se ceperunt ad alterum, quem dicebant esse Oliverium. Quibus depositis, et amotis ligaminibus a manibus ipsorum suspensorum, eosdem posuerunt in sartofagis (*sic*) novis, ibidem per prefatum executorem seu speculatorem apportatis, et ipsos extra clausuram dicti patibuli asportaverunt ad portam dicti patibuli seu hostium; ipsosque deffunctos extra patibulum posuerunt, juxta quadrigam, prope predictam portam per eundem speculatorem adductam. Et accedens dictus promotor ipsius Universitatis una cum aliis magistris, promotore curie Parisiensis ac quam plurimis aliis personis, tam presbiteris, clericis et laycis quam mulieribus, ad predictam portam, statim ipse promotor precepit dicto executori justicie seu speculatori, quod ipsos discooperiret ad finem, ut citius et melius perciperentur et valerent cognosci per presentes ibidem. Quo facto, idem promotor iterum fecit eos cooperire per prefatum speculatorem et deinde ascendere et levare supra quadrigam, et deinde cooperire de quodam panno nigro. De et super quibus premissis omnibus et singulis prenominati promotores, nominibus domini Parisiensis et Universitatis, petierunt publica instrumenta eis fieri per nos, notarios publicos, ibidem presentes : presentibus venerabilibus discretis et honestis viris, dominis Johanne Durant, canonico Parisiensi, ...[1]. Quibus sic in ipsa quadriga levatis et positis, fuerunt dicta cadavera, de precepto dicti grefferii ipsius, cum suis servientibus associatis, per quadrigam retro[2] aducta per viam, per quam dicebantur fuisse ducta ad patibulum per prefatum Gauffridum speculatorem et ejus famulum[3], usque ad Castelletum Parisiense, et deinde per supra magnum pontem usque ad ecclesiam Parisiensem; et ibidem depositis de quadriga per eosdem speculatorem et ejus famulum, et positis supra trestellos, unum in terra in juridictione domini Parisiensis, et alterum in terra in juridictione capituli a qualibet parte itineris seu vie per quam seu quod intratur per magnam portam in dicta ecclesia Parisiensi.

Quibus ibidem positis et coopertis, statim accessit predictus magister Johannes, gref-

ferius criminalis dicti Castelleti, ad presentiam reverendi in Christo patris et domini, domini Parisiensis episcopi ibidem in pontificalibus, una cum domino rectore et quamplurimis magistris doctoribus, licentiatis et baccallariis utriusque juris, ibidem in capis existentibus, presenteque nobili viro domino Petro des Essars, milite, preposito Parisiensi, associatis nobilibus viris domino Florentio Dautre, milite, Anthonio des Essars, . ..[4]; ibidemque quamdam cedulam, in pergameno scriptam, quam in suis tenebat manibus, legit et publicavit alta et intelligibili voce et facto silentio Cujus cedule tenor talis est :

« Monseigneur l'évesque, et vous, monseigneur le recteur de l'Université de Paris, à la requeste et poursieute de vous, le roy nostre sire, lequel ne veult enfraindre les libertés de l'Église ne les privilèges de sa fille l'Université, nous a commandé, que les corps de feuz Ligier Du Moucel et de Olivier Bourjois, lequelx vous dites avoir esté clers et escoliers, nagaires executéz à sa justice, fussent despendus et admenés cy en vos présences et rendus à vous, et pour ce, en obéissant au roy nostre sire, les corps des dessus dis Ligier et Olivier avons fait despendre et admener cy, et les vous rendons Et veult le roy nostre sire et commande, que le prévost de Paris et ses aultres officiers en son royaulme gardent les libertés et franchises de sainte Eglise, et que aussy ledit prevost garde les privilèges de l'Université de Paris, aussy comme il a juré, et que d'ancienneté a été fait »

Quibus sic actis, reverendus in Christo pater dominus Parisiensis episcopus et rector dicte Universitatis prefati jusserunt dicta corpora seu cadavera ecclesiastice tradi sepulture. De et super quibus premissis prefati domini episcopus et rector a nobis, notariis publicis subscriptis, sibi fieri petierunt publicum instrumentum, unum vel plura.

Acta sunt hec sub anno, indictione, mense, die, pontificatu et locis predictis, presentibus ibidem dominis Guillelmo Hugonis, archidiacono Metensis ecclesie. ..[5]

Tenor dictarum litterarum regiarum, de qua (*sic*) superius fit mentio, sequitur et est talis :

« Charles, par la grâce de Dieu, *etc.* »

Par le roy, messires les ducs de Berry et de Bourgoigne, les contes de Nevers et de Vendosme, et aultres présens Sic signatum : NEAUVILLE[6].

Originale in Arch. Univ. Paris., theca IV (A. 21. t). In parte aversa legitur « Instrumentum clericorum a patibulo reductorum ». — JOURDAIN, nº 1006

Litteris Maii 12 datis, quarum supra mentio fit, Carolus VI hos duos scholares Universitati restitui jusserat (Arch Univ. Paris., theca IV, A. 21. s, Y 2, fol 277b, JOURDAIN, nº 1005) Restitutionem Universitati factam etiam refert Nicolas de Baye (ed. TUETEY, I, p. 231, Arch. nat. Paris., X1a 4788, fol 93), ubi legitur plus quam quadraginta personas de patibulo tunc detractas esse.

1. Afferuntur plura nomina, scil. capellanorum, civium Paris., inter quos Andreas Duperroy, librarius juratus Universitatis. — 2. Orig. « retro quadrigam ». — 3 Sequitur in Orig. vox « aducti », quae videtur esse delenda. — 4. Sequuntur nomina scutiferorum aliorumque — 5. Nomina praesentium, imprimis civium. — 6. Nomina notariorum Joh. Perrini, Remens. dioec, jur. can. baccal., Joh. Graffardi. — Notandum, apud S. Mathurinum positum esse epitaphium (ap. BULAEUM, V, p. 145 bis) Maii 17, in quo nominabantur Legier du Moussel et Olivier Bourgeois.

1853. *Cum referente magistro Petro de Aussona magister Johannes de Pisis, chirurgus, ante inceptionem in fac. medicinae manualiter operaretur, iste magister coram facultate promittere coactus est, se non amplius operaturum manualiter Parisius in chirurgia publice, cum hoc nunquam visum sit in studio Paris*

1408, Jun. 9, Parisius.

Comm. fac. med, I, p. 122 — JOURDAIN, nº 1016

1854. *Licentiati in facultate medicinae*

1408, Junii 16, Parisiis.

Die vero decima sexta mensis Junii anni CCCC^{mi} octavi prenominati undecim fuerunt et secundum hunc ordinem licenciati :

1	Magister	Guillelmus de Gardinis	7	Magister	Henricus de Piro[2]
2	—	Girardus Isbrandi[1]	8	—	Yvo Hugonis
3	—	Robertus Charmolue	9	—	Johannes Beraudi
4	—	Petrus de Trecis	10	—	Nicholaus Barbot
5	—	Guillelmus de Busco	11	—	Simon de Bosco
6	—	Guillelmus Haro			

Comm. fac med., I, p 124

1 Gerardus Ysebrandi de Delft saepius memoratur in *Auctar* II — 2. Fuerat « magister Corropitensis », id est Collegii Corisopitensis Paris (Comm. fac. med., I, p. 83)

1855. *Universitas Paris scribit epistolam ad Antonium ducem Brabantiae de stragibus Leodiensibus, et petit ut Johannes dux Burgundiae oppressis succurrat.*

1408, Julii 25, Parisiis.

A[1] très hault et puissant prince et très redoubté seigneur le duc de Breban, de Lotrenge, de Lymborch, et marquis de l'Empire[2].

Tres noble et tres puissant prince, nous nous recommandons à vostre haulte seigneurie tant et si humblement que faire povons, pour la grant confiance que avons eu tousjours en vostre noblesce. Tres haut et puissant prince, plusieurs fois à Paris avons eu actes à vous pour vous exposer les crueulz oultragez que les communez du Liège ont commis contre Dieu et saincte esglise, et pour secourir aux notables clers et preudeshommes qui par ce ont esté desapointés de leur estat, et avec ce avés acès congnu comment les gens d'esglise du Liège tous indifferanment qui n'ont voulu consentir à la fureur du commun encontre leur seigneur, ont esté de leur pais bannis, leurs maisons demolies, leurs biens pillés, leurs benefices donnés, et qui pis est s'en sunt ensuyvies plusieurs illusions contre Dieu et les sacremens de saincte esglise. Si est voir, tres noble prince, que entre celz gens d'eglise qui ainsi ont esté cruelment et horriblement traitiés, grant nombre estoient notables clers, maistres en divinité, docteurs en decret et aultres plusieurs facultés de nostre Université. Par quoy avec l'offense de Dieu et de l'eglise sommes injuriés et sont enfrains nos privilèges; pour quoy consideré que en ce fait present les dites communes ont donné exemple à toutes aultres de rebeller encontre leur seigneur, consideré la grant constance desdites gens d'eglise qui plus ont voulu souffrir toute persecution que consentir à la violente intrusion, que fesoient les communez liegoisez, adjousté la bonne et juste determinacion de vostre pais de Breban, qui est du diocèse du Liège, qui ne preste aucune

obeissance à l'intruz de par le commun, veu aussi que vostre frère aisné nostre tres redoubté seigneur le duc de Bourgongne se veult du tout emploier à l'aide de leur droit seigneur Jehan de Bavière eslu du Liège et sez adherens, et à restituer en leur lieu ceulx qui par ceste furieuse iniquité en ont esté deboutés; attendu l'outrageuse enormité du cas et les manières que en ce a tenus Pierre de Lune pour empeschier le traictié de l'union et continuer le scisme. Vous supplions, très haut et puissant prince, que les biens dezdites gens d'eglise qui pour et à cause de leurs chanoineries ou aultres benefices se prennent en vostre pais et duché de Breban et Lenbor, vueillés faire delivrer en leurs mains et oster tous empeschemens qui seroient au contraire, ainsi que parfaite fiance en avons en vous selon les bonnes et agreables paroles et responses que feistes à nous par pluseurs foiz en presence de vostre frère nostre tres redoubté seigneur le duc de Bourgongne, en laquelle dictes que vous pour la contemplation et prière de nous vous en feriez tant que nous en serions contens, et pour nous aucunement consolacier, nous vous prions que il vous plaise à nous signifier vostre bonne voulenté et ce que fait en aurés. En ce faisant ferés service à Dieu et a saincte eglise et à nous singulier plaisir. Tres noble et tres puissant prince, le Saint Esperit vous doint bonne vie et longue. Escript à Paris en nostre congregacion generale à Saint Maturin sur ce specialement celebré le xxve jour de Juillet.

Les tous vostres, recteur et maistres de l'Université de Paris.

Arch nat. Paris., M 65^{b}, n° 42 (olim A. 3. r). — Supra agitur de atrocitatibus, quas Leodienses (duce Henrico de Parweys) et circumvicini inferebant episcopo Leodiensi obedientiae Romanae (tunc Gregorii XII) Johanni de Bavaria, socero ducis Burgundiae, pro Theodorico, filio Henrici de Parweys et canonico Leodiens, intruso in sedem Leodiensem a Benedicto XIII an. 1407, Martii 8 (Reg Aven, vol LIV, fol. 110 sqq). Omnia per longum narrantur a Gregorio XII an. 1407, Julii 22 (Reg Vat. Gregor. XII, n° 336, fol 74^{b}-79, Lateran. n° 129, fol. 289-291^{b}. Cf. etiam n° 336, fol 38^{b} ad April. 11). De hoc etiam *Chron. de Monstrelet*, I, p. 350 sqq. Dux Burgundiae Leodiensibus bellum intulit, et an. 1408, Septemb. 23, victor evasit, intrusus durante pugna cecidit, Johannes de Bavaria in sedem restitutus est (*Chron. des ducs de Brabant par Dynter*, ed. DE RAM, III, p 176 et ERNEST PETIT, *Itinéraires de Philippe le Hardi et de Jean sans Peur*, p. 366).

1. Inscriptio in fine epistolae invenitur — 2. Antonio de Burgundia, fratri Johannis ducis Burgundiae.

1856. *Coram pluribus principibus, rectore Universitatis et magna multitudine in castro Luparae congregatis « abbas S Fiacrii[1] » O S B nomine ducissae viduae Aurelianens. ejusque filiorum sermonem habet de nece ducis Aurelianens per ducem Burgundiae, et perorat contra propositiones contentas in Apologia magistri Johannis Parvi. Fiat justitia et reparatio. Oratione finita magister Guillelmus Cousinot, advocatus Parlamenti et ducissae Aurelianens, conclusiones facit contra ducem Burgundiae Oratio abbatis incipit* · « Roy, très chrétien prince », *advocati Cousinot*. « Hec vidua erat »

1408, Septemb. 11, Parisiis.

Bibl. Arsen. Paris. 3728, fol. 41, 84. Ibi tamen non scribitur, abbatem S. Fiacrii propositionem fecisse. Bene vero ap. *Chron de Monstrelet*, ed. DOUET-D'ARCQ, I, p. 269-336, et p 337-348. Fragmenta ap. *Rel. de Saint-Denys*, IV, p. 92-130, et 130-136. Dux Burgundiae jam a Julii 5 absens fuit

1. Ast monasterium S. Fiacrii solum prioratus fuit Vid. *Gall. christ*, VIII, 1699. Fortasse designatur abbas S. Pharonis, e quo prioratus S. Fiacrii dependebat.

1857. *Pro Michaele du Riez, mag art., licent art et bacc decret, uno e quatuor principalibus librariis Universitatis Paris cautela 200 librarum interponitur*

1408, Octobris 18, Parisiis.

Andry L'Eureux, marchant, bourgeois de Paris, et Giles Pavillon, tailleur de robes, bourgeois de Paris, confessent que de nouvel maistre Michiel du Riez, maistre en ars, licencié en loys et bacheler en decret, a esté fait et créé un des quatre libraires principaulx de l'Université de Paris. Et pource qu'il est acoustumé que yceulx jurez à leur creation baillent caution de deux cens livres parisis, yceulx Andry et Giles, à la requeste et prière dudit maistre Michiel s'establissent et constituent pleiges et cautions envers nostre mère l'Université de Paris jusques à ladite somme de deux cens livres parisis pour fournir droit et restituer et repparer toutes faultes, mesprentures et interestz, que ladite nostre mère l'Université ou autre auroient, et soustiendroient par le fait dudit maistre Michiel, ou fait et deppendence de son dit office, et ycelle somme de deux cens livres parisis yceulx Andry Giles et chacun pour le tout gaigent et promettent paier à ladite nostre mère ou au porteur, toutesfoiz que besoing en sera, promettent et obligent biens chacun pour le tout, etc. Fait l'an mil CCCC et huit, ce jeudi dix huitjours d'Octobre.

M. Dubrueil. G. Poret.

Arch. nat. Paris., M 68, nº 89 (D 18. yy). — *Actes concernans le pouvoir et la direction de l'Université de Paris sur les escrivains*, etc., p. 21.

1858. *Concilium Parisiense ecclesiae Gallicanae et Delphinatus an. 1408 a mense Augusto celebratum modum statuit conferendi, neutralitate durante, beneficia viris graduatis ac litteratis aliisque, ne propter provisionis defectum studia in regno Franciae dissipentur. Tandem Octob 1 quidam episcopi et abbates designabantur, quibus Universitates Franciae alique suos rotulos tradere deberent, et isti collatores beneficiorum « tenebuntur secundum ordinem nominationis et collocationis de beneficiis vacantibus ... disponere ». Octob. 9, 16, 19 praeterea quaedam particularia statuebantur.*

1408, Aug., Octob. 1, 9, 16, 19, Parisiis.

Bibl. nat. Paris., ms lat. 14643, fol. 15ᵇ, Bul., V, 182. — Inter tunc praesentes nominantur Joh. Breviscoxe, Henricus de Bragella, mag. theol., Petrus Cochon, Joh. Warini, mag. art., lic. in decr. — In eodem msᵗᵒ, fol. 14ᵇ (Bul., p. 179) inveniuntur « articuli communes super provisionibus quoad modum assignandi ». Tandem fol. 354-358 occurrunt « Advisamenta super regimine ecclesie Gallicane durante neutralitate deliberata et conclusa Parisius per Concilium ecclesie prelibate, quinta mens. Novembris an. Dom. M CCCC VIIIº », ubi etiam de provisione beneficiorum Eadem in ms. lat. 9789, fol. 255, 259ᵇ. Pro *Chartul.* haec annotasse sufficiat

---

1859. *Facultas medicinae unas vesperias vel unum principium solummodo singulis septimanis fieri jubet.*

1408, Octob. 27, Parisiis.

xxvijº die Octobris anni CCCC^mi octavi per facultatem fuit conclusum quod quia aliqui licenciati incipere volentes magistros ad suas vesperias et principia precipitabant, actus facultatis solemnes conculcando; ne admodo due vesperie vel eciam duo principia eadem

hebdomada fierent vel eadem septimana fieri pronunciarentur; sed tantum vesperie et principium unius et ejusdem valeant compleri tempore cuilibet incepturorum prefixo et ordinato, presentibus magistris hic subscriptis fiebat hec ordinacio propterea quia magistri mei reverendi Yvo Hugonis et Johannes Beraudi oppositum hujus facere pretensi sunt.

Comm. fac med., I, p. 127

1860. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1408-1409*

1408, Novemb 3, Parisiis.

Anni millesimi CCCC octavi [die] sabbati que fuit tercia mensis Novembris post festum Omnium Sanctorum, inceperunt magistri quorum nomina subscribuntur suas lectiones ordinarias :

Thomas de Sancto Petro.
Guillelmus Boucherii.
Johannes de Bellomonte.
Martinus Gazel.
Petrus de Aussonna[1]
Guillelmus de Camera.
Johannes de Ens.
Johannes Comitis
Johannes Leporis.
Petrus Mioti.
Guillelmus Pelleparii
Heinricus Pellati
Johannes Tanquard
Johannes Du Martroy.
Johannes Bellardi
Jacobus Sacespée.
Heinricus Doygny
Droco Decani
Guillelmus Nepotis
Nicholaus de Mola
Oliverius Gambelini
Johannes Basini
Guido de Monte Fiqueti
Johannes Casson
Yvo Levis
Petrus Cardonnel
Guillelmus Fabri
Johannes de Pisis
Guillelmus de Gardinis
Robertus Charmolue
Petrus de Trecis
Guillelmus de Busco
Guillelmus Haro
Johannes Beraudi [34]

Comm. fac. med. Paris., I, p. 130. — Nov. 3 Johannes Casson continuatus est decanus.

Iidem mag regentes an. 1409, praeter Oliverium Gambelini, Joh Basini, addito in fine Nicholao Barboti (ibid., p. 144) Decanus fuit Yvo Levis.

1. Ultimum an 1409 inter regentes nominatur, moriturus an 1410 die festo Decollationis S Johannis Baptistae. Librum Galeni de utilitate partium facultati med. legavit (Bertrand, *Annales medici. ms* , p. 299). Ejus testamentum vid. ap Tuetey, *Testaments enregistres sous le règne de Charles VI.* in *Melanges historiques*, t. III (1880), p. 504

1861. *Johannes Gerson, cancellarius Parisiens., nomine Universitatis orationem in lingua gallica habet ad pacem conciliandam inter domum Aurelianensem et domum Burgundiae* « Veniat pax »

1408, Novemb., Parisiis

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 14582, fol. 36 (gallice), cum tamen Bourret, *Essai hist. et crit sur les sermons français de Gerson*, p. 118, textum originalem se non invenisse confiteatur, et Jourdain, p. 224, not. 1, asserat gallicum textum jam non exstare Latine in *Opp. Gerson.*, IV, 625. Sermonem mense Novembri habitum esse, ex Introductione ejusdem patet, nam Gerson ibi Introitum « de la grante messe de trois dimenches de ce temps » affert « [Dicit Dominus,] ecce cogito cogitationes pacis », etc. Eae tres dominicae sunt dom. 23-25 post Pentecosten (v. g. in Missali, Bibl Univers. ms. 705, fol. 272[b]

sqq.), et tres tantum dominicae hoc Introitu an. 1408 utebantur, licet quibusdam aliis annis quinque dominicae a dom. 23ª ad 27ᵃᵐ (v. g. ibid., nº 177, fol. 96ᵇ sq.). De sermone ipso cf. SCHWAB, *Gerson*, p. 438 sqq. Vix credendum eumdem Gersonem qui ea pronuntiavit, post quinque annos contra ducem Burgundiae tam acriter occasione propositionum Johannis Parvi terribile bellum agitavisse.

1862. *Universitas Paris collectori in episcopatu Dolensi scribit, subcollectorem magistro Laurentio de Moriaco, mag. artium et bacc. in legibus, sub pretextu vacantium beneficiorum quae nuper Benedictus XIII usurpabat, contra arrestum parlamenti et ecclesiae Gallicanae, occasione ecclesiae S. Petri de Migniaco molestias inferre. Scribat subcollectori, ne quidquam exigat.* « Intelleximus »

An. 1407-1408, Parisiis.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 89 (olim A. 33. n).

1863. *Licentiati in facultate theologiae.*

An. 1408, Parisiis.

Mag. Guillelmus Pulchrinepotis fuit licentiatus ante festum S^ti^ Johannis.

Qui sequuntur vero post festum S^ti^ Remigii[1]

Mag. Simon de Ulmonte, Nav.
Mag. Petrus de Nogento
Fr. Johannes Richelis[2], provincialis Pred.
Mag. Guillelmus Hotot[3], monasterii S. Wandrigisilii
Fr. Johannes, abbas de Gardo[4], Cisterc.
Fr. Guerinus de Lotharingia, Minor
Fr. Johannes de Gorrello[5], Minor
Mag. Jacobus Parvi
Fr. Egidius de Bello Becco[6]
Mag. Herveus de Villanova[7]
Mag. Nicolaus de Duno
Fr. Robertus Griselli, Carm^ta^

Post festum Omnium Sanctorum[8]

Mag. Arnaudus de Brevimonte

Licentiati post Natale

Mag. Pontius Simoneti
Mag. Arnaldus Uitwic[9]
Fr. Franciscus de Populeto[10], Cisterc.
Mag. Johannes de Castellione[11] [18]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5657ª, fol. 13. Vid. not. 1 et 8.

1 Sed ante an. 1409, cum Johannes de Gorello in documento an. 1409, Januar. 2, jam vocetur licent. in theol. — **2.** Ms. « Michelis », ut etiam QUÉTIF-ECHARD, I, 755. An. 1403, Jul. 22, in provincialem prov. Franciae electus, solummodo ab an. 1404 vel 1405 pacifice munere suo fungi potuit (Bibl. nat. Paris., ms. lat. 14582, fol. 146, et QUÉTIF, etc., l. c.). Quando a provinciali Franciae factus sit inquisitor Carcassonens. (Petro de Maralegio defuncto), nescimus. Certe sub Martino V, ad quem (nomine non expresso) Universitas Paris., postquam inquisitor institutus fuerat, scripsit « A summis pontificibus provincialibus Francie Ord. Pred. collata est auctoritas instituendi in regno Francie sex inquisitores heret. pravit., et specialiter in Carquassona debet unum de provincia Francie ordinare, ne, *si de dicta patria existeret, tandem aliquando, patrie aut parentum devictus amore, veteri errori Albigensium non satis obstaret* ». Hinc provincialis Franciae Johannem Richelis, doct. theol., et per decem annos provincialem Franciae, in inquisitorem ibidem instituit. Provincialis Tolosanus vero alium ibidem triduo post intrusit. Remedium a papa Universitas postulat (Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 23). Intrusus in Suppl. Mart. V, nº 167, fol. 249ᵇ, vocatur Raymundus de Tilio, ad an. 1424, Febr. 12. Usque ad istam tempestatem lis inter duos durabat, nam ante an. 1423 Ubertinus de Albicis, procurator general. Ord., causam ad se vocavit, et an. 1423 Leonardus de Florentia, mag. general. Ordinis, Raymundum, quia « magis habilis et idoneus » quam Johannes fuit, in inquisitorem instituit (RIPOLL, *Bull. Ord. Praed.*, II, 637). — **3.** An. 1410 a monasterio S. Wandrigisilli in abbatem electus est, et Universitas Paris. April. 13 summo pontifici supplicabat, ut electionem confirmaret (Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 140, sine anno). Sed Johannes XXIII, Jun. 2, Guillelmum abbatiae B. Mariae de S. Petro supra Divam, Sagiens. dioec., praefecit (Reg. Vat. Lateran. Joh. XXIII, nº 142, fol. 171), an. sequenti, Julii 20, abbatiae S. Pauli de Cormeriaco, Turonens. dioec. (ibid., nº 151, fol. 159ᵇ), et quamvis postea abbatiam de Corbeya, Ambianens. dioec., in commendam obtinuerit usque ad an. 1428, Octob. (Arch. Vat., XII, 121, p. 230), remansit tamen abbas de Cormeriaco. An. 1433, Febr. 18, episc. Silvanectens. (Oblig., nº 66, fol. 157). Ad haec vid. *Gall. christ.*, X, Instrum. p. 501, XIV, 267. — **4** Johannes de Alneto, seu Picart (vid. *Gall. christ.*, X, p. 1332), ab an. 1388 abbas B. Mariae de Gardo (Reg. Vat. Clem. VII, nº 299, fol. 17), an. 1410, Maii 30, translatus ad abbatiam Ursicampi, Noviomens. dioec. (Reg. Lateran. Joh. XXIII, nº 142, fol. 169), an. 1429, Martii 9, abbas Cisterc. (Arch.

Vat., XII, 121, p 239). Fuit in Concilio Basiliensi — **5.** In margine add. « Ante magisterium die 2da Januarii 1408 revocavit errores contra hierarchiam ecclesiasticam in Navarra » Vid. numm sequentem. — **6.** Add. « abbas Belliprati. Alibi dicitur abbas Fiscafinens. ». Revera primum, an. 1403 Octob. 15, « Egidius Duremortis », monachus Bellibecci, bacc. form. theol., factus est abbas de Belloprato (Reg. Aven. Ben. XIII, vol XXXI, fol. 505), an. 1413, Jul. 31, abbas Bellibecci (Reg. Lat. Joh. XXIII, nº 174, fol 140), an. 1423, Mart. 10, abbas Fiscannens. (Arch Vat., XII, 121, p. 160). In *Gall. christ.*, IX, 836, XI, 212, 302, plura incerta. An. 1439, Octob. 9, factus est episcopus Constantiens. (Obligat., nº 66. fol. 48). — **7** Seu « Novavilla », ad quem Gerardus Machet scripsit. — **8** In msto sequentes afferuntur ad an. 1409 Sed perperam, nam Pontius Simoneti et Arnaldus Uitwiic jam an. 1408 (1409), Febr. 26, ut licentiati in theol. afferuntur (vid. Bul., V, 191). Ergo in fine an. 1408, vel in principio an. 1409 licentiati sunt — **9.** Ms « Wetbit », in margine « VVtvvit » Vid. ad haec *Auctar.* I — **10** Seu « Franciscus de Ecclesiis », qui ex parte Benedicti XIII fuit, ut inter alia patet ex Instructionibus, quas Johannes Umberti an. 1414 ad Benedictum portavit (Arch. Vat Reg. Bened. XIII, nº 332, fol. 28-29b) An. 1415, Jan. 28, factus est abbas B. Mariae de Castellariis dioec. Pictavens (Reg. Lat. Joh. XXIII, nº 178, fol. 305; omittitur in *Gall christ.*, II, 1349), et fuit in Concilio Constantiensi, ubi an. 1416 defunctus est, saltem jam mense Sept. Vid. ad an. 1416, Aug 19, Sept 12, *etc* , not — **11.** In msto appellatur « frater », et Ord. Min., sed perperam, nam fuit cler. saecularis (vid. supra p 84) Cum jam esset mag theol. (« maistre Jehan de Chastillon, maistre en théol. de Paris »), Universitas Paris. eum cuidam principi recommendavit, dicens eum etiam ad archiepiscopum Senonens. pedes dirigere (Arch. nat. Paris , M 65b, nº 70).

1864. « *Deliberatio facultatis theologie Parisiensis super quibusdam dictis per fratrem Johannem Gorre[l], Minorem, in suis vesperiis* » *de curatis et Mendicantibus quantum ad sacramentum poenitentiae*

1409, Januarii 2, Parisiis.

In nomine Domini, amen. Universis presens publicum instrumentum inspecturis pateat evidenter, quod anno ejusdem Domini M CCCCº octavo more gallicano, indictione 2a, mensis Januarii die 2a, ab electione Petri de Luna ultimo in papam electi, qui dudum Benedictus XIII nuncupatur, an. xv, in congregatione venerabilium et circumspectorum virorum dominorum et magistrorum sacre facultatis theologice studii[1] Paris. in aula collegii theologorum de Navarra multum solempniter congregatorum, et more solito dicte facultatis theologice congregationem ibidem celebrantium, de mandato reverendi patris domini cancellarii Parisiensis, tam regentium quam non regentium, et religiosorum ac secularium, ad infrascripta ibidem vocatorum specialiter, propter hoc personaliter constitutus prefatus cancellarius Parisiensis, dicens et proponens quod mag. Johannes de Gorrello[2], Ordinis fratrum Minorum, licentiatus in theologia, post vesperias suas fuerat delatus apud ipsum, et consequenter apud dictam facultatem theologie, tanquam dixisset ea que sequuntur, sicut etiam scripta sua exhibita de propria manu sonare videbantur, forma que sequitur, continentia :

1º Quod sacramentum penitentie nichil agit in habente gratiam virtute sacramenti : fundatur quia sacramentum penitentie non respicit principaliter nisi expulsionem culpe.

2º Quod rite confessus non possit obligari, ut iterum confiteatur eadem peccata. Et hoc ex radice precedentis dicti.

3º Curatis non competit, ut tales sunt, predicare, confessare, extremam unctionem dare, sepulturas dare, decimas recipere. Fundatur in hoc quod curati non sunt de institutione Christi et ecclesie primaria, sed per Dyonisium papam fuerunt ordinati Item quia

stat curatos esse, qui non erunt sacerdotes. Item quia locus parrochialis non est ille quem elegit Dominus, secundum figuram antique legis, alioquin deberet illic comedi, etc

4° Fratribus competit principalius vel essentialius predicare et confessiones audire quam curatis. Fundatur quia fratribus competit ex regula. Et hoc est principalius vel essentialius quam ex statuto Dyonisii Item quia stat quod non sint sacerdotes Item quia hec auctoritas : « Agnosce vultum pecoris tui » non intelligitur de confessione.

5° Curatis habentibus sufficienter aliunde non licet recipere decimas ad usum proprium, ymo sacrilegium committerent.

Que propositiones, seu dicta, pluries per deputatos ejusdem facultatis diligenter examinate judicabantur esse reparande, presertim cum dominus rector et multi de Universitate talem reparationem requisissent in presentia dicte facultatis. Tandem prefatus dom. cancellarius ex matura et diligenti ac concordi deliberatione magistrorum dicte facultatis, tam regentium quam non regentium, et tam secularium quam religiosorum, prehabita, conclusit quod predictus frater Johannes de Gorrello, Ordinis fratrum Minorum, qui tunc et alias auditus fuit ad longum, et cujus intentio scita fuerat, qui etiam submiserat se dicte facultati theologie, diceret in die aule sue ante receptionem birreti sub hac forma :

« Ex vesperiis meis quidam fuerunt scandalizati, sicut michi significatum est per matrem meam facultatem theologie, tamquam intellexerint, quod voluerim inter alia detrahere statui dominorum curatorum et quorumdam aliorum ecclesiasticorum; propterea volens quantum in me est tollere omne scandalum et esse filius obedientie et pacis et assertor veritatis, dico nunc ex ordinatione ejusdem matris mee et ultronea voluntate veritates que secuntur :

1a Domini curati sunt in ecclesia minores prelati et iherarche ex primaria institutione Christi, quibus competit ex statu jus predicandi, jus confessiones audiendi, jus sacramenta ecclesiastica secundum exigentiam sui status et parrochianorum ministrandi, jus sepulturas dandi, jus insuper decimas et alia jura parrochialia recipiendi

2a Item quod jus predicandi et confessandi competit prelatis et curatis principaliter et essentialiter, et Mendicantibus de per accidens ex privilegio : quoniam sunt introducti vel admissi ex commissione et beneplacito dominorum prelatorum

3a Item quod eadem peccata possunt licite et meritorie pluries confiteri in multis casibus, et quod virtute sacramenti prodesse poterit eis quelibet talis reiterata[3] confessio.

4a Quod ista auctoritas : « Agnosce vultum pecoris tui » bene et apte intelligitur de agnitione in foro penitentie.

5a Quod locus parrochialis est congruus et ordinarius, ut sacramenta ecclesiastica recipiantur in eo.

6a Dum posui quod curatis, habentibus sufficienter unde vivere aliunde quam de decimis, non licet recipere decimas ad usum proprium, ymo sacrilegium committerent : nolui per hoc dare occasionem laycis vel aliis, quominus decimas solverent, sed volui con-

dempnare abusum, et non juri dominorum curatorum detrahere super receptione et usu licito decimarum, sicut arbitror sanctos doctores quos allegavi intelligere voluisse Denique si aliqua protulerim vel scripserim que videantur predictis contraria, vel que aliter accepta sint, nolo in eis stare, sed volo et supplico haberi pro non dictis vel scriptis, et alia quecumque que viderentur prebere occasionem scandali vel erroris. »

De et super qua conclusione per dictum dominum cancellarium facta et per dictum fratrem Johannem de Gorrello licentiatum acceptata, idem dominus cancellarius petiit a me notario publico subscripto sibi fieri et confici publicum instrumentum, unum aut plura, presentibus ad hec venerabilibus et circumspectis viris dominis et magistris Petro Wart, Gauffrido Lattacher[4], Guillelmo de Bevilla. Johanne d'Achery, Johanne Mathie, Mattheo Roeder, Jordano Morini, et Johanne de Dulcimesnillo[5], necnon venerabilibus et religiosis viris dominis et magistris Arnulpho[6] de Fonte, Ordinis fratrum Minorum, Richardo Generalis, ejusdem Ord.[7], ac Guillelmo de Sanctis, Ordinis fratrum Heremitarum S. Augustini, et Jacobo de Liffodio, ejusdem Ordinis, omnibus sacre theologie professoribus, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Johannes Mancion Parisiensis, publicus apostolica auctoritate notarius, principalisque bedellus facultatis theologie studii Parisiensis, quia premisse conclusioni, *etc.*

Bibl. nat Paris., mss. lat. 3126, fol. 81, 14902, fol. 284, e quo supra inscriptio. — Bul. V, 189, D'Argentré, I[b], p. 179, ambo cum nominibus vitiatis.

1 « studii .... Navarra » om ms. 14902. — 2. Idem ac Johannes de Corrello (ut quandoque etiam ms. 3126, v. g. fol. 1 et 81 scribit) Ord. Min., in theol. mag, qui an 1412, Jul., in curia Rom morabatur et a papa ad magisterium conferendum Matheo Deserti ejusd. Ord, bac. formato Paris., deputatus erat (Reg. Lat. Joh XXIII, n° 166, fol. 251[b]). — 3. Mss. : « recitata ». — 4. Mss. : « Latancher ». — 5 Edd. « Vasmenillo », et antea « Moria ». — 6. Edd : « Amelfo ». — 7. Edd eum omittunt

---

1865. *Carolus VI praelatis, abbatibus caeterisque beneficiorum collatoribus mandat, ut suppositis Universitatis Paris mille beneficia reserventur, cum Universitas laboribus ad exstinguendum schisma occupata nullum a Benedicto XIII, quando papa electus fuit, favorem petierit Beneficia autem quae quatuor praelati potius familiaribus regis reginaeque quam suppositis Universitatis conferre properabant, jam vicissim uni familiari et uni supposito tribuenda esse jubet* Donné à Paris, le xx[e] jour de Mars l'an Mil CCCC et huit « Nous avons entendu »

1409, Martii 20, Parisiis.

Bulaeus, V, 186.

1866. *Licentiati in facultate theologiae*

An. 1409, Parisiis.

Mense Martio ante Pascha

Mag Jacobus de Noviano[1], Nav
— Simon Daynar, archid. Pampilonensis
— Reginaldus de Fontanis[2].
— Johannes Contareno de Venetiis[3]

Fr Henricus Pistoris, prebendarius S Victoris
Mag Johannes Foucquerelly[4]
— Aymericus de Brusseriis[5], Aug
— Gerardus Canonici alias Doemherre[6], Treverens dioc

[8]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5657[a], fol. 13. Inscriptio in ms[to] : « Eodem anno (1408), mense Martio ante Pascha ». Festum

Paschae an. 1409 fuit April. 7. Postea in ms^to veniunt licentiati, quos supra nº 1863 in fine « Post festum Omn SS. », etc., edidimus.

1. De quo jam p. 84, ad quem Nicolaus de Clamengis plures epistolas direxit. Sed jam in principio anni 1411 obiit Bononiae, de cujus morte vid. Nicolai de Clamengis epp. 69 et 70 (ed. Lydii, p. 199 sqq.). — 2 De quo jam supra p. 83, not. 13, et pluries infra. — 3. An. 1409, Octob. 8, jam a Gregorio XII vocatur in s. pagina magister, electus Constantinopolitan. (Reg. Vat. nº 337, fol. 120), an 1422, Jul. 17, patriarcha Alexandrinus, an. 1424, Jul. 14, iterum Constantinopolit (Arch. Vat, XII, 121, p. 153, Reg. Lat. Mart. V, an. 7, Provis, fol. 90) — 4. Ante an. 1415 curatus ecclesiae SS. Cosmae et Damiani Paris. (Arch. nat. Paris., M 65^a, nº 99), an. 1423, Maii 14, episcopus Silvanectens. (Arch. Vat, arm. XII, 121, p 162) — 5. Seu « de Bituria », ut infra ad an. 1413 scribitur. — 6. De quo in *Auctar* I et II. Omittitur in ms^to. Sed ipsemet scribit in quadam epist ad mag Johannem Bori, se esse magistrum in art an. 1395, et licentiatum in theol. an. 1409, postulatque minutam recommendatoriam ex parte procuratoris et magistrorum nat. Anglic., unam ex parte provisoris et provinciae magistror. et scolar. Alemanniae generalem ad omnes viros ecclesiast., praelatos, capitula, abbates, etc, ad quos se duxerit transferendum pro auxilio et favore, aliam ad omnes reges, principes, comites (cf *Auctar.*, II, p 65, 12), etc., aliam ad civitates Treverens et Lucemburgens. (Arch. nat. Paris., M 65^a, nº 60).

1867. *De rotulo ad Alexandrum V mittendo*

1409, Augusti 17, Parisiis

Facta fuit congregatio Universitatis in S. Bernardo super facto rotuli. Et ibi conclusus fuit rotulus concorditer per omnes nationes et facultates mittendus dom. nostro pape.

Bul, V, 194, e lib. proc. nat. Gallic — Rotulus jam non exstat Septemb 7 pro natione Gallic mag. Gervasius Clerici in portitorem rotuli eligebatur (ibid); 24 Aug. pro nat. Anglic. Guillelmus Bloc (*Auctar*, II, p. 58, 24) Septemb. 7 facultas medicinae, et quidem magistri regentes, exclusis non regentibus, elegerunt Henricum Doigny, at Novemb. 10 mag. Petrum Cardonelli (Comm. fac med, I, p. 136, 140). Portitor rotuli ex parte fac. theol videtur fuisse Nicolaus Canage (vid *Auct.*, II, p. 85, 6).

Baccalarei artium etiam rotulum miserunt (*Auctar.*, II, p. 66, 6). Rotuli post Decemb 15 solum ad curiam portati sunt, sed propter mortem papae in curia non fuerunt expediti (ibid., p. 77, not. 4).

1868. *Alexander V eos improbat qui fratribus Mendicantibus jus praedicandi, confessiones audiendi, sacramenta ministrandi non competere sustinebant*

1409, Octob. 12, Pisis.

Alexander, *etc.*, venerabilibus fratribus, universis patriarchis, archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis electis, *etc.* Regnans in excelsis triumphans ecclesia .... Sane dudum fel. rec Bonifacius papa VIII predecessor noster in constitutione sua que incipit *Super cathedram*[1]... auctoritate apostolica statuit et etiam ordinavit, ut dictorum Ordinum fratres [Predicatores, Minores, et successive Eremite S. Augustini et religiosi B. Marie de Monte Carmelo] in ecclesiis et locis eorum et in plateis communibus libere valerent clero et populo predicare et proponere verbum Dei, hora illa duntaxat excepta in qua vellent prelati ecclesiarum coram se facere solemniter predicare, in qua fratres ipsi predicare cessarent, preterquam si aliud de ipsorum prelatorum consensu procederet ex licentia speciali. In studiis autem generalibus, ubi sermones ex more fieri solent diebus illis, quibus predicari solemniter consuevit, ad funera etiam mortuorum, et in festis specialibus seu etiam peculiaribus eorundem fratrum possent iidem fratres et liceret eis predicare libere, nisi forsan in illa hora qua solet ad clerum in predictis locis seu studiis proponi verbum Dei, episcopus vel prelatus superior clerum ad se generaliter convocaret, aut ex aliqua ratione vel causa

urgente clerum ipsum duceret congregandum In ecclesiis autem parochialibus fratres illi nullatenus auderent nec deberent predicare vel proponere verbum Dei, nisi fratres ipsi a parochialibus sacerdotibus invitati vel vocati fortassis existerent, vel de ipsorum placito vel assensu petita licentia vel obtenta foret.

Postea vero ad pie memorie Johannis pape XXII etiam predecessoris nostri notitiam deducto, quod quondam Johannes de Poliaco in sacra theologia magister in quibusdam articulis tangentibus penitentie sacramentum non sobrie sed perperam sapiebat, infrascriptos articulos periculosos, continentes errores, docens publice in suis predicationibus et in scholis : primum siquidem astruens quod confessi[2]. Quos etiam articulos omnes et singulos idem magister Johannes veris sibi rationibus opinioni sue dudum habite contrariis demonstratis in eodem consistorio revocavit, asserens eos non veros, sed contrarium verum esse, cum diceret se nescire rationibus sibi factis in contrarium respondere. Ideoque ne per assertionem, predicationem et doctrinam hujusmodi in errorem (quod absit!) anime simplicium prolaberentur, omnes predictos articulos et quemlibet eorum tanquam falsos et erroneos et a doctrina sana devios idem Johannes predecessor auctoritate apostolica dampnavit et reprobavit de fratrum suorum consilio predictorum, doctrinam ipsis contrariam veram esse et catholicam asserens....

Cum autem, sicut nuper fratrum Predicatorum et Minorum predictorum ac etiam Eremitarum Sancti Augustini et beate Marie de Monte Carmelo Ordinum lamentabilis querela ad nostrum perduxit auditum[3], nonnulli clerici et ecclesiastice persone ac utriusque sexus homines, nedum predictos damnatos per eundem Johannem predecessorem, ut prefertur, sed etiam quosdam alios articulos prorsus erroneos et sacris canonibus contrarios etiam publice non verentur astruere et per illos proprias et multorum simplicium animas inficere, illosque a devotione eorundem fratrum Ordinum predictorum avertere, et ne Christi fideles sua peccata fratribus ipsis confiteantur, damnabiliter detrahere satagant, etiam contra eandem constitutionem Bonifacii predecessoris super hoc editam, ut prefertur, qui quidem adjecti erronei articuli sequuntur per ordinem in hec verba :

Primus, ut videtur, articulus talis est : Confessus fratri admisso in forma *Dudum* tenetur eadem peccata in numero iterum curato confiteri. Damnatur per Johannem papam XXII in statuto quod incipit : *Vas electionis*. — Secundus : Conclusiones Johannis de Poliaco damnate per Johannem XXII sunt satis vere et a quocunque litterato sufficienter possunt teneri. — (3) Statutum Johannis XXII editum : *Vas electionis*[4], est irritum et inane, quia, cum illud fecit, erat hereticus, et per consequens quidquid fecit predictus Johannes sive Mendicantibus sive aliis ante revocationem inane fuit. — (4) Stante statuto *Omnis utriusque sexus,* nec Deus nec papa de potentia sua potest facere, quin confessus fratri Mendicanti admisso iterum teneatur confiteri suo curato. — (5) Confessio fratribus admissis facta est dubitabilis et incerta; quapropter omnes tenentur dimittere incertum, et sic solum confiteri suis sacerdotibus curam animarum habentibus sub pena peccati mortalis. — (6) Quam-

vis fratres admissi habeant auctoritatem absolvendi et audiendi confessiones, tamen populus subjectus non habet potestatem accedendi ad Mendicantes admissos sine licentia proprii sacerdotis; et fratres petentes privilegia pro confessionibus audiendis et sepulturis habendis sunt in peccato mortali; et Romani pontifices talia privilegia concedentes Mendicantibus aut eisdem confirmantes sunt in peccato mortali et excommunicati. — (7) Fratres non sunt aut fuerunt pastores, sed fures, latrones et lupi. — (8) Sacerdos curatus dans licentiam Mendicantibus audiendi confessiones magis dispensat cum statuto : *Omnis utriusque sexus*, quam papa fratribus dans licentiam juxta formam decretalis : *Dudum*.

Nos vero attendentes quod minus perniciosum esset antiquos, dudum, ut premittitur, per eundem Johannem predecessorem cum tanta solemnitate et maturitate damnatos et reprobatos et etiam hujusmodi novos articulos per nos veluti erroneos et etiam eisdem canonibus contrarios tenere, adstruere vel docere, necnon in hac parte salubriter providere volentes, eosdem novos articulos, et quos nos etiam una cum fratribus nostris S. R. E. cardinalibus mature, prout tanti negotii qualitas exigit, vidimus et examinavimus, necnon etiam per plerosque in sacra theologia magistros ac quosdam doctores in jure canonico recenseri fecimus diligenter, per quam quidem examinationem reperimus etiam ipsos novos fuisse et esse falsos, confictos et erroneos, ac eisdem canonibus contrarios, et propterea ipsos ut tales de eorundem fratrum consilio damnamus et reprobamus, volentes quod si quis deinceps predictos articulos asserere aut in scholis vel alibi glossare, defendere seu tenere aut predicare presumpserit, tanquam hereticus sit censendus et excommunicationis sententiam incurrat ipso facto, a qua nisi per summum pontificem, preterquam in mortis articulo non possit absolvi. Quocirca Universitati vestre mandamus, quatenus universi et singuli vestrum, convocato clero civitatum et dioceseum vestrarum, eis premissa omnia et singula per vos vel alios, ubi et quando super hoc per eosdem fratres seu eorum aliquem aut aliquos requisiti fueritis, auctoritate nostra solemniter publicetis ac etiam per rectores ipsarum parochialium ecclesiarum, civitatum et dioceseum prefatarum in hujusmodi parochialibus ecclesiis publicari faciatis, et si quos forsan hujusmodi damnatos articulos novos et veteres aut eorum aliquem seu aliquos astruere vel tenere sive predicare repereritis, contra illos communiter vel divisim tanquam hereticos seu de catholica fide suspectos procedere, necnon ipsos et eorum quemlibet juxta tantorum excessuum qualitatem per censuram ecclesiasticam et alia juris opportuna remedia auctoritate predicta compescere, necnon ad observandum dictam constitutionem prefati Bonifacii predecessoris juxta ejus tenorem compellere ratione previa studeatis. Contradictores per censuram, etc , invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis Non obstantibus predicta que incipit : *Omnis utriusque sexus*, ac aliis constitutionibus apostolicis contrariis quibuscunque... Dat Pisis id. Octobris, anno primo

Reg. Vat. Lateran. Alexandri V, nº 136, fol. 180. — Bibl. nat. Paris., mss. lat. 9789, fol 118ᵇ, 14644, fol. 347 (« Datum per copiam »). Bibl. caes. Vindobon., ms. lat. 4923, fol. 70. — BUL., V, 196, et in Bullario *Carmelit.*, *Bull. Ord. Praed.*, ed.

RIPOLL, et ap. WADDING, *Ann. Min.*, *Rel de Saint-Denys*, IV, 290. — In ms^{to} Paris. in principio bullae narratur, eam Parisiis Angelo de Balionibus de Perusio, decret. doctori, archipresbytero eccl. Paris et dom. papae capellano et caus camerae apostol. auditori praesentatam esse per fr. Petrum Sergeyronis. theol. mag., inquisitorem pravitatis haeret, Johannem Radiani Minorem et Jacobum de Claravalle Praedicatorem. Ad calcem vero bullae, fol. 349^{b}, narratur, Angelum de Balionibus eodem anno, die mercurii 20 mensis Novembris, hanc bullam per Johannem Johannis curiae causarum camerae apostolicae in formam publicam redigi et transcribi fecisse. Proinde bullam ante Nov. 20 Universitas ignoravit.

1. Continetur in Decret. Clementis V, *Dudum*, *Clem*, III, 7, 3 — **2.** Sequuntur tres articuli seu errores in *Chartul.* II, n° 798, editi. In Arch. départ. Carnotensi, G 364, exstat *Vidimus* an. 1321, Aug. 11, in quo dicitur Johannem de Polliaco Julii 27 ejusdem anni in vico de Serbona (?) in scholis suis ubi legere consueverat in cathedra sua magistrali lectionem suam ordinariam legisse, et postea suos errores revocavisse (cf. *Chartul.* II, n° 799). Presentes fuerunt Jacobus de Anciaco, Joh. de Alvernia, Alanus Anglicus, Petrus de Abbatisvilla, Fr. Joh. de C[h]eriniis Cisterc., Fr. Joh. de Valle Scholarium, Guillelmus de Archiis, Joh. de Claromonte, Fr Remondus Ord. Praed., Fr. Henricus de Sorigniaco, Ord. Min., Fr. Paganus, Heremit. S. Aug., Fr. Joh Anglicus Carmel. (isti quatuor baccal. theol.), et magna multitudo baccal. et scholar. theol, circa 300 personae. — **3.** Hoc confirmatur per instrumentum an 1410, Jun. 10, in quo narratur, imprimis Adamum Payn, theol. mag, Ord. S. Aug, et Johannem Cuock, O Min., venientes de Hibernia ex parte suorum et aliorum Ordinum cum assistentia generalium supplicationem Alexandro porrexisse et errores notificasse (*Chron. Nic. Glassberger* in *Analecta Franciscana*, Quaracchi, 1887, II, p. 238, ubi 6^{tus} articulus in duos dividitur). — **4.** Ea ipsa Constitutio Johannis XXII est, qua Joh. de Polliaco damnatur (*Extravag*, V, 3, 2).

1869. *Quidam e curia visitant Colinum Verjus, in carcerem S. Eligii conjectum poscentibus Universitate et abbate S. Remigii Remensis*[1], *et quoniam Jac Sacquespée, mag med, Johannes de Trecis ac Gilet Desoubz-le-four, chirurgici jurati, captivum melancholia affectum affirmabant eumque moriturum nisi bonus focus bonaeque carnes suppeditarentur, Oudinet Verjus captivi fratre cautionem D franc afferente, Colino libertas donata est*

1409, Novembr. 5-9, Parisiis

Arch. nat Paris., X^{1a} 4788, fol. 361. — *Journal de Nicolas de Baye*, ed. TUETEY, I, p. 294 sq.

1. Johanne Canard, abbate ab an 1394, Febr 20 (Reg. Aven. Clement. VII, vol. LXX, fol. 132), decret. doctore. Vid ad an. 1413, Decemb. 31.

1870. *Facultas medicinae dedit deputatos ad conficiendas instructiones pro nuntio, qui fuit Petrus Cardonelli, scil. magistros Joh. Comitis, Guillelmum Pelliparii, Robertum de S Germano, Henricum Doigni, Petrum Cardonelli, Guillelmum Haro et decanum, scil. Yvonem Levis. Instructiones illae tradendae sunt nuntio ad papam tempore digressus Exemplar maneat penes decanum*

1409, Novemb. 10, Parisiis

Comment. fac. med, I, p. 140.

1871. *Universitas Paris. cuidam Universitati (?) scribit, ut ea sibi adjungatur contra oppressores Gallicanae ecclesiae Agitur de bulla pro Mendicantibus*

1409, in fine Novemb, Parisiis

Nostre quidem vocacionis esse cognoscimus, diserti ac sapientes viri, ut circumspectionis nobis oblate divinitus super statum reipublice presertim ecclesiastice oculos intendamus, idque nos aliquando impulit ut exaccionibus, subsidiis, tributis, extorsionibus innumeris, quibus undique ecclesia Gallicana intolerabiliter opprimebatur, occurreremus. Quis enim nesciat, quanta mala, quot turbaciones, qualia discrimina inde subsequuta sint, et majora, si non provideatur, subsequutura? Hinc fomes nephandi scismatis, quod tamdiu ecclesie sancte membra depastum est, hinc ecclesiarum desolatio, hinc dissipatio heredi-

tatis Christi, hinc divini cultus diminutio comparatur, hinc suspensiones, excommunicationes, rerum ecclesiasticarum alienatio sacrilega, ignominia sacerdotum, origo contentionum et discordiarum consurgit atque alia flagitia inenarrabilia .. Eapropter labores nostros dudum ad succurrendum infestissime plage convertimus, quibus primum factum est, ut per arrestum parlamenti hujusmodi exactiones cessarent ad tempus[1]. Deinde convocato Parisius Concilio ecclesie Gallicane ... decretum est in perpetuum observandum et regia auctoritate confirmatum atque in formam legis redactum[2], que omnia vobis liquido per transcriptum dicti decreti innotescent Verum suadente inexplebili cupiditate nonnulli hanc equissimam atque sanctissimam legem infringere molliuntur et ecclesiam matrem nostram, que non ancilla sed libera censenda est, gravissimo servitutis jugo subicere. Quocirca vobis supplicamus . . uti nobiscum talibus exactoribus obsistere curetis ..., non enim negamus quin domino nostro summo pontifici pro necessitatibus suis aut potius ecclesie subveniri oporteat ...

Postscriptum : Nota quantum ad primum punctum relationem mag. Johannis Bruilloti et demum magistri proponentis, et responsionem et versucias cardinalis[3] et suorum fautorum, et quid dixit, et quantum inconveniens esset, si succumberemus, et quanta vali-[di]tas si abstineremus in dando caritativum subsidium.

Demum quantum ad Mendicantes[4] quid factum est apud cancellarium[5], quid demum apud officiarios et inquisitorem, et quid scriptum est magistro in medicina[6].

Minuta chartacea in Arch. nat. Paris., M 65^{b}, n° 15 (olim A. 3. t). Instrumentum verisimiliter ad legationem card. Petri de Tureyo spectat, qui ex parte Alexandri V Parisios venit ad duas decimas ex eccl. Gallicana sumendas (*Chron. de Monstrelet*, II, 60), quas Universitas recusavit Non ante an. 1409, Novemb. 18, Parisius fuit (cf. *Auctar.*, II, p. 65, not 1). Cf. not. 3 Si magister medicinae Petrus Cardonelli est, tunc certe ad an. 1409 documentum referendum est (cf. not. 6), minime ad an. 1410, Novemb. 30, quamvis alia ibidem contenta non contradicerent

1. Supra ad an. 1406, Sept. 11. — 2 Ad an. 1407, Febr 18. — 3 Si documentum ad an. 1410, Nov, referendum esset, tunc ageretur de cardinali Barrensi (cf. *Auctar.*, II, p. 89). — 4. I. e., « quantum ad bullam pro Mendicantibus ». — 5 Cancellarium Franciae, Arnaldum de Corbie. — 6. Verisimiliter Petro Cardonelli, qui in curia fuit ut portitor rotuli, et an. 1410, Octob. 9, jam reversus erat (*Auctar.*, II, p. 85, 7).

1872. *Magister Johannes Belardi ad facultatem medicinae scribit, ut se excuset, quod vice sua in scholis non disputaverit.*

1409, Novemb. 30, Parisiis.

Reverendi patres domini ac magistri mei, propter egritudinem domine mee, metuende connestabularie, compellor per dominum meum, metuendum dominum connestabularium[1], aliquandiu hic remanere; quare non possum in ordine meo, juxta consuetudinem laudabilem, disputare; unde multum doleo et supplico quanto humilius possum, quatenus dignemini me habere excusatum et mecum dispensare, quod non perdam regentiam, sed sequens me loco mei disputet; et ego loco sui, per Dei gratiam, post Nativitatem Domini

disputabo. Altissimus vos conservet feliciter et votive. Scriptum, prope teste littere qualitate, in capella Gilonie, die sancti Andree Apostoli[2]

Comment fac. med., I, p 143 — JOURDAIN, nº 1034

1 Carolum d'Albret. — 2 Fuit conclusum a facultate medicinae, die 14 Decembris, quod « mag. Johannes Belardi veniret Parisius, accederet ad facultatem, et diceret excusationes suas personaliter, et remaneret tunc regens, modo, ut scripserat, post Natale Domini disputaret. »

1873. *Universitas Paris Guillelmum Guignon generalem procuratorem et nuntium coram Alexandro V constituit.*

1409, circa Decemb. 15, Parisiis.

Universis presentes litteras inspecturis nos Hugo Fabri rector Universitatis studii Parisiensis, talis[1] decanus facultatis theologie, talis[2] decanus facultatis decretorum, talis[3] decanus facultatis medicine, talis[4] Francie, talis[5] Picardie, talis[6] Normanie, talis[7] Anglie nationum procuratores, tam nomine facultatum, quam nationum predictarum, per nos rectorem dicte Universitatis Parisiensis in congregatione generali ipsius Universitatis in Sancto Maturino pro certis negotiis predictam Universitatem tangentibus pertractandis per juramentum et more solito celebrata congregati, assistentibus ibidem nobiscum theologie, decretorum, medicine et artium regentibus et non regentibus magistris et doctoribus et facientibus totam Universitatem seu majorem et saniorem partem ejusdem nomine Universitatis et pro ipsa, ac nomine omnium et singulorum doctorum, magistrorum, regentium et non regentium, licentiatorum, bachalariorum et scolarium seu studentium ac suppositorum ejusdem ac omnium sibi adherentium et adherere volentium, adhesuris et successuris tam conjunctim quam divisim melioribus via, modo, jure et forma, quibus potuimus et possumus, fecimus, constituimus, nominavimus et ordinavimus, et tenore presentium facimus, constituimus et etiam ordinamus nostrum et dicte Universitatis generalem procuratorem, actorem, factorem, negotiorum gestorem et nuncium specialem, venerabilem virum magistrum Guillermum Guignon Ebroicens dioc , magistrum in artibus, licentiatum in legibus et bachalarium in decretis, videlicet ad comparendum et se representandum nominibus nostris et dicte Universitatis coram sanctissimo in Christo patre ac domino nostro, domino Alexandro sacrosancte Romane ac universalis ecclesie divina providentia summo pontifice, et sacro ac reverendissimo collegio reverendissimorum patrum et dominorum sacrosancte Romane ecclesie dominorum cardinalium, auditoris, viceauditoris, aut quibuscunque judicibus, deputatis seu deputandis, aut commissis seu committendis ab eisdem seu altero eorundem tam in curia Romana quam alibi ubi dominus noster papa cum sua curia residebit, ac totiens et quotiens fuerit opportunum, quascunque supplicaciones seu requestas faciendum et impetrandum et eas presentandum et prosequendum, crimina et deffectus opponendum, allegandum, proponendum et, si necesse

fuerit, probandum, necnon pro premissis omnibus et singulis et quibuscunque aliis nostris et dicte Universitatis causis et negotiis ac aliis in curia Romana motis et movendis, nos et dictam Universitatem ac supposita ejusdem tangentibus, contra quascunque personas ecclesiasticas et seculares, coram quibuscunque judicibus ecclesiasticis et secularibus .... libellum seu libellos et petitiones quascunque dandum et recipiendum, excipiendum, proponendum, repplicandum .. [8], et generaliter omnia alia et singula faciendum, gerendum et exercendum, que circa premissa et ea ac nos et dictam Universitatem tangentia necessaria fuerint, seu etiam opportuna, etiamsi mandatum exigatur magis speciale, promittentes bona fide nominibus quibus supra nos ratum, gratum atque firmum habere et perpetuo habituros totum et quicquid per dictum procuratorem nostrum actum, dictum, factum, gestumve fuerit in premissis seu eciam modo quolibet procuratum et contra non venire in futurum; ymo pro ipso, si necesse fuerit, judicatum solvi et judicio sisti, ipsumque ex nunc ab omni onere satisdandi relevantes. In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium sigillum Universitatis predicte presentibus apponi facimus

Minuta chartacea in Arch. Univ. Paris., thec. I, AA g. BULAEUS, V, 195. — Deest nota temporis, sed circa Decemb. 15 instrumentum confectum est, cum Johannes de Hallis adhuc procurator nat. Anglic. (vid. *Auctar.*, II, p. 65 sq.), et Hugo Fabri jam in rectorem electus fuisset. JOURDAIN, nº 1035, perperam « Dec. 23 ».

1. Lacerata initio charta, nomina quae hic et mox supra T (i e. talis) addita erant partim deficiunt. Nicolaus Canache erat dec. fac. theol Bul. edidit « Nicolaus Cap. », sed nihil hodie legi potest. — 2 « Johannes Vicini » add inter lineas. — 3. Tunc Yvo Levis. — 4. « Gauffridus de Sancto Cirico » add. inter lineas. — 5. « Johannes Famuli » add. in margine — 6. « Radulphus Recuchon » add. in margine. — 7. « Johannes de Halis » add. inter lineas. — 8. Sequuntur alia officia, quae in omnibus procuratoriis inveniuntur.

1874. *Universitas Paris spondet, se reddituram nationi Franciae virgam argenteam, quae ei commodata fuerat ad curiam Rom deferenda.*

1409, circa Decemb. 15, Parisiis

Ex concordi deliberatione Universitatis apud Sanctum Maturinum per venerabilem virum magistrum Hugonem Fabri tunc ejusdem rectorem convocate et solenniter congregate, prefata Universitas promisit, et se et sua obligavit ad reddendam venerabili nationi Francie quandam virgam argenteam ponderantem tribus marchis cum sex strelinis ipsi Universitati deferendam ad curiam Romanam per dictam nationem concessam . ... quam quidem virgam magister Gaufridus de Sancto Cirico, tunc procurator dicte nationis prefate, rectori tradidit realiter. De quibus premissis omnibus et singulis prefatus dominus procurator nomine procuratoris dicte nationis petiit a me notario subscripto instrumentum sibi fieri. Acta fuerunt hec in capitulo ecclesie Sancti Maturini, in quo tunc predicta congregratio celebrabatur, presentibus venerabilibus et discretis viris magistro Nic. Canache, Guilelmo de Hotot, magistris in theologia, Johanne Guioti et Johanne Vicini, decretorum doctoribus, magistro Petro Cardonnelli in medicina, magistris Gervasio Clerici, Johanne Magnifamuli[1], procuratore Picardie, Radulpho de Recuchon Normanie et Johanne de Hal-

lis[2] *Almanie*[3] procuratore, cum pluribus aliis ad premissa vocatis *Signatum :* TESTARDI *cum syngrapha.*

Défense des droits de l'Université de Paris, add p 43, e libro receptoris Franciae. Ibidem scribitur, hoc factum esse Decemb. 23. Sed jam a Decemb 15 non Joh. de Hallis, sed Spaen dictus Friso procurator nat. Anglic. fuit (*Auctar* , II, 65, 40, 66, 2). Vid. documentum praecedens.

1. Ed. « Johanne Magni Firmuli ». — 2. Ibid. « Dehall ». — 3. I e. nat Anglicanae

---

1875. *Facultas decretorum duos licentiatos ea conditione recipit, ut volumina sua ante doctoratum complerent.*

1410, Februarii 24, Parisiis.

Tempore decanatus magistri Johannis Vicini[1] fuit examen licentie facultatis [decretorum] apertum die lune xxiiij[a] Februarii anni millesimi CCCC[i] IX, et fuerunt duo recepti ea condicione quod legerent tantum tempus adhuc in facultate, quod ipsi finivissent omnia sua volumina, et quod nunquam reciperent gradum doctoratus nisi de licentia facultatis, omnibus doctoribus trino edicto specialiter antea evocatis.

Mem. fac. decr., I, fol. 175. — Notitia ea, bis scripta, legitur inter res anni 1435

1. Seu « Voisin ».

1876. *Licentiati in facultate medicinae*

1410, Martii 4, Parisiis.

Die martis que fuit quarta dies mensis Marcii anni Domini millesimi CCCC[i] noni, novem bachalarii prius nominati domino cancellario ex parte facultatis presentati, fuerunt secundum hunc ordinem licentiati et solverunt bursas suas decano sicut juraverant :

Mag Jacobus Despars[1]	Mag Adam Robart[3]
— Johannes Zeberti de Breda	— Nicholaus Voisquini
— Rasso Dogghert[2]	— Johannes Picardi
— Joh de Fonte	— Johannes Domini
— Nicholaus Burgueti	[9]

Comm fac. med , I, p. 147.

1. Celeberrimus inter medicos saec. xv, de quo vid. CHEREAU (*Nouv. biographie générale*, XIII, 875-878), DAREMBERG, *Hist. des sciences médicales*, I, 345 sqq Saepius de eo agetur in hoc tomo. — 2 Vocatur etiam pluries in ms. « R de Haensade », « Haemstede », sed plerumque nomine correcto. — 3. An. 1408 receptus est ad bursam medicinae in collegio Laudunensi Paris. (Arch nat , H 2803[4])

1877. *Joh Gerson, cancellarius Paris , coram populo in ecclesia Nostrae Dominae ex parte Universitatis sermonem in lingua gallica habuit contra bullam Mendicantibus ab Alexandro V concessam et pro hierarchico ordine, tertia dominica Quadragesimae.* « Quomodo stabit regnum ejus[3] »

1410, Februarii 23, Parisiis.

Bibl nat. Paris., fonds franç. ms. 25552 (cod. S. Victor 515), fol. 143 (lingua gall.) *Opp. Gerson.*, II, 431 (latine). — Dicit, bullam quam « aucuns de iiij ordres des Mendians ont empetrée ou, à plus vray dire, extorquée ou par cautelle, ou par inadvertance de nostre saint père. Car nostre saint père, qui est grand théologien, jamais n'eust passé une telle chose, s'il l'eust examinée. Mais, comme il a esté raporté par solempnez maistres en l'Université, tout a esté fait sans son sceu et contre son gré, au moins sans son advis ou deliberation » (fol 145[b]).

1878. *Prima dominica mensis Martii in processione generali Universitatis Paris ad S Martinum de Campis quidam frater Ord Praed praedicando dixit, bullam Alexandri V inscius suis fratribus impetratam esse, Praedicatores hujusmodi bullae renuntiare seque Universitati recommendare Praedicatoribus fratres Carmelitae se adjunxerunt[1], cum protestatione manutenentiae privilegiorum Ordinis Minores vero et Eremitae S Augustini bullam sustinuerunt, et ideo ab Universitate resecati sunt, et fuit magnum disturbium inter eos hac de causa[2].*

1410, Martii 2, Parisiis.

1. *Rel. de Saint-Denys,* IV, 290, 306 sqq Cf. *Chron. de Monstrelet,* II, 61. — 2. Bibl nat Paris , ms lat. 14582 (Laurentius Pignon), fol. 146[b]. Resecati fuerunt Minores et Augustinenses usque ad an. 1417, Novemb. 13 (vid ibid., Nov. 16), minime tamen una generalis resecatio fuit ut olim Praedicatorum, nam semper aliqui eorum occurrunt, qui licentiati erant, actus scholasticos exercebant, cum aliis deliberabant. Certe hi conditionibus ab Universitate requisitis se submittebant Cf. infra *Juramenta rectoris* n° 1965.

1879. *Facultas theologiae contra bullam ab Alexandro V Mendicantibus concessam protestatur*

1410, Martii 5, Parisiis.

Facultas theologie congregata anno Domini millesimo 408, die v[ta] Martii in capitulo Paris. deliberavit super bulla[1], etc., que secuntur :

Videtur eis primo quod est intolerabilis, presertim ex modo condempnacionis et adjectionis penarum et non obstanciarum, et stando in terminis theologie.

Videtur secundo quod est status ecclesiastici turbativa, presertim propter eos qui hanc bullam possent assumere in instrumentum malicie et persequtionis prelatorum, curatorum et populorum, propter horrorem penarum et involucionem tot articulorum.

Videtur tertio quod obviandum est talibus machinacionibus et videlicet quorundam fratrum Mendicantium, qui nituntur supplantare statum primitus a Christo institutum de prelatis et curatis, et hoc fiat tam apud prelatos quam apud Universitates regni istius.

Videtur quarto quod non expedit determinare nunc per modum facultatis, an confessi fratribus teneantur vel non iterum eadem peccata confiteri proprio sacerdoti cum ceteris difficultatibus circa materiam hanc emergentibus, sed agat quilibet ad inquisicionem veritatis prout videbitur.

Secuntur ea que tacta sunt per modum advisamentorum vel provisionum.

Primo quod in solenni convocacione prelatorum et aliorum sapientum et prudentum tam de consilio regis quam de parlamento et Castelleto et aliorum fiat justificacio processus Universitatis contra hanc bullam

Item postmodum fiat hoc coram principibus et deinde coram populis secundum instructionem dandam predicatoribus.

Item pro salute plebium et pro acquisicione conscienciarum apud prelatos et curatos et cessacionem obloquutionum, videtur expediens quod in qualibet parrochia tam in civitatibus quam extra civitates in villulis habeantur parvi *tractatuli in gallico,* continentes in generali tenorem preceptorum et enumeracionem et numerum articulorum, ut vel legendo vel recitando possint curati quantumcumque simplices docere diebus dominicis et festivis plebem suam[2].

Item quod diligenter observetur ut nullus curatus aut vicarius ejus suscipiat deinceps aliquem fratrem privilegiatum, nisi habeat litteras sui prelati, propter abusus qui cotidie fieri memorantur per eos, qui se non missos ingerunt contra intencionem decretalium *Dudum* vel *Super cathedram*, que certos et certo modo eligendos esse determinat Et super hoc viderentur etiam parrochiani commonendi, ne irent ad tales nisi certi bene essent de sua missione.

Expediret postremo quod determinacio facultatis theologie novissime facta contra magistrum Johannem Gorrel approbaretur per Universitatem et publicaretur, quatenus viderent populi et ceteri melius errores, quos aliqui conceperunt contra statum prelatorum et curatorum, et veritas contraria nosceretur.

Bibl. nat Paris., ms lat. 14644 (olim S Victor. 402, postea 277), fol. 346, 9789 (olim Claudii Puteani), fol. 117^b, ubi temporis nota deest. BUL., V, p 201. — Haec conclusio, imprimis tres priores paragraphi, non bene intelliguntur, nisi sequens declaratio Johannis Gerson adhibeatur.

1. Supra lineam additur « cujus copia hic inseritur ». — 2. Jam an. 1400 Johannes Gerson e Brugis de componendo tractatulo super punctis principalibus nostrae religionis ad instructionem simplicium scripsit (*Opp Gerson* , I, 124). Postea vero proponebat ut Concilio generali, sive Romano, sive Constantiensi, hujusmodi « tractatulus tam in latino quam in gallico compositus », per facult. theol correctus, offerretur et singulis metropolitanis et episcopis communicaretur (Bibl. caes. Vindobon., ms. lat 5097, fol 29).

1880. *Plurimi in theologia, imprimis Johannes Gerson, professores bullam Alexandri V pro Mendicantibus datam vituperant.*

1410, Martii 5, Parisiis.

[U]niversis Christi fidelibus plurimi sacre theologie professores zelantes ea que iherarchicum ordinem ecclesie respiciunt, gratia, salus et pax. Sane iherarchicus ordo militantis ecclesie docente beato Dyonisio constitutus est immobili firmitate per Christum ad exem-

plar celestis iherarchie, ubi infima reducuntur ad Deum per media Hec nos attendentes simul et professionis nostre memores que doctrinis variis et peregrinis obviare debet .. . reddimus nunc ad instantiam alme matris nostre Universitatis Parisiensis testimonium veritati, quam post examinationem diligentissimam sentimus super copia cujusdam bulle per aliquos fratrum Mendicantium surrepticie vel alias insciis reverendissimis patribus dominis cardinalibus, ut fertur, extorte, que incipit : *Regnans in excelsis,* finitur : Datum Pisis iiij° idus Octobris pontificatus nostri anno primo.

Dicimus ergo sub omni reverentia sancte sedis apostolice et sedentis in ea summi pontificis, ac totius ecclesie, quod tenor illius copie videtur nobis plurimum intollerabilis, dehinc totius ecclesiastici status turbaturus. Et ita demum dicimus, adversus tales abusus provisione celeri et salubri opus esse.

Videtur quidem intollerabilis ex modo condempnationis XI articulorum[1] illic numeratorum cum fulminatione penarum horrendarum, et adjectione, quod non obstant statuta apostolica, neque illud saluberrimum et celeberrimum *Omnis utriusque sexus* editum in Concilio generali[2], cui statuto derogare quid nisi palam deviare est? Dicit itaque pars una condempnationis hoc modo : volentes quod si quis deinceps predictos articulos asserere aut in scolis aut alibi glosare, deffendere, seu tenere aut predicare presumpserit, tamquam hereticus sit censendus et excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, a qua nisi per summum pontificem, etc. Additur quod per invocationem brachii secularis, si opus est, talis coherceatur, prout ex tenore ejusdem bulle posterius inscripte clare patet. Constat vero nobis juxta proprios theologice doctrine terminos, quod in articulis XI illic jam dampnatis inplicantur multa que possunt glosari, nedum absque periculo heresis et anathematis, sed cum veritate et merito, presertim per illos, quibus ex officio iherarchico competit interpretari et glosare scripturas, tam doctrinaliter quam auctoritative, quemadmodum sunt doctores et pastores, quibus hoc officium tollere quid aliud est, Domine Deus, quam obstare ne declaratio sermonum tuorum illuminet et intellectum det parvulis[3]. Quid aliud preterea quam veritati viam claudere et erroribus aperire?

Ecce quod in predictis articulis offert se multiplicitas terminorum et amphibologia propositionum tam de vi sermonis secundum diversos sensus, compositum et divisum, universalem et indefinitum, quam ex vario usu nunc hic nunc ibi per doctores, ut exempli gratia est iste terminus complexus : *proprii sacerdotis,* et iste : *licentia generalis*, et ista propositio : *stante statuto Omnis utriusque sexus papa non potest,* etc., et ista : *confessio facta fratribus incerta est,* que propositio sicut et alie plures illuc posite, si capiantur indefinite prout jacent, veritatem habent in multis casibus, nec assertor earum vel glosator hereticus est censendus vel anathemandus Unde et si acceptio hujus termini *proprii sacerdotis* extendatur ad papam et ad episcopum et ad curatum parrochialem, quemadmodum plurimi sumunt ex doctoribus pro salvando constitutionem Johannis XXII, que incipit : *Vas electionis*, constat quod v^us[4] articulus inter 8 novos, cujus assertor dampnatur

hic tamquam hereticus sit censendus et anathematizatus, et cohercendus per invocationem brachii secularis, est verissimus pro secunda parte; nam de veritate prime partis fratres Mendicantes non dubitant. Si autem fiat restrictior acceptio hujus termini *proprii sacerdotis* pro curato parrochiali, videant ipsi fratres quomodo constitutionem predictam : *Vas electionis,* concordari non extorte nec prejudicialiter potuerit cum statuto generalis Concilii : *Omnis utriusque sexus*. Est autem articulus iste vj[us] in hac forma : « Quamvis fratres admissi habeant auctoritatem absolvendi et audiendi confessiones, populus subjectus non habet potestatem accedendi ad Mendicantes admissos sine licentia proprii sacerdotis ». Hec enim secunda pars vera est appellando sacerdotem quemlibet horum trium, scilicet papam, episcopum et curatum, sicut fratres exponunt. Nescimus preterea quo commento primus articulus inter octo dicatur fuisse dampnatus per Johannem XXII, quoniam, in constitutione *Vas electionis*, nullus in forma talis articulus continetur, scilicet, « quod confessus fratri admisso in forma *Dudum* teneatur eadem peccata in numero iterum curato confiteri ». Multa ponit in hunc modum copia bulle illius, que vel reprehensibilia sunt, vel glosis, que prohibentur, egentia, cum textus non distinguat. Quid rursus, quod articuli XI sic dampnati velut hereses multa implicant, quorum veritas aut falsitas impertinens est penitus ad ea que sunt fidei, quorum perinde assertio vel negatio, quanto minus glosatio, nullo pacto reddit hominem tamquam sit hereticus censendus et anathemate terribili feriendus et per invocationem brachii secularis cohercendus, presupposito ex doctrina theologica .. . quod nemo censendus est hereticus, nisi depravatus sit per errorem contra fidem in intellectu et per obstinationem vel pertinaciam, non per solam presumptionem in affectu ....

Est igitur intolerabilis dampnatio talis. Adjecimus eam esse totius ecclesiastici status turbativam Quod existimamus patere tum ex premissis, tum ex inspectione statuum singulorum in ecclesia prelatorum, scilicet et dominorum secularium et cleri et populi et ipsorum religiosorum Turbat itaque primo statum ipsorum fratrum Mendicantium et consequenter alterum quemlibet indisponit quare et quia certe datur instrumentum vel occasio multis ex fratribus (ne loquamur de ipsis omnibus), ut ipsi .... presumant statim supreme perfectionis operationem exercere, que est predicatio secundum apostolum; presumant insuper alios, non qualescunque, sed prelatos et dominos suos corrigere, ne dicamus corrodere; presumant preterea se laute curare, divitias acquirere, se periculis omnibus, impudicitie et gule et adulationis, horis omnibus exponere, nunc penetrando domos, nunc sub obtentu confessionis captivas ducendo mulierculas onustas peccatis .... Ipsi non verebuntur se adversus eos [prelatos et curatos] contumaciter erigere, impudenter ingerere, calumpnosas accusationes per hanc bullam struere, quos oportuerat per ipsos fratres, si vocarentur, sedulo coadjuvari in messe dominica Quos itidem apud populum subditum reverendos, colendos, amandosque reddere omnibus modis equum erat, ipsi eos ex adverso spernendos, deserendos, odiendos, se sequendos palam affirmabunt, et hoc impune, quod iniquissimum omnium est. Nam si quis aliorum statuum obmutire, si quis obviare suis

ausibus inprobis templaverit, afferetur protinus in medium bulla ista, dampnans tot articulos ... , illico qui contradixerit, hereticus anathematizatus, ymo interficiendus igne vel gladio per auxilium brachii secularis accusabitur, evocabitur, convincetur, condempnabitur. Experti loquimur; nam si in viridi hoc faciunt, id est Parisius, ubi sedes regia, ubi cetus tot prelatorum, tot doctorum in utroque jure, et aliorum residet, in arido quid facient, id est apud subditos ydiotas et simplices? Quin etiam decretalis *Dudum*, qua se tantopere fratres jactant, determinat eligendas esse personas tam merito probatas quam numero certas secundum exigentiam cleri et populi. Recte prorsus; nam per multitudinem intemperatam et incertam talium gravantur supra modum sicut sacerdotes, sic populi simul in unum dives et pauper Inmeritos autem quis proficere et non gravius officere rei publice judicaret? Jubet ergo decretalis personas eligendas esse inter eos sufficientes, ydoneas, vita probatas et discretas, modestas atque peritas, quales utique nos non reppellendos, sed evocandos, fovendos, remunerandos .... judicamus .... At vero longum esset modestorum et bonorum vita ab illa qualem descripsimus insufficientium, ineptorum, reproborum, indiscretorum, sine modestia, sine peritia, omnia per arrogantem intrusionem, nichil per licentiam agere conantium, et qui se supra numerum multiplicant, quibus si non obviatum fuerit, quid reliquum est, juste Deus, nisi ut abductis plebibus ab episcopis et curatis ipsi prelati et curati nudi, inopes et abjecti sub istis fratribus, quodam nomine mendicantibus, sed re ipsa honoratis, opulentis et elevatis, et pro arbitrio cuncta volventibus, miseram agant vitam! Superest, ut fertur, rei hujus Ytalia testis; prohibeat deteriora Deus, nec in novarum sectarum excogitationem, ut olim de *Evangelio eterno*, corruat cetus aliquis christianus ..

Concludentes igitur dicimus propter hec et alia que brevitati et modestie studentes preterimus, quia nec ad singularia descendere propositum est, quod predicta bulla si supersit, cujus copiam accepimus, qualemque non credimus de conscientia domini nostri pape, tam exercitati in sacris litteris, neque ex deliberatione sacri collegii dominorum cardinalium processisse, primo tamquam intolerabilis, deinde velut totius ecclesiastici status turbativa abradenda est, cassanda et adnullanda perpetuo in confusionem illorum qui talia vel excogitare vel suggerere vel extorquere moliti sunt, ad laudem vero bonorum Addimus ad extremum, quod provisio cautissima per prelatos et doctores, per dominos insuper temporales, per clerum et populum ex omni parte christianitatis querenda erit et obtinenda in sacro Concilio proxime celebrando, si non ante fieri potuerit, quod maneat inperturbatus ierarchicus ordo et essentialis ecclesie prelatorum et curatorum, quorum potissime papa defensor, non destitutor, esse debet, ne subintroeant vineam dominicam vulpecule parvule demolientes eam. ., ne preterea dicant se aliqui coadjutores prelatorum et complantatores, re autem ipsa supplantatores inveniantur Hec sentimus pro testimonio veritatis, hec hortamur pro tollendis scandalis, hec apud omnes christianos, maxime prelatos et doctores, fieri postulamus, optantes eis gratiam, pacem et gloriam. Amen

Bibl nat. Paris, ms lat. 14902, fol. 235b. Abbreviatum in ms lat 14907, fol 142 — *Opp. Gerson.*, II 442. Cf D'ARGENTRÉ, *Coll jud.* I2, p 181.

1. Sunt 11 cum tribus Johannis de Polliaco — 2. Lateran. IV. *Decret.* V, 38, 12. — 3. *Psalm.* CXVIII. 130. — 4. Ms : « V », et sic infra.

1881. *Petrus Plaoul, episcopus Silvanectens, epistolam scribit magistris Universitatis Paris de felici transitu papae Alexandri V*[1] *Praeterea de rotulo verba facit « Pro rotulo vestro frequenter per eum (Alexandrum V) mandatus sum, et tandem dedit vobis supremam datam et summam*[2] *sibi possibilem, et coepit hoc principium pro radice, quod intendebat vos omnes habere tanquam familiares, immo et preferre, si opus esset, suis familiaribus et omnium cardinalium familiaribus, et dixit plurima verba viscerose affectionis , plurima secreta reservo in propria persona explicanda, ad vestras dominationes Deo duce accessurus* » Scriptum Bononie iiij° die mensis Maii Petrus Silvanectens episcopus, totus vester

1410, Maii 4, Bononiae.

Chron de Jean Brandon, ed KERVYN DE LETTENHOVE in *Chron. relatives à l'hist. de la Belgique* (1870), I, p. 135 sq

1. Obiit « die dominica Maii 4 » (Arch. Vat. Oblig., n° 56, fol. 29b), et quidem Bononiae, ubi tunc Petrus Plaoul morabatur. — 2 Scil, a die coronationis Sed morte interempto papa, rotulus non signatus est Vid nis 1889, 1890.

1882. *Cum Philippus de Nanterre, filius Simonis de Nanterre, in parlamento regio praesidentis, studens in Universitate Paris, e provisione Concilii eccl. Gallicanae, cujus constitutiones per Concilium Pisanum minime derogatas esse « testimonio fidedignorum accepimus », quoddam beneficium teneat, super quo quidam Ramier de Arnhem in Romana curia litem movit in dispendium conclusionis eccl Gallicanae, Universitas Paris papae supplicat, ut ipso jubente auditores, vicecancellarius aut quivis alius nihil contra hanc conclusionem determinent Aliis litteris Universitas suos ambassiatores de iisdem informat* Dat Parisius die « Vestram non fugit sanctitatem » « Scribimus nunc »

1409, Novemb. 20-1410, Parisiis

Minuta chartac. in Arch. nat Paris., M 65a, n° 9. — Simon de Nanterre praesidens fuit ab an. 1409, Novemb 20, usque ad an. 1418 (vid. TUETEY in *Journal de Nicolas de Baye*, I, p 298, not 1). Epistola scripta esse videtur cum magistri acta Concilii Pisani nondum inspexissent, fortasse adhuc vivente Alexandro V.

1883. *Carolus VI jubet omnia arreragia collegiis Parisiensibus debita a thesaurariis suis solvi atque in futurum redditus praescriptis terminis numerari*

1410, Maii 13, Parisiis

Charles, par la grâce de Dieu roy de France, à nos amez et feaux tresoriers à Paris, salut . Nostre tres chière et très amée fille l'Université de Paris nous a exposé que comme aucuns nos predecesseurs et de nostre sang et autres notables gens, par grant devotion et afin que la foy chrestienne feust et peut estre mieux et plus notablement essaucée, et tous ceulx de chrestienté et mesmement de nostre royaume introduitz en science, et aussi pour faire faire et celebrer certains services divins et autres justes causes qui a ce les ont meus, ont fondé plusieurs notables collèges en nostre ville de Paris de plusieurs maistres et escoliers de divers pays et en diverses sciences, dont la foy chrestienne a esté ès temps passez et encore est chacun jour grandement essaucée, et nostre royaulme maintenu en

bonne police et justice, et plusieurs autres grands inombrables biens sont ensuivis. Et il soit ainsi que pour la fondation, dotation et augmentation d'iceux collèges ayent esté bailliez et assignez par lesditz fondeurs aux maistres et eschollıers desditz collèges plusieurs terres, possessions, rentes et revenuz assiz en plusieurs et diverses parties de nostre royaulme, et les aucunes en nostre ville de Paris, et aussi ayent esté par aucuns des fondeurs d'iceulx collèges achetez à très grand et chier prix d'aucuns de nos predecesseurs roys de France plusieurs rentes à prendre et avoir perpetuellement sur nostre tresor à Paris et sur les revenus d'iceluy, qui pour ce ont esté et sont expressement affectez, hypotequez et obligez tant et si largement que on peut faire en tel cas Depuis lesquelles fondations aucuns de nos predecesseurs pour aucunes causes qui à ce les ont meuz, ayent prins et appliqués à nostre demaine ou autrement faict leur plaisir aucunement desdictes terres et possessions ordonnées pour la fondation et dotation desditz collèges et en recompensation ou pour eschange de ce, nosditz predecesseurs ont assis et assigné aux maistres et escoliers desditz collèges plusieurs et diverses rentes sur nostre dit tresor à Paris et les revenus d'iceluy, et aussi sur aucune de nos receptes particulières qui pour ce ont esté et sont expressément affectées, hypotequées et obligées.

Et entre les autres, nostre dit tresor doit et est tenu et obligé ausdits maistres et escoliers du Collège des *Choletz* en deux centz livres parisis de rente; item au Collège de *Bayeux* en soixante cinq livres, huit deniers par.; et item au collège de *Saint-Denys en France* en huict vingt douze livres par. Item au collège ou monastère de *S. Victor-lez-Paris* sur nostre dit tresor en quarante et quatre livres par., et sur nostre recepte de Paris de nostre demaine en quatre vingt et seize livres par. Item au Collège de *Bourgoigne* en deux centz livres par. Item au Collège de *Hubant*, autrement dit l'*Ave Maria*, en quatorze livres treize solz, quatre deniers parisiz Item au Collège des *Dix-huict* escolliers fondez devant Nostre Dame de Paris en vingt livres par Item aux quatre pauvres escolliers fondez par Jehan *Sarrazin* en xxj livres par. Item au Collège d'*Autun* sur nostre recepte de Paris en six vingt unze livres, dix solz par. Item au Collège des *Bons enfans* sur les moulins de Gonnesse à nous appartenantz, assignez par nostre receveur de Paris, en huict sextiers de bled. Item oultre plus sur nostre dit tresor a maistre Henry Chicot pour cause de deux chappelles estant à la collation de nostre dite fille l'Université, pour chacun an seize livres par.

Depuis lesquelles choses et que lesdictes rentes ont esté constituées sur nostre dit tresor et autres, nos receptes et revenus, et du temps d'aulcuns nos predecesseurs les maistres et escolliers desdits collèges ayent esté payez et contentez par aulcun temps desdites rentes, et à aulcuns d'iceux baillé diverses assignations sur plusieurs nos vicomtés et autres nos receveurs de plusieurs arrerages deubz et escheuz desdites rentes, et combien que lesdits collèges selon raison et les ordonnances royaulx deussent avoir esté et et estre à plain satisfaitz et contentez desdites rentes et des arrerages, qui à cause d'icelles sont deubz et escheuz des deniers et revenuz de nostre dit tresor et autres receptes, qui

de ce ont esté et sont chargées, et que feu nostre tres cher seigneur et père (que Dieu absoille) par son testament et ordonnance de derrène volonté, et aussi nos autres predecesseurs roys de France aient voulu et ordonné leurs debtes estre payées . neantmoins lesdits collèges, obstantz aulcunes grant charges qui ont esté le temps passé sur nostre dit tresor à la diminution d'iceluy, n'ont peu estre satisfaitz ne contentz desdites rentes, et leur en sont deubz les arrerages de plusieurs termes et années montant à tres grandes sommes de deniers, dont il est convenu que les services divins ordonnez estre faitz esditz collèges soient cessez ou grandement diminuez, et plusieurs des maistres et escolliers desditz collèges partiz desditz collèges, et délaissez de tout le faict et exercice de leur estude.. .

Vous mandons, commandons et enjoignons expressément par ces presentes que incontinent ces lettres veues .... vous par le changeur de nostre dit tresor, ou autres qu'il appartiendra, faites payer, bailler et delivrer reaulment et de fait des deniers de nostre dit tresor aux maistres et escolliers desditz collèges ou à leur certain commandement tout ce que par cedules de nostredit tresor ou autre loyal enseignement vous apperera estre deu ausditz collèges du temps passé, en leur payant et continuant . doresenavant lesdites rentes ausditz termes ...

Donné à Paris le treizième jour de may l'an de grâce mil quatre cents et dix, et de nostre règne le trentiesme Ainsi signé : Par le roy, à la relation du grand Conseil tenu par Monsieur de Guyenne, où le Roy de Navarre, messieurs les ducs de Bourgogne et de Brebant, le comte de La Marche, vous, les evesques de Tournay, de Lymoges, de Luxon, de Bayeux et d'Auxerre, Messires Jehan de Nielles et Jehan de Saulx et autres estoient.

Arch. nat , K. 180, liasse 1, n° 3, Bibl nat. Paris., ms. lat 14372, ad Maii 14, fol. 385ᵇ — Quanquam eae litterae potius ad volumina nostra de Collegiis rejiciendae erant, tamen edendas nunc judicavimus ut quaedam documenta sequentia, imprimis de collegio S Victoris, intelligi possent Eodem anno, mense Julio. Carolus per secundas litteras ordinavit summam decem et octo millium librarum par omnibus collegiis Paris tanquam arreragia debita persolvi, in quibus tamen litteris per inadvertentiam collegium S. Victoris omissum est (ms. 14372, fol. 393ᵇ). An 1411, Mart 11, Carolus parlamento mandat ne remissio mille libr. facta, an. 1410, Sept. 9, Johanni de la Cloche in detrimentum collegiorum accipiatur, sed ille summam duarum millium libr. collegiis promissam reipsa solvat (originale mutilum in Arch nat Paris., M 66ᵇ, n° 30). Tandem, reclamante collegio S. Victoris, et quibusdam executioni se opponentibus, Carolus tertias litteras thesaurariis suis direxit an. 1411, Julii 21, ut collegium S. Victoris summas ei debitas reciperet (Bibl. nat. Paris., ms. lat. 14372, fol. 394ᵇ)

1884. *Magistri Johannes Gerson, Petrus de Dyerreio, Jordanus Morini, Johannes d'Acheri, fr. Guillelmus de Buvilla*[1], *Guillelmus de Xantis, Petrus Waardi*[2], *fr. Stephanus*[3], *Petrus de Nogento, Petrus d'Arech*[4], *Dominicus Parvi, Mathaeus Roeder*[5], *omnes magistri in theologia, deliberant, an ille miles saecularis conjugatus, qui aere alieno gravatus vitam monasticam amplexus est, et professione peracta, ut debita solveret, post septennium habitum dimisit et ad saeculum rediit, hoc licite et bene fecerit Magistri decidunt, illum male egisse Cedula magistrorum de hoc confecta Johanni de Bellomonte, rectori Universitatis, a cancellario Universitatis Joh Gersone Maii 28 oblata est*

1410, Maii 21, 28.

Opp. Gerson., ed. Coloniens. an. 1483, t III, fol 316ᵇ, ed Dupin, II, 736 Bul . V, 205. Jourdain, n° 1012, instru-

mentum perperam ad an 1408 refert. In Bibl. nat Paris. ms. lat. 14907, fol. 78b (olim S. Victor. 463), quem citat DUPIN, nihil nisi « Quedam proposiciones excerpte de lectione cancellarii Parisiensis anno 1409 apud Sanctum Victorem, occasione cujusdam dubitacionis in facto unius militis Cartusiensis, quod incipit « Convertamus nunc sermonem ad decisionem predicte dubitacionis litteralis de vellicatione spicarum alienarum per discipulos Christi ». In fine . « Explicit tractatulus de obligatione furti vel alterius rei mutuate vel commodate ». Deinde « Anno Dom. M CCCC X, crastino Annuntiationis », quod in duabus edd., deliberationem fac theol praecedit.

1. Seu « Bevilla », Ord. S. Aug. In antiqua editione Gersonis « Gilb'no de Bunulla », in nova « Gilberto de Bunulla » — 2. Edd. « Baardi » — 3. De Mesnillo Fouchardi, minister S. Mathurini Paris. — 4. Ed. DUPIN « de Arrath ». — 5 Ubique « Roedor ».

1885. *Generales, praesidentes et procuratores Ordinum Praedicatorum, Minorum, Eremit. S. Aug , Carmelit et Servorum, inter quos Adam Payn*[1]*, theol mag. Ord Eremit , et Joh. Cuock Ord. Min. ex Hibernia, cum consilio et assensu theologiae magistrorum, ut Ordines contra temerarias impetuositates*[2] *se et jura sua defenderent, Jun. 6 in curia Rom. se conjungunt praesertim « ut reprobatio articulorum (per Alexandrum V facta) in suo robore perseveret, vel de novo [illi] reprobentur ».*

1410, Jun. 6, 10, Bononiae.

Chron. Nic. Glassberger in *Analecta Franciscana* (Quaracchi, 1887), II, p. 239.

1. An. 1413, Jul. 26, factus est episcopus Clonens. in Hibernia (Reg. Lat Joh. XXIII, n° 174, fol. 198b). — 2. Ut in *Chron.* cit., l c., narratur, occasione bullae nonnulli de Universitate Mendicantibus molestias intulerunt, aliquos incarcerando ac etiam praedicationibus et cursu studii privando, eis imponendo quod nunc possent decimas exigere et facere quae faciunt curati.

1886. *Universitas Paris quibusdam fratribus Minoribus scribit, ut illos fratres, qui regulam S. Francisci sub summa paupertate juxta ejus rigorem observant et a Benedicto XIII vicarium generalem*[1]*, ministro generali assentiente, obtinuerunt, non molestent, non obstante bulla quadam Alexandri V, piae recordationis Imprimis conventum S. Audomari, quemadmodum omnes conventus sic viventes, in pace et tranquillitate, sub vicario generali, vivere permittant* Dat in congregatione nostra generali Parisius ap S Maturinum solemniter celebrata die tertia decima mensis Junii. « Satis esse debet »

1410, Junii 13, Parisius.

Originale in Arch. Univ. Paris , thec. IV, A. 26. a. JOURDAIN, n° 1041. — Ad haec vid. infra n° 1965, not. 4.

1. Tunc Thomam de Curia.

1887. *Johannes XXIII prohibet ne quis in posterum litteris Alexandri V pro Mendicantibus uti praesumat,*

1410, Junii 27, Bononiae.

Johannes episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. In apostolice sedis specula licet immeriti disponente Domino constituti ad procurandum cunctis christifidelibus pacis commoda libenter intendimus, eorumque scandalis, quantum possumus, obviamus. Dudum siquidem cum querela dilectorum filiorum fratrum Ordinum Predicatorum et Minorum, nec non Eremitarum S Augustini ac beate Marie de Monte Carmelo, ad fel. rec. Alexandri pape V predecessoris nostri perduxisset auditum, quod nonnulli clerici et ecclesiastice persone ac utriusque sexus homines certos articulos, quos iidem fratres dicebant erroneos, tangentes materiam Clementine *Dudum* in prejudicium ipsorum fratrum

astruere publice presumebant, prefatus Alexander predecessor, iiij id. Octob. pontificatus sui anno primo, per suas certi tenoris litteras que incipiunt : *Regnans in excelsis,* certo modo super hoc providit ac disposuit, prout in eisdem litteris plenius continetur Cum autem, prout nuper nobis, qui, dicto Alexandro predecessore, sicut Domino placuit, sublato de medio, fuimus divina favente clementia ad apicem summi apostulatus assumpti, non sine gravi mentis turbatione innotuit, in diversis mundi partibus inter alios christifideles ac ipsos fratres occasione publicationis dictarum litterarum magna scandala sint exorta, et nisi super hiis de oportuno remedio celeriter provideatur, majora verisimiliter timeantur in posterum exoriri : nos super hiis, prout ex debito nobis injuncti pastoralis tenemur officii salubriter providere et scandalis hujusmodi obviare cupientes, volumus, et auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio tenore presentium decernimus quod (partibus ipsis nec non rebus, juribus et causis, de quibus in eisdem litteris fit mentio, in eodem statu per omnia remanentibus, prout erant ante confectionem dictarum litterarum) predicte littere ac processus habiti per easdem et quecumque inde secuta ex nunc in antea perinde habeantur, ac si littere ac processus hujusmodi nullatenus emanassent, districtius inhibentes ne quis in posterum dictis predecessoris nostri litteris uti aut earum auctoritati vel vigori inniti presumat Nulli ergo, *etc.* Dat. Bononie v kal Julii, pontificatus nostri anno primo.

Bibl nat. Paris., ms lat. 14617, fol. 88. — Bul., V, 204.

1888. *Facultas medicinae decano reddit pecuniam quam in prosecutione facta contra Johannem de Rubeis exposuerat*

1410, Junii 27, Parisiis.

Die veneris que fuit xxvij Junii anni Domini M[1] CCCC[1] decimi fuit facta congregatio facultatis in Sancto Maturino in primis Sancti Jacobi, scilicet inter sextam et septimam, et fuerunt omnes magistri regentes vocati per cedulam per Guillelmum de Valle bedellum. .. Fuit conclusum quod placebat facultati restituere duo scuta et de pecunia facultatis magistro Henrico Doigni, qui fecerat plures misias in quadam misia per ipsum facta pro advocato et procuratore regiis super prosecutione facta contra Johannem de Rubeis[1]. qui gerebat se pro medico et cyrurgico et fecerat apponi quoddam vexillum ad domum suam, quod fuit depositum per justitiam ad requestam facultatis.

Comm. fac. med , I, p. 150.

1. « Magister in medicina Paris. » tamen Johannes vocatur in documento parlamenti quod notamus infra ad an 1416, Mart. 13, nº 2059.

1889. *Universitas Paris. ad Johannem XXIII scribit, supplicando, ut rotulum olim Alexandro V praesentatum signet.*

1410, Junio, Parisiis.

Ad vestram sublimitatem, pater sancte, presentem rotulum cum inscriptis supplicationibus transmittit humilis filia vestra primogenita, vestre quoque paterne sanctitati devota penitus Universitas magistrorum studii Parisiensis. Cum enim laboribus et tenuitate ipsius animadversis, apud fel. rec. Alexandrum papam quintum ejusmodi rotuli signationem amplissimam vestro interveniente auxilio fuisset consequuta[1], quem hora extrema preripuit, priusquam dictus rotulus effectum sortiretur, fas est eidem[2] sperare, si fieri posset, etiam ampliorem gratiam a vestra munificentissima sanctitate concessum iri, neque operas nostras quibus in ecclesiam matrem semper fuimus propensi aut nobis ipsis licet aut opus est vestre sanctitati referre; hoc nostrum propositum aperuisse satis sit, nullum laborem recusare, si modo ad obedientiam vestre sanctitatis quod superest ecclesie possimus adducere. Id enim omnibus beneficiis, quibuscumque promotionibus et universis utilitatibus nostris volumus anteponi. Reverentiam quoque debite obedientie istius rotuli presentatione vestre sanctitatis celsitudini offerimus, quam nostra pro parte legati nostri N., etc., explebunt, quos benigne recipere, placide audire et eorum dictis fidem addere, dignetur eadem vestra sanctitas, atque inscriptas rotulo isto supplicationes exaudire, prout etiam petitur concedere ac litteras apostolicas super eisdem expediri mandare, cum prerogativis subscriptis et clausulis oportunis, ut in forma

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 46. Temporis nota e numº sequenti apparet. Ibidem Universitas pro Johanne Bouveti, mag. art., baccalareo legente in fac decr, « portitore litterarum ad sanctitatem directarum », petit.

1. Primo « fuissemus consequuti ». — 2. Primo « nobis ».

1890. *Universitas Paris. scribit ad suos nuntios in curia Rom, ut accelerent rotuli signationem.*

1410, Junio, Parisiis.

Suscepimus litteras vestras, predilecti et venerabiles viri, nostri rotuli signationem exprimentes[1] et quamquam scribendi moram aliquantum miraremur, percepto tamen fructu vestri laboris fuimus habunde contenti; ejusmodi vero litteras in festo Trinitatis[2] perlegimus, que nobis magnam letitiam attulerunt Verum, ut res humane se habent, brevis fuit hec letitia, siquidem post triduum alie littere vestre obitum domini nostri[3] nuntiantes supervenerunt, sicque extrema gaudia meror occuppavit. Celebrata itaque missa votiva pro anima ipsius[4], que in pace requiescat, animadvertimus nichilominus providendum esse in nostri rotuli expeditione. Qua in re pensavimus equis animis vestros labores, et vos iterum elegimus in nuntios et legatos, rotuli nostri signationem et expeditionem prosequuturos. Qua super re noveritis mentem nostram esse, predictum rotulum qui apud vos est in curia

iterum domino nostro summo pontifici presentari et signari sub data sue coronationis, quemadmodum fel. rec Alexander dominus noster mox deffunctus nobis concesserat[5] Hoc autem facile concedi speramus, qui interventu sanctissimi domini nostri summi pontificis nuper electi[6] tantam gratiam fueramus consequuti; similem igitur, videlicet datam sue coronationis, si potissima est, omni conatu prosequamini, neque minorem ullo pacto recipiatis Satius enim censemus rotulum ad nos reportari, quam ipsum sub data minori recipere[7], etiam cum prerogativis et articulis concessis, prosequendo alios non concessos secundum correctionem presentibus interclusam, cum aliquibus de novo adjectis, ut inspicere poteritis. Procurare insuper necesse est, ut novi magistri, quorum supplicationes in quodam alio parvo rotulo[8] missuri sumus quamprimum fieri poterit, eadem data gaudeant, quod certe justum est, cum tempore gratie fuerint gradum adepti. Addidimus itaque articulum pro ipsis, cujus concessionem exquirere oportet Preterea quia novus pontifex summus assumptus est, et rotulum, ut prediximus, tamquam novum presentamus, mutandum est caput ipsius et prologus sive prefatio. Modernum enim rectorem in capite supplicationem habere[9], ut moris est, deliberavimus. Volumus etiam quod procuratores qui erant dum istud conclusum extitit, procuratorum prerogativis gaudeant Procedatis itaque sine remissione; vestris enim sumptibus subvenire proposuimus et super negotiis nostris crebro rescribatis. Personas vestras exhilaret Spiritus Sanctus et ad nos reducat incolumes. Datum, etc [10].

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris , M 65[a], n° 46

1 I e potius, spem securam, rotulum ab Alexandro signatum iri — 2. Maii 18. — 3 Alexandri V, Maii 4 Bononiae defuncti. — 4 Circa Jun. 8 celebrata est. Vid. *Auctar.*, II, p. 77, 24 sqq. Posterius ergo hae epistolae scriptae sunt. — 5. Vid supra n° 1881 — 6. Joh. XXIII Maii 17 electus et Maii 25 coronatus est. — 7. Non tamen sub data coronationis (Maii 25), sed Maii 27 (v kal. Jun.), rotulus principalis in curia signatus est (Reg. Lat Joh. XXIII, n° 168, fol 201, 230[b]). — 8 De quo p. 186 — 9 Antiquum rectorem proinde in capite artistarum parvi rotuli posuerunt Vid infra n° 1908. — 10 Postea in minuta sequitur epistola Universitatis recommendatoria ad papam pro Johanne Bouveti, subdiac., mag art., bacc. legens in fac. decret., ut is beneficium aliquod recipiat.

1891. *Articuli communes seu « Prerogative concesse magistris Universitatis studii Parisiensis »*

1410, Junio-Augusti 5, Bononiae

Primo dignetur S. V. magistris et graduatis in isto rotulo contentis concedere facultatem eligendi confessorem unum vel plures, simul vel successive, . ac etiam plenam indulgentiam in articulo mortis ... concedere. — Fiat de utroque; sed qui volunt habere litteras habeant ad partem.

Item quod prefati magistri possint dicere officium divinum ad usum Romane ecclesie ... — Fiat. B.

Item dignetur E. S. V presentem rotulum et contenta in eodem solito clementie E. S.

more benigne recipere et defectus tam juris quam facti aut ignorantie supplere. — Fiat quod in confectione litterarum suppleatur. B.

Item dignetur E. S. V. supplicationes seu gratias inferius scriptas pro more fel. rec. Alexandri pape quinti predecessoris vestri cum prerogativa date et cum aliis prerogativis inferius petitis ante omnes alias Universitates quorumcunque studiorum generalium signare et expediri mandare. — Provisum est et optime. B.

Item[1] cum tempore retroacto, pro dolor, plus fuerit personis quam beneficiis provisum, adeo quod ipsis beneficiis de personis paucis litteratis et graduatis fuerit provisum in grave ipsorum beneficiorum dampnum et salutis animarum periculum, quod dicti magistri in isto rotulo contenti quibusvis aliis gratias expectativas habentibus etiam in rotulo principali familiarium vestrorum, commensalium, domesticorum continuorum ac imposterum gratias rotulares aut particulares habiturorum, cujuscunque status, gradus, auctoritatis, nobilitatis ac familiaritatis, etiamsi imperialis aut regalis existant, in assecutione ecclesiasticorum beneficiorum cadentium sub ipsorum gratiis preferantur, aliasque prerogativas habeant, ac si in dicto rotulo familiarium vestrorum et sub ipsius data gratias suas habuissent, dominorum cardinalium veris familiaribus domesticis et actu continue commensalibus, magis vel equaliter graduatis dumtaxat exceptis — Provisum est de optima data quam paucissimi precedunt. B.

Item si S. V. aliquibus forsan personis, cujuscunque gradus aut condicionis, etc. existant, hactenus concesserit vel concedat in futurum, quod in gratiis eis concessis vel concedendis sub quacunque data prerogativis familiarium vestrorum aut aliorum quorumcunque gaudeant ac si in ipso rotulo vestro ac aliorum inscripti fuissent, talis concessio magistris in presenti rotulo contentis in nullo noceat, ymmo ipsi magistri tales prerogativas habentes in assecutione beneficiorum sub suis gratiis cadentium preferantur. — Nullis disposuimus dare prerogativas tales, et si daremus, daremus vobis.

Item si E S. V. aliquibus, cujuscunque status, gradus et conditionis existant, gratias expectativas habentibus vel habituris sub quacunque data concesserit aut concedat, quod gratie expectative postea per E S V concedende hiis non noceant, sed quod eis preferantur, talis prerogativa magistris in isto rotulo contentis nullomodo noceat quominus talibus, cujuscunque gradus, dignitatis et status fuerint, in assecutione, etc., preferantur, quibuscunque regulis et constitutionibus cancellarie per E. S V factis et faciendis non obstantibus, exceptis dumtaxat hiis qui in *quinto articulo* excipiuntur. — Idem ut supra.

Item quod magistri antedicti et eorum quilibet possint uti duabus gratiis, vel una gratia cum una nominatione concessa vel concedenda, etiam quoad incompatibilia... [2]

Item quod in singulis nacionibus et facultatibus ordo rotuli et inrotulatorum observetur ceteris paribus. — Fiat ut petitur. B

Item cum regnum Francie inter cetera regna plures Universitates habeat et solempnes atque magis populatas, quibus minus provisum est, videretur justum et rationabile quod

S V. decerneret, conformiter ad jus commune, quod nullus extraneus recipiatur in regno, nisi saltem in altero studiorum predicti regni graduatus fuerit, quod etsi aliquis non graduatus in predictis studiis recipiatur, dignetur S V. concedere quod magistris infrascriptis in nichilo noceant, etiam cujuscunque status, gradus aut condicionis seu familiaritatis existant. — Provisum et sufficienter. [B.]

Item quod magistri quos Universitas reputat presentes, omnibus absentibus preferantur — Fiat ut petitur B.... .

Item cum in nonnullis partibus jam inoleverit consuetudo, yinmo potius abusus intollerabilis, quod scole magis danti, licet tamen ignoranti, distribuantur vel potius vendantur, in grave dampnum doctrine, juvenum et reipublice ac totius ecclesie pollitie, dignetur S V. tale remedium apponere, quod non ita distribuantur, sed pauperibus magistris scientificis mere gratis conferantur. — Servetur jus commune. B.

Item cum in prosecutione unionis sancte matris ecclesie predicte Universitas Parisiensis et ejus supposita multas expensas in solempnibus et frequentibus ambasiatis fecerint et sustinuerint, dignetur S. V. precium nuper pro bullis solvi solitum a predictis levandum diminuere usque ad summam quatuor scutorum vel minus francorum — Servetur consuetudo antiqua. B. ....

Item dignetur E[adem] S[anctitas] illos solum reputare in presenti rotulo presentes quos Universitas conformiter ad suas constitutiones presentes reputavit. —Fiat ut petitur. B. .

Item cum nonnulli magistri in dicto rotulo contenti gradus, quos post istius rotuli confectionem, ante tamen S. V. ad summi apostolatus apicem assumptionem, acquisiverunt, in suis supplicationibus non posuerunt, dignetur E. S. quod in confectione bullarum defectus hujusmodi suppleantur. — Fiat ut petitur. B.

Item cum plures magistri dicte Universitatis propter eorum tunc absentiam et alii, qui post confectionem rotuli jam vestre beatitudini presentati suos gradus acquisiverunt, in dicto rotulo non fuerunt inscripti, prefata Universitas unum parvum rotulum[3] ex et de talibus personis confectum intendat E. S. presentari facere, dignetur E. S. rotulum hujusmodi sub data et prerogativis prioris rotuli manu vestra beatissima signare ac ipsum et litteras apostolicas super hoc fieri oportunum expediri mandare .... atque ambos rotulos pro eodem reputare et decernere — Fiat ut petitur. B.

Item illos magistros in rotulo Universitatis predicte scriptos qui per maximam partem ordinarii anni presentis Parisius moram traxerunt et non alios, conformiter ad ipsius Universitatis intentionem, E. S. V. presentes reputare dignetur. — Fiat ut petitur. B. ..

Item quia propter itinerum discrimina et distantiam adeo plerumque fatigantur litigantes, quod et qui contra justitiam se in beneficiis intruserunt ipsorum remanent detentores, et quibus canonice pertinebant, ob premissa suam justitiam prosequi non valent, ab eisdem remanent exclusi, dignetur E. S. quod magistri in dicto rotulo inscripti ratione beneficiorum extra muros Parisienses tam agendo quam defendendo non trahantur, sed

inibi aliquos judices, qui de causis dictorum suorum beneficiorum cognoscant, decidant et omnimode determinent, committere. — Servetur sicut fuit a temporibus retroactis consuetum. B

Item si, antequam rotulus mittendus[4] et alteri continuandus, eo quod unum cum illo ipsum reputamus, ad S V perveniat, alium rotulum in curia existentem signare contingat, dignetur E. S. V rotulum mittendum et alteri conjungendum sub data et prerogativa alterius rotuli in rotulo mittendo inscripti secundum tenorem supplicationum suarum bullas levare, ac si fuissent in alio rotulo per S. V. signato vel signando inscripti. — Provisum est. B.

Item dignetur S. V. concedere devote filie vestre ut ejus supposita valeant et possint debitores conveniri facere a quacunque loci distancia vel saltim a duodecim dietis a fine dioc. Parisiens. computando. — Servetur prout supra. B.

Datum Bononie non. Augusti, anno primo.

BERTHOLDUS. J. OSTIENSIS

Cod. Vat. lat. 4990, fol 150b Ap BUL., IV, 906, etiam editi sunt articuli, sed perperam ad Benedictum XIII referuntur. Plura supra abbreviavimus, v. g ut magistri Paris. omnibus praeferantur, semper in collationibus beneficiorum praeeminentiam habeant, de religiosis magistris, qui praerogativis gaudeant ut saeculares, *etc.*, quae jam alias occurrerunt. Si quis talia nullius momenti legere voluerit, adeat BUL.

Certe missi sunt isti articuli cum epistolis nis praecedentibus editis. Nondum Parisios nuntius venerat, rotulum principalem signatum esse.

1 Hic articulus est celeber *quintus articulus*, de quo infra, praesertim nis 1925, 1941, 1982, pluries agitur, de quo ut plene sibi concederetur Universitas per diversos annos cum curia Rom. litigavit. Johannes XXIII eum modo limitato concessit vj id. Jul. an 2° (i. e , an. 1411, Jul. 10), sed signavit vj id. Jul an 1° (an. 1410, Jul. 10). A « quinto articulo » in serie articulorum communium supra editorum nomen accepit. — 2. Sequuntur multi alii articuli, quos omittimus — 3. De isto saepius in *Auctar* , II, p 80, e quo apparet istum parvum rotulum Aug. 4 nondum missum fuisse. Opinamur in curia non expeditum fuisse ante an. 1411, Januar 7 vel 8. Vid. n° 1907. — 4. Vid. not. 3.

1892. *Universitas (Johanni) duci Bituriae solemnem legationem mittit, ut ad pacem restaurandam laboret*

1410, Septembris 5, Parisiis.

A nostre tres redoubté seigneur, monseigneur le duc de Berry et d'Auverne, conte de Poytou, d'Etampes, de Boulongne et d'Auverne.

Nostre tres redoubté seigneur, nous nous recommandons à vous tant et sy humblement comme plus povons; et vous plaise savoir que pour certaines causes touchans l'onneur, bien et proufit du roy nostre souverain seigneur et de vous et la transquilité de son royaume, a laquelle vous avez tousjours esté propice et convenable, et esperons fermement que encores, et tant plus que le besoing en est plus grant, serez directeur et conduiseur de toute paix et concorde comme vray père d'icelle, nous envoyons presentement pardevers vous noz bien amez[1], c'est à savoir monsieur l'abbé de Pontigny[2], docteur

en la sainte theologie, maistre Johan Voisin, docteur en decret et doien d'icelle faculté, Johan Pierre, maistre en medecine, Pierres Cauchon, Eusthace Fauquenberge, Johan Bruillot, maistres en ars et licenciez en decret, et Jacquez [3], maistre en ars, lesquelx vous vueillez de vostre grâce favorablement traictier et escouter benignement et à eulx plaine foy adjouster en tout ce qu'ılz vous diront de par nous, ainsi comme toujours en tous noz affaires l'avez de vostre benigne grâce acoustumé, en nous commandant tous voz bons plaisirs, lesquelx nous acomplirons tres dılıgemment, joyeusement et de cuer à nostre povoır Nostre tres redoubté seigneur, nous prıons au benoist filz de Dieu qu'ıl vous aıt en sa benoite garde et doint tres bonne vie et longue — Escript à Paris en nostre congregation generale sur ce celebrée à Saınt Maturın le v[e] jour de Septembre.

Vos tres humbles et bıenveıllans les recteur et maistres de l'Unıversıté de Paris.

Mınuta chartac. ın Arch. nat. Parıs., M 65[b]. n° 32 (olım A. 3 g) Deest annus ın documento. Ad haec vıd. *Chronıque de Monstrelet*, ed Douet-d'Arcq, II, 90 sqq., *Rel. de Saınt-Denys*. IV, 370 sqq Ducem ambassıatores adıerunt Sept. 23

1. Legıtur ın charta « telz et telz, etc », et nomına ad calcem addıta sunt. — 2 Johannes Pacıs, abbas de Pontınıaco (1389-1413). Vıd *Auctar.*, II, p. 68, not. 3. Frustra Jourdain, p 227, not , duce Bulaeo, V, 214 « Natalıs, abbas de Poıgny », Douet-d'Arcq ın *Chron. de Monstrelet*, II, 90 « Amé, l'abbé de Poıgny », et ın nota perperam : « ıl faut lıre Foıgny ». — 3. Verısımılıter Jacobus de Harlem.

1893. « *Instructıones pro nuntııs mıttendıs ad domınum Bıturıe.* »

1410, Septembris, Parısiıs.

Ex parte Universitatıs mittenda est ambassiata solemnıs ad dominum Biturie et ad alios dominos cum ıpsis exıstentes ın honesta et honorabılı comıtiva

Primo proponens habebit presentare lıtteras credentıe Universitatis, et tunc proponet coram eis ınducendo et hortando ad pacem pro honore et utılitate regis et regni, stando in terminis generalibus, non descendendo ad alıqua particularia, que vıderentur quomodolibet irritativa vel offensiva alicujus partis, sed semper allıciendo ad bonum pacıs, etc.

Item inducantur ad premissa auctoritates, rationes, colores et motiva, ostendendo ınconvenientia, scandala et pericula inevitabilia et dampna irreparabilıa que verisimiliter evenırent tam in ısto regno quam in tota christianıtate si procederetur ad vıam facti. Que omnia vitabuntur per tractatum pacis et innumerabilia bona inde subsequentur.

Item coloretur qualiter Unıversitas Parisiensis tanquam legalis filia regis in ista dissensıone ınter domınos domus Francie nuper exorta[1] non fuit nec est, nec esse intendıt parcialıs, sed vult semper tenere medıum, hortando ad bonum pacıs ab utraque parte.

Item dicatur qualıter Universitas offert se ad laborandum totıs viribus ad hanc pacem procurandam et optinendam, hortando, consulendo, predicando et orando et aliter quantum Deus sıbi ministrabit, prout ex sua professione sibi ıncumbit et prout semper facere consuevıt.

Item nullus loquatur ad partem cum aliquo dominorum, nisi majori parte ambassiatorum consentiente et presente.

Minuta chartacea in Arch. Univ Paris., thec. I, A. 1. z. — BULAEUS, V, 214. Cf. numerum praecedentem.

1 1409-1410.

1894. *Universitas duci Burgundiae deputatos mittit, ut ipse paci consulat.*

1410, Septembr. (?), Parisiis.

Tres hault et tres puissant prince, nostre tres honoré seigneur, humble recommendacion precedent Nous envoions par devers vostre haultesse nos ambassateurs especiaulx N. N.[1], lesquelx nous avons chargié vous exposer les afflictions, ruines et desolacions piteuses de ce doloreux et desert royaume de France, en especial de ceste bonne cité de Paris et des bons et loyaux amis et bienveillans du roy nostre souverain seigneur et de vous, et aussi de declarer par devant vostre haulte noblesce certaines manières de provision et convencion plus à plain contenues es instructions d'iceulx nos ambassateurs. Et pour ce, tres hault et tres puissant prince et nostre tres honoré seigneur, que de tout temps vous avez amé, aidé et secouru et singulièrement ladicte ville et pourchassié le bien et salut du royaume par sur tous les autres princes du sang de France, nous supplions tres humblement à icelle vostre tres noble haultesse, que pour eviter la deserción final d'icelui et mettre fin aux afflictions notoires qui tant ont duré, il vous plaise recevoir et oir iceulx nos ambassateurs, et leur supplications et requestes octroier et acomplir par effect, et aussi adjouster foy à yceulx et creance plaine en tout ce qu'ilz diront touchant la matière dessus dicte et les deppendances. Et nous esperons que ainsy par la pitié divine cesseront du tout icelles afflictions et seront mises paix, transquillité et repos en ce povre et miserable royaume à l'aide de vostre tres sage et puissante haultesse, laquelle veille en prosperité garder et acroistre en honneur et gloire perdurable le tout puissant roy des rois. Escript, etc.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65^{b}, n° 74 (olim A. 3 ccc). Desunt annus, mensis, dies, at cum documentis praecedentibus omnino conjungendum illud. In numero praecedenti scribitur, ambassiatam etiam ad alios dominos mittendam.

1. Nomina deficiunt, huic legationi, si BULAEO, V, 214, fides adhibenda, praeerat Rolandus Ramerii, antiquus rector.

1895. *Universitas Paris annuit supplicationi abbatis et conventus S. Victoris, petentium ut monasterium praedictum, cum fuerit antiquitus de gremio Universitatis, iis privilegiis exemptionibusque gaudeat, quae rex reliquis collegiis concessit.*

1410, Septemb. 10, Parisiis.

Universis presentes litteras inspecturis Henricus Statter[1], rector Universitatis magistrorum et scolarium Parisius studentium, salutem. Notum facimus quod anno ejusdem Domini millesimo quadringentesimo decimo, die decima Septembris Universitate Pari-

siensi apud Sanctum Maturinum hora septima de mane solemniter congregata et specialiter per juramentum, ut moris est, convocata ad deliberandum super duobus articulis, [quorum] primus erat ad audiendum litteras patentes transmissas eidem Universitati per dominos duces Biturie, Aurelian[ensis], de Borbonio, comitesque Alençonii [et] Armeniaci, sigillisque ipsorum sigillatas. Secundus erat super supplicacionibus et injuriis : in quo quidem articulo pro parte venerabilium et religiosorum virorum abbatis[2] et conventus monasterii Sancti Victoris juxta Parisius, per organum venerabilis et circunspecti viri magistri Henrici Pistoris, sacre theologie professoris, dicti monasterii religiosi, fuit humiliter eidem Universitati supplicatum, quod cum predictum monasterium fuisset ab antiquo de gremio Universitatis predicte reputatum tanquam unum de suis collegiis, et hoc certis et rationabilibus de causis quamplurimis, quarum alique fuerunt per organum dicti magistri expresse et declarate, cum etiam in predicto monasterio viguerint et floruerint quamplures solemnes doctores theologi, ut puta Hugo, Richardus, Adam, Brito et plurimi alii, qui sua doctrina et libris ab eis editis predictam Universitatem multipliciter decoraverunt et illustraverunt : quodque per dominum nostrum regem et ejus consilium fuisset concessum, quod omnia collegia dicte Universitatis persolverentur de omnibus arreragiis sibi debitis usque ad quartamdecimam diem mensis Maii ultimo elapsi, de qua concessione multi de collegiis prefate Universitatis, specialiter religiosi dicti collegii seu monasterii Sancti Victoris, obtinuerunt literas regias datas dicta quarta decima die mensis Maii directivas thesaurariis mentionem facientes, quod eisdem de Sancto Victore indilate persolvatur de omnibus arreragiis sibi debitis, ac etiam per dictum dominum nostrum regem circa finem mensis Julii ultimo elapsi dictis collegiis Universitatis fuisset assignata summa decem et octo millium librarum parisiens., et de hoc fuissent date littere executorie, quatinus placeret dicte Universitati predictum monasterium, videlicet abbatem et conventum predictos Sancti Victoris, benigne recipere, et in casu quo reperiretur quod summa totalis cedularum traditarum thesaurariis regis per alia collegia dicte Universitatis nominata in dictis ultimis litteris regiis executoriis non ascenderet ad summam decem et octo millium librarum paris., eisdem de Sancto Victore assignare totam summam existentem dictis aliis collegiis debitam, placeretque dicte Universitati ipsos religiosos juvare.... quousque dictis de Sancto Victore persolvatur totalis summa arreragiorum eis per dominum nostrum regem debitorum. . Quam quidem supplicationem... Universitas concorditer per singulas facultates et nationes favorabiliter annuit et concessit in forma ..

Bibl nat Paris., ms. lat. 14372 (Joh. de Thoulouze), fol. 388. BUL., V, 208. — Ibid fol. 389b et BUL., l. c , exstat aliud instrumentum ejusdem diei et de eodem omnino argumento, in diversam tantum formam redactum, quod proinde omittimus. Inter praesentes enumerantur Ursinus de Talevando, Johannes Generi et Thomas Hobe, s. theol professores, Johannes Vicini et Petrus de Rosayo. decret. doctores, Joh. Petri et Johannes[3] de Pisis, magistri in medicina, Girardus Emengart et Nicolaus de Belloramo, magistri in art. et bacc. in theol.

1. Ms. « Scoiffer ». In altero documento « Dantes ». Fuit canonicus Trajectens , et an. 1424, Octob 16, fit chorepiscopus Trajectens , cum esset art. et medic. magister (Suppl. Mart. V, nº 172, fol 141). Vid. etiam *Auctar*. II. — 2 Gaufridi Pellegay, ab an. 1400, Octob. 28 (ms cit., fol. 243). — 3. Ms. et BUL. « Philippus ».

1896. *Capitulum generale Cisterc committit Matthaeo de Dunis, abbati Claraevallensi*[1], *mag in theol, ut cum duobus abbatibus etiam magistris in theol ad studium S Bernardi Paris accedat, illudque visitet atque reformet*

1410, Septemb. 12, Cistercii.

MARTÈNE-DURAND, *Thes. nov anecd*, IV, p. 1554.

1. De quo *Chartul.*, III, nº 1604, not 2.

1897. *Rector Universitatis Paris cum diversis magistris regem adiit ei annuntians, Universitatem pronam esse Parisios relinquere, quia victualia ad vitam sustinendam, quae propter gentes armorum ad Parisienses pervenire non potuerunt, deficiunt. Propter gentes armorum etiam omnia bona ubique dissipata sunt Remedium afferatur*

1410, Septemb. 24, Parisiis.

Chron. de Monstrelet, ed. DOUET-D'ARCQ, II, 92; *Rel de Saint-Denys*, IV, 372. Cf. tamen *Auctar.*, II, p 83, ubi plura alia referuntur, et *Rel. de Saint-Denys* corrigitur.

1898. *Carolus VI privilegium antiquum confirmat, quo rector Universitatis inventarium bonorum a scholaribus defunctis ab intestato relictorum conficiendum curat, vel heredibus bona redditurus vel ad pios usus eadem conversurus.*

1410, Septemb., Parisiis.

Charles, etc. Savoir faisons à tous presens et à venir, que nostre tres chière et tres amée fille l'Université de Paris nous a fait exposer que ilz ont un certain privilège, c'est assavoir que tout clerc et estudiant en icelle Université, qui va de vie à trespassement sans faire testament, le recteur de nostre dicte fille, qui est et preside pour lors, a la cognoissance de par ladicte Université des biens dudit clerc mourant intestat, et d'iceulx fait faire inventoire deuement si comme il appartient; et se ledit deffunct a aucuns amis qui viennent et s'apparissent dedens l'an et jour, lesdiz biens lui sont rendus entierement, excepté la despense qui auroit été faicte pour ledit inventoire faire, et pour la garde d'iceulz biens, et autre despense raisonnable, s'aucune y en avoit, et le demourant est rendu ausdiz amis; et s'il n'y a nulz amiz qui s'apparissent dedens l'an et jour, comme dit est, iceulz biens sont donnez et convertiz par l'ordonnance de l'Université à povres escoliers, ou là où il semble mieulx employé pour l'âme dudit deffunct; duquel privillège ilz ont joy et usé le temps passé paisiblement et par longtemps jusques à naguères que par aucuns de noz officiers en la prevosté de Paris leur a esté mis empeschement . [*Rex approbat privilegium et executioni mandat*]. Donné à Paris ou moys de Septembre l'an de grace mil CCCC et dix, et de nostre regne le xxxe.

Arch. nat. Paris., JJ 165, fol. 196^{b}, nº 326. — *Ordonn. des roys*, IX, p. 543.

1899. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1410-1411*

1410, Novemb. 4, Parisiis.

Anno Domini M° CCCC° decimo, die martis que fuit quarta dies mensis Novembris post festum Omnium Sanctorum, magistri quorum nomina subscribuntur inceperunt lectiones suas ordinarias pro regencia tocius anni :

Thomas de Sancto Petro	Drocho Decani
Johannes de Bellomonte	Joh Casson
Guillelmus de Camera	Yvo Levis
Johannes de Ens	Petrus Cardonelli
Johannes Comitis[1].	Guill. Fabri.
Johannes Leporis	Joh de Pisis
Guillelmus Pelliparii	Guill de Gardinis
Henricus Pelati	Robertus Charmolue
Joh Tanquardi.	Petrus de Trecis
Joh du Martroy	Guill de Busco
Joh Belardi	Guill Haro
Jacobus Saquespée.	Nicolaus Barboti
Henricus Dongny	Jacobus Despars.
Guillelmus Nepotis	Adam Robart[2] [28]

Comm. fac. med , I, p. 158.

1. In marg. add. « non est regens ». — 2. Sequuntur nomina bedellorum Guillelmus de Valle, magnus, Guerinus de Roncuria, parvus bedellus.

1900. *Universitas Paris. congregatione habita ambas bullas de Mendicantibus, tam Alexandri V, quam Johannis XXIII, reprobat.*

1410, Novemb. 17, Parisiis.

Auctar., II, p. 97, 14-33. — Cf. Bul , V, 211

1901. *Rolandus Ramerii, rector Universitatis, magistros atque omnes in jure canonico vel civili licentiatos, Universitatis juratos, etiam Parlamenti, ad congregationem vocat Curia modum invitationis membris curiae significatae vituperat.*

1410, Novemb 22, Parisiis.

Samedy xxij[e] jour de Novembre — Cedit jour a envoié ceans le recteur de l'Université de Paris une cedule seellée du seel dudit recteur, contenant ce qui s'ensuit :

Nos Rolandus Ramerii, rector Universitatis magistrorum et scolarium Parisius studentium, requirimus per juramentum et sub omni pena omnes magistros dicte Universitatis ac omnes et singulos in jure canonico vel civili licentiatos dicte Universitatis juratos, cujuscunque status fuerint, quatinus cras[1] de mane, hora octava, compareant in congregatione generali dicte Universitatis in Sancto Bernardo, annuente Domino, celebranda In cujus testimonium sigillum rectorie huic cedule apposuimus, etc,

Par vertu de laquelle un escolier ou bedel a signifié que les jurez de ladicte Université estans ceans fussent à ladicte assemblée.

A quoy la court a respondu que ce n'estoit point la manière de venir ceans signifier les assemblées, attendu l'estat de la court qui n'estoit subgecte ne jurée que du roy, mais s'il [y] avoit aucun ou aucuns singuliers qui eussent fait serment de l'Université, devoient estre à part requis d'aler en ladicte assemblée et non pas en la court par ladicte manière; et fut enjoint audit messager que ce deist audit recteur et que plus ne feist ainsy A quoy a dit que l'entention et entendement, quant à la manière de la court, estoit l'entention dudit recteur, mais pour briftę avoit esté fait de par ledit recteur par ceste manière.

Arch nat Paris, X[1a] 1479, fol. 139. — BULAEUS, V, 211. *Journal de Nic de Baye*, ed. TUETEY, I, p 341.

1. I. e pro 23 Novembris. Vid. num[um] sequentem.

1902. *Universitas Paris in S Bernardo congregata occasione legatorum a papa missorum*[1], *qui decimas aliaque subsidia requirebant, unanimiter se declaravit contra decimas, annatas, vacantia, conformiter ad alia deliberata et stabilita Subsidium solum caritativum concedere voluit.*

1410, Novemb. 23, Parisiis.

Auctar. Chartul., II, p. 93, 15 sqq., ad quod lectorem remittimus. *Chron. de Monstrelet*, II, 103 sqq., ubi tamen confusio magna temporis, quam editor DOUET-D'ARCQ minime deprehendit, sicut nec TUETEY in ed. *Nicol. de Baye*, I, p 344. not. Apud Monstrelet scribitur, congregationem fuisse 24 Nov., et die lunae. Sed deinde prosequitur « lundi *suivant* fut fait un conseil royal », hoc esset Dec. 1. At sec. Nicol. de Baye consilium regium 24 Novemb. habebatur. Postea ap. Monstrelet narratur, « le dimenche ensuivant xxix jour dudit moys de novembre » Universitatem fecisse aliam congregationem, in eodem loco quo « dimanche devant », quae quidem congregatio secundum Monstrelet non 29 Novemb., sed 7 Decemb., facta esset. At ultima congregatio revera fuit 30 Novemb. (quod per documentum infra relatum confirmatur), quae fuit dies dominica, et dominica prior, scil 23 Novemb. (quod per documentum n° 1901 confirmatur), fuit prima congregatio, et « lundi suivant », 24 Nov., consilium regium. Ap. BUL., V, p. 212 sq., correctior textus e *Chron. de Monstrelet* quoad hoc affertur

1. Archiepiscopi Pisani. Alemanni Ademari, et episcopi Silvanectens., Petri Plaoul (*Auctar.*, l. c., p. 90, 28).

1903. *Carolus rex consilium tenuit, ad quod etiam rector et alii Universitatis veniebant. Archiepiscopus Pisanus proponebat, papam jure divino decimas colligere et recipere posse, qui hoc negaverit, minime christianus censendus esset*[1] *Universitas per quemdam magistrum theologiae proponebat in curia parlamenti, papam non habere in eo jus, hoc praeterea esse contra arrestum parlamenti a rege confirmatum; conclusit, arrestum praedictum manutenendum esse a curia*[2]

1410, Novemb. 24, Parisiis.

1. *Chron. de Monstrelet*, II, p. 105. — 2. Arch. nat Paris., X[1a], 4789, fol. 5[b], *Journal de Nicol. de Baye*, ed. TUETEY, I, p. 343.

1904. *Universitas in S. Bernardo congregata concludit legatos mittendos ad regem, ei relaturos, quae dixerint legati papae de decimis; revocandi sunt. Si legati nollent abire, facultas theologiae contra eos* in facto fidei *procederet. Universitas conclusit etiam omnibus aliis Universitatibus, praelatis, capellanis scribendum ut sese ipsi adjungerent. Legati Parisios reliquerunt « sans dire adieu ».*

1410, Novemb. 30, Parisiis.

Chron. de Monstrelet, II, p 105. — Postea etiam diversae congregationes celebratae sunt. Vid. ibid.

1905. *Universitas Paris. ad quemdam praelatum scribit contra legatos papae, qui decimas requirunt; sese Universitati adjungat.*

1410, Novemb. 30, Parisiis.

Sperabamus, reverende pater, prout annuente Deo nostri vestrique labores meruerant, ecclesiam Gallicanam antiquis in libertatibus perpetuo duraturam, cum regiis litteris, aresto parlamenti communique ecclesie Gallicane consensu, sicut scitis citra paucos annos confirmatum extitit et conclusum. Nunc autem, quasi nos singulariter laborare Deo[1] complaceat, novis laboribus nostris nova supervenere pericula, quibus certe nisi viriliter occurratur, peribunt et evacuabuntur ecclesie libertates, moxque servitus antiqua redibit. Venerunt si nescitis, reverende pater, sanctissimi domini nostri pape legati, qui sicut ex eorum propositis edocemur, decimas quotiens papa volet, vacancia, collectores subcollectoresque ac alia que retroactis temporibus viguere subsidia introducere nituntur, regemque importune pulsant, ut exactiones hujusmodi suo currere decetero permittat in regno, que omnia, reverende pater, sub silentio transeamus. Ecclesia in perditionem non sine culpa nostra nostris temporibus redigetur. Exurgite igitur, reverende [pate]r, et ecclesie matri, que non ad servitutem sed ad libertatem nata est, una nobiscum succurrite, nobisque, qui jam co[ntra] eos processum ad libertatum conservationem incepimus, adjunctionem vestram ita et procurationem ad appellandum e[t defend]endum quibus opus erit, visis presentibus, nobis destinare velitis. Nos autem que interdum opere defension[is proderunt] infatigabiliter procurare studebimus. Reverende pater, vestra valeat reverenda paternitas per incrementa bonorum. Dat[um Parisius in] nostra congregatione generali apud Sanctum Bernardum super hoc specialiter celebrata, die ultima mensis Novembris.

Vestri rector et Universitas studii Parisiensis.

Originale, laceratum, in Arch. nat. Paris., M 65[a], n° 122 (olim A 33. aaa) Fortasse epistola destinata erat ad archiepiscopum Remensem, ad quem Universitas scriptura erat (*Chron de Monstrelet*, II, p. 106).

1. Orig. « Deus », et ante « singulariter » ponitur.

1906. *Licentiati in facultate theologiae Parisius.*

An. 1410, post Pascha.

Mag Johannes de Galencoep[1]
Fr. Petrus de Haya, alias des Hayes, Carm[ta2]
Mag Petrus Godart
Mag Rolandus Barguenel[3]
Fr Guillelmus Bouticoti[4], Pred
Fr Benedictus Gentiani, relig S Dionysii
Mag Dionysius Pagani
Fr. Petrus Barra, Pred
Fr. Johannes de Morimundo, Cisterc
Mag Erardus Emengart
Fr Johannes Le Daudet[5], Pred

[11]

Bibl. nat. Paris, ms. lat 5657ª, fol. 13ᵇ.

1. Nationis Anglicanae Vid. *Auctar*. I. An. 1419 eccl. paroch. Novaeterrae Traject. dioec. desideravit (Suppl. Mart V, nº 120, fol. 41). — 2 Anno sequenti, Jul. 16. factus est episcopus Tinarum et Micon. (Reg. Lat Joh. XXIII, nº 151, fol. 174ᵇ). — 3. Universitas Paris. cuidam praelato recommendat pro beneficio Rolandum Barguenel, mag in art. et bac formatum in theol., « de presente rectorem Univ. » (*Minuta* chart. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 95). Videtur fuisse rector inter an. 1405 et 1410, quem in Nomenclatura omittit Bulaeus. — 4 Ms. « Boutiton ». Vid. supra nº 1800, ubi notavimus, eumdem alias vocari « Bouticelli ». — 5. Ms. « Dentuech ».

1907. *Supplicatio legatorum Universitatis Paris., qui parvum rotulum ad Johannem XXIII portaverunt.*

1411, Januarii 7, 8, Bononiae.

Beatissime pater, supplicant S. V. devoti oratores vestri ambasiatores devote filie vestre Universitatis Parisiensis, qui ultimate venerunt[1], quatenus semper ceteris paribus et in equali data ac etiam inter omnes habentes vel habituros datam concessam vel concedendam magistris in presenti rotulo dicte Universitatis insertus sit talis ordo, quod in assecutione beneficii seu beneficiorum graduatus non graduato et magis graduatus minus graduato preferatur, non obstantibus quacunque majori diligentia vel expedicione litterarum, celeriori promulgatione vel fulminatione processuum seu sententiarum. Salvo tamen pro integro articulo dicente[2], quod magistri quos Universitas reputat presentes, omnibus absentibus preferantur, dumtaxat veris familiaribus et continuis commensalibus .... exceptis.... — Dat. Bononie vj id. Januarii, anno primo.

Item supplicant eidem S. V. quod magistri in artibus Parisienses in presenti rotulo inscripti admittantur ad ecclesias cathedrales.... Exceptis novem cathedralibus ecclesiis excipi consuetis, in quibus admittantur baccalarii formati in theologia in dicto rotulo contenti. — Dat. Bononie vij id. Januarii, anno primo.

Cod. Vat. lat. 4990, fol. 147ᵇ, sub rubrica · « Supplicatio Universitatis Paris. » De parvo rotulo supra p. 186 agebatur.

1. Cum parvo rotulo. — 2. Vid p. 186.

1908. *Magistri artium, fortasse notati pro parvo rotulo mittendo ad Johannem XXIII.*

1410, Augusti-1411, Januarii, Parisiis.

De nacione Francie.

Antiquus rector.
Procurator
Intrans
Receptor.
[Johannes] de Marsonno
M. P[etrus] Cauchon.
M Jo[hannes] Francisci
M Jacobus de Centumnucibus
Dom archidiaconus de Saint-Malo.
M. D[ominicus] Chaillon.
M Dionisius de Boinvilla.
M Dominicus Francisci
M Radulphus de Porta
[Johannes] de Monteleonis.
[Nicolaus] de Sancto Elario.
[Nicolaus] de Veterifolio
Jacobus Croiseti.
Andreas Choleti
[Petrus] de Merula
Jo[hannes] de Lenda
Gaufredus de Sancto Cirico.
[Guillelmus] de Molinis et ejus socius.
M. Raimondus Brissonis.
[Johannes] de Bria
G[uillelmus] Martini
[Johannes] de Cathalano
[Johannes] Archerii
[Johannes] Laudissonno.
[Guillelmus] Rousselli.
[Gerardus] Macheti
[Guillelmus] de Monteformoso.
N[icolaus] Syrenis.
Evrardus Cai erii.
Johannes Cauchon.
[Guido] Textoris
Petrus Parvi.
M. R de Rubetis.
M Jo[hannes] Barre [1]
M Yvo de Ponto.
M Jo[hannes] de Turgis.
[Hugo [3]] de Murolio.
M Jo[hannes] Boveti, de collegio Balvacens
M Martinus [Talayero] de Arragonia
M Persevaldus [Henrieti].
M Guillelmus Bardel
M Vivianus Robeleti [2]

De nacione Picardie.

Procurator
Intrans
Receptor.
[Thomas] Marescalli.
Philippus Ogerii.
Dionisius Feulart.
Robertus Hospitis.
Egidius le Mariez.
Adam Burgin
Nicolaus Amantis.
[Johannes] Boiri.
[Jacobus] de Belloramo.
Johannes de Atrio.
Doriquez [3] et alii de collegio Choletorum.
[Johannes] de Nova domo [4].
M. Livinus [Neuelinc] [5].

Normannie.

Procurator.
Intrans.
Receptor.
[Johannes] Britonis
M. Ravanus Varrot.
Promotor.
Rolandus Ramier.
M Guillelmus le Sesne.
Thomas Boutin.
Simon Pinardi.
M Joh Laurentii.
M G[uillelmus] Vauchis.
P de Villaribus
M. Richardus le Mainguen
M Johannes Saunier [6]
M. Guillelmus Quillet.

Anglie.

Procurator
Intrans.
Receptor.
[Johannes] Galencoept.
M. Joh. Borbort
M Henricus [de Gorrichen]
M. Bernardus Vreuuelinc [7]
M Gerardus Dommehere [86]

Summa supra scriptorum cum bedellis octo iiij^{xx} j [8].

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65b, n° 15, scil. a tergo instrumenti supra ad an. 1409, n° 1871, editi Opinamur hic exstare minutam seu appunctamenta pro rotulo artistarum, non quidem pro principali, sed pro parvo rotulo, qui mense Aug. an. 1410 nondum ad curiam missus erat. Gerardus Dommehere, an. 1409 in theol. licent , nondum magisterium adeptus est. Utique fatendum, aliquas notas inveniri adjunctas, qui ad rotulum nullam relationem habent

1. Propter errorem quemdam condemnatus Vid. *Opp. Gerson.*, V, p. 95 — **2.** Postea in imo margine additur . « Les cuiseniers xviij sol. Pierre de Longalour demor[ant] au Pont neuf, qui sert de linge, xxviij sol. » — **3.** Seu « Dorquez ». — **4** Universitas Paris. ad « venerabiles atque egregios viros » (canonicos Parisiens.?) epistolam direxit, eis gratias agendo, quod providebant « mag Johanni de Nova Domo, regenti Parisius in fac. artium, viro magne et eminentis scientie, qui omnem laborem, quo mirifice urget ingenium, cunctamque operam doctrinis salubribus impendit, unde etiam gradum in theol. fac., nisi opum tenuitas obesset, foret adeptus » (Arch. nat. Paris., M 65a, n° 82) — **5** Ex hoc apparet, Livinum Neuelinc (vid *Auctar.*, II, p 566, not. 4) seu de Gandavo, an 1415 decanum fac decr , tunc nondum doctorem decr. fuisse. Cum vero an 1412, Febr. 23 (vid. infra), jam ut doctor afferatur, inter an 1410 et 1412 doctoratum accepit. An. 1418 factus est auditor rotae (ex notis CONTELORI in Arch Vat.). — **6.** Qui an. 1413, jam bac format. in theol., vocatur « Salnerii », seu « Saunerii », ut an. 1422, jam mag. theol (Suppl. Mart V, n° 153, fol 184b). — **7** I e. « Vlogelingh », de quo in *Auctar.* I. — **8.** Sic in *minuta* (quia nonnulli posteris diebus additi sunt), pro 94.

1909. *Universitas Parisiens gratias agit Johanni XXIII pro signatione rotuli.*

1411, Parisiis.

Vestre sanctitati, beatissime pater, ex uberi gratiarum munere placuit rotulum nostrorum suppositorum signare ac specialibus munire prerogativis, que magistris in dicto rotulo inscriptis dumtaxat suffragarentur Erant autem in fine rotuli ex ritu et more quem ex antiquitate tenuimus inscripti pauci officiarii, qui et scolis et congregationibus et actibus universis atque intimis rebus nostris assistunt cothidie, quos bidellos appellamus. Istos percepimus sub prerogativis illis nullatenus comprehendi. Cum vero pertineat ad complementum largitatis et cumulum gratiarum, ut prefati officiarii nostri nostras prerogativas participent, sicut hactenus usu venisse cognoscimus, vestre sanctitati supplicamus, quatinus illis concedere dignetur, ut sine cujuscunque magistri prejudicio iisdem prerogativis nostris tam primi quam secundi[1] rotuli uti valeant et gaudere, in quo continuatam amplitudinem paterni monstrabit affectus clementia vestra, quam conservare dignetur Spiritus Sanctus ad regimen ecclesie sancte.

Minuta in Arch. nat. Paris., M 65a, n° 74 — Certe post signationem rotuli parvi composita est epistola, si ad Johannem XXIII scripta est. Fatendum enim, eam etiam ad an. 1424 pertinere posse, ad Martinum V directam.

1 I. e rotuli parvi, si epistola, ut opinamur, ad Johannem XXIII pertinet.

1910. *Johannes XXIII Thomae le Mauge, rectori paroch eccl d'Ausebosc Rotomagens dioec , mag in medicina, permittit ut in facultate medicinae Parisiis quoad vixerit legere et regere libere et licite valeat, non obstantibus Honorii III et quibuscumque aliis constitutionibus Ecclesia tamen paroch obsequiis et animarum cura non fraudetur* Dat Bononie quarto id Januarii, anno primo « Sincere devocionis ».

1411, Januarii 10, Bononiae.

Reg. Vat. Lateran. Joh XXIII, n° 145, fol. 21.

1911. *Universitas Paris conqueritur papae, Eliam episcopum Aniciensem, qui nunc Parisius commoratur, multum gravari Et tamen est « vir etate grandevus, genere nobilis ex utroque latere militari, jam evolutis 40 fere annis utriusque juris doctor solemnis, et 31 in duabus ecclesiis episcopus extitit, inter nos ut suppositum nostrum egregium annis 24 conversatus, in Romanaque curia auditoris, acoliti mitrarii pape ac cubicularii, examinatoris et referendarii, ceteraque pene honorabilia Rom curie temporibus Gregorii XI, cujus fuit in secundo gradu consanguineus, et expost successorum suorum simul aut successive laudabiliter exercuit officia ». Remedium Universitas expostulat[1] Agitur de lite, quae an 1411, mense Januarii, exarsit inter episcopum Xanctonensem et ejus praedecessorem, Eliam episcopum Aniciens., in curia parlamenti, et quidem quantum ad quasdam reparationes factas in palatio episcopali Xanctonensi De eadem causa Elias episcopus Aniciensis litigabat etiam ibidem cum duce Bituricensi[2]. Universitas semper partes Eliae episcopi Aniciensis tenebat.*

1411, Januarii 11, 15, Parisius.

1. Duae *minutae* chartac. in Arch. nat Paris , M 65ª nº 25, et 65ᵇ, nº 7 (olim A. 3 I) « Sepe querimur, beatissime pater », sine temporis nota Agitur de Elia de l'Estrange, qui an. 1381, Mart. 1, factus est episcopus Xanctonens , cum esset decanus dictae eccl. et legum doctor (Reg. Aven. Clem. VII, vol. XXII, fol 13), an 1396, Novemb. 15, translatus ad eccles Aniciens. (Reg. Aven. Ben. XIII, vol. XXVI, fol 142). Ejus successor in episcopatu Xanctonensi fuit an. 1398, Jun 19, Bernardus, episc. Agennens (ibid , vol. XXVII, fol. 155ᵇ). — 2. Arch. nat. Paris , X¹ª 4789, fol. 26ᵇ, 30ᵇ.

1912. *Perretta Petonne, quae in vico S. Dionysii chirurgiam exercebat, quanquam a medicis chirurgisque non approbata fuerat, ad instantiam magistrorum chirurgorum Paris vexatur*

1411, Januarii 31, Parisius.

Cum ad requestam seu instanciam magistrorum et juratorum artis cirurgice ville nostre Parisiensis certus examinator Castelleti nostri de mandato seu precepto prepositi nostri Parisiensis aut ejus locumtenentis, domum Perrete Petonne Parisius in vico magno Sancti Dionisii situatam adiisset, et reperto quod ipsa Perreta, que licet in arte predicta examinata[1] nec approbata fuisset, prout privilegia et statuta ipsius artis per nos seu predecessores nostros edita et confirmata requirebant et continebant, eidem arti se immiscens, certam bustâm[2] aut banneriam seu intersignium ad modum cirurgici publici domui sue predicte seu hospicio appendi fecerat, eandem banneriam seu intersignium removeri et in dicto Castelleto deferri fecisset, et insuper eidem Perrete inhibuisset ex parte nostra ne quousque secundum dicta statuta et privilegia examinata fuisset et approbata, et donec aliud super hoc per dictum prepositum esset ordinatum, se de arte prefata et exercitio ejusdem se intromitteret, ipsam Perretam adjornando personaliter coinparituram coram preposito predicto procuratori nostro et dictis magistris et juratis super his que ab ipsa petere vellent responsuram, ac ulterius processuram prout foret rationis. Que quidem Perreta fuisset postmodum de alio dicti prepositi seu ejus locumtenentis precepto in dicto Castelleto prisionaria adducta et mancipata absque abinde mediante cautione prestita elargita; deindeque auditis partibus antedictis causa earundem partium in statu quo erat ad aliam diem sequentem continuata extitisset, ac ulterius ordinatum et appunctatum per dictum prepositum, quod interim dicta Perreta suos libros artis cirurgice predicte penes

curiam dicti prepositi poneret, per quatuor phisicos Parisius in presencia predicti examinatoris ac clerici criminalis ejusdem prepositi visitandos, examinareturque eadem Perreta per dictos phisicos predictis examinatore et clerico necnon duobus cirurgicis utrique partium minus suspectis presentibus. Et hoc facto necnon dicto examinatore de et super curis infirmorum, de quibus ipsa Perreta se jactabat, ac de his quibus dicti magistri et jurati ipsum in contrarium informare vellent, informato, iidem phisici examinator et clericus reperta per eos in hac parte dicto preposito referrent; et insuper elargaretur in diffinitiva Perreta prefata, que demum in dicta causa juxta dicti appunctamenti tenorem, ipso primitus in quantum eam tangebat, ut dicebat, furnito, ulterius procedi peciisset. In contrarium vero prefati magistri et jurati certam dilacionem pro habendo duntaxat copiam relationis dictorum phisicorum examinatoris et clerici quam antea pecierant, et nondum potuerant habere, ut dicebant, sibi dari peciissent, dicta Perreta id impugnante, ipsisque partibus auditis dictus prepositus dictam causam usque ad aliam brevem diem immediate sequentem in statu tenuisset, propter quod dicta Perreta, quod ipsa in sua cura plures infirmos seu pacientes habebat, qui remedio et visitatione necessario indigebant, requisisset quatenus licencia eosdem infirmos seu pacientes visitandi concederetur eidem, inhibitione predicta non obstante. Quam quidem licentiam dictus prepositus eidem Perrete plenarie concedere noluisset....

Et respectu principalis cause predicte, dicta curia partes predictas coram dicto preposito ad xv^am^ diem instantis mensis Februarii remisit ac remittit super dicto principali processuras et facturas prout fuerit rationis. Et insuper ... inhibuit et inhibet ... prefate Perrete ne pendente hujusmodi processu ipsa officium seu factum cirurgie aliquatenus exerceat, nec bustiam seu banneriam aut aliud cirurgici vel cirurgice intersignium hospicio suo apponat seu apponere faciat vel presumat. Et absque expensis cause appellationis prefate.

Pronunciatum ultima die Januarii anno Domini M CCCC X°. — NANTERRE.

Arch nat. Paris., X^1a^ 58, fol. 101 — Jam an. 1410 in parlamento ea causa incepta fuit; primo Junii 9, ubi legitur, Perrettam interrogatam fuisse a [Petro de] Ausson, [Guillelmo] le Peletier, aliisque magistris in medicina, an legere sciret (quae respondit se scire, « combien qu'elle ne cogneust un *a* d'un fagot ») ac quae proprietates essent herbarum in remediis adhibitarum, tanquam « ache » et « ysope », tum praepositum Paris decrevisse aegros a Perretta curatos convocandos esse (ibid., X^1a^ 4788, fol. 500), — secundo Junii 16, quo Perretta respondet se operari « pour Dieu », neque justum esse si ea vexaretur, « car pluseurs femmes autres se mellent de sirurgie a Paris, à qui l'on ne demande rien » Post responsionem chirurgorum eam persequentium, curia deliberavit se visuram (ibid , X^1a^ 4788, fol. 506^b^).

1. Ex hoc apparet non modo chirurgos sed etiam mulieres chirurgicae arti indulgentes tunc jure practicavisse. Perretta ob id tantum vexata est quod sine approbatione exercebat. — **2.** Seu « bustiam », quod gallice tunc dicebatur « boite », ut legitur in documento gallico hic allato (ibid , X^1a^ 4788, fol. 500^b^).

1913. *Universitas aegre ferens « datam » quam Joh XXIII rotulo affixit, et quod non acceperit praerogativas, scribit papae De morte cardinalis de Tureyo Alia mandat cuidam magistro Guillelmo, alia nuntius*

1411, Januarii, Parisiis.

1. Expectavimus cum spe, beatissime pater, gratie vestre largifluam manum super nos ac nostra supposita exuberantissime extendi, presertim cum labores nostros ac merita, quibus ecclesie matri succurrere curavimus, primum recolende memorie Alexandro pape vestro predecessori, deinde vestre sanctitati ac toti dominorum cardinalium collegio tantopere acceptatos ac ingentibus laudum titulis efferri acceperimus Quamquam enim non tali nos dignemur honore, audenter tamen fatebimur operas nostras nosque ipsos ejus obsequio penitus devovisse, neque annuente ipsius auctore desistemus pro tenuitate nostra eidem tamquam matri inservire. Verum si anteactis temporibus nostras promotiones, ut ea que ad pacem sunt Jherusalem libentius sequeremur, non solum contempsimus, sed etiam sponte oblatas repulimus[1]; si execrabile scisma, quod membra ecclesie sancte tam miserabiliter et impie depastum est, non cessavimus oppugnare; si nostra prosequutione ejecti sunt scismatici, tandem opitulante sponso ecclesie prorsus exterminandi, et, quod jactare non auderemus, ymo nec cogitare nisi ex vestre sanctitatis ore manasset, sedes apostolica est ope nostra stabilita; si denique hoc ipsum quod datur otii doctrinis salubribus impendimus ad edificationem corporis Christi : quid speravimus aut quid sperare debuimus? Spectabant omnes quid pro bene gestis rebus Universitas studii Parisiensis consequeretur, quam laboris mercedem preter celeste premium a Christi vicario reportaret Que bene de ecclesia merendi relinquerentur posteris monimenta? At vero eidem attenuatissime allata est provisio gratie sub data v kal , etc [2], nullis prerogativis sublevata, in quam concurrunt innumeri, et quam plurimi antecedunt, velut antea scripsisse meminimus Profecto, pater sancte, nullo pacto induci possumus, ut hoc nisi ex emulorum nostrorum suggestione processisse existimemus Crebris siquidem non tantum legatorum vestrorum, sed etiam aliorum relationibus nobis haud dubie innotuit, quanta in vestram primogenitam filiam benivolentia propendeatis, quamque fructuose sibi providisse vestre sanctitatis sublimitas arbitretur. Ast ut summam attingamus, nisi vel potiorem habeamus datam, vel illo articulo[3] equissimo, quem petimus, pro quo etiam nostri nuncii apud celsitudinem vestram instant, subnixa fuerit, videlicet ut nulle antedate nec nominationes [nostris suppositis noceant], rati sumus gratias nostras minime effectum sortituras.

Nec[4] vos, beatissime pater, nonnullorum in hac parte frivole suggestiones decipiant, nos scilicet data prerogativis nunciisque nostris, qui modo nobiscum sunt, contentos esse dicentium, quoniam certe in ea mente persistimus, quam per Guillermum d'Andelot regium equitatorem nuper vestre sanctitati litteratenus insinuare decrevimus[5]. Et ut in hac re ceterisque quibus animi nostri pro nunc versantur distinctius mens nostra vestre sanctitati patescat, scedulam sigillatim omnium contentivam eidem presentibus interclusam trans-

mittimus Supplicamus itaque vestre paterne sanctitati devotis animis, uti circa hec omnia animadversa esse dignetur, nos videlicet in merite retributionis attestationem liberaliter de sui gratia contentando, ut etsi ferventes antea fuerimus in subveniendo ecclesie, adhuc magis et magis eidem atque ipsius pontifici summo reddamur propensi.

Ceterum, beatissime pater, audivimus, nuper bone recordationis dominum cardinalem de Thureyo emenso hujus mundane vite salo patrie portum volente Deo attigisse[6]. Quapropter novus terror animos nostros concussit; formidamus enim, ne illi sceleratissimi scismatici ac ecclesie hostes infestissimi, qui arcem Avinionensem occuparunt et occupant, inde[7] exultantes civitatem et ecclesiam illius patrie invadant insolentius atque acrius lacessere molliantur. Quamobrem visum est nobis esse expedientissimum, reverendissimum patrem dominum archiepiscopum Nerbonensem[8] illius reipublice gubernaculum vestre sanctitatis dispositione capessere et vices vestras in hac parte gerere Speramus enim ipsius providissimo consilio rem ecclesie illius prosperari Interea vero interpellabimus apud regem dominum nostrum et principes Francie, ut sibi in hac parte succurratur. Assidue insuper quecumque honori ecclesie matris videbimus prodesse, totis conatibus more nostro elaborabimus Denique nobis humillimis filiis vestre sanctitatis ipsa quelibet mandata dignetur imponere eidem sedulo obtemperaturis, quam inhabitet Spiritus Sanctus pro sue sponse felici gubernatione. Datum, etc.

2. Mag. Guillelme, faciatis litteras Universitatis dirigendas domino nostro pape tam super revocatoria bulle Mendicantium, quam super provisionibus Universitatis quoad prerogativas conformiter ad ultimate scripta sibi per equitatorem

Item faciatis quasdam alias litteras pro nunciis Universitatis, quod prosequemur ista apud dominum nostrum et cardinales Hostiensem et de Chalanco commissarios Universitatis Insuper prosequemur abbaciam Sancti Theodorici prope Remis pro magistro Petro de Roseyo decretorum doctore, actu regente in eadem facultate, pro quo scribit Universitas domino nostro pape[9], etc. Ultra in litteris ponatur, quomodo Universitas non fuit contenta de nunciis nostris, eo quod suas instructiones sunt transgressi, nec fuerunt grati in Universitate, nisi dumtaxat in bene actis Preterea tangatur, quod cedulam punctorum que pro nunc petimus contentivam in litteris suis interclusam, transmittimus tam super revocatoria quam provisionibus, et fiat mentio quod per equitatorem regium sibi scripsimus.

Minuta chart. in Arch. nat. Paris., M 65ª, n[is] 21 et 22. In nº 22 exstat etiam *minuta* epistolae ad nuntios, quibus Universitas scribit se misisse ad papam epistolam « Expectavimus ». Nuntiis incumbit apud papam et cardinales omnia puncta prosequi, etiam abbatiam [S. Theodorici] Quantum ad temporis notam vid. not 6.

1 Nempe sub Benedicto XIII — **2.** I. e « v° kal. Junii », quo rotulus a Johanne XXIII signatus est Vid. nº 1890, not 7. — **3.** Quinto. — **4.** Sequentia usque « contentando » exstant in nº 22. — **5** De hoc in *Auctar.*, II, p. 88, 14, et 92, 4, ad an 1410, Octob, Nov., agitur — **6** Ita corrigitur error, in quem auctores hucusque quantum ad annum mortis cardinalis Petri de Thureyo, tit. S. Susannae, inciderunt. CONTELORI scribit, constare e litteris Benedicti XIII an 1417, April. 16, de Thureyo tunc adhuc vixisse. Ipsum sequuntur BALUZE, *Vit. pap. Aven.*, I, p. 1353, CHEVALIER, *Répertoire,* etc., p. 1838 Ast Petrus de Thureyo jam in fine anni 1410 defunctus est. Argumentum peremptorium praebet epistola Johannis XXIII.

an. 1411, Jan. 2, ad Franciscum Conzieu, archiepiscopum Narbonens., camerarium, quem tunc in successorem Petri de Thureyo ut rectorem Avenionis et comitatus instituit. Papa scribit « Sentientes *nuperrime* ... bone memorie quondam Petrum tit. S. Susanne presb. Rom eccl. cardinalem ac in comitatu Venaysini, civitate Avinionensi ejusque comitatu... [vicarium generalem in temporalibus] *ab hujus labilis vite mortalitate subtractum et clausisse fine laudabili dies suos* .. Dat Bononie iiij non. Januarii an. primo » (Reg. Vat, nº 342, fol. 119ᵇ, fol. 271, ubi iij non Jan). Sic confirmatur, quod Universitas supra dixit. Revera etiam Antonius card Aquilegiens. junior jam an. 1412, April 6, titulum S. Susannae recepit (Arch. Vat., XII, 121, p. 59), abbatia S. Theodorici vacabat an. 1411, Jan. 4, usque ad Jan. 31, successor Petri de Thureyo ut commendatarii ecclesiae Avenionens an 1411, Mart. 23, fuit Guido abbas monasterii extra portam Viennens. (Arch. Vat., XII, 121, p 46). Praeterea minime verum est, Benedictum XIII adhuc an 1417 Petrum vivis ascripsisse, immo jam an. 1413, April., in Bulla *Coena Domini*, et sic etiam an 1417, eum inter defunctos cardinales « de medio jam divina dispositione sublatos » recenset (Arch. Vat., D, Fasc. I, nⁱˢ 1 et 2, divis. 2ª). — **7.** Ms. « unde ». — **8** Quod et factum est. Vid. not. 6 Perperam in *Gall. christ.*, I, 841, VI, 100, scribitur, hoc solum an. 1418 evenisse. — **9.** Ast Johannes XXIII an. 1411, Jan. 31, Fulcardum instituit. Petrus de Roseyo Octob. 7 factus est abbas de Josaphat (vid. supra nº 1790, not 4, et infra nº 1932, not.).

1914. *Nicolaus Amantis, rector Universitatis, mandat thesaurario et campsori regis Franciae ut religiosos collegii Sancti Victoris gaudere et frui faciant arreragiis sibi debitis per litteras Caroli VI anni praeteriti sibi concessis.* Datum Parisius anno millesimo quadringentesimo decimo, die decima sexta mensis Martii DE FURCHIIS

1411, Martii 16, Parisius.

Bibl. nat Paris., ms. lat. 14372 (Joh. de Thoulouze), fol. 391. — An. 1411, Maii 19, per organum mag Henrici Pistoris conventus S Victoris protestatur irritas fuisse litteras primas Caroli regis VI an 1410 et conclusionem Universitatis ejusdem anni Sept. 10, atque in secundis litteris Caroli nomen conventus omissum esse. Declarat praeterea nonnullos de aliis collegiis novissime se opposuisse ne ipsis de S Victore aliquid persolveretur super arreragiis de dicta « resta », nullum aliud remedium cognoscit quam recurrere ad gremium Universitatis (ibid , fol. 393). Itaque tertiae litterae Caroli V secutae sunt de quibus nº 1883 in nota.

1915. *Universitas deputatis suis in curia Romana scribit ut a Johanne XXIII petita obtinere valeant*

1411, Martii 17, Parisius.

Venerabiles et circumspecti viri, nos ad presens scribimus sanctissimo pontifici per hunc modum : « Nisi, beatissime pater », etc. Quocirca vestras caritates obnixe rogamus, quatinus effectum litterarum nostrarum adeo perseveranter, curiose et vigilanter procurare velitis, ut hoc quod petimus, per modum privilegii perpetui obtinere valeatis Et si minus, saltem pro nunc, quia uti res nunc sese habere videntur, multitudine curialium considerata longitudine vie et amplissimis gratiis prefatis curialibus factis modicum nobis proderunt labores vestri, nisi hoc cum ceteris prerogativis obtentum nobis referatis Ceterum nuper vobis scripsimus super revocatione cujusdam bulle Mendicantibus in totius ecclesiastici ordinis confusionem concesse; ad quam impetrandam omnes vires vestras exponere vos convenit, laborare, summum pontificem sollicitari, nec more nec quieti indulgere, usque adeo donec abolitionem prefatarum bullarum et contrariarum consequemini impetrationem Vobis et item scripseramus, quatinus propter bonum pacis .. confirmationem paucorum de gremio nostro in suis beneficiis efficaciter procuretis, qui ante promulgationem gratiarum apostolicarum in locis beneficiorum ab ordinariis et presertim auctoritate Concilii Gallicani predicta beneficia fuerunt assequuti, quod quoniam factu facile et obtentu multam

afferens quietem, et ob hoc multum nobis cordi, iterum denuo scribentes rogamus vos prosequi.

Postremo nos super merita promotione reverendi in Christo patris domini abbatis Sancti Crispini Suessionensis[1], decretorum doctoris, scribimus sanctissimo domino nostro Vobis etiam supplicationem quandam rectoris nostre Universitatis transmittimus, pro quorum duorum promotionibus attente et fideliter laborare affectu quo majore possumus caritates vestras rogitamus, quorum merita, cum ipsos eque ac nos cognoscitis, opus non fuit vobis scribere.... Vota vestra secundet Altissimus. Datum in nostra congregatione generali apud Sanctum Maturinum xvij^{a} die Martii.

Minuta chartac. in Arch. nat Paris, M 65^{a}, n° 156 (olim A. 33. mmmm)

1. Johannis de Servavilla (vid. supra p. 78, not. 8). Sed tunc nullibi promotus est. Verisimiliter Universitas petiit ut ad episcopatum vel ad meliorem abbatiam promoveretur.

1916. *Carolus, dux Aurelianens, postulat ab Universitate Paris., ut ab ipsa errores in propositione Johannis Parvi de nece patris sui Ludovici detegantur et condemnentur.*

1411, mense Martio, Parisiis.

Cum dux Aurelianensis litteris suis clausis Universitati et nationi Gallicane missis assereret, propositionem nuper per mag. Johannem Parvi contra defunctum patrem ipsius domini coram dominis regalibus et regis consilio prolatam continere multos errores intolerabiles in moribus et fide, cum omni instantia requirendo Universitatem et exhortando tanquam religionis catholice zelatricem et defensatricem veritatis, quatinus premissos errores vellet detegere, damnare, damnatosque et intolerabiles preconizare : deliberavit natio [Gallicana], quod predicta propositio per facultatem theologie et alios solempnes deputatos facultatis decret visitaretur mature et digeste; et si aliquos tales errores contineret, quos ipsi theologi et juriste censerent intolerabiles, quod Universitas, quantum ad eam spectat, scil auctoritate doctrinali ipsos damnaret, veritates catholicas eis contrarias predicando, et publice, quemadmodum errores fuerunt prolati, preconizando. Et hujusmodi deliberationem voluit natio suis litteris clausis dicto domino duci intimare. « Anno Domini 1410, mense Martio. »

Partie des pièces et actes qui concernent l'Université de Paris, rec. XIV (alias XIII), p. 1, BUL., V, 215, e lib. procur nat Gallic. — Minime tamen tunc congregatio facta est de erroribus Joh. Parvi, quod an. 1413, Novemb. 30, mag. Joh. d'Achery pronuntiavit « Si facultas theol providisset circa errores . . mala que venerunt in isto regno non evenissent . .. Nunc sunt duo anni, quod *aliqui* de facult theol. requirebant congregationem super dicta propositione dicti magistri Johannis Parvi fieri, et *aliqui* requirebant quod non, dicentes quod non expediebat, et sic *discussio ipsius remansit in suspenso* » (Bibl. nat. Paris., ms. lat. 1486^{a}, fol. 13, *Opp. Gerson*, V, p 65). Observat *Rel. de Saint-Denys*, V, 270, tunc formidabilem auctoritatem ducis Burgundiae obstitisse, ut religioso saepius sciscitanti respondebatur. Solum post Aug. an. 1413, ducis Burgundiae potestate diminuta ipsoque amoto, « facultas libera suppositis Universitatis Paris. concessa est ».

1917. *Universitas a Johanne XXIII quattuor petit 1º ut bullam Alexandri V pro Mendicantibus omnino revocet, 2º ut Concilium proximum in Gallia celebretur, 3º ne suppositis Universitatis noceant antidatae familiaribus concessae et ut* quintus articulus *signetur, 4º ut Parisius judex seu vicarius instituatur qui controversias de beneficiis in regno Franciae sine curia Romana judicet.*

1411, post April., Parisiis.

Clementia vestra, beatissime pater, multa nobis ac nostris ab initio gloriose creationis vestre hucusque largita est atque in amplis gratiarum muneribus sese monstravit liberalem. Quatuor tantum restant, que si vestra sanctitas plane concedere renuerit aut quovismodo distulerit, que nobis gratie facte sunt nullius videbuntur utilitatis. Horum duo ad decus fidei spectant et rectum ordinem; reliqua vero ad universam justitiam et nostrorum pertinent gratias suppositorum.

Illud itaque primum est fidei et ecclesiastico regimini conjunctum, quod novitatibus bulle Mendicantibus per fel. rec Alexandrum papam quintum predecessorem vestrum concesse continetur, quas novitates penitus evelli atque sepeliri jam diu postulavimus Ut non gravius dicamus, videbantur nobis intollerabiles et totius ordinis ecclesiastici turbative, quod cum esset vestre sanctitati clarius apertum, etiam antequam ad summum apostolatum assumeremini, satis ut per legatos nostros intelleximus tali bulle signastis nullatenus esse deferendum Deinde bullam aliam dedistis, non prime revocatoriam, ut petebamus, sed que illam primam periculosam atque perniciosam nec approbaret nec reprobaret. Idcirco non sunt precisa tot et tanta scandala, que brevi tempore predicta bulla generavit, quibus abolendis fidei Christi religiosa pietas compellere debet vestram sollicitudinem, nec ad talem bullam revocandum expectare debet vestra sanctitas, quousque alienis precibus pulsetur : nichilominus tamen nos, qui predictam bullam cum recta conscientia amplius tollerare non possumus, supplicamus vestre sanctitati ut aliam bullam concedatis per universum orbem publicandam, que illam priorem predecessoris vestri recitet, per expressum revocet et anullet, penas ibi adjectas decernendo nullam obtinere roboris firmitatem, articulos vero noviter superadditos ad Consilii generalis judicium reservando. Non est, beatissime pater, inconsuetum aut inauditum decreta priorum pontificum per posteriores corrigi, interpretari aut penitus anullari, ymo est plurima laude dignum, et nonnumquam necessarium. Nec ista revocatio decus minuet vestri predecessoris, presertim cum predicta bulla preter deliberationem ejus et sacri collegii voluntatem dicatur esse subrepta, qui etiam, si ex ejus deliberata mente, quod absit, processisset et adhuc vitam mortali sorte ageret, eam profecto cogente fidei reverentia revocaret.

Secundum est, ut citra montes generale Concilium in termino Pisis nuper prestituto celebretur[1], attento quod Galli[c]is grave esset et propter bella nimis periculosum ad Ytalas partes accedere; deinde, quod non ita commode tractarentur [negotia] Hyspanie ex Ytalis, sicud ex Cisalpinis partibus; tum postremo quod singulis partibus christianitatis alternatione quadam honoris dignitatisque deferetur. Accedit, ut Galliarum confinia Ytalis, Ala-

mannis et Hispanis sint pervia, nec multa narrari possint Concilia securiori libertate ac majori exaltatione Romane sedis quam in Galliis celebrata. Itaque hoc jure poscimus, ut citra Alpes nostris quoque finibus securitati atque libertati locum accommodatum eligat sanctitas vestra.

Sequitur illud, quod favorem postulat uberioris gratie. Quamvis enim equis oculis nequeat aspici, ut plurimi non graduati et in his, que sunt seculi, habundantes, licitis aut illicitis mediis, nostris suppositis preferantur, tamen humiliter supplicamus, ut antidate talibus concesse nostris suppositis non noceant, scilicet ut ille quintus articulus nostrarum prerogativarum tociens vestre sanctitati explicatus, « ut petitur in forma », signetur Et quid est, beatissime pater, quod equius aut justius petere possimus, quam quod eruditissimi viri et cum summa scientia pauperrimi post vitam longe studiis attritam et consumpta patrimonia variasque fidei catholice pugnas, illiteratis famulis ac divitibus hujus seculi preferantur? Quid postea flagitiosius ac ecclesiastice dispensationi magis contrarium dici aut fingi potest, quam cocis ac pistoribus ceterisque officiariis aliquorum dominorum pro laboribus administrationem rependere beneficiorum? Sed hec speramus divino favore posse extirpari. Nec nos movet quod nostrorum suppositorum plurimi has antidatas jam obtinuerunt, nam malumus, ut suppressa procedendi forma potius privata paucorum tollatur inordinata utilitas, quam nostrorum frangatur publica provisio suppositorum.

Postremum est quod non solum ex arbitrio, ut apud multos, sed imperante neccessitate postulamus, ne ad lites ultra montes decidendas trahamur, sed nobis detur judex aut vicarius, apud quem infra regni limites sopiantur ecclesiastice controversie et debito fine terminentur, nec ab eo ad sedem apostolicam appellare liceat, nisi forsan in ea causa fides principaliter ageretur. Hoc, beatissime pater, ad universas Gallias pertinet, que certe tam longa viarum discrimina, tam graves sumptus, tot hominum aqua, ferro fameque periclitationes diu non possent tollerare Illud etiam acerbius est omnibus probis, quod si cause hujus regni ultra montes ventilentur, ut ceperunt, jus suum defendere fere nullus pauper audebit, et sic causis indefensis beneficia ad illicitos pervenient occupatores. Hec tamen nostris suppositis videntur plus nocumenti allatura, primum quia propter sumptus studii sua cuique res familiaris adeo tenuis est, ut ex fine orbis nequeat in Ytalia suam causam tutari; deinde quia ista jactura studium nostrum primo distractionem pateretur, et postea vastitatem; demum quia privilegium habemus vetustissimum prohibens, ne in causa aliqua citra fidem extra muros Parisienses trahamur inviti.

His quatuor punctis summa providentia occurrere debet sanctitas vestra nec aliis committere. Nichil enim novi postulamus, nichil ignotum aut inexplicatum querimus Omnia hec jam diu novit sanctitas vestra. Ut tamen hec recentiori pulsu affectiones nostras sentiat clementia vestra, ad pedes vestre beatitudinis mittimus magistrum Johannem de Bovesgue[2], sacre theologie professorem eximium et elemosinarium monasterii Fiscampnensis, apud nos scientia, moribus et firmitate multipliciter commendatum, cui, ut hec omnia et alia sibi in

instructionibus tradita vestri sanctitati explicaret, commisimus[3]. Idcirco supplicamus, ut in his et aliis pro parte nostra dicendis sanctitas vestra sibi fidem indubiam dignetur adhibere, suam etiam personam[4] favore paterno prosequendo Sanctitatem vestram conservare dignetur Dominus noster Jhesus Christus ad felix regimen ecclesie sue sancte.

Minuta chartac. in Arch nat. Paris, M 65ª, nº 35 — Ibidem exstat alia epistola ad quemdam « reverendissimum patrem », cui supplicatur, ut « pro his optinendis apud dominum nostrum suas interponere velit operas efficaces ». De temporis nota vid. not. 1 et 2

1 Johannes eodem anno, April. 29, Concilium generale Romae celebrandum indixit (Reg. Vat, nº 342, fol. 236ᵇ). Universitas epistolam scripsit, quando nuntius indictionis nondum ad eam pervenit Eamdem supplicationem Universitas Paris. tempore Concilii Romani (1412-1413) ad papam direxit, scil. « ut papa Concilium generale ultra montes mitteret » (MURATORI, *Rer. ital. script.*, III, 2, p. 846) — **2.** Ipse postea dixit, se per regem et Universitatem ad Johannem XXIII pro certis negotiis arduis regem et regnum ac Universitatem tangentibus destinatum esse. In itinere « per pillardos et latrones *prope Romam* captus, depredatus, vulneratus et non modicum dampnificatus est ... in praesentia papae et cardinalium pluries solemniter predicaverat, in collationibus et aliis actibus adeo notabiliter se habuerat, quod per hoc in dictorum pape et cardinalium gracia valde singulariter habitus fuerat et repertus. Quapropter ipse papa proprio motu eundem in suum . familiarem commensalem elegerat .. et habilem ad beneficium acceptandum » declaravit, propter quod an. 1412, Febr., prioratum de Gournayo (de quo etiam in Reg Lat Joh. XXIII, nº 176, fol 183) acceptavit (Arch nat Paris, X¹ª 61, fol 210) Revera Johannes XXIII per epistolam (antedatam an. 1410, Maii 25) Johanni Bovesgue concessit, ut prioratum quemdam acceptare et deinde cum eleemosinaria, cujus fructus non ultra 450 libr. turon valebant, retinere posset (Reg. Lat, nº 148, fol 43ᵇ) Cum papa an. 1411, April. 11, solum Urbem intraverit, Johannes Bovesgue non antea missus est et Romam pervenit, verisimiliter cum Nicolao Gehe, lic. in leg, qui an. 1411 ante August nuntius regis fuit (Reg. Lat. Joh., nº 151, fol 242) — **3.** Postea deletum est. — **4** Ms. manu prima « suas etiam personas ».

1918. *Universitas Paris Johanni XXIII supplicat, ut registratores bullarum suppositis Universitatis de supplicationibus contentis in rotulo Alexandro V praesentato litteras apostolicas in forma* Rationi congruit, *quoties fuerit opportunum, sumptibus suppositorum, expediant* Scriptum Parisius in nostra congregatione generali apud S. Maturinum xjª Maii celebrata « Apud vestre sanctitatis »

1411, Maii 11, Parisiis.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 55. Ibid, nº 125, epistola Universitatis « venerab et scientifico viro mag Henrico de Fontanis amico nostro carissimo » scripta, nuntio in curia Rom de eodem argumento et epistola ad papam. — Certe hae epistolae adhuc anno 1411 scriptae sunt

---

1919. *Universitas Paris. ad ducem Burgundiae, ut abbatem S Audoeni contra abbatem de Truarno protegat*

1411, Maii 11, Parisiis.

A tres hault et tres puissant prince et nostre tres redoubté seigneur monseigneur le duc de Bourgogne, conte de Flandre, d'Artois et de Bourgoigne

Tres hault et tres puissant prince et nostre tres redou[b]té seigneur, nous nous recommandons à vostre seignourie tant et si tres affectueusement comme plus povons, à laquelle plaise savoir comme, ainsi que nous avons entendu, nostre saint père le pape nagaires a despointié de son benefice et privé reverend père en Dieu l'abbé de Saint Ouen de Rouen[1], venerable suppost de nostre Université, et de long temps, et sans ce que il ait esté cité, appellé, ne ouy, ne son couvent aussi, ne aultre pour eulx, au pourchaz et promocion de

Lois de Chantemerle, l'abbé de Trouart, comme l'en dit, ja soit que le dit abbé de Saint Ouen ait esté esleu sainctement et canoniquement d'un commun accord par son dit couvent pour le temps de la substraction et confermé par messire Guillaume de Vienne[2] de bonne memoire, lors arcevesque de Rouen, possedé paisiblement l'espace de neuf ans et gouverné moult grandement tant en espirituel que en temporel ladicte abbaye, laquelle chose est de mauvoise exemple et directement contre la substraction si solennelement faicte, concluse et conduite jusquez à ore sans violacion quelcomque comme vous savez assez, contre aussi les ordonnances royaulx et le saint Concile general derrenierement celebré à Pise; pourquoy aprez grande et meure deliberacion nous nous sommes adjoins en la cause dudit abbé et en avons fait nostre fait propre, si comme plus à plain vous dira nostre amé et feal promoteur maistre Jehan Bruillot, maistre en ars et licencié en droit canon, lequel nous envoions presentement par devers icelle vostre seignourie pour celle cause seullement Si vous supplions, tres hault et puissant prince, que icelle nostre dicte cause vous plaise avoir en especialle recommendacion et nous aidier en toutes les manières que vostre noble seignourie advisera, et en faire tant que nous en soyons à tousjours vos obligez Tres hault et tres puissant prince et nostre tres redoubté seigneur, se aucune chose vous plest en quoy nous vous puissons servir, mandez le nous et nous l'acomplirons de tres bon cuer à tout nostre povoir. Ce sait nostre Seigneur, qui vous ait en sa benoite garde et vous doint bonne vie et longue. Escript à Paris en nostre congregation generale celebrée à Saint Maturin le xj[e] jour de may

Vos tres humbles, bienvueillans et obeissans, les recteur et maistres de l'Université de Paris.

Arch. nat. Paris, M 65[b], n° 40 (olim A. 3. p) Ibid, M 65[a], n° 154, alia epistola Universitatis ad papam de hoc argumento et contra depositionem abbatis de S. Audoeno, aliaeque tres una, 6[ta] Julii, ad papam (ibid., n° 65), altera, ejusdem temporis notae, ad collegium cardinalium (M 65[b], n° 9), tertia « Pro abbate de S. Richario » (Joh Bouquetot, vid. supra p. 78, not 7), ut causam apud papam promoveant (M 65[a], n° 120). Cf not. 1.

1. Joh. Richardi, abbatem ab an. 1403. Cf *Gall christ*, XI, 152. Revera Joh. XXIII, eo amoto et deposito, Ludovicum de Chantemerle, abbatem de Truarno (vid. supra n° 1770, not 2), an. 1411, Martii 21, monasterio S. Audoeni in abbatem praefecit, et Martii 23 quemdam frat. Hugonem monasterio de Truarno dedit (Arch. Vat., XII, 121, p. 45 sq.). In *Gall. christ.*, XI, p. 152 et 418, de hoc altum silentium Videtur Johannem XXIII tandem intellexisse, se Johannem Richardi per « falsarum adinventionum interjectionem » (M 65[a], n° 154) amovisse. Saltem non invenimus, statum in monasteriis S Audoeni et de Truarno post an 1411 mutatum esse. — 2 Archiepiscopum Rotomagens. 1388-1407.

1920. *Johannes XXIII litteras dirigit ad cancellarium et consilium Johannis ducis Burgundiae, quem papa ut* « zelatorem justitie, divini cultus ampliatorem, bonorum protectorem et persecutorem malignantium juxta vires, ac laudabilium operum sectatorem esse cognovit », *assistat Theobaldo archiepiscopo Bisuntin et capitulo contra rebelles magistratus Bisuntin* Dat. Rome apud S Petrum xv kal Junii, anno primo « Sententes »

1411, Maii 18, Romae.

Reg. Vat Johannis XXIII, n° 342, fol. 262[b]

1921. *Universitas Paris , post longam introductionem de paupertate suppositorum, supplicat vicario rev domini episcopi Cameracens* [1], *filii Universitatis, ut apud tantum dominum intercedat pro mag. Johanne Magni de Brabantia, mag. in fac. artium et ab octo annis regente continue, in fac theol. non mediocriter promoto, qui ex ordinatione commissariorum ab eccles Gallicana institutorum primo loco ad beneficium in Brabantia assignatus est* « Quamquam, venerabilis domine »

1408-1411, Jun. 6, Parisiis.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 127 (olim A. 33. fff).

1. Petri d'Ailly, qui an. 1411, Jun. 6, factus est cardinalis. Vid. *Chartul.* III

1922. *Universitas Paris insistit apud Joh XXIII pro Guidone de Malsec, cardinale Praenestino*

1411, post Jun. 8, Parisiis.

Vestre sanctitati gratum esse credimus, beatissime pater, quod usque ad vestra tempora dominum cardinalem Penestrinum[1] conservaverit Altissimus, virum in gravi senio ac summa etate, doctissimum atque prudentissimum, sed certe fortuna rerum oppressum. Tenuerat enim in Yspaniis beneficia, quibus status suus mediocri decore nitebatur, que sub adepcione pacis amisit. Unde sibi succurrere volens ecclesia Gallicana voluit ut pro statu suo fructibus ecclesie Agathensis uteretur et gauderet. Et fel. rec. Alexander papa quintus predecessor vester senectuti tanti viri compatiens, qui memoria erat antique pacis, ecclesiam eamdem sibi dedit ad triennium in commendam[2], dedissetque pro perpetuo, ut credimus, si hoc prefatus dominus petivisset Nunc vero, ut audimus, infra tempus dicte commende de illa ecclesia providit alteri[3] sanctitas vestra. Quod si fuerit in dicta ecclesia electio aliqua, sine quocumque vitio, sed rite et canonice facta, eam non attingimus. Alias vero durum esset in tali prelato sene et optime merito aspicere, qui tanta passus est pro ecclesiastica pace et qui personaliter et devote in dicta diocesi exequitur opera pastoralis officii, presertim hoc tempore pacis, quo tales viri quiescere deberent et sapere premia laborum suorum Cum igitur, beatissime pater, ille dominus sit unicus cardinalis antiquissimus et ex veteris pacis memoria, qui ad duo milia non obtinet in obedientia vestre sanctitatis, nec alibi quam in dicto episcopatu competens habet domicilium : ne ultimis diebus suis cogatur mendicare, ad vitam de dicta ecclesia providere dignemini. Hoc pro honore persone vestre et apostolice sedis hortamur, hoc pro tanto viro supplicamus, ne turpem patiatur egestatem[4], cum jam moderari deberet opulentiam a majestate vestra sibi occurrentem. Sanctitatem vestram tueatur et conservet summa Trinitas ad sue regimen ecclesie sacrosancte. Scriptum

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 49

1 Guidonem de Malsec, cum tit. S. Crucis an. 1375, Dec. 20, a Gregorio XI creatus Defunctus est Parisiis Martii 18 an 1412 April. 4 Johanni XXIII jam relatum erat, Guidonem obiisse (Arch. Vat., Oblig. nº 56, fol. 61ᵇ; BALUZE, *Vit. Pap Aven* , I, 1154). — 2. An 1409, Jul 8. — 3. Philippo de Levis an. 1411, Jun. 8. Cf. EUBEL, *Hierarch. cathol.*, p. 75. — 4 Sed Guido nihil recepit.

1923. *Carolus VI, rex Franciae, privilegium Universitatis Paris. instituendi librarios agnoscit, edicitque, hos solos librarios Universitati juratos, non alios, jus habere in villa Paris. libros emendi ad vendendos.* Charles au prévost . De la partie Donné à Paris le xx jour de Juin, l'an de grace mil CCCC et onze, et de nostre regne le xxxj

1411, Junii 20, Parisiis

Actes concernants le pouvoir de l'Université de Paris sur les écrivains, etc., p. 21 sq. — P Delalain, *Etude sur le libraire Parisien*, p. 55. — Kirchhoff, *Die Handschriftenhandler des Mittelalters* (2 ed.), p. 169.

1924. *Johannes XXIII permittit Roberto de Sancto Germano*[1], *presb. Rotomag. dioec , mag. in medicina et in art., ut physicam Parisiis vel in quocunque alio studio generali quoad vixerit legere, in illa regere et omnes actus scholasticos exercere possit.* Dat Rome ap S Petrum oct. id Julii, an secundo « Literarum scientia »

1411, Julii 8, Romae.

Reg. Vat Lateran. Joh. XXIII, nº 157, fol. 132.

1. An. 1417, Decemb., et 1418, Jul., affertur ut physicus reginae Franciae et decanat. eccl. Abrincens. desiderat (Suppl Mart. V, nº 103, fol 289; nº 110, fol 273b).

1925. *Johannes XXIII praerogativam* quinti articuli *Universitati Paris., sub quibusdam tamen exceptionibus, concessit*

1410, Jul. 10; 1411, Jul. 10.

Sanctissimus dominus noster Johannes papa XXIII, vjº id Julii pontificatus sui anno primo, in favorem et pro incremento Universitatis Parisiensis studii declaravit, voluit, statuit et ordinavit, quod hac vice duntaxat in theologia ac decretis doctoribus, medicina et artibus magistris in rotulo Universitatis studii Parisiensis per eum signato descriptis et in ipso studio tempore date ipsius rotuli actu et sine fraude per ipsam Universitatem presentibus reputatis, et qui in eadem hujusmodi gradum et gradus receperint, in assecutione beneficii seu beneficiorum, quod seu que vigore gratiarum eis in dicto rotulo factarum expectant, nulli alii sive alius sub quacumque data pari aut majori, qui ab eodem sub quacumque forma verborum gratias expectativas obtinuerunt vel in posterum obtinebunt, prejudicare valeat quovis modo nec preferri debeant, ipsius domini nostri familiaribus, domesticis, continuis commensatibus fel. rec. Alexandri pape V predecessoris sui et sancte Romane ecclesie cardinalium in ipsorum Alexandri et cardinalium principalibus rotulis inscriptis[1], similibus familiaribus, tunc eis in curia personaliter servientibus[2], singulis duabus personis ecclesiasticis in rotulo conclavis inscriptis, que in conclavi, in quo idem dominus noster fuit assumptus, eidem et singulis aliis in eo existentibus personaliter dominis cardinalibus servierunt, prothonotariis ac contradictarum auditore, correctore, referendariis, subdiaconis, tribus acolytis, auditoribus palatii apostolici, scriptoribus literarum apostolicarum usque ad numerum duodecim in cancellaria nominandis, nepotibus dominorum cardinalium, fratribus, filiis ac nepotibus regum, ducum, marchionum, comitum,

ambassiatoribus ipsorum regum, ducum, marchionum et comitum, ac etiam nunciis Universitatum generalium studiorum ad ipsum destinatis, qui ambassiatores et nuncii personaliter se conspectui domini nostri et primos rotulos principales ipsorum eidem presentaverunt et in posterum presentabunt, et quibus ambassiatoribus per eundem dominum nostrum de beneficiis vacantibus aut certo modo vacaturis non extitit provisum aut mandatum provideri et gratia sortita fuerit effectum; ipsorum regum, reginarum dalphini et singulis singulorum ducum, videlicet Bituricens., Burgundie, Aurelianens., Britannie, Turonie et Borbonii procuratoribus in Romana curia continue residentibus, familiaribus domesticis actu et continue servitiis insistentibus, regum et ducum prefatorum ac uxorum eorundem in principalibus suis rotulis inscriptis, et quoad beneficia, que in regnis, ducatibus et dominiis suis expectant et expectabunt in futurum, tenentibus parlamentum regium Parisius potioribus in data, et qui omnes et singuli supra specificati singulariter singuli actu suis servitiis et officiis insistebant, ac qui familiares veri, domestici continui, commensales expressorum erant tempore date rotuli predicti beneficiorum ecclesiasticorum capacibus et pro seipsis tantummodo et duntaxat exceptis; illis etiam ambassiatoribus et nunciis predictis et quibusvis aliis personis superius [non][3] expressis, quibus forsan idem dominus noster fecit gratias expectativas ad duo vel plura beneficia, ad unam vel diversas collationes sive virtute unius et ejusdem gracie, sive virtute diversarum gratiarum, quoad unum beneficium duntaxat per singulos vigore gratie vel gratiarum hujusmodi assequendum[4]. Quo autem ad aliud vel alia, etiam si alias essent doctoribus et magistris predictis preferendi, voluit idem dominus noster eisdem doctoribus et magistris prejudicari, nec quod eis preferantur[5]. F. DE MONTEPOLICIANO.

Cod. Vat. lat. 4990, fol. 147^{b}. Infra ad an. 1412, Jan. 7 et pluries, ut in Arch. nat Paris., X^{1a} 1479, fol 273. — Hic est celeber quintus articulus, de quo supra p. 187, not. 1, verba fecimus. In quinto enim articulorum communium (p 185) Universitas pro hoc privilegio adipiscendo supplicavit Non tamen 1410, Jul. 10, papa privilegium primo concessit, ut quisque opinari posset, legendo principium, sed anno 1411, Jul 10, ut infra n° 1942 explicatur. Eum esse « de antidatis », scribitur etiam infra n° 1927, not. 5 Tunc privilegium solum in papyro per secretarium signato Universitas recepit, non per papam signatum, vel sub bulla, nec registratum (vid num^{um} sequentem). Hinc lacrimae Universitatis. De aliis etiam non contenta erat. Vid infra n° 1941.

1. Subintellige « exceptis », quod verbum longo post quaeras. — **2.** In Arch. nat. Paris., M 66^{b}, n° 33 (A. 13. c), exstat transsumptum in perg. e nunc deperdito Registro supplicationum Johannis XXIII anni primi, qui diversos libros (ut Supplicationes sequentium paparum), saltem 8, continebat. In isto transsumpto sunt exscripta nomina familiarium Johannis XXIII et cardinalium, quibus magistri in rotulo inscripti quantum ad assecutionem gratiarum expectativarum praeferri non debebant. Generatim 30 familiares in cancellaria nominandi erant Sic etiam sub Martino V viguit, ut apparet e regulis ap. OTTENTHAL, *Regulae cancell. apost.*, p. 210, qui tamen quoad Joh XXIII haec omnia ut etiam *articulum V* omisit, quamvis pro regulis Martini V fundamentum fuerint Afferuntur nomina in transsumpto De rotulo familiarium Joh. pape, de rot. conclavis, de rotulis cardinalium Neapolitani, Laudens., de Branchatiis, de Hyspania, Tudertin , S. Angeli, Aquilegens , de Flisco, Ostiens , de Columpna, de Challant, Militens., de Ursinis, Aniciens., Burdegalens , Barens., Albanens., Ravennat., de Barro, de Saluciis, de Thureyo, Penestrini, de rotulis prothonotariorum, auditorum palatii apostolici, et in fine nomina scriptorum exceptorum a concessione Universitatis. Inter hos quasi 700 familiares, *etc.*, non pauci studentes et magistri Universitatum, etiam Germaniae et Italiae, inveniuntur. — **3** E num° 1926 inserendum est. — **4** Ut hoc intelligas, cf. n^{um} 1926. — **5** Deinde sequuntur in Cod. Vat. alii articuli infra in privilegio papae an 1412, Jan 7, contenti. Insuper iterum ponitur, magistros praerogativam habere, minime tamen papae familiaribus et domesticis continuis praeferendos esse Praeterea conceduntur magistris fac. medicinae eaedem praerogativae atque magistris in theol., jure canon. et civili.

1926. *Universitas deputatis suis in curia Romana, ut ampliores favores a Johanne XXIII obtineant, praesertim ut concessio* quinti articuli *in cancellaria registretur. De Concilio generali De Mendicantibus.*

1411, post Julii 10, Parisiis.

Venerabiles magistri et amici, recepimus litteras vestras duplicatas et ex earum toto decursu nichil actum videmus de hiis que obtinere sperabamus, non, ut credimus, ex parva diligencia, sed ex temporum malicia Nam ut ab eo incipiamus, in quo ferventius est attemptatum, que est hec quinti articuli nostri concessio papirea, a solo secretario signata, non publicata, non registrata, nec per papam nec per vicecancellarium signata, versus finem[1] continet quod non expressi et illi quibus dominus noster fecit vel faciet in antea gratiam ad duo beneficia, nos precedant quoad primum beneficium. An illudimur, an vento pascimur? Deinde super bulla Mendicantium quid obtinuimus? Profecto nichil nisi temporis dilacionem et scandalorum inveteracionem. Misistis nobis minutam bulle cujusdam, in quam dicebatis Mendicantes consentire velle[2]. Et quid mirum si eam acceptent, que illos relevat et nos gravat in eorum decus, in nostrum dedecus? Postea super privilegio in causis beneficialibus[3], super loci Consilii generalis mutacione, quid optinuimus? Nichil penitus[4]. Quonam igitur pacto contentari poterimus, qui in omnibus vel plane vel sub dissimulacione repelluntur? Ceterum intelleximus quosdam de nostro gremio antidatas pro se et suis ad partem obtinuisse in prejudicium nostri quinti articuli. Quare velitis requirere dominum nostrum, quod tales gratias adnullet. Non enim particulares et inordinatos affectus, sed publica commoda prosequimur. Cum hec et alia vobis injuncta ad finalem effectum perduxeritis, pro vestris promocionibus scribemus, et erit tunc vobis gloriosa et non suspecta promocio.

Minuta chart. in Arch nat Paris., M 65^a, n° 12. — Refertur ad n^{um} praecedentem, ex quo temporis nota aliqualiter erui potest, nam certe scripta est epistola post n^{um} 1925 et ante an. 1412, Jan. 7 vel circa, nam tunc papa praerogativam quinti articuli sub bulla plumbea dedit.

1. Vid. p 210. — 2. Non est illa, quam Johannes XXIII edidit. — 3. I. e. ne trahantur extra Parisios. — 4. Ut e n° 1917 supra allato, p. 204 sq., apparet, Universitas voluit Concilium in Francia celebrari.

1927. *Universitas ad Johannem XXIII scribit de omnibus ut in epistola praecedenti ad nuntios.*

1411, post Julii 10, Parisiis

Voluit tandem, clementissime pater, vestra sanctitas nostras supplicaciones ad paternam exaudicionem admittere, voluit nostrorum suppositorum studiis consulere, ne rei familiaris inopia deperirent; voluit denique illam ipsam, quam, ut credimus, a primis annis gessistis affectionem opere patefacere, utpote ecclesiarum regimina et beneficia non nisi eruditissimis et optimis viris committere, qui mores corruptos et ecclesiam jacentem in

antiquum splendorem vendicarent, inter quos optimus quisque et sapientissimus imperaret. Et cum eorum numero, qui talia possent, vestra sanctitas nos ascripserit, non tam ipsa promocione gaudemus, que plena est oneris et periculi, quam ab apostolica sede tales reputari exultamus. Unde velut ad pedes vestre beatitudinis affusi gratias ferimus, quod petitos articulos signare voluerit, quod obtulerit commoda queque nostris provisionibus, quod demum utilis pacis et ecclesie sancte ac divini cultus exaltacionis nos reputavit procuratores efficaces. Non ita ut de[1] articuli forma et una ejus clausula illusoria ac tocius intencionis sanctitatis vestre irritativa ex mala voluntate inserta[2] contentemur. Nullo enim pacto acceptaremus, quod qui in exceptionibus essent non expressi, si haberent ad duo beneficia, quoad primum beneficium nobis anteirent, quod tamen clausa illa designat, qua dicitur : « illis », etc. usque « assequendum[3] ». Illa vero correcta[4] clausula sancte et paterne voluntatis vestre effectum obtinebimus. Ut autem hujuscemodi concessiones apostolice suum sortiantur effectum, supplicamus vestre sanctitati, beatissime pater, ut publicentur in cancellaria et scribantur in registro et codice cancellarie; deinde ut nobis mittatur illa ultima declaracio et concessio vestre sanctitatis super predicto articulo sic correcto[5], non in cedula papirea, sed in bulla patenti et plumbea, que omni judicio sit fidem allatura.

Erit autem sapiencie et constancie vestre sanctitatis nemini gratiam concedere, que concessioni nobis facte deroget aut non obstanciam gerat nostrum articulum exprimentem; hoc enim esset non solum irritare indulta, sed etiam nos velut vento suffarcinatos deludere, uti exprimere poterit dominus corrector litterarum apostolicarum, qui sicut moribus integerrimus et omni jure doctissimus[6], ita nobis visus est onere et honore dignissimus. Fecisset Deus, ut curia Romana multos tales haberet viros. Hec etiam demum nostris supplicationibus comprehensa volumus ut ad reductionem Yspanorum et Grecorum intendat vestra sanctitas, super quo legati nostri ad Consilium generale[7] mentes nostras aperient vestre clemencie, et ex hiis nonnulla referre poterit nobilis vir dominus Nicolaus de Robertis miles Tripolitanensis vestre sanctitatis nuncius.

Deinde ut illa periculosa bulla per V. S. adnulletur, que olim fuit per fel. rec. Alexandrum papam quintum Mendicantibus concessa.

Hec, beatissime pater, tamdiu repetemus, quamdiu perficiendum aliquid restabit. Quociens de summa pace et exaltacione ecclesie et status vestri cogitabimus, tociens de his tribus perficiendis ac postulandis agemus. Sunt enim talia, ut sine hiis neque honor vester neque ipsum ecclesie decus valeat consistere. Quis enim honorem vestrum custodiet, si concessiones vestre velut illusiones quedam vane et casse intento careant effectu, si ad reductionem Yspanorum et Grecorum, si ad sublacionem scandalorum ex prefata Mendicantium bulla provenientium vestra sanctitas enixis viribus non intenderit? Quis eciam non videret hec tria ad decus ecclesie pertinere, ut efficaces sint summi pontificis concessiones, ut pax universalis procuretur, ut illa demum tollantur scandalla ex bulla Mendicantium

orta? Itaque, beatissime pater, hec ut supplicamus perficite, ut pax, honos et decus ecclesie coalescant et nos sub sanctissimo ac providissimo patre letemur.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 12. Quantum ad temporis notam vid. num^os praecedentes, ad quos refertur.

1. Ms. omittit. — 2. Prima redactio : « clausula diabolico more inserta ». — 3. Vid. supra in fine n[i] 1925. — 4. Prima redactio : « amota ». — 5. Prima redactio : « super quinto articulo, qui est de antidatis ». — 6. Johannes de Rupescissa, quem hic Universitas Paris. recommendat, et qui an. 1412 factus est patriarcha Constantinopol. Vid. infra. — 7. Quod Romae an. 1412, April., celebrandum erat.

1928. *Carolus dux Aurelianensis, Philippus comes Virtutum et Johannes comes Engolismens. ad regem Franciae litteras dirigunt, in quibus conqueruntur de atroce morte patris, scil. Ludovici Aurelianensis, et de justitia sibi penitus denegata. Propter hoc armati veniunt.* Donné à Jargueau sur Loire le xiiij Juillet mil quatre cens et unze. « Charles duc d'Orléans et de Valois. . Ja soit ce ».

1411, Julii 14, Jargeau.

Bibl. Arsen., 3728, fol. 96-109. *Chron. de Monstrelet*, ed. Douet-d'Arcq, II, 124-149, ad Julii 9. Fragmenta (latine) apud *Rel. de Saint-Denys*, IV, 418-434, ut supra ad Jul. 14, ubi praeterea p. 418 narratur, ducem etiam ad Universitatem aliosque has litteras misisse. Rex Jul. 20 duci Aurelianensi mandavit ut arma deponeret.

1929. *Instigante comite S. Pauli octo consiliarii regii et totidem magistri Universitatis Paris. cum totidem civibus Paris. deliberabant quid faciendum pro securitate tam regis quam civium, et Aug. 26 ducem Aquitaniae adeuntes deliberata proponunt.*

1411, Augusti 26, Parisiis.

Rel. de Saint-Denys, IV, 448. Cf. *Chron. de Monstrelet*, II, 168 sq.

1930. *Lite mota inter scholares collegii Cluniacensis Parisiis fundati, quos sustinebat Universitas, contra abbatem Cluniacensem qui, violatis statutis antiquis, bursas scholaribus solvere negligebat, partem scholarium Avenionem transferre volebat et multa alia perpetrabat, curia parlamenti abbatem Cluniacensem condemnat.*

1411, Septemb. 7, Parisiis.

Lite mota in nostra parlamenti curia inter dilectam filiam nostram Universitatem Paris. et religiosos viros priorem et scolares collegii Cluniacensis Parisius fundati, actores et conquerentes in casu novitatis et saisine, procuratore nostro cum eisdem adjuncto ex parte una; et dilectum nostrum abbatem Cluniacensem defensorem et opponentem ex altera.

Super eo quod dicebant dicti actores quod collegium Cluniacense pulcrum et notabile ab antiquo in dicta Universitate Parisiens. incorporatum fuerat, in quo retroactis temporibus quamplures notabiles persone magne auctoritatis et preminencie, videlicet defunctus papa Urbanus quintus et aliqui cardinales, archiepiscopi, episcopi, abbates, priores et alii notabiles magistri in theologia latius in processu nominati ibidem degentes et residentes, quorum aliqui adhuc de presenti in rerum natura existebant, facta sua in dicta Universitate

Paris. successive notabiliter fecerant, a quibus Dei ecclesia, regnum nostrum, totusque Ordo Cluniacensis decorati fuerant, et multa bona in dicto Ordine et re publica provenerant. Quod quidem collegium Cluniacense a sui fundatore continue verum corpus et collegium nominatum et reputatum fuerat. Et in signum hujus ibidem studentes predicti collegii priorem, suppriorem, claustrum, capitulum, dormitorium, archam communem, campanam, sigillum et alia signa collegii a fundatione ipsius seu a tali tempore, cujus memoria hominum in contrarium non extabat, habuerant et habebant; et ab antiquo pro prioratu conventuali viginti septem religiosorum super pensionibus infra declarandis fundato et in dicta Universitate incorporato tenebatur et reputabatur. In quo collegio scolares seu religiosi ibidem manentes divinum servitium facere, insimul bibere, comedere et dormire, prout alii religiosi facere consueverunt, tenebantur et astringebantur. Quod quidem collegium ab antiquo per duos prudentes viros dicti monasterii Cluniacensis abbates, Yvones nominatos, videlicet avunculum et nepotem, fundatum extiterat, quorum avunculus plateam seu domos antiquitus ibidem existentes acquisierat seu ad censum viginti librarum paris. acceperat, et eos mediante dicto censu admortisaverat, dictusque ejus nepos post mortem dicti sui avunculi dictum collegium pluribus notabilibus edificiis, prout est de presenti, decoraverat seu construxerat. Et in signum dicte fundationis religiosi qui in dicto collegio manserant et manebant plura anniversaria et potissime qualibet ebdomada certum officium solempne ob remedium animarum dictorum fundatorum facere consueverant et faciebant. Post cujus collegii edificationem et dictorum fundatorum decessum, per abbatem Cluniacensem, qui protunc erat, Capitulo generali dicti Ordinis solempniter cum eo congregato, pensatis commodo et utilitate dicti Ordinis, quod in eodem collegio viginti septem scolares qui in facultate artium et theologie studerent sub quodam priore et suppriore dictorum scolarium, qui de eisdem administrationem seu regimen haberent, et quod pro eorum sustentatione, videlicet victu et vestitu habendis a xxv prioribus et decanis dicti Ordinis Cluniacensis ditioribus, cuilibet dictorum scolarium certa pensio annua quindecim librarum paris., videlicet a priore S. Martini de Campis Paris., necnon a priore Caritatis super Ligerim, a quolibet eorundem due pensiones; a priore de Sausillengiis, una; a priore de Paredo, qui a longo tempore citra et adhuc de presenti unitus est mense dicti defensoris, una; ab aliis quoque in processu latius declaratis, a quolibet una; ab abbate vero qui tunc erat et ejus successoribus, quia ditiores erant, due pensiones duobus aliis scolaribus et una viginti librarum paris. priori dicti collegii, ratione dicti sui officii, solverentur, statutum et ordinatum fuerat.

Que pensiones quindecim librarum, post alicujus temporis spatium, eo quod dicti scolares de eisdem vivere et sustentari non poterant, per certos commissarios auctoritate papali deputatos ad summam viginti librarum paris. cuilibet simplici scolari, bacallario vero in theologia ad triginta, et magistro in theologia ad xl librar. paris. summas augmentate fuerant...

Cum priores et decani ab antiquo suos scolares dicto collegio mittere quando tempus affuerat consueverant, quorum receptiones et examinationes ad priorem duntaxat dicti collegii... spectaverant et spectabant..., post quorum receptiones dicti scolares decetero a dicto collegio quousque facta sua in dictis facultatibus fecissent, nisi causa rationabili vel si collatum eisdem beneficium fuerat, expelli non poterant, quo casu dicti scolares beneficium eisdem collatum retinere et bursas dicti collegii que beneficia intitulata reputabantur dimittere, vel econtra beneficium eisdem collatum dimittere et bursas retinere pro eorum libito voluntatis poterant. Pro quibus bursis contra non solventes exigendis dicti scolares a nobis litteras de debitis generales pro predictis eorum debitoribus coram gentibus requestas in palatio nostro Parisius tenentibus adjornandis... a nobis obtinere consueverant...

Dictusque defensor, antequam ad dictam abbatiam promotus fuisset, per longa tempora prior [major] dicti monasterii fuerat, et in odium dictorum scolarium tempore abbatis Jacobi certam ordinationem seu diffinitionem, quod medietas dictorum scolarium a dicto collegio removeretur et in collegio eorum Avinionensi mitteretur, ac quod decetero burse dictorum scolarium non dicto collegio Cluniacensi, sed Avinionensi, solverentur, procurare fecerat. Quam ordinationem seu diffinitionem papa Clemens VII ad requestam carissimi progenitoris nostri et dicte Universitatis filie nostre adnullaverat seu revocari fecerat. In odium cujus dictus defensor plura dampna et impedimenta dictis collegio et scolaribus et potissime tempore Johannis de Cousanto predecessoris sui immediati, et maxime super dictis reparationibus in dicto collegio non fiendis, necnon quod dictis scolaribus in dicta Universitate facta sua theologica facere volentibus aliqua bona fieri ab Ordine consueta de cetero non fierent, ac tempore dicti sui officii prioratus certa antiqua statuta, ut dicebat, a Bertrando quondam abbate dicti monasterii edita, et directe ad destructionem dicti collegii tendentia (esto quod de ipsis nulla protunc in dicto monasterio mencio foret) per dictum suum quondam immediate predecessorem et diffinitores Ordinis renovari et in dicto collegio publicari, videlicet quod decetero dicti scolares sub pena excommunicationis et inhabilitationis ipsorum et illorum qui de eorum lignea essent usque ad tertium gradum.... pro dictis eorum pensionibus, victu et vestitu, ad dictam jurisdictionem laycalem decetero recursum non haberent, ac quod nullus in dicto collegio reciperetur per dictum priorem vel subpriorem nisi prius per eum examinatus et receptus, et quod i[i]dem scolares in eorum receptione statuta seu ordinationes dicti collegii jurare non haberent, necnon quod in ipso scolares ultra quinquennium remanere non possent aut deberent absque expressa abbatis Cluniacensis dispensatione... Necnon edifficia dicti collegii suo tempore in magnam ruinam cadere dimiserat et pensiones tam illam que a dicto decanatu de Paredo quam etiam illas que priori dicti collegii, et medico scolarium ipsius a tempore fundationis dicti collegii ab ejus predecessoribus exsolvi consueverant solvere, videlicet predictam de Paredo a xxv annis citra, illam dicti prioris ab uno anno citra cum dimidio ante inchoationem hujus processus, illam dicti medici a sexdecim annis citra, solvere cessaverat...[1].

Curia... per suum judicium dictos actores in possessione et saisina habendis posse recursum ad jurisdictionem laycalem et ibidem suos debitores conveniendi pro pensionibus et arreragiis ipsarum eisdem debitis et aliis casibus eisdem permissis et licitis; in possessione et saisina... quod dictus defensor... dictos scolares priorem vel subpriorem in quantum scolares a dicto collegio absque causa justa et rationabili quousque suos gradus in theologia acquisissent... removere, necnon quod sub pretextu quod in dicto collegio dicti scolares ultra quinquennium mansissent, ab eo seu de eorum bursis ipsos privare, excommunicare vel alias molestare seu impedire posset..., prefatamque Universitatem in possessione et saisina prefatos priorem, subpriorem et scolares in possessionibus predictis manutenendi et conservandi... manutenet et conservat.... Ipsumque defensorem ad solvendum dictis actoribus pro arreragiis pensionis dicti decanatus de Paredo, sue mense uniti, summam ducentarum octoginta sex libr. paris. et ad ipsam prout cetere pensiones dicti collegii exsolvi consueverant continuandam et exsolvendam (ipsum defensorem a penis occasione predictorum arreragiorum non solutorum obventis relevando et ex causa), et etiam ad solvendum dicto priori, ratione pensionis eidem occasione sui officii debite, ducentarum decem libr. paris. summam; ipsamque pensionem priori prefato quantum in dicto officio erit seu ejus successoribus, ac pensionem decem librar. turonens. decetero phisico dicti collegii exsolvendam et continuandam; necnon ipsum defensorem per captionem sue temporalitatis ad faciendum seu fieri faciendum reparationes dicti collegii tam pro tempore presenti quam pro futuro condempnavit et condempnat....

Pronuntiatum die vij^{a} Septembris anno Domini M^{o} CCCC^{o} XI^{mo}. — BAILLET, NANTERRE.

Arch. nat. Paris., X^{1a} 58, fol. 268-274. Ad haec vid. X^{1a} 1479, fol. 172^{b}, ubi eadem sententia. In M 65^{a}, n° 136, exstat epistola Universitatis ad abbatem Cluniacens., in qua dicit Universitatem a collegiis potissime fomentum recipere; scribit contra abbatem, qui de priore Collegii Parisiens. ad suum libitum disponit; rogat ut scholares in quiete et pace relinquat.

1. Defensor abbas objicit onera ejus, deinde statutum Bertrandi anno 1301 editum et an. 1383 confirmatum per diffinitores. scil. quod scolaris in dicto colleg. non reciperetur nisi prius ab abbate Cluniac. seu deputato ab ipso examinaretur et sufficiens in grammaticalibus ad audiendum philosophiam seu logicam repereriretur (cf. *Chartul.*, III, p. 314), postea diffinitionem anni 1399, quam videas n° 1758.

1931. *Capitulum Cisterciense quosdam scholares collegii S. Bernardi propter commotiones revocat.*

1411, Septemb. 12, Cistercii.

Quia scandalose commotionis in studio S. Bernardi Paris. occasionem prebuerunt fratres Johannes de Alna, Henricus de Villari et Johannes de Badello, scolares ibidem, abbatibus eorundem monasteriorum precipit... generale Capitulum, quatinus infra mensem a notificatione presentis diffinitionis sibi facta quilibet abbas suum revocet a dicto studio, nec ipsum illuc remittat absque ipsius capituli licentia et consensu.

Constit. et Capp. gen. Cisterc. in Arch. status Luzern., Cod. n° 544, II, p. 135. Deest in Collectione ap. MARTÈNE-DURAND, *Thes. nov. anecd.*, IV, 1555.

1932. *Universitas Paris. apud Johannem XXIII conqueritur quod quantum ad beneficia sibi homines rudes et stratores equorum, pauperibus doctis divites ignorantes praeferantur*

1411, Septemb. 17, Parisiis.

[A vestra[1] sanctitate,... beatissime] pater, tot et tanta gratiarum munera in nos eman[arunt ....prop]ense voluntatis. Nam ut a primis affectibus [.... ....] hujus filie vestre graduatos infra tres an[nos... ....]cere munificentie finem et liberalitatis cle[... ....]um ac decens et congruum vestre celsitudini ut hoc [....... . ...]animo constanter haberetis, voluistis ut nemo nos nisi grad[. .. ..] deinde ut in majori data nemo nobis prejudicet [..... ....] exemit. Que sic omnia ex paterno favore profluxisse [.. ....]mus oscula pedibus V. S., et ut spem atque fiduciam nostram ap[. ....beati]ssime pater, atque constituisset S. vestra, ut noster articulus[2] tociens postulatus [........ ....] esset si nos nostrasque rationes audivisset. Neque tot et tantas exceptiones [.. ....] ex quibus involutiones meliorum postpositiones ac pene infinite litium materie sunt [...... ....]cium, permisisset sapientia vestra ut coquus, dapifer aut equorum strator cujuscumque domini doctori [facultatis theo]logie preferretur, aut enim quia grate serviunt et tunc judicate si magni sceleris labes [..................] cum pro temporali servitio solvuntur de spirituali beneficio; aut quia servitores isti omni sufficientia prestant [suppositis] suis, hoc credat doctos viros ad sternendum dominorum equos sic procursuros. Profecto si ad hec servitia graduatos aliqua fortuna detulerit, illi sunt maxime qui in studiis nitere non poterant, vel qui occultis modis gradus impetrarunt, quales audivimus plurimos in ecclesia sublimari. Illud etiam animadvertisset clementia vestra, procuratores, legatos aut scriptores non debere nobis preferri; legatis enim, ut tenemus, de vacantibus beneficiis non sine causa providetur, quare minus dignum est quod precedant in vacaturis, ne, dum alii esuriunt, divites bis ditentur. Scriptores vero et procuratores, dum bene scribunt et procurant, ex suis officiis vivunt et ditantur. Nos vero neque predicando, neque legendo, neque modis aliis veritates elucidando ad usus necessarios nobis sufficimus. Primo patrimonia consumimus, deinde scientias pro capacitate personarum consecuti, ad gradus summo rigidoque disciti (?) rigoris examine vocamur, eo tunc magis pauperes quo fuerimus doctiores. Illi quasi quibusdam mechanicis elevantur : nos cum divinis disciplinis ad infima deicimur. Qui non didicerunt efficiuntur ecclesiarum rectores, qui docuerunt, dicuntur inferiores. Nec tenentem parlamentum regium ex[c]ipere opportuit. Sunt enim illi divites ac de suis pasti officiis ita pingues, ut parentes, si prius fuerint pauperes et ignoti, divites fecerint et claros dominos. Sed obiciunt aliqui domini : merentur, ut sic sui servitores preficiantur. Profecto quod iniquum est non facit equum .... meritum alienum. Iniquum est non sufficientem preficere ecclesie; indignum, minus longe sufficientem preferri sufficientiori, quare non merentur domini ut nobis indiferenter sui preferantur servitores.

Nec movere debet quod facultas artium, que licentiatos in theologia et in jure aliosque scientia, etate et prudentia claros continet, sic prefertur; pertullit enim longa illa fastidia laborum querende pacis. Deinde cum sufficientem habeat neminem ut est alicui provisum, mox ad altiora procedit, et ita illi facultati bene providere, est summos viros efficere.

Hec, beatissime pater, non ideo mentibus nostris altius insederunt, quod velimus alicui statui in quo sunt multi solennes et egregii derogare, sed quia videmus in Galliis jam multos indoctos et minus meritos beneficia obtinuisse. Ex nostris vero vix decem reperimus qui ex rotulo nostro sint beneficia consecuti, quamquam ex ore vestro sanctissimo prefatum illud manaverit, quod singulis hujus Universitatis suppositis infra tres annos fieret debita provisio. Transivit annus cum medio, et adhuc sumus gratiarum nostrarum incerti Supplicamus igitur V. S., ut prefatus articulus sine illis exceptionibus nobis concedatur; deinde ut nemo nobis preferatur nisi primis ordinationibus datarum fuisset precessurus, et adhuc qui talis sit quod nobis sit gradu superior; postremo ut, sicut est nobis alias concessum, nulla potestas aut facultas legato concessa vel concedenda sit expectationibus nostrorum suppositorum prejudicium allatura. Sanctitatem vestram conservare dignetur Dominus noster Jhesus Christus ad sue regimen ecclesie sacrosancte. Datum in congregatione nostra generali Parisius apud Sanctum Maturinum solenniter celebrata die decima septima mensis Septembris.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 44 — Ibidem pro eodem argumento scribitur cardinalibus « generaliter ». Alia epistola, paene deleta, directa est ad nuntios, in qua praeterea legitur papam dixisse nuntiis, se velle Petrum de Rosayo monasterio de S. Josaphat praeficere. Tertia epistola destinata est « pro quolibet quatuor cardinalium ». Quarta « pro cardinali Burdegalensi », qui an. 1412, Jul 14, defunctus est (Arch. Vat., XI, nº 41, fol. 240). In hac epistola Universitas scribit : « quia super ceteros dominos sacri collegii specialiori, ymo singularissima ratione fiduciam auxilii vestri concepimus, paternitati vestre *solum*, et *alteri nemini conceptum nostrum aperimus* ... Articulum quem petimus inclusimus cum exceptionibus quas ad ultimum tollerabimus ... ut ad minus hunc articulum sic modificatum obtineamus, non tamen quod hoc petere videamur ».

Temporis nota e praedictis apparet Petrus de Rosayo an. 1411, Octob. 7, factus est abbas monasterii S. Josaphat

1. Documenti a dextra parte 10 lineae, a sinistra 16 laceratae sunt In principio legitur : « domini nostri pape ». — 2. Articulus quintus

---

1933. *Cum Johannes XXIII voluerit ut illi, quos pro tempore confectionis rotuli Universitas praesentes reputat, cunctis quos absentes censet, in beneficiorum assecutione praeferantur, rector et Universitas magistrorum Parisius studentium declarant, illos praesentes censendos esse, « qui pro majori parte ordinarii anni Dom. millesmi CCCC noni in studio continue steterunt, incipientes a festo B. Dionisii ejusdem anni et continuantes usque post Pascha anni Dom. millesmi CCCC decimi », caeteros absentes declarat. Propter hoc Johannem Bertaudi, cler Ambianens. dioec., mag. in art. et tunc studentem in decr , et nunc baccalareum, praesentem declarat.* Dat in congregatione nostra generali Parisius apud S Maturinum solemniter celebrata die quinta mensis Octobris anno Dom millesimo quadringentesimo undecimo. « Ut inquit philosophus, sedando et quiescendo fit anima sciens »

1411, Octob. 5, Parisius.

Originale in Arch. nat. Paris., M 67ª (olim A. 13. d). Deest nunc numerus. — Similis « littera presentie » pro mag Petro Juvenis, mag. in artibus, qui magisterium in art. an 1409 obtinuit, exstat ap. JOURDAIN, nº 1059, an. 1412, Jun. 28 « Cum universi fidei catholice cultores ». Certe plures aliae hujus generis « litterae praesentiae » supersunt Pro *Chartulario* vero eae parvi momenti sunt. De quibusdam tamen adhuc infra.

1934. *Johannes comes de Roucy, Johannes de Hangest aliique domini, numero viginti quatuor, mittunt rectori*[1], *magistris et suppositis Universitatis Paris epistolam directam ad regem, in qua negant ducem Aurelianens. cum suis in animo habere occupare dominium regis. Adjuvabunt vero ducem in prosecutione vindictae per* la voie de fait *contra occisores ducis Aurelianens. Omnes subscripti sunt.* Escript audit lieu de Saint Oyn le ix jour d'Octobre l'an mil CCCC et onze « A vous noz tres chers », « A vous nostre souverain ».

1411, Octob. 9, S. Audoeni.

Originale in Arch. nat. Paris., J 359, nº 28. Olim cum 24 sigillis cereis rub. coloris. Restant 8. *Bibl. de l'école des chartes*, 2 sér., t. IV, p. 472. Douet-d'Arcq, *Choix de pièces inédites*, etc., I, 344. — Agitur de villa Saint-Ouen-sur-Seine, quam dux Aurel circa Oct. 3 occupavit. Oct 3 rex ducem Aurelian. eique adhaerentes rebelles pronuntiavit, contra quos ut contra hostes dimicandum est (*Ordonn. des rois*, IX, p 635).

1. Tunc Dominico Chaillon, cui Oct. 10 successit Joh. Pulchripatris (Bul., V, 217, qui tamen p. 920, ad Oct. 10, « Joh. de Camera » hariolatur)

1935. *Carolus VI, viso miserabili regni statu, et cum dux Bituricens , Aurelianens. et adhaerentes jam S. Dionysium occupaverint, ab Universitate Paris. consilium auxiliumque efflagitat.*

1411, Octob. 14, Parisiis.

Charles, par la grace de Dieu roy de France, à nostre très chière et très amée fille l'Université de Paris, salut et dilection. Pource qu'il est venu pleinement et clerement à nostre connoissance et nous tenons pour deuement et souffisamment informez, tant par certaines lettres qui ont esté naguières trouvées et apportées en nos mains et de nostre conseil comme par les fais et œuvres que nous avons veu ça en arrière et veons chacun jour, combien que pieça ait esté soubçonnée et que longuement la chose ait esté couverte, pallıée et dissimulée, que Jean nostre oncle de Berry, Charles nostre neveu d'Orleans et ses frères, Jean de Bourbon, Jean d'Alençon, Charles d'Albret nos cousins, Bernard d'Armaignac et leurs aidans, confortans, adherans, alliez et complices, meuz et induits de mauvais, inique, pervers et damnable propos, ont entrepris et se sont efforcez et efforcent de nous debouter, demettre et destituer de nostre estat et autorité royal et detruire du tout à leur pouvoir nous et nostre lignée, que Dieu ne vueille, et faire nouvel roy en France, qui est chose abominable à ouir dire et reciter à tous les cuers de nos bons, vrays et loyaux subjets : nous voulons à ce pourveoir et obvier en toutes manières à l'aide de Dieu et de nos bons et loyaux vassaux et subjets... escrivons par devers vous, comme aussi faisons devers plusieurs autres nos bons subjets, et vous prions, requerons tres instamment, et neantmoins mandons si expressement que plus pouvons.... pour nous aider, conseiller et conforter, ainsi que vous verrez en vos consciences, qui se devra faire selon la necessité que vous voyez et l'oppression que s'efforcent de nous faire les dessusdits, qui déjà sont moult près de nous et ont si avant procedé, que par force sont entrez en nostre ville de Saint-Denys en France[1], en laquelle sont plusieurs reliques et corps sains, nostre couronne, nostre oriflambe et plusieurs autres precieux et riches joyaux; sont aussi entrez et ont pris le pont de Saint-Clou[2], et paravant avoient prins sur nous et sur nos subjets,

nommement sur nostre tres chier et tres amé cousin le duc de Bourgongne (lequel avoient deffié[3] et non pas nous), plusieurs autres villes, bouté feux, desrobé eglises, raençonné, tué, mutilé, efforcé femmes mariées, violé pucelles et fait tous maulx que ennemis pourroient faire[4]. Vous publiez et preschez et faites publier et prescher solemnellement par vos notables supposts es eglises et ailleurs par nostre royaume où bon vous semblera les choses dessusdites, et autrement nous donnez conseil, confort et aide comme vous sçaurez bon adviser et que vous avez tousjours accoustumez de faire en toutes choses touchant nostre honneur....

Donné à Paris le xiiij^e jour d'Octobre l'an de grace mil CCCC et unze, et de nostre regne le xxxij^me.

Originale in Arch. nat. Paris., M 67^a, n° 5. Sigillum cum parte pergameni nunc deest. — Bul., V, p. 218.

1. Octob. 11. Vid. *Rel. de Saint-Denys*, IV, p. 500 sqq. (« infra diem mercurii post S. Dionysium », p. 502). — 2. Octob. 13. Ibid., p. 508, et *Journal d'un bourgeois*, p. 20. — 3. Per ducem Aurelianens. Jul. 18. Cf. *Chron. de Monstrelet*, II, p. 152. Dux Burgundiae Aug. 13 responsum dedit. Ibid., p. 153; *Rel. de Saint-Denys*, IV, p. 434 sqq. — 4. Cf. n^um 1938. Eadem crimina post sex annos adhaerentibus ducis Burgundiae injicientur. Vid. n° 2088.

1936. *Carolus VI beneficia ab ordinariis certis personis, inter quas supposita Universitatum, durante subtractione obedientiae secundum deliberationem Concilii Gallicani, collata in placida possessione confirmat, jubetque lites suppositorum de hac materia judicandas a commissariis qui rotulos nominationum episcopis praesentant.* Donné à Paris le xvij jour d'Octobre l'an de grace mil CCCC et onze, et de nostre regne le xxxij^e. « Receue avons l'umble supplicacion de notre tres chière ... fille l'Université de Paris ».

1411, Octob. 17, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X^1a 8602, fol. 246^b. — *Ordonn. des rois*, IX, 642. — Epistola ejusdem tenoris jam ad an. 1410, April. 17, (« Notre très chère et amée] fille ») ap. Bul., V, 215, legitur. De eodem argumento agitur Arch. nat. X^1a, 1479, fol. 205, ad an. 1412, Jun. 22. *Journal de Nicolas de Baye*, II, p. 72.

1937. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1411-1412.*

1411, Novemb. 4, Parisiis.

Anno Domini millesimo CCCC° XI, die martis quarta Novembris post festum Omnium Sanctorum, magistri quorum nomina subscribuntur inceperant lectiones suas ordinarias pro regencia tocius anni :

T[h]omas de Sancto Petro.
Guillelmus de Camera.
Joh. de Ens.
Joh. Leporis.
Joh. Tanquardi.
Guill. Pelliparii.
Henricus Pelati.
Joh. de Martreyo.
Joh. Belardi.
Jacobus Sacquespée.
Henricus Dongny.
Guill. Nepotis.
Droco Decani.
Johannes Casson.
Yvo Levis.
Petrus Cardonelli.
Guill. Fabri.
Joh. de Pisis.

Guill. de Gardinis.
Robertus Charmolue.
Petrus de Trecis.
Guill. de Busco.
Guill. Haro.
Jacobus Despars.
Adam Robart.
Rasso Dogghert.
Nicholaus Barbot.

[27]

Comm. fac. med., I, p. 162. — Nov. 8, Joh. de Pisis decanus electus est.

1938. *Universitas Paris. Johanni XXIII narrat gesta contra partem ducis Aurelianensis ejusque crimina; qui excommunicatus est auctoritate bullae Urbani V. Universitas supplicat ut tres episcopatus aliis dentur.*

1411, Novemb.-Decemb., Parisiis.

[Vestre sanctitati s]atis superque satis mali fama crebrescente innotuit, qualis tumultus, quanta turbatio, que servitia hoc Francorum regnum ....m invaserunt, quique fuerint sintve hujus impietatis auctores et satellites, quos quia timore Dei posthabito templa et [..... .... virgi]nes cum viduis violabant, ipsosque agricolas bonis spoliatos omnibus aut ducebant atrociter captivos aut ferro trucidabant....................... hortationes regias atque prohibitiones, quinymo regem ipsum suum nostrumque dominum et civitatem Parisiensem obsidere [............ Proinde] nona mensis Novembris[1] ultimo preteriti ipsos excommunicari ac excommunicatos denunciari et omnibus privatos digni[tatibus et honoribus esse praecepit, juxta] tenorem bulle sancte recordationis Urbani pape quinti, ad rei memoriam perpetuam et salutem regni Francie contra societates armigeras ipsum vastantes [dudum edite[2], sive illi sint duces] aut domini aut magistratus aut quecumque rei publice officia in regno potestatem habent a rege. Quis non videat istos homines invicem conjuratos .... cum nec duces, nec comites, aut alii quicumque contra regis mandatum, ymo nec sine ipsius mandato possint arma movere? Ideoque et his sceleribus .... umerat illius memorate bulle sententiam illos iniquitatis duces cum suis subire complicibus. Cui etiam ipse rerum eventus allusit. Nempe eadem [hora in ipsos excommunica]tionem ecclesia fulminavit[3], cum dominus dux Burgundie illustrissimns, cum eoque multi regis fideles e Parisius exivissent apud Sanctum Clodoaldum [ubi.......... m]ultitudinem et armis nephandis acerrimam stravit, percussit atque exterminavit. Ex illo vero tempore fluere ac retrolapsa referri cepit spes [..............] sunt. Pavidi itaque et quasi exanimi nocturno tempore quamprimum hinc atque hinc aufugerunt. Et quamquam sese iterum ad explendum [............... ....]tur, perdiderunt tamen ducatum Valesii, necnon comitatus Pictavens., Stamparum, Virtutum, Bolonens., Claromontens., Foresii, Suession. [.................] Bellomonte ac baronias, castra et dominia de Coussiaco, de Dordano, de Bris, de Bellojoco, aliaque plurima castra que magnopere percurrere [.................] ipsos citius sperato suorum facinorum supplicia luere.

At vero, quod dolentes ac etiam horrentes referimus, non defuerunt viri ecclesiastici

[qui.........] operibus operam dederint, qui consilium, qui favorem atque facultates complicibus predictis prestiterint, qui eos in sua pertinacia ma[...............]. Itane nichil ipsos puduit non propriarum personarum infamie, non pollutionis nominis ecclesiastici, non religionis christiane dedecorum................ersi, non pro pauperibus alendis, rerum Deo dicatarum vastationis et in usibus pessimis ac sceleratissimis consumptionis? Qui quidem ....tos quorum, quia ad celsas ecclesie dignitates sublevati fuerant, crimina apertiora sunt et magis scandalosa, nostram subeunt [..................antea archiepiscopus] Senonens.[4] cum fratre suo Geraldo de Monte Acuto, nuper[5] episcopo Parisiensi, et Martinus Gouge Carnotensis antea episcopus[6], in quos..................ere oportere conjectamus[7]. Cum enim bulle antedicte auctoritate sedes quibus preerant vacare reputent et reputare ....egi de ydoneis pastoribus. Nullo enim pacto, cum excommunicati ipso facto, ymo ex tot nephandis flagitiis et immanibus [......................]tur, rex aut populus tales sibi presules tolleraret. Ne igitur in prejudicium auctoritatis ecclesie rex ipse quadam necessitate [...... ....ve]stre sanctitatis celsitudinem sic disponere, ut et regi ipsi aliisque dominis consanguineis ipsius satisfaciat et conscientia [................ p]ontifices constituantur, et illi maxime quos habet dominus rex gratos et acceptos. Nulli enim alii tali tempore deberent........................ virum egregium et nobilem scientiis et virtutibus preclarissimum Eustatium de Atrio[8], in utroque jure licentiatum................ magistrum req]uestarum sui hospicii et continuum ejus consiliarium, cujus sapientia et consilio regnum hoc plurimum utitur. Supplicamus ....sa quamprimum obviare dignetur, que non modica in hoc regno discrimina allatura sunt, si non provideretur utque .... firmare dignum ducat. Ac etiam processus inde canonice emanatos, ut pateat antedictos regis inimicos penas in ipsa .... illi providerat, quem pro fidelissimo vestre clementie dominus noster rex humiliter nominavit. Sic enim non solum regno Francie .... magnum afferet obsequium. Quantum enim ecclesia Romana universalis ex hujus regni prosperitate gratuletur .... quia vestre sanctitati habunde clarescunt, ea verborum multitudine prosequi non censemus oportunum .... eget nostre vestra paterna sublimitas, nos filiali devotione eidem obtemperabimus, quam Spiritus Sanctus[9]....

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65^{a}, n° 31, in qua deest per totam paginam pars sinistra.

1. *Chron. de Monstrelet*, II, p. 210, dicit : « Novemb. 13 » ; *Journal d'un bourgeois*, p. 16 : « Novemb. 10 » ; *Rel. de Saint-Denys*, IV, 562 : « Novemb. 9 » ; vid. infra not. 3. Opinamnr pluries hoc factum esse. Vid. etiam *Journal de Nicolas de Baye*, II, p. 84 sq. — **2**. Contra *la grand' Compagnie* in diversis bullis ab an. 1364, Febr. 26 (Arch. Vat. Reg. n° 261, fol. 99, 1365, Maii 1; l. c., fol. 156, ad diversos episcopos), usque ad an. 1369. Ut ex Arch. nat. Paris. X^{1a} 8602, fol. 241, et ex epistola Caroli regis an. 1411, Octob., apparet, usi sunt Bulla Urbani V : *Quam sit plena periculis*, an. 1367, Maii 9 (*Rel. de Saint-Denys*, l. c., p. 534, quam Bellaguet, p. 548, perperam ad annum « unum » pro « v^{um} » ponit; Bul., IV, p. 414). At non : « ad perpetuam rei memoriam », ut magistri supra dicunt, sed « ad futuram rei memoriam » edita est, quod non idem est. Universitas Paris. hanc bullam quocumque misit, etiam Rotomagum ante Decemb. 1 (vid. Beaurepaire in *Chron. Normande de Pierre Cochon*, p. 269, not. 2). — **3**. Sic etiam *Rel. de Saint-Denys*, l. c., p. 562. Fuit 9 Novemb. Cf. *Journal d'un bourgeois*, p. 15. Vid. supra not. 1. — **4**. Johannes de Montaigu ab an. 1407, quem nominat etiam *Journal d'un bourgeois*, p. 16. Quia ducis Aurelianens. consiliarius principalis fuerat, comes S. Pauli eum ut et fratrem episcopum Paris. virtute litterarum regis Octob. 3 suis ecclesiis privavit (*Rel. de Saint-Denys*, IV, 464), solum an. 1412, Aug. 22, restitutis

(ibid., p. 722). — **5.** Ab an. 1409, Jul. 24. Dicunt « nuper » vel « antea », quia istos tres episcopos reputabant auctoritate bullae Urbani V excommunicatos et eorum sedes episcopales vacare. — **6.** Ab an. 1408, Mart. 10, episcopus Carnotens. (Reg. Av. Bened. XIII, vol. LIV, fol. 568b). Omnes tres licent. in legibus erant. — **7.** Hi tres episcopi, Aurelianis congregati, in ducem Burgundiae, bulla Urbani V suffulti, sententiam excommunicationis proclamarunt. Vid. *Cousinot*, *Geste des nobles*, ed. VALLET DE VIRIVILLE, p. 140 sq. Sicut Parisiis contra ducem Aurelianensem Universitas Paris. coadjutrix fuit, sic Aurelianis contra ducem Burgundiae Universitas Aurelianens. — **8.** Qui an. 1413 cum « Cabochiens » fuit et cancellarius Franciae factus est. Cf. TUETEY in *Journal d'un bourgeois*, p. 42, not. 5. — **9.** Johannes XXIII an. 1412, Jun. 15, per litteras « ad perpetuam rei memoriam » solum bullam Urbani V : *Quam sit plena periculis*, confirmavit (*Ordonn. des rois*, X, 158).

1939. *Statutum Capituli generalis Ord. Minor. sub ministro generali Antonio de Pireto, de promovendis ad magisterium in theol.*

1411, Romae.

Deinceps nullus promoveatur ad gradum magisterii, nisi prius vadat Parisius juxta papalia statuta et generalia instituta, et faciat omnia et singula, que facere tenetur, provincia Anglie excepta.

Chron. Nicol. Glassberger, in *Analecta Franciscana*, II, p. 241.

1940. *Licentiati in facultate theologiae.*

An. 1411, Parisiis.

Mag. Rodolphus de Porta[1], Nav.
— Petrus Henriart[2].
Dom. Egidius Chaumardy, dec. de Nogento, Cluniac.
Mag. Johannes Charpentier (Carpentarii).
— Egidius Le Marié.
— Johannes Brout[3].
— Johannes de Naumulco.
Dom. Johannes de Vinceltis[4] supprior Collegii Cluniac.
Mag. Nicolaus Amantis[5].
— Thomas Marescally[6].
— Johannes de Laudissonno, alias de Lausson.
Fr. Johannes Capreolus, Predicator presentatus.
Fr. Johannes Michaelis, Predic.
Mag. Jacobus Jeanne.
— Johannes Balduyn.
Fr. Albinus Bellocis, Carm^{ta}.
— Guillelmus Cholet, Carm^{ta}.
Mag. Gerardus Macheti.
Fr. Johannes de Altacumba, Cisterc.
Mag. Johannes de la Doüe.
— Bernardus Flogelingh[7].
— Guillelmus Pinguisavis.
Dom. Abbas de Precibus[8], Cisterc.
Mag. Johannes de Boupour[9].
Dom. Abbas S^{ti} Eligii[10].
Petrus de Versaliis, de Collegio S. Dionysii[11]. [26]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5657a, fol. 14.

1. Additur, incepisse primum cursum an. 1403, secundum 1405, Sententias 1406. An. 1412 et postea lis magna exarsit inter ipsum et Reginaldum de Fontanis de gubernando collegio Navarrae. Victor evasit (vid. LAUNOIUM, *Coll. Navar. hist.*, p. 112 sqq.; 922) an. 1413, Jul. 16 (X1a 59, fol. 428). — **2.** In rotulo an. 1403, supra p. 92 : « Herriart ». — **3.** Seu « Broust », ut nis 2001, 2003 scribitur. In msto additur : « Incepit 1404, Sentent. 1407 ». Non confundendus cum episcopo Meldensi, Johanne Boiry seu Boroy, Boury. — **4.** Seu « Vinzellis » (Reg. Lat. Joh. XXIII, no 165, fol. 230), « Vinzeriis », de nobili genere, in Concilio Constant. procurator Cluniacens. (Bibl. nat. Paris., ms. lat. 1485, fol. 180b) et major prior Cluniac. (*Gall. christ.*, IV, 1169). An. 1424, Octob. 11, cum esset (ab an. 1421, *Gall. christ.*, XII, p. 410) prior de Caritate (Autissiod. dioec.), confirmatus in abbatem S. Petri de Luxovio Bisuntin. dioec. (Reg. Lat. Mart. V, an. 8, lib. 108, fol. 285b), an. 1426, Mart. 18, abbas Trenorchiens. Cabilonens. dioec. (Arch. Vat. XII, 121, p. 198). Deest in *Gall. christ.*, IV, 974; mancum, XV, 159 (ubi Joh. de Ungellis). Saltem jam an. 1428 abbas S. Claudii Lugdunens. dioec. fuit (Bibl. nat. Paris. ms. lat. 5494, p. 77; infra ad an. 1428, Decemb.). — **5.** An. 1408, Aug., cum Parisiis Sententias legeret, Benedicto XIII supplicavit, ut capellaniam B. Catherinae eccl. S. Vedasti reciperet (Suppl. Bened. XIII, no 99, fol. 156b). — **6.** Dioec. Leodiens. Universitas pro ipso,

« ingenuo professore artium » ad quemdem praelatum dirigit epistolam, ut beneficium recipiat, « quo theologici studii honorem valeat adipisci » (Arch. nat. Paris., M 65a, n° 139). — **7.** Ms. « Flengoin », « Floguelinch », « Flonguenth ». Fuit nat. Anglic. et bursarius Sorbonae. Vid. *Auctar.* I. Certe est ille Bernardus, qui captus erat an. 1412 (*Auctar* , II, 113, 13) — **8.** Utique Johannes Radulphi II, qui postea fuit in Concilio Constant. — **9.** Nat. Anglic. Vid. *Auct.* I. Vocatur « Botbur ». — **10.** Joh d'Arthan, bacc. format. in theol et an. 1408, Martii 16, ut monachus S Eligii factus est abbas S. Silvini de Alchiaco (Reg. Aven. Bened. XIII, vol. LIV, fol. 570); an. 1411, Octob 24, abbas S. Eligii Noviomens. O. S B, defuncto Egidio (Reg. Lat. Joh XXIII, n° 151, fol. 209) Perperam igitur *Gall. christ.*, IX, 1072, asserit Egidium de Atrio, decr doct., usque an 1413 vel 1414 abbatem fuisse. — **11.** Omittitur in msto, et ponitur fol. 15 inter illos, qui solum inter 1413 et 1421 licentiam receperunt. Ast perperam. Nam an. 1413, Novemb. 30, jam ut magister theol. affertur (vid. infra), proindeque ante an. 1413, Nativit., licentiatus est. Cum in msto dicatur : « incepit 1405, et fecit 2m cursum et Sentent. 1407 ». ut Johannes Broust an. 1411 licentiatus est, quo anno etiam Joh. Michaelis, cum quo semper affertur, licentiam recepit E Versaliis, dioec. Paris. et e nobili genere ex utroque parente procreatus (Suppl. Mart. V, n° 106, fol 281b), regis Caroli ad Concil. Constant. ambassiator et prior S. Petri de Calvomonte fuit (ms. lat. 14851, fol. 57b). An. 1418, April 19, prioratum S. Salvatoris in Rua, Viennens. dioec., petivit (Suppl. Mart. V, n° 106, fol 281b), 1420, Jul. 3, factus est abbas Talmundens. Lucionens. dioec. (Arch Vat., XII, 121, p 131, omnino incertum in *Gall christ.*, II, 1424), an. 1429, Decemb. 9, abbas S. Martialis Lemovicens. (ibid., p. 245); an. 1432, Martii 31, episc. Dignens. (ibid., p. 271), an. 1439, Septemb. 25, translatus ad sedem Meldens. (Oblig n° 66, fol. 41b), ad quem plures epp. Gerardi Macheti. Petri epist. ad Johann. Jouvenel de corrupto statu Franciae ap Martène, *Thes. nov. anecd.*, I, 1723. Apud Martinum Porée (ms. lat. 14851, fol. 57b) ut « hostis publicus Johannis ducis Burgundie et notorius inimicus et omnium fidelium servitorum ejusdem » designatur

---

1941. *Johannes XXIII praerogativam* quinti articuli *Universitati Paris. concedit sub bulla plumbea, ut alia etiam privilegia*

1412, Januarii 7, Romae.

Johannes episcopus servus servorum Dei rectori et Universitati studii Parisiensis salutem et apostolicam benedictionem. In supreme dignitatis specula ... Sane attendentes preclara et saluberrima studia, que actionibus indefessis, nullis parcendo laboribus, periculis aut impensis que circa salutarem effectum unionis, ac pro dignitate, statu et honore hujusmodi hactenus laudabiliter impendistis, ac impendere jugiter non cessatis, ac fructus uberrimos qui ex plantis vestris toto terrarum orbe hactenus provenerunt ac prodeunt incessanter, dignum censuimus et censemus, ut nos et sedem ipsam in prerogativis et specialibus gratiis inveniatis favorabiles et etiam gratiosos. Hinc est quod nos premissorum intuitu et quia speramus indubie quod erga tam laudabilia studia propensioribus curis et actionibus sedulo insistetis, ac vestris in hac parte supplicationibus inclinati, declarationes, prerogativas, regulas seu ordinationes ac statuta per nos dudum in favorem vestrum et dilectorum filiorum magistrorum et aliorum de Universitate vestra predicta edita et in cancellaria nostra de speciali mandato nostro postmodum sub diversorum dierum datis solemniter publicata et in quodam libro cancellarie predicte[1], in quo nonnulle constitutiones et ordinationes nostre inserte, de verbo ad verbum redacta, presentibus ad consolationem vestram duximus annotanda, quorum tenor sequitur et est talis :

« Sanctissimus dominus noster Johannes papa XXIII, vj° id Julii pontificatus sui anno primo, in favorem et pro incremento Universitatis Parisiensis, *etc. ut supra* n° 1925 *usque in finem. Deinde :*

« Item declaravit et voluit quod magistris in artibus, qui per septennium studuerint

in ipso studio post magisterium, liceat bullas expedire ad dignitates in ecclesiis cathedralibus, si ad dignitates petiverint in supplicationibus eorumdem.

« Item voluit idem dominus noster et ordinavit quod si alicui aut aliquibus per importunitatem petentium aut alias concesserit vel in futurum concederet prerogativam seu clausulam derogatoriam sub quavis forma verborum, per quam in aliquo prejudicium generaretur vel derogari posset doctoribus et magistris prefate Universitatis studii Parisiensis seu alicui ex eis, ad quos extenditur prerogativa, per quam concessit ut priores eis in data, certis personis exceptis, non prejudicetur illis, nullum prejudicium eis afferre possint nec valeant, sed quoad ipsos sint ipso facto casse et irrite.

« Item voluit observari in gratiis per ipsum concessis et etiam concedendis quibusvis personis de pluribus beneficiis assequendis in una civitate, diocesi vel provincia aut pluribus, sive ad plurium collationes usque ad certam taxam sive valorem, etiamsi de personis in prerogativa dictis de Universitate concessa exceptis, quod per hoc nullum prejudicium eis nec alteri ipsorum generetur, aut in aliquo derogetur, nisi quoad unum beneficium tantum, si de personis exceptis fuerint; canonicatu, prebenda, dignitate, personatu vel officio in eadem ecclesia pro uno beneficio computatis. »

Ceterum volumus, et apostolica auctoritate declaramus, quod presentes litere ad probandum plene declarationes, prerogativas, constitutiones, ordinationes ac statuta predicta ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Decernimus etiam ex nunc irritum et inane, quicquid in antea contra declarationes, prerogativas, constitutiones, ordinationes ac statuta hujusmodi a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo, *etc.*

Datum Rome apud Sanctum Petrum vij id. Januarii, pontificatus nostri anno secundo.

Originale in Arch. nat. Paris., L 318, nº 4. Bulla plumbea filis sericis rubei et flavi coloris appenditur. Infra . « F. de Montepolitian. ». Super plicam « Gratis de mandato dom. nostri pape. B de Montepoliciano ». A tergo ℞. — Bulla Universitati supra prerogativa quinti articuli. » — Anno eodem 1412, Octob. 23, officialis Paris., coram quo mag. Dominicus Francisci, rector Universitatis, comparuit, hanc Johannis bullam, requirente rectore, transcribi et « exemplari » mandavit praesentibus magistris Johanne Mathiae in theol., Johanne de Villanova in decret. doctoribus, Guill. Graterii et Petro Joseph, cantore Remensi, jurisperitis et advocatis in curia Paris., Guillelmo Rousselli, mag. in art. et bac. in theol., Joh. Bourilleti seu Francisci, in decr. licent., thesaur. Senonens., in art. mag . Parisiis commorantibus (Bul., V, 229, e lib. nat. Picard).

Supra p. 187, not. 1, explicavimus quid sit *quintus articulus*. Quia papa istum articulum nunc primum sub bulla plumbea confirmavit, integra bulla cum aliis privilegiis in illa contentis « Quintus articulus vulgariter nuncupata est », ut eruitur e litteris Caroli VI an. 1413, Jul. 6 (infra nº 1982), et an. 1415 mag. Hugo Vidalete in parlamento recitavit (X^{1a} 61, fol. 92^{b}). Ut in documento nº 1925, sic etiam in hoc, in fine « quinti articuli », scribitur « et quibusvis aliis personis superius expressis », sicut etiam infra nº 1971, particula scilicet negativa *non* ubique deest ante « expressis ».

1 Sicut hoc etiam tempore Martini V factum est « Ponatur in libro cancellarie », *etc.* Cf. Ottenthal, *Regulae cancellariae*, p. 109 sq

1942. *Universitas Paris. de « data »* quinti articuli *ad suos nuntios in curia.*

1411, Decemb.-1412, Januarii, Parisiis.

Venerabiles viri et amici carissimi. Nuperrime recepimus litteras vestras per venerabilem virum magistrum Johannem de Bellomonte[1] nobis transmissas, ex quarum tenore concepimus prerogativam quinti articuli nobis concessi suum vigorem habere dumtaxat a die publicationis ejus in cancellaria, cum tamen per ante tanquam certum omnes concorditer teneremus, ipsam vigorem habere et suum debere sortiri effectum a sexto idus Julii anno primo, sicut ex relatu magistri Thome Mareschali ac tenore scedule[2] bullis domini nostri intercluse nobis transmissis dudum concepimus. Quapropter domino nostro scribimus sub hac forma : « Vestre Sanctitatis clemencia, beatissime pater, etc » — Idcirco vos attente rogamus et requirimus quatinus pre ceteris et omni mora semota bullam, quam jam plumbatam optinuistis[3], nobis transmittatis, cum protestatione tamen solempni nos cum illa bulla et ejus prerogativa, quin pro uberiori laboremus, nequaquam contentari, dilligenter valde ad hoc, quod concessio dicti quinti articuli valeat nobis et suum sortiatur effectum a dicta data insistendo. Quam si videritis vos non posse optinere, aut quod in prejudicium nostrum nimia dillacio fieret, recipiatis eam sub data *prime ejus concessionis,* videlicet vj° idus Julii anno secundo[4], ipsam sic accommode expeditam nobis quam brevius poteritis transmittentes, proviso quod data publicationis ipsius prerogative tunc, si registrata fuerit, e registro deleatur. In spe cujus et premium aliquale laborum vestrorum personas vestras nobis dillectas domino nostro specialiter recommendamus et vobis ordinavimus octuaginta scuta, utrique scilicet quadraginta. Et quia intelleximus nonnullos ex nostris suppositis laborare ne predicta prerogativa aut concessio quinti articuli nobis valeat ante ejus publicationem in cancellaria, vos precamur, ut si quos tales noveritis, illos nominatim nobis designetis, ad quorum utique privationem, si non se ipsos corrigentes concorditer vobiscum ad nostram intencionem laboraverint, procedemus.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 96 (olim A. 33. u). Quoad temporis notam, vid. notas sequentes.

1. An. 1411, Novemb., non inter regentes fac medicinae affertur, quia in curia Romana erat, et postea ibidem morabatur. — 2 I e. illius chartae, in qua privilegium quinti articuli fuit, supra nº 1925. — 3 In numº praecedenti publicatam. — 4. E quo apparet, privilegium quinti articuli solum an. 1411, Jul. 10, concessum esse. Cf. etiam nº 1925, not., et nº 1953.

1943. *Rector Universitatis nomine facultatis artium in Concilio Gallicano Parisius celebrato dicit, facultatem non velle impedire, quin extorsiones pecuniarum in Rom curia corrigantur, minime tamen subtractio collationis beneficiorum summo pontifici facienda est. Appellat ad summum pontificem.*

1412, Februarii 23, Parisiis.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi presens publicum instrumentum inspecturi quod anno ejusdem Domini millesimo quadringentesimo unde-

cimo more Gallicano, indictione quinta, die martis vicesima tercia mensis Februarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Johannis divina providentia pape vicesimi tertii anno secundo, in reverendorum in Christo patrum dominorum episcoporum Tornacensis[1] et Silvanectensis[2] et aliorum dominorum episcoporum et abbatum ac nonnullorum dominorum de consilio illustrissimi domini nostri Francorum regis ad Concilium ecclesie Gallicane in palatio regali Parisiensi celebrando more solito congregatorum et consedentium nostrorumque notariorum publicorum et testium infrascriptorum presentia, propter hoc personaliter constitutis venerabilibus et circumspectis viris domino Guillelmo Rousselli magistro in artibus et bachalario in theologia, alme matris Universitatis Parisiensis rectore, ac decano venerabilis facultatis artium de predicta Universitate Parisiensi[3], necnon magistro Petro Guigonis magistro in artibus, procuratore et sindico substituto predicte facultatis artium, prefatus dominus rector, ut et tamquam decanus dicte facultatis artium, implorata per ipsum prius et impetrata a dictis dominis prelatis episcopo Tornacensi presidente et aliis in eodem Concilio Gallicano existentibus et constitutis audientia, asserens et protestans quod ea que dicturus erat et diceret submittebat correctioni et emendationi predicti domini nostri pape summi pontificis et Concilii universalis ecclesie proximo celebrandi; nolens nec etiam intendens venire aut facere quovismodo contra statuta seu ordinationes regias et ecclesie Gallicane dudum et in ultimo Concilio Gallicano super neutralitate et beneficiorum collatione facienda et substrahenda (prout facta et substracta extitit Petro de Luna, qui nuper Benedictus decimus tertius papa nuncupabatur) Parisius in dicto palatio regio celebrato et congregato, in quo quidem Concilio Gallicano dicebat et asserebat dominus rector prefatus collationem beneficiorum eidem Petro de Luna fore substractam et ad collationem seu dispositionem ordinariorum et ea conferendi jus habentium devolutam, donec et quousque in universali ecclesia Dei de unico et indubitato summo pontifice fuisset provisum vel per Concilium ecclesie universalis predicte ex tunc proxime celebrandum aliter statutum seu ordinatum extitisset. Et sic, ex quo Dei gratia modernis temporibus unicum et indubitatum in universali ecclesia Dei habuerimus et habeamus de presenti summum pontificem, videlicet dominum nostrum, dominum Johannem divina providentia papam vicesimum tertium, ad ipsum omnimoda collatio et dispositio beneficiorum quorumcumque, quemadmodum et predecessores sui summi pontifices unici et indubitati habuerunt, extitit devoluta, quod ex hoc constare dicebat, maxime quia Universitas Parisiensis predicta eidem domino Johanni summo pontifici moderno et quamplures alii domini rotulos suos tamquam ad verum et unicum papam ac collatorem beneficiorum quorumcumque supplicationes suppositorum ipsius Universitatis pro gratiis expectativis eisdem suppositis et eorum singulis ac aliis per ipsum dominum nostrum papam faciendis continentes destinarunt; dixit et asseruit ex parte dicte facultatis artium quod nullo modo intentionis predicte facultatis fuerat aut erat impedire quovismodo, quin abusus et extorsiones pecuniarum qui committuntur et fiunt in curia

Romana corrigantur et emendentur meliori modo quo fieri poterit, ymo summe eidem facultati placebat et placet abusus et extorsiones hujusmodi corrigi et emendari, non tamen per substractionem collationis beneficiorum eidem domino nostro summo pontifici faciendam, cum abusus et extorsiones predicti alio modo sanctius et melius corrigi et emendari valeant, sed predicta facultas pluribus de causis, rationibus et motivis ad hoc ducta et inclinata, et potissime ex eo quod in predicta Universitate Parisiensi pluries concorditer deliberatum extiterat, quod non expediebat nec intentionis suppositorum ipsius Universitatis fuerat aut erat substractionem collationis beneficiorum eidem domino nostro summo pontifici facere, nec hoc procurantibus adherere quoquomodo : contra omnes et singulos substractionem predictam facere volentes et eisdem adherentes per ipsius facultatis artium procuratorem et sindicum substitutum ad hoc legittime constitutum provocaverat et appellaverat modo et forma per ipsum procuratorem et sindicum in continenti coram omnibus ibidem astantibus exprimendis et declarandis.

Quem quidem procuratorem et sindicum in predicto concilio presentem surgere et sibi incumbentia facere et explicare ex parte facultatis predicte jussit et precepit. Ad cujus mandati expletionem idem procurator et sindicus obtemperans, appellationem predictam et alia modo et forma in quodam appellationis instrumento publico .... perlegit et recitavit a principio usque ad finem, nichil de in eo contentis obmittendo. Cujus instrumenti tenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum :

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, amen. Noverint universi presens publicum instrumentum inspecturi, quod anno ejusdem Domini millesimo quadringentesimo undecimo more Gallicano, indictione quinta, die lune quinta decima mensis Februarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Johannis divina providentia pape vicesimi tertii anno secundo .... venerabilis vir magister Petrus Guigonis procurator et sindicus substitutus venerabilis facultatis artium alme matris nostre Universitatis Parisiensis .... provocavit et appellavit, apostolos petiit, protestatus fuit, et alia dixit et fecit in omnibus et per omnia prout et sicud in eodem folio papireo continetur. Cujus quidem folii papirei tenor de verbo ad verbum noscitur esse talis :

In Christi nomine. Cum appellacionis refugium. ..[4] Ego itaque Petrus Guigonis, procurator et sindicus specialiter ad infrascripta substitutus a magistro Johanne Bout procuratore et sindico principaliter cum potestate substituendi constituto et ordinato per venerabilem facultatem artium de alma Universitate Parisiensi matre nostra, advertens et considerans quod nonnulli tam ecclesiastici quam seculares viri diversorum dignitatum, statuum, religionum, ordinum et condicionum, quo nescitur nisi malo spiritu ducti novitates insolitas et non bonas indagine superstitiosa querentes et scandalum in ecclesia Dei ponere non verentes, diversis et exquisitis viis seu verius deviis et anfractibus moliuntur et querunt Quod sanctissimus in Christo pater et beatissimus dominus noster, dominus Johannes papa vicesimus tercius, vel alius qui pro tempore Romanus pontifex extiterit in

futurum, illam liberam et omnimodam potestatem et facultatem non habeat deinceps in regno Francie conferendi quascumque dignitates et ecclesias episcopales aut hiis majores vel etiam inferiores et tam seculares vel regulares, collegiatas et non collegiatas, electivas et non electivas, seu personatus officia, canonicatus, prebendas et quevis alia beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, tam vacantia quam vacatura, et etiam jus ad ipsa vacatura conferendi, sicud hactenus alii Romani pontifices habuerunt et hujusmodi potentia usi sunt indiscusse, conantes super hiis novas leges, instituciones, regulas et statuta quantum in eis est facere aut ab alio quolibet quam ipso Romano pontifice statuta et decreta hujusmodi aut eorum confirmationem impetrare seu verius extorquere; et attendens quod hoc fieri sit omnino res pestifera, scandalosa, exemplo perniciosa statui et utilitati ecclesie universalis et aliarum, necnon specialiter et singulariter Universitatum studiorum et studentium, et maxime illorum de facultate predicta dampnosa penitus et contraria, ex multis causis et rationibus evidentibus, manifestis et notoriis suis tamen loco et tempore oportunis latius declarandis et exprimendis.

Et primo, quoniam hoc esset privilegiis et prerogativis ecclesie Romane apostolice sedis Romanique pontificis detrahere et derogare.

Item, rebellionem et contemptum adversus sanctam sedem predictam manifeste facere, quod quidem absque divina offensa et diversarum penarum tam spiritualium quam temporalium incursu non transiret et per hoc multorum anime inlaque[a]rentur et scandala nascerentur.

Item, ceteris nationibus materia et occasio similia aut pejora faciendi prestaretur

Item, ex hoc firma devotio fidelis et catholica, quam semper ecclesia Gallicana et regnum Francie erga sanctam sedem eterni clavigeri noscitur habuisse, non parum sic faciendo denigraretur et materia male loquendi et sentiendi de ecclesia et regno predictis facile preberetur.

Item, per hoc regnorum, provinciarum et locorum non reductorum ad unionem, gremium et obedientiam veri pastoris et capitis ecclesie reductio impediretur.

Item, verisimiliter in electionibus et collationibus dignitatum et beneficiorum hujusmodi, libertas ecclesiastica fortius impediretur, cum, si ad exemplum hujus regni sic facerent alie nationes, maxime in quibus tyrannides laicalis dominatur, sepe expediret electores seu provisores ad nutum dominorum temporalium vel potentum eligere vel conferre aut alias importunis precibus, requisicionibus et instanciis talium assentire, et sic aut per impressiones aut extortas et importunas requestas laicorum dignitates et beneficia hujusmodi occuparentur; qui quidem timor in collacionibus et provisionibus, quas facit Romanus pontifex, omnino cessat.

Item, per hanc viam et maxime si gracie expectative per Romanum pontificem concesse vel concedende infringerentur, omnes hujus regni et aliorum, ubi hoc servaretur, studiorum Universitates et principaliter hec alma Universitas mater nostra, et specialiter

etiam facultas predicta destructionem totalem seu saltem ruinam gravem et insupportabilem paterentur. Nam cum studentes Universitatum hujusmodi videntes et sentientes contemplacione studiorum se penes Romanum pontificem acceptos et favoribus gratiosis, maxime in expectativis gratiis, exauditos et pre ceteris communiter antelatos, et sic se de proxima provisione et alimonia futura, quam indubitanter expectant, certioratos : per id et plurimi ad studium invitantur et studentes ipsi quietius lectionibus et studiis suis invigilant. Qua quidem hujusmodi spe adempta et plurimi quidem ab inchoatione studii desisterent, et hii qui jam inchoassent, dum expediret eos, quomodo provideretur eis in beneficiis, cogitare et operari a scientiarum contemplacione se divertere et deficiente etiam necessaria subventione, ex inopia studium deserere plurimi cogerentur.

Item, cum omnes quasi de Universitate et facultate predictis gratias expectativas optinuerint et litteras apostolicas super hiis confici et super eisdem processus suos fieri non sine laboribus et expensis fecerint et sic eis jus saltem ad rem super vacaturis beneficiis in eorum gratiis comprehensis quesitum existat, jus ipsum labores, expensas et spem predictas per[derent], et jure suo indebite et cum eorum gravi interesse privarentur.

Item, cum considerato quod de proximo celebrari debet generale Concilium, in quo quidem et per quod, si quid in predictis aut aliis vel circa premissa corrigi vel emendari expediat, juridice et canonice poterit ordinari, non expedit ad presens per particularem provisionem novitates tam arduas et tante importantie suscitare

Ideoque ex premissis causis, rationibus et motivis ac earum qualibet conjunctim et divisim, et tam pro communi et publico interesse, quam etiam pro privato et singulari dicte facultatis et singulorum eidem facultati suppositorum et aliorum infra dicendorum, ego Petrus Guigonis predictus vice et nomine facultatis predicte ac omnium et singulorum de dicta facultate, omniumque aliorum et singulorum infrascripte appellationi adherentium vel adherere volentium, seu qui in posterum adherebunt, contra omnes et singulos, etiam si sint Universitates, collegia vel corpora ecclesiastica vel secularia, seu singulares persone cujuscumque dignitatis, honoris, status, prerogative vel condicionis, tam ecclesiastice quam secularis, existant eorumque sequaces fautores et adherentes, qui predictas novitates et abusiones inducere voluerint aut inducent quovismodo, directe vel indirecte, in toto vel in parte, et qui se contradictores, oppositores aut partiales infrascripte appellacioni constituent, et generaliter contra omnes et singulos quorum interest vel interesse poterit seu se sua putaverint interesse omni via, modo et forma quibus melius possum in hiis scriptis provoco et appello ad prefatum dominum nostrum papam et sedem apostolicam et ad generale Concilium universalis ecclesie jam indictum et proxime celebrandum in Urbe, et ad quamcumque aliam audientiam ad quam de jure melius possum et fieri expediat, petens et iterum petens, semel, secundo et tertio, instanter, instantius et instantissime, apostolos....

De et super quibus omnibus et singulis procurator et sindicus predictus substitutus

vice ac nominibus supradictis petiit a nobis notariis publicis subscriptis sibi fieri publicum instrumentum seu publica instrumenta, unum vel plura. Acta fuerunt hec Parisius in ecclesia Sancti Juliani Pauperis prope quadruvium Sancti Severini sub anno, indic[t]ione, mense, die et pontificatu predictis, presentibus venerabilibus et discretis viris, dominis et magistris Thuruhio de Praellis nationis Picardie, Jacobo de Herlem nationis Anglie, in predicta facultate artium procuratoribus[5], Thoma Marescalli, Johanne La Dorée, licentiatis, Eustachio de Mesnellio, bachalario formato in theologia, Godefrido de Vlimen, Herveo Hellonk, Oliverio Pichon, Hugone Magni, Petro Maes, Guidone Balbeuz et Johanne Henrici, magistris in artibus, Laudunens., Trajectens., Leodiens., Cameracens., Ambianens., Trecorens , Tornacens., Corisopitens et Venetens. dioces., testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis

Et ego Johannes Andree alias du Leandi clericus Trecorens. dyoc., in utroque jure bachal., publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, curieque episcopalis Parisiensis juratus ... [Pro Johanne Andree] O. Acerbi.

Et ego Egidius Massardi Atrebatens. dioc., bach. in jure canonico, publicus apostolica et imperiali auctoritate ac curie Parisiensis notarius juratus.... E Massardi.

Post cujus instrumenti perlectionem idem procurator et sindicus petiit primo, secundo et tertio, instanter, instantius, instantissime, apostolos de et super appellacione hujusmodi sibi quo supra nomine dari, si aliquis aut aliqui in eodem Concilio esset vel essent qui de jure eos dare posset et vellet seu possent et vellent, protestans dictus procurator et sindicus quod, si predictum Concilium Gallicanum vel aliqui singulares de ipso vel extra ipsum vellet aut vellent vel intenderent in predictis vel aliquo predictorum opponere, resistere vel adversarios se constituere seu quomodolibet sua putarent interesse, cum ipse pro certo nesciat, ut dicebat, qui sunt hujusmodi tales, si hoc peterent, se promptum offerebat et paratum dictum appellacionis instrumentum vel ejus copiam, una cum copia potestatis sibi in hac parte attribute, eis tradere, suis tamen sumptibus et expensis. Quibus omnibus et singulis, sic ut premittitur dictis, factis, narratis, perlectis ac protestatis, prefatus dominus episcopus Tornacensis, in dicto Concilio Gallicano presidens, post aliqualem collacionem inter dictos dominos prelatos et consiliarios regios in eodem Concilio presentes habitam, dixit eisdem domino rectori et procuratori, quod modicum expectarent quousque dicti domini de consilio regio adeuntes curiam parlamenti in dicto palatio ad dictum Concilium Gallicanum redirent, ad finem ut super premissis responsio eisdem rectori et procuratori maturior preberetur. Quibus aliquantulum expectatis et supervenientibus prefatus dominus episcopus Tornacensis in dicto Concilio Gallicano presidens petiit a predicto domino rectore si ea que ibidem facta et dicta fuerant, fuerant dicta et facta pro et nomine totius facultatis artium et quatuor nationum ejusdem. Qui quidem dominus rector respondit et dixit quod sic, et quod tota facultas artium et ipsius quatuor nationes ad premissa concordes fuerant. Qua responsione sic facta idem dominus episcopus Torna-

censis dixit et affirmavit se presidentem in dicto Concilio Gallicano, per dictum dominum nostrum Francorum regem constitutum ad audiendum et referendum solum eidem domino nostro regi ea que in predicto Concilio agerentur, dicerentur et fierent, interdicta sibi et aliis prelatis in dicto Concilio existentibus omnimoda potestate aliquid concludendi, ordinandi seu disponendi in ipso Concilio, nisi prefato domino nostro rege presente; et ideo aliam responsionem super premissis dare non intendebat. Postremo magister Johannes Jouvenel, advocatus regius in parlamento regali Parisiensi, pro et nomine procuratoris domini nostri Francorum regis prefati, in eodem parlamento dixit et proposuit coram omnibus in dicto Concilio Gallicano existentibus, quod pro bono dicti domini nostri regis et regni sui expediebat eidem procuratori regio, non quod se partem aut adversarium de presenti facere vel constituere velit in hac parte, copiam appellacionis antedicte habere et penes se custodire. Idcirco copiam ipsius appellacionis eidem procuratori regio per predictos dominos rectorem et procuratorem ac sindicum dicte facultatis artium dari petiit et requisivit. Quibus sic per dictum advocatum regium dictis, petitis et requisitis, prefatus dominus rector eidem advocato regio respondit, quod ipse faceret congregari super hoc supposita dicte facultatis artium, ex cujus deliberatione ipse rector ejusdem advocato et procuratori regio [brevi], ut credebat, super premissis daret responsum, quod ipsi contentarentur de facultate predicta

Acta fuerunt hec in dicto palatio regali Parisiensi, dictis prelatis ad dictum Concilium Gallicanum celebrandum more solito congregatis, sub anno, indictione, mense, die et pontificatu predictis, presentibus venerabilibus et circumspectis viris magistris, dominis et magistris Johanne de Villanova archidyacono Penthevrie in ecclesia Briocensi, Levino Nyeuelinc, decretorum doctoribus, Johanne Tuderti officiali Parisiensi, Thoma Marescalli, Johanne La Dorée, licentiatis, Dominico Chaillon, Johanne Yonis, bachalariis in theologia, Guillermo Yvri, Godefrido de Vlimen, Yvone de Pontibus, Johanne de Kersaliou, Oliverio Pichon, Johanne Guigonis, Michaele de Rivo[6], Matheo Petri et Johanne Normani, magistris in artibus Parisius commorantibus, unacum pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Johannes Andree alias du Leandi. .

Et ego Egidius Massardi. ..

Et ego Oliverius Acerbi, rector parrochialis ecclesie de Plebeparva Trecorens. dyoc., magister in artibus, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius ...

Originale in Arch. nat. Paris., M 66^{b}, n° 31 (olim A. 4 a). — Ad hanc appellationem hactenus ignotam Universitas recurrit adhuc an. 1418. — Martii 30 Jacobus de Harlem, rector Universitatis, Johanni de Nantolio, nat. Gallic. receptori, mandat, ut latori scedulae duo scuta tradat, cum deliberatum fuerit, a receptore cujuslibet nationis tradenda esse duo scuta pro notariis, qui praedicta instrumenta confecerant (Bul. V, 223).

1. Joh. Thoisy. — 2. Petri Plaoul. — 3. Bene notandum, hic rectorem decanum facultatis artium Paris. nominari. — 4. Solitae formulae alias in appellationibus adhibitae. — 5 Vid. *Auctar.*, II, p. 114 — 6. Pro quo postea, ut videtur, quando jam in leg. licent. et baccal. in jure can. fuit, Universitas libellos supplices ad papam misit (Arch nat. Paris., M 65^{a}, n° 32).

1944. *Universitate Parisiens apud S Bernardum solemniter congregata et lecta appellatione artistarum in num° praecedenti contenta, facultates theologiae, decretorum et medicinae facultati artium concorditer adhaerent, ne scil devolverentur collationes beneficiorum ad ordinarios* « Noverint universi »

1412, Martii 7, Parisiis

Originale in Arch. nat. Paris., M 67ª, n° 24 (olim C. b aa). Bul., IV, p. 222. — Haec acta fuerunt « presentibus venerande circunspectionis et magne prudentie viris dominis et magistris Johanne de Trelon cantore ecclesie Paris , reverendo patre domino abbate monasterii Sancti Germani de Pratis extra muros Paris.[1], Dominico Parvi, Johanne Manchon, Johanne Breviscoxe, Matheo Roder, Johanne D'Achery, Matheo Mercerii, Nicolao de Duno, sacre theologie professoribus Johanne Vicini, fratre Johanne de Fargis priore de Nemeto Leodiens. dioc., Ord. Cluniac , decretorum doctoribus, Johanne de Pisis, Petro Mioti, Johanne Tanquardi, Oliverio Gambelin, Johanne Casson, in medicina magistris, Guillermo Martini, Gervasio Clerici, Johanne de Laudissono, Nicolao Poisiere, Nicolao de S. Hilario, Egidio Salomonis, Johanne Bouveti, Dionysio Feuillart, Johanne la Dorée, Michaele de Rivo, Johanne Cambier, Rolando Ramier, Simone Pinardi, Johanne Dulcis, Guillermo Euvroye, Johanne Aise, Jacobo de Haerlem et Guillermo Bloc, Francie, Picardie, Normannie et Anglicane nationum suppositis, cum aliorum doctorum et magistrorum uniuscujusque facultatis multitudine copiosa, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. »

1. Guillelmo Episcopi seu l'Evesque, de quo jam in *Chartul.* III.

1945. *Johannes XXIII cancellario Paris injungit, ut Ludovico de Valleoleti, Ord Praed. (qui per duos annos logicae et duos alios philosophiae Valleoleti studuit, ibique theologiae per annum, et sequente Tolosae, tertio Parisiis in Ordinis domibus incumbebat, deinde Valleoleti per quatuor annos prior, et per duos Sententias legit, ad quas Parisiis legendas a magistro generali Ord destinatus est), licentiam legendi dictas Sententias concedat, et postea, servatis servandis, ad magisterium promoveat* Dat Rome ap. S Petrum quinto kal Marcii, anno secundo « Viri sacre lectionis »

1412, Febr. 25, Romae.

Reg Lateran. Joh. XXIII, n° 156, fol 110. — Revera an 1412-1413 Sententias Parisiis legit, ut apparet e Bibl. nat. Paris. ms. lat. 14707. De hoc celebri Dominicano, qui jam magister s. theol., et quidem Parisiens., ut legatus regis Castellae in Concilio Constant. claruit, vid. Quétif-Echard, *Script.*, I, p. 789. Fuit postea notissimus professor Universitatis Vallisoletanae ejusdemque facultati theolog an. 1418, Febr. 6, a papa Martino V datus est ad vitam ut prior et decanus (Reg. Lat n° 187, fol. 269ᵇ) Ludovici plures epistolae supplicatoriae exstant ad Martinum V in Reg. Supplic., v g. n° 167, fol. 21 sq. ad an. 1424.

1946. *Universitas Parisiens apud Johannem XXIII conqueritur, quantum ad* quintum articulum, *magistris multos praeferri, qui in dicto articulo non capiuntur*

1412, Martii 12, Parisiis.

Scribimus, reverendissime pater, sanctissimo domino nostro in modum qui sequitur

« Nostros, beatissime pater, et longa dudum per tempora labores apud sanctitatem vestram exsolvimus, quatinus meritis promotionibus nostris exundans atque largiflua manus vestra solito copiosius responderet, nec inter cetera cassum aliquid a nobis retulisse creditum est, dum quintum articulum nostrum, qua exoptabamus forma, nobis sub bulla plumbea sanctitas vestra largita est Sed frustra prerogativam hanc, beatissime pater, nobis vestra liberalitas impartita est, ubi istius rei corruptores vestra nullatenus potentia coherceret Multa namque gentium genera surrexere, que nostrum prefatum articulum contra expres-

sum ipsius tenorem satagunt enervare. Primo dominorum ducum Biturie, Burgundie, Turonie et Aureliani et uxorum eorumdem procuratores, dicentes se alibi quam terris dominorum suorum supposita nostra debere precedere. Secundo illi non existentes de exceptis in nostro quinto articulo, quibus amplior data concessa est. Tertio nonnulli dominorum cardinalium familiares, qui loco nominatorum in cardinalium principalibus rotulis fecerunt se in eisdem in nostri prejudicium subrogari. Quarto nonnulli secundi et minus principalis rotuli nostri portitores, asserentes se hisdem prerogativis uti, etiam respectu quorumcumque suppositorum nostrorum, quibus primis et principalibus nostri rotuli portitoribus uti permissum est atque datum, cum tamen contrarium inter nos matura ex deliberatione conclusum extiterit Quinto nonnulli nostre Universitatis, dum rotulus conficiebatur, absentes, dicentes se prerogativam impetrasse, qua utuntur prerogativis Universitatis, ac si tempore date dicti rotuli principaliter affuissent. Sexto vero aliqui ambassiatores secundi rotuli antedicti, qui palam se jactarunt impetrasse, quod gaudebunt gratiis et prerogativis, ac si tempore coronationis vestre sanctitatis ambassiatores destinati fuissent Demum nonnulli exploratores in Romana curia existentes, qui, dum alicujus beneficii vacationem qualicumque causa sompniant, supplicationem nove provisionis ejusdem beneficii utramque temptantes fortunam vestre cotidie porrigunt sanctitati, quod fit ut beneficii postmodum vacatione scita, illam solam supplicationem per apostolicas bullas levant, quam gratiarum nostre Universitatis suppositorum impeditivam cognoverunt. Et quia hec omnia, beatissime pater, quicquid boni noster articulus continet, per talium importunitatem evacuatur, vestram sanctitatem affectione quanta possumus duximus supplicandam, quatinus contra omnes tales et singulos in observantia nostri juris sua in cancellaria declarare dignetur, ut sint alumpni nostri numquam talibus affecti proterviis, studio valeant solita libertate vacare. »

Et quia hanc rem, reverendissime pater, profundo corde tenemus, vestram reverendissimam paternitatem in juris nostri subsidium deprecamur, nichilominus supplicantes quatinus in presentatione nostrarum litterarum velitis assistere circaque hanc rem nostram tantum, uti semper fecistis, peragere, ut quod petimus finem veniat ad optatum Reverendissime pater, vestram reverendissimam paternitatem conservare dignetur Altissimus feliciter et ad votum. — Datum in nostra congregatione generali apud Sanctum Bernardum Parisius celebrata die xij Martii.

Vestri benivoli rector ceterique magistri Universitatis studii Parisiensis.

Originale membranac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 77 (olim A. 33. a). Exstat taeniolum, quo sigillum appendebatur. — E tenore epistolae liquet, eam paulo post bullam plumbatam an. 1412, Jan. 7, proindeque an. 1412. scriptam esse

1947. *Licentiati in facultate medicinae*

1412, Martii 29, Parisiis.

Die martis xxix Martii ... iverunt ad Nostram Dominam pro licentia recipienda ... et fuerunt licenciati secundum hunc ordinem :

1us	Magister	Stephanus de Rovroy, Gallicus
2us	—	Hugo Fabri, Picardus
3us	—	Johannes Cadart, Picardus[1]
4us	—	Henricus Tibout, Normannus[2]
5us	—	Johannes Heredis, Normannus
6us	Magister	Michael Bouveti, Gallicus.
7us	—	Nicolaus de Saxonia, Alemannus[3]
8us	—	Jacobus Percheti, Normannus
9us	—	Guillelmus Cadioci, Gallicus

Comm. fac. med., I, p. 173.

1. Cf. DE LABORDE, *Ducs de Bourgogne*, Preuves, I, p. 34, ad an. 1412 « à maistre Cadart, maistre en ars et licencié en médecine, la somme de xxv fr. à lui donnés pour avoir une queue de vin à faire la feste de la science de médecine ». An. 1418 et postea physicus Caroli delphini fuit (Suppl. Mart. V, nº 122, fol. 43, nº 129, fol. 223b). Ante an. 1425 matrimonium contraxit (nº 183, fol. 155b). Non longo tempore magister regens fuit, rei publicae incumbebat. An. 1425 expulsus est. Ad ipsum 10 epistolae Gerardi Macheti. Vid. etiam supra p. 95, not. 5, *Auctar.*, II, p. 38 sqq. Cf. BEAUCOURT, *Hist. de Charles VII*, t. VI, p. 396. — 2. Vid. p. 108, not. 45. — 3. Nicolaus Koneken de Magdeburg, alias de Saxonia in natione Anglicana Paris. an. 1405 determinaverat, an. 1407 ejusdem procurator; postea Erfordiam ivit. Vid. *Auctar.* I et II, imprimis II, 11, not. 1.

1948. *Jacobus Magni, Ord. S. Aug., unus ex ambassiatoribus ducis Aurelianensis et ducis Bituriae eorumque partis ad regem Angliae contra ducem Burgundiae, inter alia ad reformationem regni Franciae proposita hoc proferre intendebat, « que l'Université soit mise hors de Paris, et qu'on en feist une nouvelle pleine de preudhommie ».*

An. 1412, ante Pascha[1].

Chron. de Monstrelet, ed. DOUET-D'ARCQ, II, p. 241. Perperam tamen ibidem continue nominatur « fr. Jacques Petit » (p. 237 sqq.), recte *Rel. de Saint-Denys*, IV, p. 626, 658 (qui praeterea addit Petrum de Versaliis, O. S. B. in S. Dionysio), et Juvenalis des Ursins, ed. GODEFROY, p. 239. Jacobus Parvi, licent. an. 1408, fuit cler. saecularis. Jacobus Magni, Augustin., quem tamen DOUET-D'ARCQ, p. 242, not., perperam vocat « jacobin », licent. an. 1413, a *Rel. de Saint-Denys* affertur ut « Tulliana pollens eloquentia, vir utique literatus ». Certe Johannes de Monsterolio cum ipso commercium epistolare habuit (vid. A. THOMAS, *De Joh. de Monsterolio vita et oper.*, p. 37, 82 sq.). An. 1411, Novemb., ut adhaerens duci Aurelianens. excommunicatus est (*Journal d'un bourgeois*, p. 16).

1. April. 3.

1949. *Quidam nomine Universitatis Paris. scribit ad ducem Barrensem (ut opinamur), ut Petrum de Pruvino, doctorem decret., in praeceptoria S. Antonii de Ponte-Moncionis contra intrusum protegat.*

1410-1412, April. 20, Parisiis.

Tres hault et puissant prince et tres redoubté seigneur, humble recommendation precedant. Plaise vous savoir que nous avons entendu que la commenderie de Saint Anthoine en vostre ville du Pont[1] vaque, laquelle chet en la grâce d'un dez suppoz de nostre mère l'Université appellé maistre Pierre de Provins[2], docteur en decret et de l'ordre de Saint Anthone, personne notable et renommée en ma dicte mère, et lequel fust un de ces messagiers au Concile general de Pise et pour lequel autres foys aucuns des suppos de nostredicte mère vous ont supplié que ledit maistre Pierre vous vossisiés avoir pour recommandé

en lieu et en temps et auquelz vous donnastes bonne et gracieuse response, dont ilz furent bien content et vous en remercièrent. Et combien que en ladicte commanderie du Pont nul impetrant ne puisse avoir ne pretendre avoir aucun droit au resgart dudit maistre Pierre pour les prerogatives, que nostre saint père le pape a donné à ceulz qui sont ou role de nostredite mère, ouquel ledit maistre Pierre est mis et colloqués[3] : ni ont mains un simple religieus appellé frere Gerart Mertinel sub umbre d'aucune expectation ou autrement et par faveur d'aucuns de ladicte ville du Pont, dont il est, et de vous subgés, si s'est mis et instrus en ladicte commanderie et la detient comme commandeur, et ont donné et donnent empeschement que les procureurs et ceulz qui sont et se portent pour ledit maistre Pierre ne pevent mettre à execucion sadicte grâce ne les procès sur ce fais par leurs puissances et faveurs, qui est chose contre justice et raison, et ne cuide pas que ce soit de vostre voloer ne commandemant; car je say bien que vous volés que justice et raison soit faite en vostre terre et par vos subgés. Pourquoy, mon tres redoubté seigneur, je vous supplie si tres humblement comme je puis que en contemplacion de justice et de nostredite mère, laquelle en ce fait et aultres est moult affectée audit maistre Pierre, et aussi car ceste cause la touche grandement, car semblablement pourroit on empechier ses aultres suppos en cas parel, vous plaise d'avoir ledit maistre Pierre pour recommandé en son bon et juste droit et li donner faveur et ayde et faire donner par voz gens et officiers dudit lieu du Pont et aultres pour interiner sadite grâce. Et en ce vous ferés raison et justice et tres grant plasir à nostredite mère. Et se ledit frère Gerart pretent d'avoir bon droit, je vous affirme de par ledit maistre Pierre que il consent, que son droit et l'autre soit veu par aucuns clercs auquelz vous plaira en chargier à Paris ou par ceulx qui seront esleus par les partiez oudit lieu de Paris, où il pourra mieulx apperoir dez prerogativez données à nostre dite mère et audit maistre, et comme vous savez, tres redoubté seigneur, ce n'est pas offre qui se doive refuser, et sur ce vous plaise donner voz gracieuses lettres à nostre feal et amé suppost Jehan Barre maistre ez ars et bachelier en decret, lequel pour ceste cause envoyons par devers vous. Et se aucune chose voulez que fère puissions, mandez le nous et nous l'acomplirons de tres bon cuer. Ce scet Nostre Seigneur, qui vous doint bonne vie et longue Donné en nostre congregacion generale sur ce celebrée à Paris ou cloistre de Saint Maturin le xx[e] jour d'Avril.

Minuta chartac. in Arch. nat Paris., M 65[b], n° 89 (olim A. 3. sss). — Eodem tempore Universitas epistolas misit « pro quolibet episcoporum », inter quos Radulphus de Coucy, episc. Metens., ad quem etiam Johannem Barre misit (65[a], n° 149). Ad Johannem XXIII etiam Universitas scripsit, sed postea, cum quidam « Valdemarus Johannis, sine gradu vel alia dignitate », praeceptoriam sibi appropriavit, ut Petrum de Pruvino in illa confirmet (65[a], n° 37). Nihilominus Petrus adhuc an. 1417, cum esset ambassiator ad Concil Constant., litigabat (Suppl Mart. V, n° 102, fol. 217).

1. Seu Pontis-Moncionis (Pont-à-Mousson), Metens. dioec., ut in 65[a], n° 37, scribitur. — 2. Ibid. scribitur : « mag. Petrus Charronis dictus de Pruvino, ex professis monasterii S. Antonii Viennens. ». — 3. An. 1410, Maii 28 (« antidata »), Johannes XXIII Petro de Pruvino, praeceptori domus S. Antonii de Boteriis, Xanctonens. dioec., concedit, ut praeceptoriam vacantem non conventualem dependentem a monasterio S Antonii Viennens. acceptare possit (Reg. Lat. Johannis XXIII, n° 150, fol. 100).

1950. *Carolus VI beneficia collata, durante neutralitate, imprimis suppositis Universitatis Paris., conservari jubet, cum etiam Alexander V seu Concilium Pisanum omnes praesentationes et collationes illius temporis conservasset.* Donné à Paris le xxvj^e jour d'Avril l'an de grace mil CCCC et douze, et de nostre regne le xxxij^e « De la partie de nostre fille l'Université de Paris » Publicata xiiij die Junii, anno M CCCC XII° — Baye

1412, April. 26, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X1a, 8602, fol. 261. *Ordonn. des rois,* X, 3, Bul., V, 224.

1951. *Johannes XXIII Francisco archiepiscopo Narbonensi, camerario suo et in civitate Avenionensi et comitatu Venayssini vicario generali, committit, ut causas beneficiales Universitatis Paris. et regni Franciae, si fructus beneficiorum summam 100 libr. turon non excedant, decidat.* Dat. Rome ap. S. Petrum kal Maii, anno secundo. « Ad regnum Francie »

1412, Maii 1, Romae.

Reg. Vat. Johannis XXIII, n° 344, fol. 119b. — Per hoc Universitati judex Avenione datus est et solum quoad causas citra 100 libras. Ut n° 1964 videbimus, per hoc Universitatis desiderio non satisfiebat.

1951a. *Cum aliqui religiosi Ord. Eremit. S. Aug. Tornaci in sermonibus errores contra hierarchiam ecclesiasticam praedicassent et populum a clero avertissent, Johannes de Thoisy, episc. Tornacens., annuntiat, Universitatem Paris , de hoc jam certiorem factam, legatos suos Tornacum missuram, ut populum ad veritatem reducant. Usque ad eorum adventum sermonibus Fratrum nulla fides praebeatur.*

1412, Maii 10, Tornaci.

Mem de la Societé histor et littér. de Tournay (1861), t. VII, p. 91. — Edictum episcopi imprimis fr. Nicolaum de Tornaco seu Serrurarii (Serrurier) tangebat, an. 1400 Parisiis in theol. licentiatum (vid. n° 1763), et an. 1418 in Concilio Constantiensi ut haereticum condemnatum, de quo Cauchie, in *Analectes pour servir à l'hist ecclésiast. de la Belgique,* XXIV, p. 241 sqq., et *Chartul.* V.

1952. *Jacobus de Haerlem, rector Universitatis Paris , testatur, Johannem Mureaux per majorem partem ordinarii an. 1411 verum et continuum scholarem in fac. theol. fuisse « sub magne scientie viro mag Thoma de Cracovia, mag. in theol. actu regente » Proinde ipsum, ejusque parentes, nuntios, familiares sub Universitatis protectione ponit* Dat Parisius anno Dom. 1412, die tertia Junii. « Ut ait Seneca »

1412, Jun. 3, Parisiis.

Bul., V, 884. Ibid , p. 883, simile instrumentum ejusdem an. 1412, Jun 17, pro Nicolao Moureti, bac. in art., qui decr. studuit sub Jacobo Parvi, decret. doctore actu regente In *Remarques sur la dignité du recteur* (1668), p 18, ad Jun. 14 refertur.

1953. *Universitas Paris. Johanni XXIII scribit de nuntiis in Hispaniam mittendis, de judicibus Parisiis dandis, de temporis nota* Quinti articuli.

1412, Junii 30, Parisiis.

Sanctissime ac vere beatissime pater. Sicut ad magnum.... Pro tantis igitur donorum in nos cotidie propensius manantibus affluentiis dignum est, ut paterna precepta cotidie fer-

ventioribus studiis prosequamur, et jam ex multis diebus insitum memori mente manebat accedere ad Concilium generale[1] et legationem mittere ad Yspanias[2] per regis nuntios atque nostros, et utique jam expeditos, si non inprevisa restitissent ostacula et bellorum circumfluentium infortunia distulissent, quibus quantumlibet sacrilega et infelix adversetur impietas, patrem misericordiarum Deum metas daturum celeriter et finem speramus Interim, pater beatissime, ut gratie semper in devotissimam filiam vestram ab excellentia vestre preclare munificentie velud ab ubertate torrentis exundent, dignetur sanctitas vestra instituere judices intra muros Parisienses, dominos videlicet episcopos Parisiensem atque Silvanectensem et dominum abbatem Sancte Genovefe, quem olim de talibus cognovisse ex munimentis vetustis recordamur, qui universos processus et causas nostrorum suppositorum actu in studio presentium secundum formam privilegii dudum nobis a sede apostolica indulti, ut pluries alias scripsisse meminimus, auctoritate apostolica tractare habeant et terminare, quibus non tantum causas movendas dictorum nostrorum suppositorum committere, verum etiam causas jam motas eadem S. V. remittere dignetur. Cui siquidem sanctitati quanto magis filiali valemus affectu supplicamus, quatinus prerogativam articuli quinti (non obstante data ejus de vij° idus Januarii anni secundi[3] vestre assumptionis ad summum pontificatum) declarare dignetur valituram magistris et suppositis nostris in rotulo nostro dudum vestre sanctitati exhibito presentibus, qui a vj° idus Julii anni predicti[4] beneficia secundum formam juridicam acceptarunt, de quibus sibi providere fecerunt, et easdem acceptationes et provisiones infra tempus juris in locis eorundem beneficiorum publicaverunt aut publicabunt, confidentes, quinymo et firmiter tenentes dictam prerogativam valuisse et valere suumque sortiri effectum debuisse et debere a data vj° idus Julii predicta; declarantes insuper quascumque gratias derogatorias, si quas ipsa sanctitas in prejudicium ipsorum fecerit, fuisse et esse infectas, irritas et inanes, quoniam tunc vestra sanctitas eandem nobis concessit et concessam per nuntios nostros et sub signo vestri secretarii F. de Monte Politiano transmisit, propter quod multi suppositorum nostrorum predictorum maximas partes suarum facultatum in longa dilatione litigii consumpserunt. Obsecrantes per viscera paterne affectionis ac bonum totius ecclesie, ut de bulla Mendicantium vestra sanctitas promissa aut eis meliora non differat adimplere.... Scriptum in congregatione nostra generali Parisius apud Sanctum Maturinum solenniter celebrata die ultima mensis Junii.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, n° 75. Postea sequitur inscriptio « Copia secunde littere domini nostri ». Agiturne de minuta quadam epistolae Johannis XXIII contra Mendicantes nobis ignotae? — Epistola supra edita scripta est ante an. 1413, April. 1, nam tunc episcopus Paris ut judex constitutus est Proinde ad an 1412 pertinet, quod confirmat epistola an 1412, Decemb.

1. Romanum. — **2** Sed an. 1414, Jan., nondum missa erat legatio. Vid *Auctar.*, II, p. 162, 7. — **3** Sub hac temporis nota epistola plumbata de articulo quinto data est. Vid. supra n° 1941 — **4**. I e. secundi, seu an. 1411, Jul. 10, quo primo articulus concedebatur Vid. supra n° 1942

1954. *An 1411, circa festum S Martini hyemalis, Philippus de Monte*[1]*, cum xij vel xiij hominibus, loricis et ensibus evaginatis armatis, ad domum mag. Johannis de Lugduno, licent. in medicina, stud. Paris in fac decret, accesserunt, eum « falsum proditorem, Armeniacum, canem et mailletum » appellando, pluraque bona mobilia surripuerunt Anno sequenti, Aug. 17, Philippus de Monte, qui tunc inter magnos rectores villae Paris. erat, et ejus complices, Johanni de Lugduno mortem minati fuerant et ad domum ejusdem ensibus evaginatis accesserant. Qui ostium suae camerae clausit. Praedicti malefactores famulos ejus verberaverunt, ostiumque camerae rumpere nisi fuerunt. Johannes per fenestram fugit et ad Castelletum cum suis famulis accessit, justitiam regis implorando. Ibi Philippus de Monte cum complicibus eum invenit, tribus ictibus ense percussit, tres magnas plagas in capite eidem faciendo, eumque ad terram prostravit atque perforare voluit. Famulum etiam similiter tractaverunt. Postea malefactores ad ecclesiam S. Leuffredi confugerunt, iterumque ad dictum locum reversi sunt, et Philippus de Monte Johannem pede percussit, ut sciret an is mortuus esset. Qui revera tanquam mortuus inter magnam sanguinis effusionem ad domum cujusdam barbitonsoris portatus est. Hae vulnerationes in praesentia servientium regis acciderunt, qui non ausi sunt se interponere, quia Philippus de rectoribus villae erat, et etiam minabatur illos Universitatis occidere, qui querimoniam de dicto facto moverent.*

1411, Nov. 11-1412, Aug., Paris.

Arch. nat Paris., X[1a] 62, fol. 223[b]. — Lis solum an 1417, Aug 7, judicata et sententia pronuntiata est. Curia parlamenti Philippum ejusque complices condemnavit ad emendam faciendam Johanni suisque, procuratori Universitatis et regis. Vid. ibid., fol 225.

1. In processu describitur ut uxoratus, varletus seu famulus camerae ducis Aquitaniae et ducis Burgundiae, qui tunc temporis « cum nonnullis sapientibus ville Paris. pro providendo tuicioni et defensioni ville commissus extiterat, pro qua defensione portas dicte ville custodiri excubiasque de die et nocte per cives et habitantes ville et ignes fieri . ordinatum fuerat ». Nullus Parisiensis se eximere potuit. Johannes de Lugduno, « dives practicus, bene hereditatus, in vico Alberici carnificis (Aubry-le-Boucher) commorans », recusavit praedicto servitio fungi

---

1955. *Universitas Paris. domino de Heilly, ducibus Burgundiae et Aquitaniae et Antonio des Essarts scribit epistolas de tristi statu regni, de tractatibus non servatis, futurus tractatus melior fiat et adversarii regis subjugentur.*

1412, Julii, Parisiis.

1 Pro domino de Helly[1] soit ainsi conclud :

Si vous prions tant et si affectueusement que nous povons, come à celui que nous savons que aime tres sincerement, parfaitement et de cuer l'onneur du roy et de son royaume, et qui tant et si honnoraublement avez travaillé en ceste matière, par quoy la gloire et l'onneur de vostre nom demourra perpetuellement à la memoire de tout le royaume et de toutes autres nations, et de nous, aussi que de toute vostre puissance vous veuilliez adviser les bons et loyaulx chevaliers, nobles escuiers et autres qui sont en le ost du roy nostredit seigneur et par especial ceulx qui frequentent les conseulx du roy et des autres grans seigneurs comme de monseigneur de Guienne, de monseigneur de Bourgogne. qu'il advisent bien qu'ilz feront à ceste foiz, en leur ramenant en memoire selonc vostre bonne discretion les traictiez dessusdis, qui n'ont point esté tenuz[2], et aussi le fait de Saint Cloud, lequel s'il eust esté poursuy, comme nous et tout le peuple avions esperance que ainsi feust fait, ne feuissions pas de present en ce tres grant peril, ouquel nous sommes

par les traictiés, que on dit que par dela on veult faire, se par bon conseil la chose ne se fait, ainsi comme dit est, car il nous samble se on fait traictiés autrement que dit est ès lettres du roy, tres grant peril vraisamblablement s'ensuivra, car en l'ombre d'icellui se fortiffieront et alyeront avecques les Angloys et autres nacions. Pour quoy cez choses considerées les adversaires du roy doivent venir à mercy simplement et absolument, en ayant la seigneurie de leurs personnes, villes et chasteaulx quelconques, et qu'ilz soient subjuguez

2 Ponatur ista conclusio in litteris domini Burgundie

Si vous supplions tres humblement, tres excellent prince et tres redoubté seigneur, qu'il vous plaise de conseillier et advertir le roy nostredit seigneur et monseigneur de Guienne tellement sur les choses dessus escriptes que eux et tout le royaume demeurent en seurté, pais et bonne tra[n]squillité, laquelle pais nous veuille octroier le Père et le Filz et le Saint Esperit, qu'il vous doint bonne vie et longue et bon conseil pour mettre[3] .. fait vostre bonne et loyal volonté

3 Ponatur ista conclusio in litteris domini Acquitanie

Si vous supplions, tres excellent prince et tres redoubté seigneur, auquel ceste chose après le roy nostredit seigneur touche plus de près que quelconque aultre, que il vous plaise d'avertir ex choses dessus escriptes et si diligemment proceder et aler avant, comme la chose le requiert, sans vous tant amuser, quar vous avés asses grant puissance, la grace Nostre Seigneur de bonne et loyal chevalerie pour mettre bonne fin en ceste besoigne, tres excellent prince et tres redoubté seigneur, le Saint Esperit par sa saincte grâce vous doint bonne vie et longue avecques bon, seur et loyal conseil come besoin vous est d'avoir.

4. Ista est conclusio que poterit poni in litteris Anthonii des Essars[5], si videatur bona

Si vous prions tant et si affectueusement que nous povons comme à c[elui] que nous savons, qui amés entierement l'onneur et le bien du roy et de son royaume, que de toute [vostre puis]sance vous vueillés aviser les bons et loyaux chevaliers, nobles escuiers et aultres qu'ilz seront en [le] ost du roy nostredit seigneur et par especial ceulx qu'ilz frequentent les conseilx du roy et des aultres grans seigneurs, comme de monseigneur de Guienne et de monseigneur de Bourgogne, qu'ilz avisent bien qu'ilz feront à ceste fois. Quar en verité [il] nous samble que se les adversaires du roy ne viennent à merci simplement et absoluement, ou se il ne sont subjuguez par ces moiens (?), que le roy soit maistre de eulx et qu'ilz ne lui puissent nuire [ne] à li ne à son royaume, et maismement que onques mies roy qu'il fust en France n'eust plus grant puissance non plus grant opportunité de le faire que il a, se il n'est mal conseilliez, etc. Dieu ne vueille que les villes et [chasteaulx] et toutes les communautéz de son royaume ne soient si mal contens que plus ne le pourroient estre. Et n'est [trai]ttié que l'an peust faire en ceste partie qu'il les peust

apaisier, consideré que les accors qui ont esté fais ou temps passé sont si villainement anfrai[n]s, dont il est avenue tant de maulx, comme chascun scet, que nous ne soions en peril vraisamblablement de grande commotion, dont il pourroit avenir si grant meschef que a grant paine le pourroit l'an jamais appaisier, dont Dieu nous vueille garder et deffendre. Tres chiers et tres especial amis, le Saint Esperit par sa grace vous ait en sa garde. Escript [à P]aris le ... jour de Juillet.

Les recteur et maistres de l'Université de Paris, prest à faire vostre plaisir.

Duae *Minutae* chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ᵇ, nis 63 (olim A. 3. pp) et 66 (olim A. 3. ss), in quarum priori exstant conclusiones 1-3, in altera, vetustate in quibusdam locis pessumdata, conclusio 4ª. Epistolae ipsae desunt. Temporis nota eruitur e prima et quarta conclusione Scriptae enim sunt post factum apud S Clodoaldum (1411, Novemb. 9), sed ante an. 1413, nam 4ª conclusio signata est mense Julii. An. 1413, April. 28, Antonius des Essarts cum suo fratre Petro des Essarts, praeposito Paris., captus est, et jam Februarii 13 Universitas Antonio des Essarts minime pepercit. Proinde ad an. 1412, Julii, sive ante tractatum Bituricens. (Jul 15), sive post et ante tractatum Autissiodorens , pertinent.

1. Mareschallo Aquitaniae, et ab an. 1411, Maii 14, gubernatori Rupellae. An. 1413 ab Anglis captus, cecidit an. 1415 in proelio apud Azincourt — **2.** V g tractatus Carnotens. an. 1409, Martii 9; de Bicètre an. 1410, Novemb. 2. — **3.** Voces dilutae. Quoad sententiam vid. conclusionem sequentem — **4.** Titulus iste in fine inscribitur — **5.** Fratris praepositi Paris. Petri des Essarts. Fuit magister equorum, custos aerarii et bibliothecae regis. ab an. 1411, Julii 7-1412, Maii 8 (cf. Delisle, *Cab. des mss* , I, 46), et ab an. 1411, Novemb, 20, custos palatii regis.

1956. *Universitas Paris regi Franciae annuntiat, se, ei obedientem, ad conventum principum Autissiodorens 12 legatos mittere, qui de pace regni consulant De eodem negotio scribit duci Aquitaniae et Johanni duci Burgundiae*

1412, Augusti 4, Parisiis

1. Nostre très redoubté et souverain seigneur, nos nous recommandon[s] à vous tant et si très humblement que plus povons[1] Nostre très redoubté et souverain seigneur, il vous a pleu à nous mander par vos lettres closes, scelées du seel du secret, données du penultième jour de juillet, que nos envoyssons xij personnes notables en vostre cité d'Aucerre[2], au xᵉ jour de cest présent moys d'Aoust, bien instruiz, pour vous aidier et consiller loyalment à parfaire et accomplir la paix et la transquillité en vostre royaulme, encommenchie par notre très redoubté seigneur, votre ainsné filz, monseigneur le duc de Guienne. Pour laquelle choze accomplir, en obéissant tousjours à vos bons commandemens, comme tenus yssommes et faire le devons, avons esleus xij personnes notables · c'est à savoir, revérend père en Dieu l'evesque de Senlis[3]; Ursin de Talvende, l'abbé de Fontaine-Daniel[4], de l'ordre Saint-Bernart, maistres en théologie, le prieur d'Abbeville[5], Jehan de Villeneuve, et l'abbé de Saint-Messent[6], docteurs en decret; Guiffroy Maupeivre[7], Jehan de Pise, maistres en médicine; Adam[8] de Cambroy, Jehan Bout, Guillaume Everie et Thomas de Herskyn, maistres en ars, et procureurs[9] des quatre nations, c'est assavoir de France, Picardie, Normendie et Engleterre, de la faculté des ars; lesquelx nos vos envoions audit lieu d'Aucerre, par vostre commandement, à entendre selon leurs instructions ès chozes dessus dictes; esquelz, nostre très redoubté et souverain seigneur, nos vous

supplions que vuillez adjouster foy et créance en ce que proposeront de par nous, et qu'il vos plaise de bonne grâce à les avoir pour recommandés. Notre tres redoubté et souverain seigneur, nos[10] vos recommendons à vous tant humblement que plus povons, et Dieu prions qui vos vuille donnes grâce de mestre paix et transquillité en vostre royaulme, aussi[11] comme nous le desirons; et vous doint bonne vie et longue, au bon et joyeulx gouvernement de vostre royaume Escript à Paris [en[12] notre congregation generale, pour ce celebrée à Saint Maturin,] le iiij^e jour de Aoust.

2 Pro duce Acquitanie

Tres exellant et tres redoubté seigneur, nos nous recommendons à vous tant et si humblement que plus povons. Et vos plaise savoir que par le commendement de nostre tres redoubté et souverain seigneur le roy vostre père et le nostre nos envoyons à Aucerre xij personnes notables, etc , pour aidier et consiller à parfaire la paix encommenchie par vostre bonne ordonnance, lesquelx nos vos supplions que vuilliez esdrechier et avoir pour recommendés et adjouster foy à ce que vos diront de par nous Notre tres redoubté seigneur, le Saint Esperit, etc.

3 Pro duce Burgundie.

Tres excellent et tres redoubté prince, nous nous recommendons à vous tant et si humblement que plus povons Nos vos [re]mercions des peines et travaulx que avés prins pour la transquillité de cest royaulme et aussy de la communication de vos secrès. Tres excellent et tres redoubté prince, nos envoion par le commendement de nostre très redoubté et souverain seigneur le roy xij personnes notables, etc., à Aucerre pour aidier et consiller à parfaire la paix encommencie, lesquelx nos vos, etc. ut prius.

Minuta chartac. in Arch. nat Paris, M 65^b, n° 48 (olim A. 3 z). Alia *minuta* cum epistola 1^a tantum in Arch. Univers. Paris , thec. I, A. 1 g (e qua JOURDAIN, n° 1060) Magistri accuratius in priori *minuta* afferuntur; altera abundat quibusdam verbis non necessariis, habetque aliam orthographiam. Priorem sequimur.

Conventus Autissiodorensis Aug. 22 celebratus est. Vid. *Auctar.*, II, p. 123, not. 3.

1. Charta Univers. pro sequentibus ponit « et vous remercions de ce qu'il vous a pleu », *etc.* — 2. Chart. Univers. : « Auxoirre », et sic infra, prius « Auxeurre », « Auceurre ». — 3. Petrum Plaoul. — 4. Certe Guillelmum, ad an. 1412 apud MARTÈNE, *Thes nov. anecd* , IV, p. 1558, allatum. Ab. an. 1406, Octob. 19, defuncto Petro, fuit abbas Jacobus (Reg. Aven. Ben XIII, vol. XLIX, fol 61), omissus in *Gall christ.*. XIV, p. 534. Guillelmus verisimiliter anno sequenti ei successit, cum in Collect. Capit. general in Arch. stat. Luzernens. abbas Fontis Danielis ad an. 1407 vocetur « mag. theolog. », Jacobus vero non fuit magister — 5. Charta Univers « Aubeville ». — 6. I. e. S. Maxentii Pictavens , ubi ab an. 1403, Septemb. 24, Petrus (Baston) abbas fuit (Reg. Aven. Bened. XIII, vol. XXXI, fol. 516) — 7. Charta Univers. « Geuffroy.. pouvre ». Geoffroi Maupoivre primus medicus ducis Burgundiae fuit (vid. CLERVAL, *Les ecoles de Chartres*, p. 478). — 8. Charta Univers. « Audain ». De mag. « Adam de Cambray » vid TUETEY in *Journal de Nicolas de Baye*, II, p. 272, not 1. — 9. Charta prior omittit « et procureurs ». — 10. « Nos .. prions que » om. charta Univers — 11. Pro « aussi ... royaume » charta prior « qui vous ait en sa saincte singuliere grace ». — 12. « En .. Maturin » om. charta prior.

1957. *Universitas Paris. scribit regi Autissiodorum, Anglos ducatum Normanniae invasisse Succurrat, ut hostes expellantur. Similes epistolas ad duces Aquitaniae et Burgundiae, ad Robertum de la Heuse, ad nuntios Autissiodori commorantes mittit*

1412, Augusti 20, Parisiis.

1 A tres excellent et tres puissant prince le roy, nostre tres souverain et tres redoubté seigneur

Tres souverain prince nostre tres redoubté seigneur, pour ce que nous sumes asses certifiez tant par noble, loyal et prudent chevalier messire Robert de la Heuse[1] comme par aultres bien vueillans de vous et de vostre royaulme que ce de quoy nous faisions doubte es lettres, que darrenierement escriptes nous avons, c'est à savoir que les Anglois voz ennemis ne vinssent et entrassent en vostre dit royaulme, comme de fait est avenu et de nouvel en vostre duchié de Normandie, où ilz sont arrivés et antrez en grant nombre, et ne savons à quelle fin, se non maulvaise, prejudiciable, perilleuse et domaigeable à vous, à vostre tres noble lignée et à tout vostre dit royaulme irreparablement, se par vous sans longue demeure n'y est proveu de remède convenable. Si vous supplions tres humblement, tres souverain prince et nostre tres redoubté séigneur, qui tous temps voudrions garder le bien, l'onneur et le prouffit de vostre tres souverainne seignorie, de tout nostre loyal povoir et vous loyalment conseiller et avisier (come naturellement tenuz y sumes et obligiez), qu'il vous plaise tellement proveoir à ce comme besoin en est et que le cas le requiert, et que ce soit bien tost sans longue demeure, à fin de bouter dehors vous diz ennemis et de obvier tellement à leur mauvaise intencion, que ilz ne vous puissent nuire, en donnant brefment secours de gens d'armes et de finance au dit de la Heuse, qui moult loyalment vous a servi ou temps passé, ou aultrement come mieulx faire se pourra. Et en oultre vous supplions tres affectueusement en tant que sans lesion de justice et de vostre souverainneté bonnement faire se pourra, qu'il vous plaise le duc de Lorrène qui, come entendu avons, vous a loyalment servi et puet servir ou temps à venir en ses afaires, avoir pour recommendé

Tres souverain prince et nostre tres redoubté seigneur, le Saint Esperit par sa saincte grace vous vueille saulver et garder de mal et de peril et vous doint bonne vie et longue et victoire de vos diz ennemis. Escript à Paris en nostre assemblée generale celebrée sur ce ou cloistre Saint Maturin le xx[e] jour du mois d'Aoust

Voz humbles et bienvueillans les recteur et maistres de vostre tres humble fille l'Université de Paris.

2 A très puissant prince le duc de Guienne, nostre tres redoubté seigneur.

Tres puissant prince et tres redoubté seigneur, plaise vous savoir que nous escrivons pour le present au roy nostre père et nostre tres souverain et tres redoubté seigneur, en la forme qu'il s'ansuit : « Tres souverain prince, etc. » Si vous supplions tres humblement

come à celui auquel la chose touche le plus après lui que à nul aultre, que tellement vueillés aidier et conseiller de proveoir au cas ainssy avenir come besoin en est, et que ledit cas le requiert, et se aucune chose vous plait que nous puissions, nous sumes promps d'obeir à vos commendemens. Tres puissant prince et tres redoubté seigneur, le Saint Esperit par sa grâce vous ait en sa garde, qu'il vous doint bon conseil et bonne vie et longue. Escript, *etc. ut supra*

Vos bienvueillans les recteur et maistres de l'Université de Paris.

3 A tres excellent prince le duc de Bourgogne, nostre tres chier et tres redoubté seigneur

Tres excellent prince et tres redoubté seigneur, plaise vous savoir que nous escripvons pour le present au roy nostre tres souverain et tres redoubté seigneur, en la forme qu'il s'ansuit : « Tres souverain, etc » Si vous supplions tres humblement de bien et diligemment advertir es choses dessus dictes et tellement advisier et conseiller le roy que sur ce soit proveu de bon et bref remède convenable et prouffitable au roy et à tout son royaulme. Et se aucune chose vous plait que faire puissions nous sumes prests de l'acomplir. Tres excellent prince et tres redoubté seigneur, le Saint Esperit vous ait en sa saincte garde. Escript, *etc. ut supra.*

Voz humbles et bienvueillans les recteur et maistres de l'Université de Paris.

4 A noble, loyal, expert et chevalereux seigneur, messire Robert de la Heuse

Tres chier seigneur, plaise vous savoir que nous avons receues les lettres que envoiés nous avés de la date du xvj[e] jour d'Aoust et nulles aultres, dont nous vous regracions tant et si acertes que plus povons, et quant est sur tous les poins de toute la matière contenue en icelles au jour duhi nous escripsons au roy et à noz seigneurs de Guiène et de Bourgogne si acertes que faire le povons afin de remedier au cas avenu le plus tost que faire se pourra, et ainsy que escript le nous avés et d'abondant escripsons sur ceste matière à noz messagiers qu'ilz sont au conseil dever[s] le roy afin de solliciter l'acomplissement des choses dessus dictes le plus diligemment que faire le pourront Si vous prions que constamment vous perseveriés en vostre bonne loyaulté à l'honeur et au proffit du roy et de son royaume et aiés bonne et ferme esperance en Dieu et il vous aidera, et aussy ou roy, quar nous tenons fermement que bien tost l'an vous envoira si bonne aide que vous serés assés fort pour subjuguer voz ennemis et les nostres, et Dieu vous en vueille donner puissance, quar nous savons assés que vous aves à ce faire bonne volanté Et se aucune chose vous plait que nous puissons, nous le ferons de bon cuer. Tres chier seigneur, le Saint Esperit vous ait en sa saincte garde. Escript, etc.

Les vostres recteur et maistres de l'Université de Paris.

5 Venerabilibus et circumspectis viris dominis et magistris *talibus* et *talibus*, etc., nunciis nostris[2] ad Concilium regis in Autissiodoro celebratum missis

Venerabiles domini et magistri carissimi. Scribimus pro presenti domino nostro regi in forma sequenti : « Tres souverain prince », etc. Quare quantum possumus et sub debito juramenti vos rogamus quatinus taliter quam in vobis erit et ita diligenter sollicitetis ipsum et etiam dominos Acquitanie et Burgundie, quibus etiam super hiis scribimus, quod negotium suum votivum sortiatur effectum, retro scribentes nobis, sicut vobis injunximus fore scribendum. Altissimus vos conservet. Scriptum, ut supra.

Rector et magistri Universitatis studii Parisiensis.

Minuta chartacea in Arch. nat. Paris., M 65ᵇ, nº 68 (olim A. 3. uu) — Supra agitur de invasione plurium millium Anglorum an. 1412 in parte dicta *Cotentin*, a Thoma duce Lancastriae ductorum. Vid. *Rel. de Saint-Denys*, IV, 704, Bibl. nat. Paris., fonds franç 25708, nᵒˢ 635, 639, 25709, nº 697 Quantum ad Cadomum vid. De la Rue, *Essais sur Caen*, II, 256 In *Chron. d'Alençon* dicitur, 10 vel 11 000 Anglos venisse (ap. Coville, *les Cabochiens*, p. 431), ubi tamen perperam ad mensem Septemb. incursio Anglorum refertur.

1. Seu « Le Borgne de la Heuse », qui ab an. 1413, Martii 16 fuit praepositus Paris., sed solum usque ad Septemb. 22. — 2 Qui supra nº 1956 nominati sunt.

1958. *Universitas Paris. supplicat episcopo Silvanectensi, ut officium conservatoris privilegiorum Universitatis acceptet.*

1412, post August.-1420, Parisiis.

Reverende in Christo pater, privilegia nostris majoribus apostolica atque regali auctoritate olim indulta in hac preclara urbe, nostre Universitati locum et originem dederunt, que quanto magis summorum pontificum regumque largitionibus amplificata crevere, tanto ipsam almam Universitatem numerosiorem, fructuosiorem atque gloriosiorem reddiderunt Quantus itaque amor quantaque cura nobis inest prefate Universitatis in suo vigore pariter et honore conservande, tam propensa animis nostris eorundem privilegiorum in sua integritate tutandorum inesse nobis debet sollicitudo, quoniam ipsis crescentibus crescimus, valentibus valemus, depressis aut labentibus labimur et dissolvimur. Ad ea autem in suo debito tenore manutenenda nullus salubrius aut efficacius cooperari potest, quam ille qui a summo pontifice nobis delegatus est eorundem privilegiornm conservator et judex, qui scilicet vite probitate, conscientie puritate et prudentie maturitate spectabilis privilegiorum prefatorum vigore turbatores tranquillitatis animis studiosis debite scit et potest reprimere et ipsos studentes in terminis pacis et quietis sapienter retinere.

Cum itaque nuper bone memorie reverendo in Christo patre episcopo Belvacensi, nostrorum predictorum privilegiorum conservatore, dum vivebat, ab hac mortali luce deffuncto, conservatorie privilegiorum administratio vacaverit, qua diutius carere non possumus sine gravi detrimento atque dispendio suppositorum nostrorum, nos de benignitate atque sincera benivolentia vestre reverende paternitatis optimam spem concipientes, cum in hac nostra Universitate longuo tempore litterarum acquisitioni vacaveritis, ad memoriam

etiam reducentes magnos labores et fidelem administrationem reverendorum patrum predecessorum vestrorum in episcopatu Silvanectensi in ipsis privilegiis, in melius semper promovendo jura nostra, unanimiter ac concorditer in eandem reverendam paternitatem direximus, eandem in conservatorem prefatorum privilegiorum eligentes. Quocirca eandem paternitatem sinceris affectibus deprecamur, quatinus onus prefate conservatorie benigne acceptare et suscipere dignemini[1] Reverendam paternitatem vestram feliciter conservet Altissimus

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 132 (olim A. 33. 111). — Opinamur epistolam scriptam esse post mortem Petri de Savoisy, episcopi Bellovacens. (1412, Aug. 13), Universitatemque tunc officium conservatoris Petro Plaoul, episcopo Silvanectensi, qui longo tempore in Universitate docuit, obtulisse Nihilominus fatemur, an. 1420 Petrum de Chissey, episcopum Silvanectens , conservatorem fuisse (vid nº 2159), minime tamen, quantum scimus, « longo tempore litterarum aquisitioni » Parisiis vacavit.

1. Sequuntur duae lineae cancellatae, in quibus significabatur « personaliter ... aut saltem personas idoneas vicesgerentes eligere que officium predictum valeant exercere ».

1959. *Lis mota est in curia parlamenti inter Amadeum cardinalem de Salutiis et Simonem de Cramaud, archiepiscopum Remensem, quem Universitas protegit. Card de Salutiis impedivit archiepiscopum in possessione quorumdam beneficiorum, et quamvis litteras apostolicas obtinuerit, tamen nihil profecit quia in curia Rom dicitur* Contra cardinalem non licet cardinali contraire

1412, Septemb 15, Parisiis

Arch. nat. Paris., Xˡª, 4789, fol. 340.

1960. *Petrus des Essars, praepositus Paris., Johannem de Fontanis, mag. artium, protectioni regis, virtute privilegiorum Universitatis, quantum ad ejus personam, bona, familiares substituit, ita ut liber sit ab omnibus impositis*

1412, Septemb. 21, Parisiis.

Pierre des Essars, chivalier seingneur de Willerval et de la Motte de Tilly, conseillier chambellain du roy nostre sire et garde de la prevosté de Paris, commissaire, gardien et conservateur general, donné et deputé de par le roy nostre dit seigneur aux maistres regens et escoliers estudians en l'Université de Paris, au premier sergent royal qui sur ce sera requis, salut Nous à la requeste de venerable et discrète personne maistre Jehan de Fontaines maistre en ars et curé de l'eglise parrochial de Saint Plaisir ou dyocèse de Bourges, estudiant à Paris en ladicte Université en la faculté de decret, selon ce que tesmoigné nous a esté par lettres patentes scellées du seel de la rectorie d'icelle Université, données en date le xiijᵉ jour de ce present moys de Septembre, estant à cause de ce par les privilèges royaulx donnés et octroiez à ladicte Université et aux suppoz d'icelle ensemble, ses gens familiers, parens et biens quelzconques en la protection, sauve et special garde du roy nostre dit seigneur, si notoirement que aucun soubz dissimilation non puet ou doit pretendre juste cause d'ignorance, vous mandons et par vertu du povoir à nous donné et commis en ceste partie commettons que vous qui requis en serés d'abundant par la teneur

de ces presentes signiffiez et faictes souffisamment asçavoir ladicte sauvegarde de par le roy nostre dit seigneur et de par nous à tous justiciers, oufficiers, leurs lieutenans, sergens, peages, traverciers, gabelliers, gardes de pors, pons, passaiges, collecteurs de tailles, impositions, quatriesmes, et à toutes autres personnes tant en general comme en especial, dont de par ledit escolier ou autre par lui vous serés requis; et leur faictes inhibition et deffence de par le roy nostre dit seigneur et de par nous que audit escolier, parens, sa famile, procureurs et biens quelzconques ilz ne meffacent ou mesdient, ne facent meffaire ou mesdire par eulx ne par autres en aucune manière, sur paine de cent mars d'argen[t], à appliquer, c'est assavoir la moitié au prouffit du roy nostre dit seigneur, et l'autre moytié audit escolier. Et en signe d'icelle sauvegarde mettez et asseez penonceaulx et bastons royaulx en et sur les meisons, terres, heritages, prés, boys, vignes, manoirs, granges et possessions dudit escolier (se requis en estes) à lui appartinentes, tant à cause de sesdis benefices ou heritaiges, que autrement deuement, et aussi faictes inhibition et deffence à toutes personnes quelxconques sur lesdictes paines, que ledit escolier, sa famile, parens et procureurs portans, rapportans et conduisans ses biens quelz que ils soient, ilz laissent aler, venir, porter, rapporter, passer, reppasser par leurs destrois, passaiges et juridicions franchement et quittement sans empeschement et sans le contraindre à payer peages, tailles, costumes, impositions, aides de guet ou de villes, winages, tollieux, ne autres tribus, subventions ou exactions personnelles quelles que elles soyent, et aussi que ilz ne lièvent ou exigent dudit escolier aucuns aides, ne detiegnent, praignent ou arrestent ..[1]. Donné soubz le séel de ladicte prevosté de Paris l'an de grace mil CCCC et douze et le mercredi xxj^{e} jour de Septembre   J. Doulzsire.

Originale in Arch. nat. Paris., M 70, n° 40. Appendet taeniolum membran., avulso sigillo.

1 Postea inhibitio, ne praedictus scholaris molestetur, renovatur. Rationes eorum, qui opinantur eidem contraire, in Castelleto audiantur.

1961. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1412-1413*

1412, Novemb. 6, Parisiis.

Die sabbati que fuit 6ª mensis Novembris inceperunt lectiones suas ordinarias magistri qui sequuntur :

Thomas de Sancto Petro
Guill de Camera
Joh Leporis
Guil. Pelliparii.
Henricus Pelati
Joh. Tanquart.
Joh du Martroy
Jóh. Belardi.
Robertus de Sancto Germano
Henricus Doigny
Jacobus Sacquespée.
Droco Decani.
Guillelmus Nepotis
Robertus Charmolue
Petrus de Trecis.
Hugo Fabri.
Guil Fabri.
Yvo Levis.

Guil Haro
Petrus Cardonnelli
Joh. Beraudi
Petrus de Grangiis
Joh de Pisis
Jacobus Despars
Joh Cadardi
Henricus Tybouth
Michael Bouveti
Jacobus Percheti [28]

Comm. fac. med., I, p. 177. — Nov 5, Petrus de Remis decanus fac. electus erat.

1962. *Universitas Paris Johanni XXIII gratias agit de beneficiis receptis et de promotione Johannis de Rupescissa ad patriarchatum*

1412, Novemb., Parisiis.

Propositum sanctitatis vestre, beatissime pater, ac benivolentiam paternam, qua nos singulariter amplectimini, ex nuntio nostro magistro Simone Bocheus alta virtute atque gloria perseverare intelleximus; cumque id per ante nobis satis esset compertum, nunc tamen nobis tante perseverantie decus gloriosius affulsit .. Ipse quoque paternus affectus, qui in dies propensior magis ac magis nobis crescere videtur, sese plerisque gratie muneribus patefecit, cum nobis tot gratias ac prerogativas indulsit, indultas confirmavit, confirmatas ad utilitatem nostram declaravit et declaratas sub littera bullata nobis duxit esse transmittendas. Profecto, sanctissime pater, gratias magnas et habere et agere debemus vestre beatitudini, que nichil umquam nobis negavit, quod posset honeste concedi, unde accuratius studuimus nichil umquam postulare quod pigeret concessisse Sed adhuc gratias debemus ampliores, quod in amplexu munifico vestra clementia nos censuit ceteris esse preferendos. Quod si pro tantis tamque manifestis beneficiis non satis accumulate gratias agimus, id nolit sanctitas vestra nostris voluntatibus potius quam magnitudini beneficiorum deputare. Nam licet ea verbis consequi non possimus, habemus tamen ipsa mentibus infixa et animis concepta promptissime vix ardorem suum explere valentibus. Accedit ad gratie cumulum quod amici nostri atque benivoli grati sunt vestre sanctitati et accepti, maxime quod nuper doctor egregius corrector litterarum apostolicarum fuit ad patriarchatum promotus cum honesta provisione[1], quem ante menses istos ex virtute ac disciplinis, quibus inter homines nostri temporis plurimum fulget, vestre sanctitati commendavimus[2] Ex illa itaque optimi viri et a nobis sincere dilecti promotione ac universis aliis beneficiis, que ab apostolice sedis apice in nos ac nostros defluxerunt gratias votis ferimus humillimis, nos ad singula sancte sedis beneplacita devota mente offerentes atque memoriam gerentes vestre in nos benivolentie sempiterne.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 59 — Ibidem etiam *minuta* epistolae ad omnes cardinales de eodem argumento, aliaque brevis epistola ad quemdam « reverendissimum patrem ac dominum », qui « dum adhuc nuntius noster mag. Simon Bocheus res nostras Rome ageret, singulare nobis auxilium prebuistis ap. dominum nostrum ». Simon Bocheus, nat. Picard., jam mense Novembr. 7, an. 1412, Parisios reversus erat (vid. *Auctar*, II, p 131. 24, 132, 18, ubi « Simon Vuczoser »). Proinde epistola circa idem tempus scripta est Cf. etiam not. 1.

1 Johannes de Rupescissa, canon. Paris., juris utr. doctor, corrector litt. apost. anno eodem, 1412, Jul. 13. factus est

patriarcha Constantinopol. (Reg. Lat Joh. XXIII, nº 162, fol. 193), eodemque die papa ei providit de ecclesia S. Papuli (fol. 258) — 2. Vid supra p. 212.

1963. *Johannes XXIII declarat, supposita Universitatis quantum ad beneficia membris parlamenti non praeferenda*

1412, Decemb. 13.

Sanctissimus dom. noster Johannes div. providentia papa XXIII, id. Decemb. pontificatus sui an tertio, ad omne dubium submovendum declaravit et statuit quod in theologia ac decretis doctoribus, medicine et artibus magistris in rotulo Universitatis studii Parisiens per eum signato descriptis et in ipso studio tempore date ipsius rotuli actu et sine fraude per ipsam Universitatem presentibus reputatis, et qui in eadem hujusmodi gradum et gradus receperunt, in assecutione beneficii seu beneficiorum predictorum[1] nulli de gentibus parlamenti prefati preferantur seu preferri debeant, nisi clerici existant parlamentum hujusmodi actu tenentes Parisius, sicut in prerogativa eidem Universitati concessa continetur.

Item declaravit et voluit quod si qui de Universitate Parisiens. prefata vigore gratiarum expectativarum per ipsum dom. nostrum eis in dicto rotulo vel extra quomodolibet concessarum concurrerent in data cum ipsis gentibus parlamentum predictum tenentibus, quod dignior et magis graduatus non eque digno et graduato preferri debeat

Arch. nat. Paris., X1a 1479, fol. 273b, ad an. 1413, Jan Bibl. nat. Paris., ms. lat. 9789, fol. 262. Cod. Vat. lat 4990, fol. 149 (prior pars solum). Fol 149b sequitur elenchus clericorum tenentium parlamentum.

1. In X1a, l. c., inscriptae sunt praerogativae a Joh. XXIII sub dicta temporis nota tenentibus parlamentum Parisiis concessae, quae conveniunt quantum ad introductionem, mutatis mutandis, cum praerogativis supra nº 1925 relatis.

1964. *Universitas Paris ad Johannem XXIII de unione ecclesiae, ut Concilium Romanum proroget, et judices intra muros Parisiens concedat*

1412, circa finem Decemb., Parisiis.

Vestre sanctitati, beatissime pater, magna nostrorum animorum alacritate congratulamur quod vobis laborantibus atque vigilantibus de duabus que restabant particulis ecclesiastice pacis alteram prope operata est divinitas. Accepimus enim Lancelaum de Duracio[1], regnum Neapolitanum et circumjacentes oras ad communionem fidelium, unitatem ecclesiasticam et sanctitatem vestram rediisse[2] ut eorum a Consilio generali et ab ecclesia secessis videatur fuisse medicine capax et venie. Nunc vero, beatissime pater, quid jam restat nisi ut Angelum Corario[3] et sui sequaces ad vos reducatis, deinde ut Yspanos et Scotos adoriatur sanctitas vestra; quos jam, ut credimus, hujus secessionis atque labis tedium aliquod cepisset, si sollicita vigilancia fuissent excitati. Hec est, beatissime pater, fratrum salus, quam, dum naufragari videmus, etiam ipsis invitis, si ita fieri potest, procurare tenemur Cum autem sit bona spes in Domino concepta de ipsorum reductione, ad hunc laborem dominicum vos vocat divina et humana ratio Nos quoque ad hoc residuum

pacis transigendum nosmetipsos, fortunas nostras et labores offerimus, in quo ne aliquid tempore nostris curis intermissum videretur, sic egimus. Nam anno preterito ambassiatam unam ad Scotos misimus[4], que ipsos ad pacem multum videtur disposuisse, et adeo ut jam unus solempnissimus prelatus dicti regni, sacre theologie doctor, contra errorem Petri de Luna et pro ecclesie sancte obediencia determinaverit. Altera parte per nonnullos hujus regni visitate sunt Yspanie tam in Castella quam Arrogonia, et amplius actum extitisset, nisi domus Francie seva dissencio nunc Deo volente sublata multum impedivisset. Itaque pace inter nos adepta epistolas, nuncios et ambassiatas et universa pacis media, quantum datur facultas, disponimus, ad hoc sanctitatem vestram (cui Dominus gratiam, autoritatem et potestatem donavit) adhortantes. Ut vero cetera commodius tractari valeant et perfici, vestram clementiam exoratam velimus ut Consilium generale Grecis, Alamanis, Anglis et Scotis, Yspanis et Arrogonibus publicantes, prorogare dignetur ad congruum tempus perficiendarum publicationum; dein consilii et ambassiatarum hujus regni, quatinus si parte . . pro nunc amplectendam hanc pacem non duxerint, saltim ad Consilium mittant.

Et nichilominus interim expedire dignemini supplicacionem illam, quam tociens et a tantis temporibus manibus vestre beatitudinis porreximus. Supplicabamus enim et adhuc supplicamus et per magistrum Johannem Pergamenarii procuratorem nostrum[5] scribimus, ut nobis concederet vestra sanctitas quod pro causis etiam beneficialibus, sive inchoatis sive inchoandis, cujuscumque magnitudinis existentibus, extra muros Parisienses non traheremur. Deinde ut privilegium, quod super hoc habemus, de uberiori dono gratie confirmare dignaremini. Non enim causas solum citra centum libras, sed omnes indifferenter nostrorum suppositorum remitti postulamus; nec judicem in Avenione[6], sed intra menia Parisiorum exposcimus, quia si alibi daretur, adhuc maneret studii dissipandi occasio.

Hec itaque, beatissime pater, humiliter et devote supplicamus, ut et ad Hispaniam et Scociam reducendas indefesse laboretis, ut Consilium generale inchoatum in Urbe prorogetis, ut denique judices infra muros Parisienses et generalem causarum nostrarum remissionem ac nostri privilegii confirmationem nobis concedatis In quibus divine majestatis obsequium, ecclesie paci ex toto instaurande subsidium, ac nostris studiis firmitatis stabilimentum prestabitis, ut Deo laudes inspiranti dicere, vestre sanctitati congratulari et gratias agere possimus vestre clementie, quam conservare dignetur Jhesus Christus ad sue regimen ecclesie sacrosancte.

Minuta chartac in Arch. nat Paris., M 65[a], n° 7. — Quantum ad duas priores partes epistola ad tom. V *Chartul.* pertinet, quoad ultimam partem vero ad hunc tomum — Ibid. exstat epistola ad quemdam reverendissimum patrem in Rom. curia de eodem negotio, quod illi recommendat.

1 Nomen illud scriptum est supra « Angelum Corario » linea deletum. — 2 An. 1412, Octob. 16. Vid. RAYNALD. *Ann*, an 1412, n[is] 16, 22 sqq Universitas ipsa Ladislaum litteris (in tom. V edendis) ad pacem ecclesiasticam prosequendum exhortata est. — 3. I e. Gregorium XII. — 4 Vid tom. V. — 5. Postea in Universitate Andegavensi. Vid. n° 2026. — 6. Vid. supra n° 1951.

1965. « *Juramenta rectoris in presentia facultatis in sua institutione.* »

1412, post Martii 7, Parisiis.

Vos jurabitis, quod fideliter exercebitis officium rectorie ad honorem et utilitatem Universitatis et facultatis artium.

Item, quod ad supplicationem vel requestam cujuscumque aut proprio motu nunquam ponetis in deliberatione, quod alicui fiat gratia quod solutis solvendis determinans reputetur.

Item, quod pacem nuper factam inter theologie et artium facultates firmiter observabitis.

Item, quod pro signeto rectorie quibusvis litteris apponendo ultra duodecim denarios parisiens. non recipietis directe vel indirecte, publice vel occulte; pro litteris autem testimonialibus ut magistri vel scolares ab impositionibus liberentur nichil recipietis quovis modo, et in neutro predictorum casuum pro cera permittetis clerico vestro aut alteri quidquam dari

Item, quod non dabitis alicui sigillum rectorie ut ab impositionibus liberetur, nisi in propria [persona] venerit ad vos, jurans illa bona que petet sibi expediri esse de suo patrimonio aut beneficio aut empta causa sui usus in studio, vel nisi miserit cedulam manu propria signatam, si fuerit magister.

Item[1] jurabitis quod non recipietis nec recipere permittetis per commissos vestros pecunias dari solitas pro beneficio seu jure Universitatis, nec aliquem ad juramenta recipietis nisi vobis constiterit per scedulam receptoris Universitatis, ipsum solvisse dictas bursas seu jura ipsius Universitatis, ut moris est.

Ex ordinatione Universitatis

[Item jurabitis nichil in prejudicium auctoritatis domini nostri summi pontificis quoad beneficia] prosequi[2], scilicet viam subtractionis, nullomodo retractando deliberata.

Item jurabitis prosequi libertates ecclesie quoad pecunias et eas inviolabiliter observare.

Item jurabitis prosequi revocationem et annullationem bulle Mendicantium per dominum Alexandrum V primo anno eisdem concesse surrepticie aut alias, ut dicitur, ac etiam laborare pro declaratione omnium articulorum et aliorum infra contentorum in Consilio generali universalis ecclesie.

Tertio jurabitis non ponere in deliberatione Universitatis reconsiliationem alicujus religiosi de Ordine Augustinensium ac fratrum Minorum[3], nisi prius conventus reconsilietur totus.

Quarto jurabitis non ponere in deliberatione reconsiliationem alicujus illorum conventuum Augustinensium et Minorum, nisi prius habita revocatoria et ipsa publicata.

Item quoad Minores, etiam non reconsiliabuntur, nisi prius juraverint tres ministri

Francie ac singuli dictorum Minorum conventus, permittere vivere fratres Minores secundum observantiam regule beati Francisci modo et forma contentis in quadam bulla eis concessa a Petro de Luna tempore quo in regno Francie reputabatur papa[4].

Sexto jurabitis conformiter predicta facere jurare successori vestro.

Item jurabitis prosequi factum unionis Grecorum cum Latinis[5] per modum et formam conclusos per Universitatem et laborare ad expeditionem Consilii generalis ecclesie per Alexandrum papam fel. rec. incepti, et transmittere ambassiatas solempnes ad partes illas citius quam erit possibile super reintegratione illa adimplenda. Et hec faciatis jurare successores vestros. *Signé :* FRETE (?)

Mus. Britann., addit. 17304, fol. 126b (150). — Pars prior documenti certe antiquior est (ad haec *Chartul.*, II, p. 681, n° 20), pars posterior ad an. 1410 referri posset, ast ad an. 1412 pertinet. Cf. supra n[is] 1943, 1944

1. Haec rubrica postea addita est. — 2. Sic nova pagina (fol. 127) incipit Quoad interclusa vid. p 290. — 3. Ut jam n° 1878 vidimus, hi duo Ordines se non submiserunt Universitati quantum ad bullam Alexandri V. — 4. Benedictus XIII et minister general. Ord. Minor. ejus obedientiae Joh Bardolini multum laborabant, ut Ordo Minorum regulam S. Francisci stricte observaret. An. 1404, April 11, Benedictus scribit ad ministrum general , multa esse reformanda, praesertim in conventibus Parisiens. et Tolosan.; reprobat (et quidem juste) assignationes fratrum in apost. sedis et cardinalium capellanos, assignationes ad legendum, praesertim Parisiis et Tolosae, in studiis solemnibus, et multa alia (Reg. Av. Bened. XIII, vol. XXXIX, fol. 433). Universitas patrocinium Minorum « observantium » assumpsit. Vid. n° 1886. — 5. Pro hac unione Joh. Gerson jam an. 1409 coram rege orationem nomine Universitatis habuit (*Opp. Gerson.*, II, p. 141 sqq.).

1966. *Statibus generalibus a rege Parisiis convocatis ad tractandum de reformando regno, et cuilibet provinciae a 30 Januarii audientia data, Februarii 9 Universitas Paris. et cives Paris. in curia S Pauli admissi sunt, quorum nomine mag. Benedictus Gentiani principes ad unionem adhortatus est. Deinde locutus est contra seditionem ducis Burgundiae, quod tamen valde displicuit, postea de paupertate populi per impositiones, etc., orta peroravit. A Benedicto Gentiani publicandus erat etiam quidam rotulus ab Universitate compositus[1], qui continebat excessivas pensiones et furtivas rapinas omnium et singulorum officialium et famulantium regi a cancellario Franciae usque ad minimum, et quomodo per nimium numerum thesaurariorum et receptorum prodigorum opes regiae distraherentur, remedia proponuntur. Sed Gentiani omnia et omnes superficialiter tantum tangebat, nullo nomine expresso. — Ab ipso prolata placuerunt theologiae professoribus, uno excepto (i e. Eustachio de Pavilly, Carmelita), minime tamen caeteris doctoribus et magistris.*

1413, Februarii 9, Parisiis.

Rel. de Saint-Denys, IV, 738-744 Cf JUVÉNAL DES URSINS, *Hist de Charles VI*, ed. GODEFROY, p. 248

1. Vocabatur postea « rotulus Universitatis » Vid *Rel. de Saint-Denys*, V, 58.

1967. *Ab Universitate Paris., a praeposito mercatorum et scabinis Paris. iterum coram rege et principibus audientia obtenta, mag. Eustachius de Pavilly, Carmelita, orationem magistri Benedicti Gentiani reprobavit, cum inani metu seductus intentionem Universitatis civiumque Paris minime explicuisset. Obtinuit a rege, ut ad longum audiret benignis auribus querelas. Deinde quidam magister artium facundissimus jussu rectoris Universitatis rotulum, cujus jam Februarii 9 mentio fiebat, per horam et dimidiam alte et intelligibiliter perlegit. Quidquid rotulus continebat, tam innumerabilis plebs tunc adstans, quam legati seu cives provinciarum regni gratum habuerunt[1].*

1413, Februarii 13, Parisiis.

Vid. documentum integrum a MORANVILLÉ ed. in *Bibl. de l'Ecole des chartes*, t. LI, p 422-442. Fragmenta ap. *Chron.*

de Monstrelet, II, p 308 sqq.; *Rel. de Saint-Denys*, IV, 746 sqq. De isto rotulò (*roole*) scribunt etiam praepositus mercat. et scabini Paris. ad cives Noviomenses Maii 2. Vid. epistolam in *Bibl. de l'Ecole des chartes*, VII, an. 1845-1846, p. 59 sq.

1. Cf *Rel. de Saint-Denys*, l. c., p. 768

1968. *Universitate Paris., praeposito mercatorum et scabinis Paris. in curia parlamenti congregatis, quidam magister theologiae (Eustachius de Pavilly) nomine eorum quoad reformandum regnum idem ac Februarii 13 coram rege et principibus pronuntiavit, et parlamenti curiam sibi adjunctam iri optabat Parlamentum adhaesionem denegavit, auxilium tamen promisit. « La court estoit seure que les jurez de l'Université se garderoient bien de faire chose qui à faire ne fust »*

1413, Februarii 17, Parisiis.

Arch. nat. Paris, X1a 1479, fol. 230. — *Journal de Nicolas de Baye*, ed. Tuetey, II, p. 99 sq.

1969. *Universitas Paris. et cives Paris obtinuerunt a duce Aquitaniae « ut statuerentur qui ad utilitatem regni excessus, quos protulerant, reformarent »*

1413, Februar.-Mart., Parisiis.

Rel. de Saint-Denys, V, p. 4. Ibi afferuntur 2 praelati, 4 ex ordine militari, 2 e parte regis, et 2 e Parlamento, Petrus Cauchon e gremio Universitatis, et Johannes de Oliva scabinus Paris. Cf. etiam Coville. *les Cabochiens*, p. 177, 214 sq. Minime solus Petrus Cauchon e gremio Universitatis fuit Ad eandem pertinuerunt duo praelati, Joh de Thoisy, episc. Tornacens, lic. in decret., Simon de Salione, abbas monasterii S Johannis seu Reomens., decret. doctor Paris. (vid p. 71, not. 14), et a parte regis (Joh. Courtecuisse) eleemosinarius regis atque (Johannes Manchon) confessor regis, ambo magistri theologiae. Propter hoc aliqui dicebant, ineptissimum esse, « quod libricole et speculacioni deditι ... regnorum gubernacula haberent moderari » (*Rel.*, l. c.) Illi 12 sic dictam *Ordonnance Cabochienne* composuerunt.

1970. *Universitas Paris. ad Johannem XXIII, ut praerogativam* quinti articuli *contra aemulos conservet.*

1412, Decemb -1413, Martii 13, Parisiis.

Certi sumus, pater beatissime, in scrinio vestre sanctitatis fore memoriter infixum animoque insedere paterno temporis tractum, labores immensos, gravissimas contradicentium pugnas, quos filia vestra devotissima perpessa est apud vestre sanctitatis conspectum pro concessione quinti articuli suo in rotulo tandem inserti ex indulto vestre exuberantissime largitatis, cujus forma magno temporis tractu digesta, diligentissime examinata et in modum bulle reda[c]ta talem vigorem sortita est ac roboris firmitatem, ut si quid adversum fieret, uti cassum haberetur, irritum prorsus et inane. Verum, pater indulgentissime, quidam emuli tam de gremio filie vestre dilectissime, quam de forincesis, quibus predicta quinti articuli prerogativa minime suffragari valet, ambicione quadam inexorabili omni via, modo astuque distortis et obliquo procurare jam moliuntur declarationes quasdam sinistras et interpretaciones non modo distrahentes a vero et sano intellectu, verum dissonas penitus et contrarias expresso vestre paterne concessionis tenori, quorum temerarie audacie et importunitati, nisi celerius paterna vigilancia obviaverit clementissima vestra beatitudo, cuncta filie vestre singulariter concessa violatum iri neccesse cum incredibili V. S nota

et filie vestre dampno irreparabili ac suppositorum ipsius tam gravi prejudicio, potissime eorum qui dicte concessionis vigore actualiter jus quesiere in aliquibus beneficiis, ut non sit explicabile dictu. Sic nam[que], pater clementissime, indultum V S. pro nullo reputaretur tantaque fenestra patefieret malicie et improbitati de consimilia obtinendo apud omnes, ut tandem infructuosa penitus redderetur desideratissima vestre gratie concessio. Et ecce amplius fons litium atque turbacionum in ecclesiastico corpore scaturiet, unde pax transquilla et amplissima scolasticorum virorum provisio credebantur. Quibus diligentius attentis cupientesque futuris providere periculis et nobis ipsis consulere, clementissime paternitati vestre decrevimus premissa omnia cum omni humilitate detegere et insinuare, obsecrantes ad pedum oscula beatorum cum omni devotione filiali, quatinus hujusmodi prerogative concessum integerrime conservare et manutenere dignetur in sua roboris firmitate, indulgens vestra beatitudo sine declaratione vel interpretatione contraria, nec amodo conferre cuiquam dignetur idem indultum in prejudicium eorum, ad quos ex forma et tenore ipsius solum pertinere dignoscitur; demum concessionis prefate decretum taliter confirmare et roborare, quod si per infestam petentium importunitatem vel alias, quod absit, in contrarium aliquid concedatur, quasset[1] penitus, irritum ex nunc faciat et adnullet et habeat pro non concesso. Ex hoc enim Deo gloria, sanctitati vestre grandis honor et filie vestre devotissime fructus latissimus tribuetur, eoque tenaciori vinculo vestre copulabitur sanctitati, cujus felicem successum dignetur clementissime conservare et augere felicissimus omnium Deus ad completam unionem ecclesie sue sancte. Datum..

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 1. Ibid. alia epistola ad nuntios in curia, ad « rev dominos et magistros venerabiles », agant ne quid in praejudicium concessionis fiat, et juxta instructiones diligenter se habeant Opinamur hic agi de iis adversariis, qui an. 1412, Decemb, dicebant, praerogativam quinti articuli illis solum de Francia prodesse (*Auctar.*, II, p. 135, 17) Scripta est proinde epistola an. 1412, Decemb -1413, Martii 13.

1. I. e. « casset ».

1971. *Johannes XXIII pronuntiat, privilegium* quinti articuli *non solum Gallicis, sed omnibus aliarum nationum in studio Paris praesentibus prodesse.*

1413, Martii 13, Romae.

Johannes, etc. Universis et singulis ad quos presentes littere nostre pervenerint salutem, etc. Apostolice sedis.... Dudum siquidem ex certis rationabilibus causis animum nostrum moventibus in favorem dilectorum filiorum rectoris et Universitatis Parisiensis studii et suppositorum eorundem super gracus expectativis . gracias et prerogativas concessimus in hec verba videlicet : « Sanctissimus dominus noster, dominus Johannes papa XXIII, vj idus Julii, pontificatus sui anno primo .... preferantur » (*Supra nº* 1925)

Cum autem, sicut accepimus, nonnulli dicantur asserere gratias et prerogativas prefatas dumtaxat Gallicos et non alias nationes de Universitate prefata et beneficia intra regnum Francie situata comprehendere, nos scrupulum dubitacionis cujuspiam, que super premissis

ac dependentibus posset contingere vel quomodolibet causari, protinus summovere volentes, universitati vestre ac vestrum singulis notum facimus per presentes et etiam declaramus, nostre intentionis fuisse et esse gratias et prerogativas supradictas et quascunque alias doctoribus et magistris hujusmodi et aliis in rotulo predicto descriptis per nos hactenus sub predicta vel alterius diei data concessas debuisse ac debere quoscunque doctores et magistros in prefato rotulo Universitatis Parisiensis prefate contentos, sive Italici, Gallici, Theotonici, Alamanni, Anglici, Scoti, Flamingi, Hollandini, Brabantini, Leodienses aut alterius cujuscunque nacionis existant, et per Universitatem ipsam pro presentibus reputatos, undecunque oriundos, et beneficia tam intra Francie quam alia quecunque regna, dominia et partes situata, ad que hujusmodi gratie expectative per nos ipsis doctoribus et magistris ac aliis in dicto rotulo denotatis concesse se possunt extendere, comprehendisse ac comprehendere, ac uti et gaudere potuisse ac posse privilegiis et prerogativis predictis doctoribus et magistris aliis in dictis privilegiis et prerogativis comprehensis, ut prefertur, per nos concessis ... Per predicta autem vel aliquod eorum nullum volumus prejudicium fieri seu in aliquo generari hiis qui vigore graciarum suarum fuissent aliqua beneficia assecuti, et illa hodie pacifice possiderent, ad quos presentem declarationem pro ipsis doctoribus et magistris de provinciis et nationibus prefatis factam intendimus in aliquo non extendi Dat. Rome apud Sanctum Petrum iij id. Marcii, pontificatus nostri anno tercio.

Reg Vat. Johannis XXIII, n° 345, fol 45[b] — Ad haec vid. querelam nat. Anglic. an. 1412, Decemb. 5, in *Auctar.*, II, p. 135, 18.

1972. *Cum supposita Universitatis Paris contra privilegia apostolica in causis beneficiorum extra muros Paris. et ultra montes citarentur, Johannes XXIII dictas causas in curia ad quinque menses prorogavit. Nihilominus supposita molestabantur, et Carolus VI praepositum Paris monet, ut sententiae a judicibus apostolicis curiae Romanae contra ea latae vanae irritaeque maneant.* Donné à Paris le xxiij jour de Mars, l'an mil CCCC et douze, et de nostre regne le xxxiij[e] « De la partie de nostre amée fille »

1413, Martii 23, Parisiis.

Bul., V, 230. — *Ordonn. des rois.* X, 66

1973. *Johannes XXIII Johanni Gersoni, cancellario Paris , concedit usque ad triennium facultatem absolvendi quascunque personas scholasticas actu Parisius studentes a quibuscunque peccatis et sententiis* Dat Rome ap. S Petrum kal April , an tertio « Cum juxta officii nostri »

1413, Aprilis 1, Romae.

Bibl nat Paris , ms lat 14617, fol. 89. — Bul , V, 226

1974. *Johannes XXIII ad Geraldum episcopum Paris., magistris et scholaribus Universitatis Paris. petentibus, ut usque ad triennium causae beneficiales super gratiis exspectativis quantum ad rotulum Universitatis Paris. non in curia Romana, sed per ipsum decidantur, et sic magistri extra muros Paris. non trahantur* Dat Rome apud S Petrum kal April , an tertio. « Ad incrementa »

1413, Aprilis 1, Romae.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 14617, fol. 91. — Bul., V, 227.

1975. *Cum Antonius Alemant, collector papae, bullas electionis mag Johannis d'Arthan*[1] *in abbatem S Eligii Noviomens Parisios portasset, eas Johanni dare recusavit, nisi pro vacante 3500 ducatos solveret, aliamque summam pro munere consecrationis, i e. plus quam 4000 francos Antonius propter hoc in carcerem missus est, et Universitas Paris. in curia parlamenti pro parte Johannis insistebat, ne liberaretur Antonius, nisi bullas traderet, cum etiam is dixisset, abbatiam vacantem esse novumque abbatem eligendum.*

1413, Aprilis 11, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X[1a] 4789, fol. 436 *Journal de Nicol. de Baye*, II, p. 107. — April. 15 et 18 adhuc inter Antonium et Johannem in curia agebatur (vid ad haec TUETEY in not. 2 ad *Nicol. de Baye*) Parlamentum Antonio prohibuit sub poena 2000 libr , ne cum Johanne alibi quam in curia litigaret, et conservavit bullas. Vid praeterea num[um] sequentem.

1 Ms. . « Varten ». Sed vid. supra nº 1940, ubi etiam notatur eum fuisse abbatem ab an 1411, Octob 24.

1976. *Johannes XXIII Alamanno, tit S Eusebii card , legato de latere in regno Franciae, ad triennium plenam potestatem concedit causas beneficiales, imprimis magistrorum et scholarium Paris. in rotulo contentorum, etiam usque ad ultimam sententiam tractandi et determinandi* Dat Rome ap S Petrum kal Maii, anno tertio « Cum te ad carissimum »

1413, Maii 1, Romae

BUL., V, p. 228, et infra nº 2022.

1977. *Johannes XXIII statuit, ut causae pendentes in Rom curia in prima instantia magistrorum et scholarium Paris. in rotulo contentorum quantum ad gratias exspectativas Parisiis per judices a papa constitutos decidantur*

1413, Maii 2

Sanctissimus dominus noster, dominus Johannes XXIII die secunda mensis Maii pontificatus sui anno tertio voluit et statuit quod cause beneficiales pendentes in Romana curia in prima instantia citra conclusionem contra quecunque supposita Universitatis studii Parisiensis in eodem studio residentia et studentia, etiamsi ad Romanam curiam pro dictarum defensione causarum venerint, que cause moventur contra ipsa supposita defendentia ratione beneficiorum provenientium, vel que pretendunt eis provenisse vigore gratiarum expectativarum factarum per dictum dominum nostrum in rotulo dicte Universitatis predicte, remittantur Parisius ad judices ibidem per eundem dominum nostrum super causis similibus ex prefato rotulo provenientibus deputatos[1], cognoscende et terminande secundum formam litterarum dicti domini nostri prefatis judicibus directarum Voluit etiam et statuit idem dominus noster quod si in aliqua dictarum causarum lata fuerit prima diffinitiva sententia que propter appellationem fuerit revocata et in statum ante conclusionem cause reposita, talis causa etiam in prima instantia censeatur et, ut premissum est, remittatur

Haec et quasdam alias regulas Johannes episc. Ostiensis, vicecancellarius, « Universis et singulis » eodem anno, 9 Maii, Romae annuntiavit. Vid. Bibl. nat. Paris., ms lat 14617, fol. 94[b], Bibl. Vat., ms. lat. 4990, fol. 148[b]. Anno sequenti, April. 16, card. Alamannus, ad cujus instantiam Johannes vicecancellarius supra posita scripsit, eadem iterum pronuntiavit (Reg. Lat. Joh XXIII, nº 185, fol. 213, Arch. nat., M 66[b], nº 32) Vid. infra nº 2022

1. N[is] 1974, 1976.

1978. *Minister Mathurinorum Paris aliique in curia parlamenti requirunt, ut abbati S Eligii bullae tradantur, contradicente procuratore Universitatis*

1413, Maii 11, Parisiis.

Jeudi xj jour de May CCCC XIII — Le menistre des Matelins[1] de Paris, maistre en theologie, et austres maistres pour l'Université de Paris ont requiz avecques l'abbé de Saint Éloy[2] que certeinnes bulles touchans ledit abbé, qui sont devers la court par son appoinctement, soient delivrées audit abbé, et tiegne la court la main à ce que les exactions des vacans et autrement que l'en fait à court de Romme cessent, comme mesme l'Université dessusdite le requiert, comme apert par certain instrument qu'il se dient tenir.

Maistre J. Hoignart, procureur pour ladite Université ceans, a dit que le recteur de l'Université lui avoit dit ou fait dire que avec ledit abbé ne poursuist pas.

Lesdis menistre et maistres dient au contraire que ce que dit Hoignart ne procède point *a mente Universitatis,* mais d'aucuns estrangiers, et que leur instrument porte le contraire. Appoinctié que la court verra la requeste par escript et instrument, et au conseil.

Au conseil. MARLE.

Arch. nat. Paris., X1a 4789, fol. 449b.

1 Stephanus de Mesnillo Fouchardi. — 2. I. e. S. Eligii Noviomens , de quo nis 1940 et 1975.

1979. Ordonnance Cabochienne *lecta est coram rege ejusque consilio atque coram deputatis Universitatis et civibus Parisiens., et requirente Universitate a rege approbata.*

1413, Maii 26, 27, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X1a 1479, fol. 244. *Journal de Nicol de Baye,* II, 114 sqq. *Rel de Saint-Denys,* V, 52 Ordinationem ipsam post priores editiones de novo edidit COVILLE, *l'Ordonnance Cabochienne* (1891).

1980. *Universitate Paris., praeposito mercatorum, scabinis, multis civibus Paris. coram rege congregatis, magister Johannes Courtecuisse, mag theol , orationem in lingua gallica habuit super* Bonum mihi lex oris tui super millia auri et argenti [*Psalm* CXVIII, 71] *de necessitate reformandi regnum, ad quod Universitas Paris. et civitas Paris manus praebuerunt. Propterea ordinationem composuerunt, per quam nemini injuria infertur. Rex hanc ordinationem observare debeat et observare faciat.*

1413, Maii 29, Parisiis.

BUL., V, 83, perperam ad an. 1403. Vid. COVILLE, *Les Cabochiens.* p. 211 sqq.

1981. *Universitas Paris Johanni XXIII supplicat, ut episcopo Macloviensi contra baronem de Montfort assistat.*

1412, Decemb -1413, Junii, Parisiis.

Cum vestram sanctitatem, beatissime pater, omnium ecclesiarum solicitudinem gerere nullathenus ignoremus, eandem fidentius scriptis votivis excitamus, quociens aliquam ipsa-

rum ecclesiarum aut ecclesiasticos viros improbitas opprimere, lacessereve molitur. At vero nobis nuper innotuit quemadmodum presul egregius dominus episcopus Macloviensis[1], vir generis claritudine et celebritate vite admodum conspicuus, ecclesie invictus pugil et pastor solertissimus, occasione juris, quod in quibusdam silvis ipse predecessoresque sui inconcusse habuerunt, a domino de Monteforti sue diocesis magnum et intollerabile gravamen perpessus est. Siquidem iste baro gentes episcopi capi fecit et carceribus mancipavit, neque post monitionem amicabilem et ex caritate manantem atque etiam post juridicam monitionem ipsas voluit restituere. Unde propter contumaciam talem memoratus episcopus terram prefati domini ecclesiastico supposuit interdicto Qui miles in suo obstinato proposito perseverans ad sedem apostolicam appellavit. Quocirca vestre sanctitatis celsitudini devotissime supplicamus, quatenus causam dicti episcopi pro jure ac libertate ecclesie sue certantis, ipsa sanctitas dignetur habere commendatam, ut ceteris ecclesie prelatis fiducia juris ecclesiastici tuendi, etiam spreta offensione potentum, accrescat Denique nobis filiis sincere obedientie vestre paterne sanctitatis, ipsa queque jubeat, etc.

Minuta chartac in Arch. nat Paris., M 65ª, nº 157 (olim A. 33. nnnn). — Hae litterae insertae sunt epistolae ad quemdam episcopum[2], qui causam apud papam fovere debuit Nomen papae et temporis nota eruitur e Reg. Lateran. Joh. XXIII, nº 168, fol 221ᵇ, ubi papa e Lauda, 7 kal. Jan. an. 4ᵗᵒ (an. 1413, Decemb. 26), omnia ad hoc negotium pertinentia perorat. Radulphus scil., dominus loci de Monteforti, Robertum episcopum et ecclesiam Macloviens. libertatibus et usibus in silva, « gallice de *Bretelien* dicte dioc.», spoliavit. Negotium papa commisit officiali Paris., qui contra Radulphum procederet (« Gravem venerabilis »). Verisimiliter episcopus, ad quem Universitas scribit, est Bernardus de Chevenon, episc. Ambianens., qui an. 1412, Decemb. (vid *Auctar.*, II, p 135, not. 6) Romam cum aliis profectus est, et 1413, Jun., jam reversus erat (*Rel. de Saint-Denys*, V, 72).

1. Robertus de Mota, episc Macloviens. ab an. 1389, Nov. 8 (Reg. Aven. Clem. VII, vol. LVIII, fol. 2, in quaterno provis.). — 2. Verisimiliter episc. Ambianens Cf supra notam.

1982. *Carolus VI refert, Universitate Paris. supplicante, quid bulla Johannis XXIII appellata* quintus articulus *contineat*[1] *et quomodo magistri et scholares tam a papa quam a rege privilegium de non trahendo extra muros Paris. quantum ad beneficia in rotulo contentis, obtinuerint Confirmat haec privilegia* Donné à Paris le sixième jour de Juillet l'an de grace mil CCCC et treize, et de nostre regne le xxxiijᵉ. « Nostre bien amée »

1413, Julii 6, Parisiis.

Bul., V, 264. — *Ordonn des rois*, X, 155.

1. Vid. supra bullam nº 1941.

1983. *Universitas Paris scribit Jacobo de Chatillon, ut legato Universitatis et sociis qui portaverant bullas papales et ab ejus hominibus detinebantur in carceribus, libertatem donet.*

1413, Julii 19, Parisiis.

Pour l'amiral. Tres chier et bien amé. Il est vray que comme ja pièce a nous eussons envoié à court de Romme par devers nostre saint père maistre G[uillaume] Bourdon nostre suppost, pour certainnes de nos besongnes expedier, et après certain expedition des choses que luy avion enjoinctes, fust au retour pour nous aporter certainnes bulles contenans le

renvoy des causes de nous et de touz nos suppos pour estre traictiés à Paris[1] pour le bien, paix et transquillité de nous et nostre estude, et auxi pour le grant bien et proufit de tout ce reaume. Ycelui nostre suppost en revenant à nous xj^e jour de ce present moys, passant près le Chatel de Pailly entre Lengres et Bar-sur-Aube ovecques iij ses compaignons furent prins, arestez, ransonnés et enprisonnés avecques touz leurs biens et nos lettres et bulles desus dictes, de gens d'armes des garnisons des chateaux de Montigni et Lantin-sur-Aube qui se dient estre soubs Sivat d'Aucy cappitaine de Vignoury, qui se dit estre soubz vous. Laquelle prinse est à nostre tres grant prejudice, domage et deshonneur. Pour quoy nous tant acertes que plus povon vous prions et requeron que tant pour nostre proufit et honneur que pour le voustre, vous nous facez delivrés nostre dit suppost avecques ses compaignons qui pour luy tiennent prison ovecques ses biens et nos lettres et bulles desus dictes sans aucune ranson paier; en laquelle chouse faisant vous ousterez occasion de grant escandre et nous ferez singulier plaisir Et ce aucunes chose povon faire pour vous, signifiez le nous, et nous l'acompliron volentiers à voustre proufit et honneur, lequel Dieu acroisse à vostre salut et perfection. — xix July

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65^b, n° 100 (olim A. 3. ffff) Temporis nota e documentis infra in not. 1 allatis apparet.

1 Vid. supra n^is 1974 et 1976.

1984. *Universitas Paris. eligit ambassiatores ad conventum de Pontisara, ubi principes ad pacem concludendam erant congregati.*

1413, Julii 20, Parisiis.

Auctar., II, p. 154, 26. — Nuntiorum Universitatis soli noti sunt Johannes de Monteleonis, nat. Franciae, tunc rector Universitatis, et Jacobus de Harlem, nat. Anglicanae. Quoad fontes de hoc congressu, vid. *Auctar.*, II, p. 154, not 6

1985. *Universitatis Paris ad omnes regi Franciae subjectos epistola, qua approbat articulos pacis Pontisarae conclusae*

1413, Augusti 2, Parisiis.

A tous loyaulx subgiez et bien veuillans de la prosperité de très crestien roy et royaume de Franche, l'Université de l'estude de Paris, très humble et devote fille dudit roy, salut et accomplissement de très desirée paix. Les grans inconveniens qui par guerres et discordes se sont ensuis, monstrent evidemment la vertu et excellence du bien de paix estre necessaire à toute chose publique, par quoy paix doit estre de tous requise et agreablement reçeue avecques louenges à Dieu de tous bons cuers. Or est ainsy que ce très crestien royaume a esté très long temps par aucunes gens de très bas estatz et de plus bas sens ramené à très grant et dure servitute, laquelle ledit royaume n'eust peu longuement porter sans grande ruine et destruction d'icellui, se la divine bonté n'eust sur ce pourveu par sa tres innombrable misericorde; car, feust pas desordonnée voulenté ou aultrement, les

dessus dis gens dont nous sommes souffisamment informez, conspiroient à la destruction de plusieurs nobles bourgois, clers, nobles et conseilliers de la souveraine court de parlement, adfin que iceulx ne peussent resister à leurs dampnables fins, et, qui piz est, eulx voulant leurs oultrageuses entreprises mettre au souverain degré de mauvaitié, machinoient plusieurs choses secrettes au grief et lézion de la très eslevée et redoutable royal maisté de nostre très crestien roy et de nostre souveraine dame la royne et avecque ce du très louable duc de Guienne, legitime successeur de la couronne de France et nostre très redoubté seigneur, qui de ces choses a eu moult de desplaisance veu qu'elles lui sembloient estre molt prejudiciables et contre l'autorité et honneur royal; et que ainsy soit puet appercevoir par vehementez presumption tant des cellées assemblées et conspirations faictes par eulx indeument, comme aultrement, car assez est congneu que eulx comme filz de perdition, querans leurs felicité en turbacions et descordes pour garder et accroistre les grans estatz qu'ils avoient levez ou temps des maudites guerres de ce royaume, tendoient de toutes leurs forces à semer divisions et à troubler la très beneurée paix de ce noble royaume, tant par menache comme par violences, très detestables emprisonnements et aultres iniquitez intolerables et douloureuses à oir au cuer de très bon françois; desquelles nous avons tousjours esté tant desplaisans comme plus estre pourrions, doubtans par ce advenir la dissipacion de ce royaume prochainement en grant diminucion de la foy et turbacions de tous les vrais obeissans dudit royaume. Mais la divine clemence a eu regard et consideracion à ce très crestien royaume et n'a pas desprisié les prières des bons, ains ne veult pas condempner le juste avec le pecheur, a prevenu leur dampnable intention en nous envoiant des cieulx en terre paix très fructueuse par le moien de certain appointement touché en bonne cedule sainte, juste et raisonable, laquelle nous croions vous avoir eu d'aultre part, et la voulons soubstenir estre telle comme dit est avec la court de parlement et les bons bourgois et habitans de la ville de Paris de la Chambre des comptes et des autres colhèges du clergié et chappitres de la ville de Paris. Et ainsy l'avons proposé devant le roy nostre dit seigneur en nous acquittant devant lui et lui donnant conseil, ainsi que faire le devons et que requis nous en avoit, par quoy nous signiffions les choses dessus dictes pour ce que nous savons certainement que vostre singullière plaisance est veoir ce très renommé royaume estre gouverné en bonne paix et union et florir en accroissement de vertu, requerans en oultre chascun vray subgiet et obeissant du roy nostre dit seigneur, que en tant qu'à lui touche, ait l'ueil de son entendement vers Dieu et acquitte sa foy envers le roy nostre dit seigneur, emploie ses sens que Dieu lui a donné à la conservation et accomplissement de la dessus dicte très desirée et la seurté de tout le bon peuple tant en chief comme en noblesce et clergié et cessent dores en avant toutes paroles sedicieuses, murmures et desordonnéez affections, craintes et aveugles convoitises qui pourroient estre contraires à si hault bien comme est paix, qui est le commenchement et consommation de toutes vertus, mais recon-

gnoisse chascun la grâce, laquelle aussi comme par miracle Dieu a faite à ce royaume et à tous les habitans d'icellui, en requerant l'acteur et le Dieu qui seul le puet donner, que icelle vueille continuer en l'augmentation de la foy et louenge de son saint nom. Donné à Paris, en nostre congregation generale sur ce solennellement celebrée à Saint Bernard, le second jour d'Aoust, l'an mil IIIIc et XIII.

Arch. municip. Noviomens., Regist. 1 deliberationum, fol. 64. COVILLE, *Les Cabochiens*, p 439. — Certe litterae sunt, quas rector civium Noviomens. Augusti 22 ab Universitate Paris. recepisse testatur (*Bibl. de l'ecole des chartes*, an. 1845-1846, p. 69, nº V).

1986. Tractatu pacis de Pontisara *a rege Universitati misso, Universitas eum Aug 2 approbat, Aug 4 Universitas et Parlamentum deputatos ad regem mittunt, et mag. theol Ursinus de Talevande orationem habet super* Rogate quae ad pacem sunt [*Psalm* CXXI, 6], *et postulat ut per « Cabochiens » detenti liberentur. Dux Burgundiae et « Cabochiens » paci contrarii erant.*

1413, Augusti 2, 4, Parisiis.

Quoad fontes, vid. *Auctar*, II, p 155, not. 3, et COVILLE, *Les Cabochiens*, p. 357. Haec omnia etiam descripta sunt in epistola praepositi mercatorum et scabinorum Paris ad cives Noviomens., Aug 16, in *Bibl. de l'ecole des chartes*, an. 1845-1846, p 67 sq

---

1987. *Dux Aquitaniae cum ducibus Bituricens, Burgundiae, Bavariae, Barens, cum maxima multitudine baronum, militum et burgensium, accessit ad congregationem Universitatis in S Bernardo, ubi cancellarius ducis Aquitaniae (Johannes de Nielle) gratias egit Universitati de poenis et laboribus susceptis in prosecutione pacis, idem fecerunt duces Barensis et Bavariae, quia Universitatis adminiculo a carceribus liberati sunt. Joh. Gerson cancellarius Paris. gratiam reddidit duci Aquitaniae pro honore tam insolito Universitati impenso*

1413, Augusti 6, Parisiis.

Vid. *Auctar.*, II, p. 155, 13 sqq., et notas, ubi etiam temporis nota ab aliis relata corrigitur. Aug 17 Universitas deliberavit epistolas, quibus pax melius explicaretur, principalibus civitatibus Franciae mittendas. *Auctar.*, II, p. 156, 10 sqq

---

1988. *Johannes Gerson, cancellarius Paris, nomine Universitatis orationem habet in lingua gallica coram rege, rege Ludovico Siciliae, ducibus Aquitaniae, Bituricens, Aurelianens et Borbonii aliisque dominis in palatio regio Postquam regem propter perpetrata Parisiis ad misericordiam flectere nisus est, perorat de reformatione regni, ut in futurum malis praeteritis via praecludatur de bono regimine regis, de defensione regni contra adversarios exteros et internos, de justitia, de subjectione et labore civium Simul invectus est in damnandam mag Johannis Parvi doctrinam, « qui a esté semence de rebellion et de sedition contre l'estat », affertque propositiones septem ab ipso extractas*[1] *e* Justificatione ducis Burgundiae *Johannis Parvi*[2] *cum reprobationibus earumdem ab ipso compositis* « Rex in sempiternum vive »

1413, Septemb 4, Parisiis.

E codice S. Victoris nº 138, qui jam non invenitur, BUL., V, 238-253; *Opp Gerson*, IV, 657-677. Post regressum ducis Burgundiae Aug. 22-23 (vid. ERNEST PETIT, *Itinéraires de Philippe le Hardi et de Jean sans Peur*, p 400) ejusdemque dominatione profligata Joh Gerson animum sumpsit invehendi in *Justificationem ducis Burgundiae*, jam a quinque annis publicatam. Vivente Ludovico Aurelianensi, dum dux Burgundiae magna potestate fruebatur, animum habuit invehendi in tyrannidem Ludovici Aurelianens. Minime notum est illud dictum magistri Jacobi, frat. Minor., tempore Concilii Constantiens., in Collect. Martini Porée (Bibl. nat. Paris., ms lat 1485[1], fol. 36b), quod Johannes Gerson magistrum Johannem Parvi dum viveret a magnis temporibus exosum habuerat, « eo quod ipsum devicerat rationibus frequenter in Universitate Paris. »

Cum Martinus Porée fol. 180b solum Jacobum Textoris inter fratres Minores Concilio Constantiensi praesentes nomine « Jacobi » afferat, illud dictum est Jacobi Textoris, quamvis solum an. 1422 magistri facti.

1 Hae propositiones, praesertim prima, a Joh. Gersone minime probe ex oratione Johannis Parvi extractae erant. Nihilominus fundamentum praebuerunt pro discussione in Concilio fidei Paris. a Novemb. 30 usque ad an. 1414, Jan. 5. Vid. eas infra nº 1990, sunt enim eaedem. — 2 De qua supra nº 1849.

1989. *Universitas Johannem Gersonem propter orationem gratum habet, nationes Franciae et Alemanniae et facultas medicinae facultatem theologiae per rectorem requirunt, ut ad condemnationem haeresum in dicta oratione tactarum intendat, facultas theologiae omnia dicta in oratione Gersonis approbat.*

1413, Septemb. 6, Parisiis.

In nomine Domini amen. Per presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno ejusdem Domini millesimo quadringentesimo decimo tercio, mensis Septembris die sexta, indictione sexta, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Johannis divina providencia pape vicesimi tercii anno quarto, in domo religiosorum Sancti Bernardi in congregacione generali in loco consueto propter hoc specialiter congregata, ex deliberacione facultatum alme Universitatis Parisiensis, fuit ibidem conclusum per magistrum Johannem de Monteleonis tunc rectorem, quod in et super propositione facta in palacio regio in loco illo qui *Conciergeria* dicitur, subtus galerias, in conspectu domini nostri regis Francie, domini Acquitanie ejus primogeniti, plurimorumque dominorum ducum et comitum de regio sanguine nobiliumque, cleri et populi civitatis Parisiensis per venerabilem et magne litterature virum magistrum Johannem de Gersonno, in sacra theologia professorem et ecclesie Parisiensis cancellarium, die quarta ejusdem mensis Septembris ejusdem anni, quod ipsa Universitas[1] habet ipsum gratum, ratum, recommandatum et advoatum, prout et concludi debebat. Et in ipsa congregacione super hoc, ut dictum est, specialiter celebrata, per naciones Francie et Almanie fuit idem rector requisitus, nec minus per facultatem medicine, quod super requestis per ipsum dominum cancellarium factis, in ipsa eadem congregacione sue matri Universitati prelibate factis, requireretur facultas theologie instantissime, ut ad extirpacionem heresum maxime tactarum in prelibata proposicione attenderet, prout easdem notaverat idem dominus cancellarius extirpandas; insuper et ex habundanti requisitus per facultatem theologie, ut ipsius conclusionem in scriptis redigerem[2], per ipsam facultatem in modum qui sequitur fuit conclusum super proposicione facta per dominum cancellarium Beate Marie Parisiensis coram rege Parisius in loco superius expressato :

Deliberat prelibata facultas omnia dicta in dicta proposicione esse sancta et catholica, et illam proposicionem totam advoat et dicta in ipsa, facitque se partem exnunc et in futurum contra quoscunque dictum dominum cancellarium molestare volentes, directe vel indirecte, occasione dicte proposicionis vel aliquorum dictorum in ipsa, in quocunque judicio vel extra pro dicto domino cancellario ad ipsum tuendum et protegendum tamquam factum proprium

Ista quoad deliberationem facultatis theologie fuerunt ibidem conclusa per magistrum Radulphum de Porta vicesgerentem decani[3] dicte facultatis, in presencia ipsius facultatis, presentibus venerabilibus viris magistris Nicolao de Gontricuria, Petro Galteri et Symone Freron ad premissa vocatis. Omnia autem alia et singula fuerunt acta in plena congregacione in Sancto Bernardo propter hoc expresse celebrata, anno, indictione, mense, die et pontificatu predictis, predictis magistris ad premissa vocatis et quamplurimis aliis specialiter et rogatis.

Et ego Petrus Sansonneti, Trecensis presbyter, magister in artibus, publicus apostolica auctoritate notarius, *etc*

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 1486ª, fol. 3. — In sequentibus non afferimus mss. lat 11798-11800 nec 12718-12720 (recentes, saec XVII), quia nihil aliud continent quam editio DUPIN. Textus in *Opp Gerson*, ed. DUPIN, V, 54, est plenus mendis et quasi inintelligibilis, atque sine diei nota.

Eodem die in eadem congregatione Universitatis apud S. Bernardum, astantibus quamplurimis s. theol. et decret. doctoribus, in med. et art. mag., Franciae, Picardiae, Normanniae et Angliae nationum procuratoribus, requirente Johanne de Monteleonis, rectore Universitatis, Johannes Gerson, tenens scedulam papyream continentem septem assertiones ab ipso e Defensióne Johannis Parvi extractas unacum reprobatione earum (vid. n^um sequentem) legit, et facultas theologiae per Radulphum de Porta omnia approbavit, se adjungens cancellario. Deinde Universitas per organum rectoris regi et ducibus pro audientia, cancellario vero et deputatis pro laboribus gratias egit, et cancellarium gratum habuit, « remittendo effectum cedule ad examen facultatis theol. unacum requestis per dictum cancellarium occasione cedule factis ». Praesentibus Radulpho de Porta, facultatis s. theologiae, Johanne Guerin, fac. decret., Johanne Gray Scoto, fac. med. decanis (Ms. lat. 1486ª, fol. 3ᵇ-5ᵇ, ed. p. 55) Instrumentum de hoc confecit Jacobus Ysambardi, cler. Metens., scriba Universitatis.

Eodem die et in eadem congregatione apud S. Bernardum natio Franciae ut facultas theologiae se adjunxit Johanni Gersoni, praesentibus Nicholao de Gontricuria, Johanne de Rouveroy, Joh. de Nantolio, Jacobo Pulli, Guidone Carpentarii, Joh Regis, Joh. Probi, in art mag. (ibid., fol. 5ᵇ; ed. p. 58 sq). Instrumentum confecit Johannes Testardi, presb. Rotomagens.

1 Sed minime tota Universitas orationem Gersonis approbavit, facultas decretorum et natio Picardica contrariae erant. Ast ad conclusionem Universitatis requirebatur solum major pars. Vid. *Chartul.*, III, p 570. — 2. Refertur ad notarium subscriptum, non ad rectorem. — 3. Decanus fuit Dominicus Parvi, qui minime Johanni Gersoni adhaesit. Cf etiam infra nº 2012, not

---

1990. *Septem assertiones a Johanne Gersone ex* Justificatione ducis Burgundiae *Johannis Parvi extractae cum reprobationibus earum*

1413, Septemb. 4, 6, Parisiis.

La première assercion : « Chacun tirant doit et puet estre louablement et par merite occis de quelconque son vassal ou subget, et par quelconque manière, mesmement par aguettes et par flatteries et adulacions, nonobstant quelconque jurement ou confederacion, faictes envers luy, sans attendre la sentence ou mandement de juge quelconque. »

Cette assercion ainssi mise generalment pour maxime et selon l'acception de ce mot « tirant » est erreur en notre foy et en doctrine des bonnes meurs ... tourne à la subversion de toute chose publique et d'un chacun roy ou prince, *etc.*

L'autre assercion : « Saint Michiel, sans mandement ou commandement quelconque de Dieu ne d'aultre, mais tant seulement meu d'amour naturelle, occit Lucifer de mort pardurable, et pour ce il ot des richesses espirituelles autant comme il en puet recevoir. »

Cette assercion contient plusieurs erreurs en la foy....

L'autre assercion : « Phinées occist Zambri [*Num.*, xxv], sans quelconque mandement de Dieu ou de Moyse; et Zambre ne fu point ydolatre. »

Ceste assercion est contre le texte de la Bible....

L'autre assercion : « Moyse sans mandement quelconque, ou auctorité, occit l'Égyptien. »

Ceste assercion est contre le texte de la Bible....

L'autre assercion : « Judith ne pecha point en flatant Olofernes, ne Jehu en mentant qu'il vouloit honnorer Baal. »

Ceste assercion est favorisant à l'erreur de ceulx qui ont dit que en aucun cas on puet loisiblement mentir....

L'autre assercion : « Joab occit Abner depuis la mort d'Absalon, etc. »

Ceste assercion est contre le texte exprès de la sainte escripture....

L'autre assercion : « Toutes fois que aucun fait aucune chose qui est meilleur, ja soit ce qu'il ait juré la non faire, ce n'est mie parjurement, mais est à parjurement contraire. »

Ceste assercion ainssi generalement mise est faulse....

Pluries occurrunt, v. g. in sermone nº 1988 notato, Bibl. nat., ms. lat. 1486ª, fol. 4, 10, 24ᵇ, 9789, fol 6 *Chron. de Monstrelet*, ed Douet-d'Arcq, II, 416 sqq. *Opp. Gerson* , V, 56, 80. — Ut jam nº 1988 observavimus, hae propositiones, saltem prima, minime ad verbum a Johanne Gersone ex Justificatione ducis Burgundiae Johannis Parvi extractae sunt. Prima fundatur in 7 veritatibus a Johanne Parvi in sua *Justificatione* enumeratis, imprimis in 1ª, 3ª, 5ª et 7ª Assertiones 2-4 quasi ad verbum inveniuntur in 3ª veritate. Assertio 5ª exstat in 7ª veritate, sed Joh. Parvi affert tantum textus S. Scripturae De 6ª Johannes Parvi copiose loquitur in ipsa *Justificatione*. Ultima fundatur in 5ª et 6ª veritate. Ut infra videbimus, non illae assertiones, ut Monstrelet aliique praetendunt, condemnatae sunt, sed novem aliae, an. 1414, Febr. 6, e *Justificatione* praesentatae Ast in tribus prioribus sessionibus de suprapositis deliberaverunt Perturbata quaestio apud Lea, *A history of the Inquisition*, t. III, p 335

1991. *Ex parte adhaerentium duci Burgundiae 56 sententiae editae sunt, quarum 21 agunt de effectibus excommunicationis partis Aurelianens. virtute bullae Urbani V, caeterae 35 de interfectione tyranni seu ducis Aurelianens , et defendunt revelationem confessionis, spoliationem, incarcerationem injustam subditorum aliaque similia. Universitas (Joh. Gerson) ad singulas reprobationem adjecit*

1413, Septemb , Parisiis.

Bibl. nat. Paris., ms. lat 1486ª, fol. 6-10. *Opp. Gerson.*, V, 59-64. — Universitas hos errores transcripsit in una scedula. cum introductione « Universis presentes articulos inspecturis veritatem corde credere ad justitiam, et confessionem ore fieri ad salutem. Opportet, sicut dicit apostolus, hereses fieri », *etc.*

1992. *Cum aliqui dicere potuissent, propositionem Johannis Gersonis coram rege Septemb 4 esse contra pacem et in praejudicium aliquorum dominorum, Johannes Gerson (qui non nominatur) in una scedula probavit 12 rationibus, quare quasdam erroneas propositiones reprobaverit In fine affert 7 veritates, quae serviunt ad praedicta.* Escript à Paris l'an mil quatre cens et treize, le iiijᵉ jour d'Octobre « La verité de la foy »

1413, Octob. 4, Parisiis.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 1486ª, fol. 35ᵇ-38ᵇ. Bul., V, 254, e cod. S. Vict. 138, jam amisso, e quo etiam in *Opp. Gerson* . IV, p. 677. Sed V, 100, e nostro msᵗᵒ, Joh. Gerson enim Decemb. 19 integram schedulam recitavit.

1993. *Carolus VI, rex Francorum, Gerardo episcopo vel officiali Paris. mandat, ut cum inquisitore haeret pravitatis et magistris theol nominatissimis aliisque Universitatis Paris se informent de erroribus de novo pullulantibus in regno Franciae tendentium ad subversionem status, imprimis de illis a procuratore regio in curia designatis.* Donné à Paris le vij^e^ jour d'Octobre l'an mil quatre cens et treize, et de nostre regne le xxxiiij^e^[1]. « L'abondance ».

1413, Octob. 7, Parisiis

Bibl. nat Paris., ms. lat. 1486^a^, fol 2 *Opp. Gerson.*, V, 52. — Hae litterae ut etiam posteriores Febr. 4 an. 1414 utique instigante Johanne Gersone compositae sunt Martinus Porée scribit (ms. lat. 1485^1^, fol. 61^b^ « dominus meus superior et naturalis in profunditatibus theologicis vel etiam philosophicis inexpertus per istos (Gersonem et adhaerentes) sicut eis placuit extitit informatus, qui estimans hos procedere bono zelo et secundum scientiam, si adhesit, hoc est citra determinationem ecclesie s. Dei ».

1. Ed. perperam « le vingt quatrieme ».

1994. *Magistri regentes facultatis medicinae an 1413-1414.*

1413, Novemb., Parisiis.

Dicto anno supra immediate domini doctores die consueto suas lectiones ordinarias inceperunt, quorum nomina subsequuntur :

Magister Thomas de Sancto Petro
— Guillelmus de Camera
— Joh Comitis
— Joh Leporis
— Guill Pelliparii[1]
— Henricus Pelati.
— Joh Tanquart.
- Joh du Martroy
— Joh Belart.
— Robertus de S Germano
— Jacobus Saquespée[1]
— Henricus Doygny.
— Droco Decani.
— Guill. Nepotis.

Magister Joh Basin[1]
— Robertus Chermollue
— Petrus de Trecis[2]
— Hugo Fabri
— Guill Fabri
— Yvo Levis
— Petrus Cordonnelli
— Joh Beraudi
— Joh de Pisis.
— Jacobus Despars
— Joh Cadart
— Henricus Thiebout
— Michael Bouveti
— Jacobus Percheti [28]

Comm. fac med , I, p. 185. — Nov. 10, Robertus de S Germano decanus electus est.

1. Id nomen postea add. inter lineas — 2 Petrus de Treucis (*sic*) inter Chermollue et P. de Trecis additus est, ita ut unus magister bis afferatur.

1995. *Universitas Paris. deplorat nefanda in tempestate peracta, quidquid rex, qui potius miserandus quam criminandus est, decreverit, approbat, quidquid ipsa Universitas contra ejus auctoritatem egerit, improbat, Ad concordiam hortatur.*

1413, Decemb 1, Parisiis.

Universis presentes litteras inspecturis Universitas studii Parisiensis dare gloriam Deo, et veritatem, quam prehonorare sanctum est[1], liberis animis predicare. Legimus Assuerum, regem tam potentissimum, priores quasdam litteras, quas adversus salutem populi Judaici,

fraudulenter inductus ab Aman perfido, promulgari preceperat, revocasse per alteras miciores, postquam informacio sibi verior et justior per Ester reginam apparuit, dicens inter cetera quod « multi bonitate principum et honore, qui [in] eos collatus est, abusi sunt in superbia » . [2] Que nunc idcirco repetere censuimus, quia hec ipsa tempora, hec acta christianissimi regis nostri et patris serenissimi respiciunt, sicut ex patenti tenore litterarum suarum die quinta Septembris, anno M°CCCC°XIII, dum in parlamento suo lectum justicie teneret, nobis innotuit[3]. Illic enim loquitur idem rex noster et pater illustrissimus, quo pacto mendaciorum vinculis fuerit irretitus, ymo violenter tractus contra multos de sanguine suo durissima, feralia[4] et indigna ferre edicta. Sic olim Babilonii coegerunt regem ut traderet Danielem : « Alioquin, inquiunt, succendemus te et domum tuam[5] », allegantes mendaciter quod adversum salutem regis legumque suarum Daniel orans commiserat.

Plane miserandum pocius in rege nostro quam mirandum vel criminandum, si per defectum boni, ut ipse loquitur, consilii, per sugestiones insuper malivolas et crebras seductus extiterit, cum legamus ipsum David, tantum regem et prophetam, exheredasse Miphiboset, filium Jonate, ob subdolum verbum Sibe servi nequam[6]. Et ut de gentilium exemplis aliqua dicamus, quid aliud fuit efficacius ad Trojanum illud excidium quam perfidus Sinon

in utrumque paratus
Aut versare dolos, aut certe occumbere morti[7].

Hinc egregius poeta, Famam describens, appellat eam :

Monstrum horrendum, ingens, quod magnas territat urbes[8].

A qua provenit illud tragicum :

Turbine magno spes sollicite
Urbibus errant trepidique metus[9]

illud quoque Psalmiste : « Vidi iniquitatem et contradictionem in civitate »; propterea premittit : « precipita, Domine, et divide linguas eorum[10] ». Et talia legimus et videmus sine numero. Addamus, ad excusacionem regis nostri, terrificas erga subditos, ymo consanguineos proprios, incussiones, nec dum verberum[11], vinculorum, sed carceris et mortis, propter quas esse non poterat animus in consulendo liber. Addamus promissiones, munera, provisiones et stipendia, ceteraque plurima, quibus irritantur passiones improbe, exceca-trices mentis, sicut canit Boecius :

Nubila mens est
Vinctaque frenis,
Hec ubi regnant[12]!

Illud porro non convenit preterire, quemadmodum plurimi veritatem zelantes et cognoscentes compulsi sunt in hac vasta turbulentaque tempestate, alii fugam velud exules

capere, alii semet obcludere et templis se tueri, alii digitum ori suo apponere[13], ne forte predicata tunc veritas vel conculcaretur, vel laceraretur in sui et docencium eam scandalum sive detrimentum, juxta Christi verbum[14] : « Nolite sanctum dare canibus, neque proiciatis margaritas ante porcos. » Hinc (proh dolor!) evenit ut omnes predicti sedicionis amatores, pacis omnes adversarii, homines conducti ad fabricandum disseminandumque mendacia, homines quibus erat in bello quam in pace opulentia major et tyrannis liberior, irruerunt in rem publicam sine lege, sine ordine, confundentes fasque nephasque[15], ut prevalerent in mendosis assercionibus suis, in libellis famosis, in calumpniis innocentum, in spoliacionibus divitum, in rebellionibus adversus nobiles inplacabili furore suscitandis, in omni denique (quod est infelicissimum) peccandi libertate, dum non erat qui contradicens ascenderet ex adverso, opponens se murum pro domo Israel[16]. Hinc demum ortum est, quod ausu temerario facte sunt publicaciones litterarum sub regis vel aliorum principum, ymo eciam nostre Universitatis nominibus violenter extortarum; unde multi ex regno et extra regnum falli potuerunt, et a veritatis et recte vivendi semitis abduci tam in materia excommunicacionum, sicut explicat prefatus rex noster, quam aliunde multipliciter eciam in gremio nostro, unde vehementer ingemiscimus, et preteritorum horum maliciam dierum mestissime recolimus.

Postquam vero nunc, jubente Domino, aura serenior effulsit, et apparente veritatis aurora, conturbatores effugerunt, velud estimantes eam umbram mortis, nos liberioribus animis respiramus, obsecrantes ut nemo deinceps cito moveatur contra veritatem vite, justicie et discipline, neque per litteras velud ex nobis missas, neque per predicationes vel alias publicaciones, si forte vel facte sint vel posterius fient adversus illam gestarum rerum seriem, quam prenominatus rex noster et pater christianissimus suis patentibus litteris novissime promulgandam sollempnissimo ritu decrevit, quarum contenta favorabiliter amplectimur, gaudentes tam execrabile facinus a domo vel a genere regio alienum reperiri. Approbamus insuper eadem contenta, quantum ad nos attinet, et in publicam omnium noticiam, tamquam rem sua veritate probatissimam et omni gaudio dignissimam, devenire vehementer optamus.

In quorum premissorum testimonium sigillum nostrum magnum presentibus litteris duximus apponendum. Datum Parisius in congregacione nostra generali apud Sanctum Marturinum solempniter celebrata, anno Domini M° CCCC° XIII, die prima mensis Decembris.

Bibl. nat Paris., ms. lat. 5958, fol. 421. — *Religieux de Saint-Denys*, ed. BELLAGUET, V, 196.

1. ARISTOTELES, *Eth. ad Nicomach.*, I, c. 4, n° 1 — **2.** *Esther*, XVI, 2. Affertur usque vers. 9. — **3.** *Ordonn. des rois*, X, 165, 170 — **4.** Ms. « ferialia ». — **5** Vulg. *Dan.*, XIV, 28 : « alioquin interficiemus te », etc. — **6.** II *Reg.*, XVI, 4 — **7** Cf. VERG , *Aen.*, II, 61. Ms. « mora » pro « morti ». — **8** *Ibid.*, IV, 181-187. — **9.** Ms. « trepideque metus urbibus errant ». Versus sunt SENECAE, *Herc. fur* , 162-163. — **10.** *Psalm* LIV, 10. — **11.** Ms « verborum ». — **12** BOET., *Consol.*, I, 7, vs 29. — **13.** Ubique « ore suo opponere ». Vult dicere silentium tenere, ut fiebat quantum ad propositiones Johannis Parvi — **14.** *Matth.*, VII, 6 — **15.** OVID , *Metam* , VI, 585. — **16** *Ezechiel.*, XIII, 5

1996. *Cum card. Pisanus Alamannus, legatus in Francia, post suum adventum*[1] *nullum remedium quoad collationem beneficiorum attulisset, mense Decemb. curia parlamenti, a rege monita, cum multis praelatis et magistris Universitatis statuit, ut ordinatio an. 1407, Febr. 18, quoad collationem beneficiorum stricte observetur. Item prohibetur, ne argentum pro beneficiis ad curiam Rom. portetur.*

1413, Decemb., Parisiis.

Arch. nat. Paris., X1a 1480, fol. 124 (ad an. 1418). Bul., V, 318 sq., 325. — Ut in tom. V *Chartul.* referemus, et jam in *Auctar.*, II, 136, not. 6, notavimus, legati regis et Universitatis, etc., an. 1412, Decemb. 6 vel 7, Romam ad papam profecti sunt, quem inter alia inducere debebant, ut decimas et alia onera insupportabilia allevaret (*Chron. du rel. de Saint-Denys*, V, 72). Sed papa, « qui notoirement délivroit au plus offrant les benefices », tantummodo respondit, e brevi cardinalem Pisanum Parisios venturum ut remedium afferret. Quod tamen minime fecit. Inde procurator regis, praepositus mercatorum et scabini Paris., « considerans que par les promotions, collations et graces que faisoit le pape Jean des benefices desdits royaume de France et Dauphiné, il trayoit à luy tout l'or et l'argent d'iceux royaume et Dauphiné », ad suprapositam ordinationem ferendam concurrerunt (X1a, l. c.).

1. Salvusconductus pro ipso est an. 1413, April. 19 (Reg. Vat. Joh. XXIII, no 345, fol. 124), an. 1413, Martii 18 et Octob. 31, epistolas papales recepit (ibid., fol. 121 sqq., et no 346, fol. 1 sqq., alibique). Septemb. 7 adhuc in curia morabatur (Oblig., no 56, fol. 99b).

1997. *Universitas Paris. apud papam conqueritur, causas beneficiales plurium suppositorum Universitatis contra concessionem et privilegium ab ipso papa datum in curia Rom. tractari, et supposita extra Parisios trahi. Petit ut causae Parisios remittantur ibique terminentur. Inter supposita afferuntur Richardus Huchern, mag. art., licent. in utroque jure, stud. in theol., litigans de can. et praebenda Trecorens.; Hugo Vavassoris, mag. art. et principalis collegii de Becoud, de can. et praeb. Atrebat., Guillelmus Musce, in art. mag., stud. in fac. decret., Guillelmus Bourdon, mag. art. et stud. in fac. theol., etc.* Scriptum Parisius in congregatione generali propter hoc ap. S. Maturinum specialiter celebrata anno Dom. millesimo quadringentesimo tertiodecimo, die ... « Si et dudum »

1413, Parisiis.

Minuta chartac., margine dilacerata, in Arch. nat. Paris., M 65a, no 24.

1998. *Licentiati in facultate theologiae.*

1413, circa Decemb. 25, Parisiis.

Dom. Johannes de Valle, presentatus Sti Bernardi.
Mag. Dominicus Chaillon[1]
Fr. Petrus Flure[2], presentatus Predic.
Dom. Guillelmus Fradeti, Cluniac.[3]
Mag. Johannes Yonis[4]
— Petrus Parvi[5]
— Eustachius de Mesnillo
Fr. Petrus Richardi, Collegii Cluniac. prior
Dom. Philibertus de Antegneyo[6], Cluniacensis
Dom. Johannes de Montenoyson[7], Cluniacensis
Mag. Johannes de Monteleonis[8]
— Guillelmus Tranchevant[9].
Fr. Andreas Bernardi, Aug.
— Thomas[10] Avis, presentatus, Carmta
— Guillelmus Bucherii, Carmta
— Petrus Mugetii[11], Cluniac.
— Jacobus Magni, Aug.[12]

[17]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5657a, fol. 14b, ubi scribitur « Circa festum Nativitatis Domini », et quidem ante finem anni 1413, nam quasi omnes jam an. 1414, Jan. 3-5, ut licentiati afferuntur.

1. Postea Universitas Paris. ad quemdam praelatum supplicem libellum misit pro eo, ut in archidiaconatu de Sabolio conservaretur (Arch. nat. Paris., M 65a, no 17). An. 1421 jam ut canon. Rotomagens. defunctus (Suppl. Mart. V, no 142, fol. 114b). — 2. Seu « Flore », « Floure », qui anno eodem et postea fuit vicarius generalis inquisitoris haereticae pravitatis in Francia. — 3. Additur « alias Fredeau ». — 4. Ms. « Prius », vel aliquid simile. Certe scribendum ut supra. An. 1427 canon. Leodiens.

(Suppl. Mart. V, nº 205, fol. 158ᵇ). — **5.** Adjungitur « cancellarius et can. Paris. ». Fuit Turon. dioec In Arch. nat. Paris., M 65ᵃ, nº 66, exstat minuta chartac. duarum epistolarum, in quarnm una Universitas Paris eum, adhuc baccalareum in theol. et in curia praesentem, summo pontifici, in alia cuidam cardinali recommendat. — **6.** Ms. : « Averneyo » In nº 2001 « Annerteyo », postea « Anneyo ». nº 2012 . « Antegneyo ». Significatur « Anthenay » (Marne) — **7** Ms. add « Alias Monnoyson ». Universitas Paris. eum postea vocat « famosum nostre Universitatis suppositum », eumque cardinali S. Marci (Guillelmo Fillastre) quantum ad prioratum de Courceyo, dependentem e monasterio S. Florentii prope Salmurum Andegavens. dioec., recommendat (Arch nat Paris. M 65ᵃ, nº 152) Sed an. 1417, in Concilio Constant., prioratum de Rionis, Vivariens. dioec , an. 1418 prioratum de Prato Rotomagens. dioec. habere voluit (Suppl. Mart. V, nº 104, fol 253, nº 106, fol. 184ᵇ). Postea in Concilio Basileensi. Cf. HALLER, *Concil. Basil.*, I, p. 120. — **8** Vid. supra p. 90, not. 16 — **9.** Seu « Trenchevent ». — **10.** Ms « Johannes ». Sed corrigitur e ms lat. 1486ᵃ Bibl. nat Paris. (vid. infra nº 2001). Thomas Avis tempore Concilii Constant. fuit provincialis Franciae (Bibl. nat Paris., ms lat. 1485¹, fol. 180ᵇ) — **11.** Seu « Migecii », alias « de Glenessiis », qui cum Johanne Bouesgue an. 1416 in parlamento de prioratu de Gournayo litigabat (Arch. nat. Paris., Xᶦᵃ 61, fol. 210 sq). (De hac lite Johannis Bouesgue, postea excommunicati, vid. BEAUREPAIRE in *Précis analytique des travaux de l'Académie de Rouen*, 1867-1868, p. 516 sq.). Tempore processus Johannae d'Arc et postea fuit prior de Longavilla-Giffard (vid. QUICHERAT, I, p. 6, III, p. 129). — **12.** Omittitur in msᵗᵒ, quanquam inter licentiatos theol. ad an. 1414, Jan. 3, affertur (*Opp Gerson.*, V, 195). In msᵗᵒ nihilominus in margine ad an. 1413 (fol. 13) scribitur « fr. Jacobus Grandis, alias Magni, August., biblicus 1401, Sententiarius 1404. Scripsit in Genesim, obiit 1415 Parisius ». Cf. supra an. 1412, « ante Pascha ».

CONCILIUM FIDEI PARISIENSE IN CAUSA JOHANNIS PARVI.

(Continet numᵒˢ 1999-2017.)

1999. *In Capitulo generali canonicorum Paris. perleguntur litterae Caroli VI, quibus revocat litteras an 1411, Octob 3; deinde Johannes Gerson protestatur, antea non fuisse libertatem, in promulgatione excommunicationum occasione bullae Urbani V se non praebuisse assensum expressum et liberum, obtenta majori libertate se offert ad praedicanda quae vera sunt, et episcopum Paris. ad hoc hortatur*

1413, Novemb. 15, Parisiis.

Publicatio litterarum regiarum super revocatione et annullatione bannizamenti nobilium de sanguine regali

Congregatis ad mandatum regis dominis Parisiensi episcopo et suprascriptis dominis [canonicis] ac ecclesiis subjectis ecclesie Parisiensis assistentibus, collectis curatis et religiosis ville et civitatis Parisiensis ad hoc mandatis ad requisicionem nonnullorum nobilium propter hoc destinatorum, lecte sunt et publicate littere regie infrascripti tenoris ·

Charles par la grâce de Dieu roy de France, etc Comme pour occasion des divisions, guerres et discors Donné en la chambre de nostre dit parlement à Paris où estoit le lit de justice, le cinquiesme jour de Septembre l'an de grâce mil quatre cens et treize et de nostre regne le xxxiijᵉ *Ainsi signé* Par le roy tenant son lit de justice en sa court de Parlement, BAYE[1].

Quibus litteris regiis capitulariter per me lectis, venerande discretionis vir magister Johannes de Gersonno, sacre pagine professor, cancellarius ecclesie Parisiensis, fecit alias protestaciones quemadmodum in quadam cedula papirea per eum tradita et exhibita continebatur et continetur, cujus tenor talis est :

Protestaciones mag. J. de Jersson

Coram Deo et coram vobis, reverende pater, et coram hoc venerabili cetu cleri hujus

civitatis seu diocesis Parisiensis, et coram toto *consilio fidei*, ego pro me et michi adherere volentibus in hac parte significo et protestor ea que sequuntur :

Primo, quod in doctrinis fidei et bonorum morum seminandis non fuit habita sufficiens libertas et opportunitas michi et multis mei similibus, propter minas et terrores incussos partim in occulto, partim in publico.

Item, quod propter hujusmodi illibertacionem et metum, qui aliquando talis erat ut cadere posset in constentem (*sic*) virum, sicut rex eciam testatur in litteris suis, multi non restiterunt erroneis et impiis doctrinis nostro tempore (proch dolor[1]) seminatis et libellis famosis tam frequenter et diu publicatis et affixis in subvercionem salutis fidelium et pacis cujuslibet turbacionem : alii, quia se absentaverunt fugientes de civitate in civitatem, juxta Christi jussionem; alii, quia licet presentes comparere non audebant; alii, quia judices coram quibus hoc diceretur non habuerunt, alii, quia illud sapientis recogitaverunt : « Ubi non est auditus, non effundas verbum[2] »; alii, quia Christo obedire voluerunt dicenti : « Nolite sanctum dare canibus, neque proiciatis margaritas ante porcos[3]. »

Protestor igitur ut prius, et in speciali quod in promulgacione sententiarum et excommunicacionum et edi[c]torum, et terrorum inde sequentium vel aliorum prius propositorum, tam in occasione bulle Urbani quinti[4] quam aliunde, irracionabiliter vel impie, consensum expressum et liberum nunquam prebuimus, et invocamus testes celum et terram contra illos qui terrores et metus incusserunt scienter, vel qui maliciosa fraude incuti procuraverunt.

Protestor insuper ut prius, quod deinceps, habita libertate majori et sufficienti in deliberando, predicando et consulendo circa ea que fidem et bonos mores respiciunt[5], offerimus nos paratos secundum gratiam et possibilitatem a Deo nobis datam deliberare, predicare et consulere ea que nobis vera, sancta et sana videbuntur, et presertim dum fuerimus requisiti per illos ad quos spectat tam doctrinaliter quam judicialiter sustinere veritatem, requirentes vos, reverende pater, ut in istis officium vestrum pastorale faciatis super illis que potueritis de jure[6], et super aliis, si que sint majora ad sedem apostolicam et sedentem in ea summum pontificem aut ad Consilium generale referatis, presertim ubi accusator vel denunciator apparuerit, vel ubi errores sunt tam manifesti et notorii quod accusatoris voce non egent.

Arch. nat. Paris., LL 111, p 232-237. — Cum Joh Gerson supra dicat « coram Concilio fidei », liquet, hoc Concilium ab episcopo Paris tunc jam convocatum fuisse, quamvis prima sessio, quantum scimus, solum Novemb 30 effecta sit Gersonistae hoc Concilium magnis laudibus efferebant, « celeberrimum » vocaverunt (vid. ms. lat. 1486ª, fol. 143, ed. p 320), immo Petrus de Versaliis « verbaliter Parisius in presentia nonnullorum dixit, quod in mundo celebrius Concilium esse non posset » (teste Martino Porée in ms. lat. 1485 1, fol. 60). Adversarii vero asserebant, non fuisse vocatos ad illud homines conscientiosos, medios et neutrales inaffectatos, paucis exceptis (ibid.).

1. Vid. *Ordonn. des rois*, X, 167 Rex litteras an 1411, quibus duces Aurelian., Borbonii, d'Alençon adhaerentesque rebelles declarantur, revocat. — 2. *Eccl.*, xxxii, 6, ubi « sermonem » pro « verbum ». — 3 *Matth* , vii, 6. — 4. Vid. supra nº 1938. — 5. Quinquennio elapso, an. 1418, Aug. 9, Universitas omnino contrarium asseruit, scil ab an. 1413 libertatem

defuisse — 6 Ex hoc conjici liquet, episcopum Paris. anxium adhuc fuisse, unde explicatur. cur post Octob. 7, i. e. post ammonitionem regis, tam longe cunctatus sit magistros ad deliberandas propositiones e *Justificatione ducis Burgundiae* extractas invitare.

2000. Concilium fidei Parisius. — *Prima sessio in camera officialatus Paris. Coram Johanne Tuderti, licent. in legibus, officiali Parisiens , et Gerardi episc Paris commissario super criminibus et delictis in civitate et dioec Paris commissis et committendis, ut etiam in causis fidei et haeresim sapientibus, necnon fratre Petro Floure, Ord frat. Praed , provicario generali*[1] *reverendi patris et dom mag Johannis Poleti, dicti Ord frat Praed , s theol. professoris, inquisitoris haeret. pravit in regno Franciae, convenientibus pluribus magistris et baccalareis in theol infrascriptis, officialis exposuit, eos ex parte episcopi Paris vocatos esse ad dandum consilium in materia fidei Deinde legi fecit documenta n*[is] *1993, 1989, 1991 notata Tandem produxit propositionem seu tractatum defuncti mag. Johannis Parvi pro justificatione ducis Burgundiae, ut de istis consilium praeberent*

1413, Novemb. 30, Parisius.

Magistri deliberantes

Mag. in theol:

Mag Johannes de Gersonno.
— Joh d'Achery
— Theobaldus Picardi, Carm
— Matheus Roder
— Joh. Generis, prior de Chaumont
— Joh de Dulcimesnillo.
— Guillelmus Pulchrinepotis
— Herveus de Villanova
Fr Henricus Pistoris, prior S Victoris
Mag Franciscus de Ecclesiis, regens Bernardistarum
— Guillelmus Botitoti, Ord Pred
— Benedictus Janciani[2] de collegio S Dionysii
— Girardus Macheti.
— Radulphus de Porta, Nav
— Joh Graveran[3], O Pred

Mag theol:

Mag Guillelmus Cholet, Carmel
— Joh Michaelis, O Pred.
— Petrus de Versailliis, O S B , de collegio S. Dionysii.

Mag [Nicolaus] de Gontricuria, lic in decr
— Petrus Parvi, bac. theol
— Petrus Galteri, mag art , proc. nat Franc
— Guillelmus Bloc[4], mag. art , bac form. theol.
— Henricus Goerkan[5], mag. art
— Joh de Londa, bac theol
— Joh Saunerii, mag art., bac form. theol
— Paulus Natalis[6], mag art , bac. form theol
— Joh. de Meleons[7], bac theol.
— Joh Crenac[8], mag art.
— Guill Trenchevant, bac theol
— Joh de Templis.

[3o]

Bibl. nat Paris., ms. lat 1486[a]. fol 2 et 12[b]. *Opp. Gerson.*, V, p. 51 sq., p. 64, cum nominibus adulteratis, tam hic, quam in sequentibus. Omnia correximus e ms[tis].

Conclusio officialis et vicarii inquisitoris in fine pronuntiabatur, quod secundum majorem et saniorem partem magistrorum propositiones rationabiliter (a Gersone) reprobatae sunt, et quod materia judicialiter tractanda est. Haec conclusio episcopo et inquisitori referenda est.

1. In ed p. 52 scribitur Petrus Florendinis, frat Pred. provinciarius generalis. Editionem sequitur Bess, *Zur Gesch des Konstanzer Konzils*, p. 73, 234. Cf. n° 1998 — 2. I. e. Gentiani. — 3. Seu « Graveren » In *Catal. licent.* non invenitur. Fuit inquisitor generalis Franciae tempore Johannae d'Arc, et semper e parte ducis Burgundiae — 4. Nat. Anglic., de quo saepe in *Auctar* I et II. Incepit 1406 (Bibl nat. 5657[a], fol. 15), licent. in theol. ante 1417 (vid. *Auctar.* II, 212). — 5. Seu « de Gorichem » (ed. Goibean!), nat. Anglic., de quo saepe in *Auctar.* II. Licent in theol circa an. 1419, eodemque anno Coloniae intitul. (Keussen, *Matrikel*, I, 168 et not. 10) — 6. Ante an 1416 in theol. licentiatus. De ipso Suppl. Mart. V, n° 238, fol. 56. — 7. Fortasse non confundendus cum Johanne de Monteleonis. — 8. Seu « Crannach » (ed Arnac!), nat. Anglic., postea episc. Cathenens. et Brechinens. Vid. *Auctar.*, I, p. 926, not. 8. Saepe de ipso in *Auctar.* II.

2001. Concilium fidei Parisius — *Secunda sessio [in domo episcopali Parisiens.] Decemb. 4 Gerardus episcopus Paris. et Johannes Poleti Ord. Praed., inquisitor haeret. pravitatis, habita prius de gestis Novemb. 30 relatione ab officiali Paris. et a Petro Floure, vicario inquisitoris, petierunt a magistris infra scriptis salubre consilium, an assertiones 7 extractae e Justificatione ducis Burgundiae rationabiliter essent reprobatae (quas vid. nº 1990), proindeque in Concilio condemnandae, et de modo procedendi ad earum condemnationem*

1413, Decemb. 4, Parisiis

Magistri deliberantes

Dom. Senonensis archiepiscopus[1]
Mag. Joh. de Gersonno
— Dominicus Parvi, can. Paris.
— Joh. Breviscoxe, can. Paris., elemosinarius regis
Minister S. Maturini[2]
Mag. Petrus de Dyerreyo
Dom. abbas de Verzellayo[3]
Mag. Radulphus Paris — Magistri in theol.
— Guillelmus Beville, O. S. Aug.
— Ursinus Taillevande
— Egidius de Asperomonte
— Joh. d'Achery
— Joh. Mathie
— Germanus de Rongiaco
— Theobaldus Picardi, Carmel.
— Symon de Coursi
— Nicolaus Canache, can. Par.
— Matheus Roder
— Petrus de Cantella[4], can. Par.
— Joh. Generis, prior de Calvomonte
Mag. Guillelmus de Kaer[5], decret. doctor, can. Paris.
Mag. Henricus de Bragella — Magistri in theol.
— Thomas de Ponte, prepositus S. Germani Paris.
— Petrus Blancbouli, in colleg. Thesaurarii.
— Thomas de Cracovia
— Jourdanus Morini
— Joh. de Dulcimesnillo
— Guillelmus Choletti, Carmel.
— Thomas Hobe
— Guillelmus Pulchrinepotis
— Petrus de Nogento
— Matheus Mercerii
Mag. Johannes de Matiscone[6], utriusque juris doctor
Mag. Herveus de Villanova, mag. in theol.
Dom. prior de S. Victore[7], mag. in theol.
Mag. Nicolaus de Duno, mag. in theol.
Dom. Henricus, episc. Nannetens.[8]
Mag. Robertus Giiselli, Carmel., mag. theol.
Dom. abbas S. Victoris[9]
Mag. Joh. de Castellione — Magistri in theol.
— Benedictus Janciani[10]
— Erardus Emangardi.
— Gerardus Macheti, can. Paris.
— Dionysius Pagani
— Radulphus de Porta
— Guillelmus Pinguisavis
— Joh. Graverant, Ord. Pred.
— Joh. Baldouini
— Joh. Broust
— Joh. Michaelis, Ord. Pred.
— Joh. de Laudissono
— Petrus de Versailles
Mag. Petrus Parvi, bacc. form. in theol.
— Joh. Lamberti, bacc. form. in theol.
Fr. Philbertus de Annerteyo[11], Cluniacens., bacc. theol.
— Thomas Avis, Carmel., bacc. theol.
Mag. Nicolaus Lovier, elemosinarius Cadomens.[12], [bacc.]
— Joh. Salnerii, bacc. form. theol.
— Guillelmus Tronqueti, bacc. form. theol.
— Petrus Galteri, bacc. theol.
— Franciscus de Ecclesiis, prior S. Bernardi, mag. theol.
Dom. abbas Boniportus[13], presentatus S. Bernardi, bacc. theol.
Mag. Paulus Natalis, bacc. form. theol.
— Joh. de Horulyano, bacc. form. theol.
Fr. Egidius de Villain, bacc. form. theol.
— Guillelmus de Caritate, bacc. cursor.
— Archaubaudus de Firmitate.
— Guillelmus de Joyaco, bacc. [68]
[48 mag. theol.]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 1486ª, fol. 17-23ᵇ. — *Opp. Gerson.*, V, p. 70-78.

Conclusio hujus sessionis ex parte episcopi et inquisitoris fuit, ut, sicut plerique magistri postulabant, assertiones condemnandae in scriptis redigerentur et singulis magistris ad deliberandum mitterentur.

1 Johannes de Montaigu, leg. doctor, qui fuit ex parte Aurelianens — 2. Stephanus de Mesnillo Fouchardi — 3. Petrus de Meudon, qui in *Catal. licent* ad an. 1393, quando in theol licent. est, vocatur Petrus de Sabaudia, abbas de Cassiaco O. S. B. ab an 1392, Mart. 4, cum esset bacc theol. et prior de Versalius (Reg. Vat Clem. VII, nº 302, fol 119). An. 1405, Febr. 20, abbas de Verzelliaco (Reg Aven. Bened. XIII, vol XL, fol. 123b). — 4 « De Chantelle », Collegii Navarrici, de quo nº 1803 — 5. Ed. Delzaer In epistola Universitatis Paris ad papam (sine anno, Septemb. 28) vocatur « utriusque juris doctor, qui praebendam Nannetens. pacifice 27 annis tenuerat », et nunc per alium ad curiam Rom. citatus est (Arch. nat Paris., M 65a, nº 150) — 6 De ipso, qui Aurelianis docuit, vid nunc W MEYER in *Nachrichten der k. Gesellsch der Wissensch. zu Gottingen*, Phil.-hist. kl. 1894, p 325 sqq — 7. Henricus Pistoris — 8. Henricus le Barbu, Ord. Cisterc., ab an. 1383, Jan. 23, episc Nannetens. *Chartul.*, III, 365, not. 34. — 9 Gaufridus Pellegay. — 10. I e. Gentiani. — 11. Seu « Antegneyo ». Vid. supra nº 1998 — 12 I. e. monasterii S. Stephani Cadomens., O. S. B. Universitas Paris. pro illo scripsit cuidam « noble et puissant seigneur », ut vacanti abbatiae S. Stephani in abbatem praeficeretur, quia nec in conventu nec extra alius « si souffisant et convenable » inveniretur, sicut Nicolaus, mag. theol. et eleemosinarius. Propter quod rex ipse monasterio scripsit. Universitas mittit ad hoc « maistre Raol Lecuchon (i. e Recuchon), maistre ès ars et bachelier formé en theol » (Arch. nat. Paris , M 65b nº 30) Epistola circa an. 1414 scripta est; nam tunc Guillelmus Cave abbas illius monasterii factus est (vid supra nº 1771, not 3). Nicolaus vero an. 1419, Septemb 22, abbas S. Wandrigisili (Reg. Lat. Mart V, an. 2, lib. 32, fol 113). — 13. Petrus Barberii (le Barbite), abbas ab an. 1412, April. 30, bacc. theol. (Reg. Lat. Joh. XXIII, nº 151, fol. 171)

2002. « *Sequitur conclusio fabricata per mag Johannem de Gersonno, quam ad ejus instigationem episcopus Parisiensis misit nonnullis doctoribus et magistris in theologia alme Universitatis Parisiensis, cum suis reprobacionibus die veneris viija* (ms . vij) *Decembris anni millesimi CCCC XIII ad reddendum deliberationem suam die mercurii xiija sequente, in forma que sequitur* »

1413, Decemb. 8, Parisiis.

Ex parte domini episcopi Parisiensis et inquisitoris et Consilii fidei solennissime congregati, magister reverende, mittitur vobis cedula continens assertiones aliquas cum suis reprobationibus. Quare requirimus vos sub penis juris ut detis deliberationem vestram publice in scriptis vel verbotenus, si hujusmodi assertiones, ex quibus ortum est notorie scandalum, sicut fatetur Consilium fidei, sint erronee et taliter condempnande, ut consequenter procedere valeamus, sicut ordo juris postulat, et hoc infra diem mercurii xiijam hujus mensis Decembris. [*Sequitur prima assertio cum reprobatione in latino.*]

Sic Martinus Porée, episc. Atrebat. e parte ducis Burgund., ms. lat 1485, fol. 12, ms. lat. 9789, fol 6, *Opp. Gerson.*, V, 399. Cf. BUL , V, p 257. Sed nullibi annotatur, magistros Decemb. 13 deliberasse. Proindeque magistris mittebatur post illam diem alia schedula cum eadem invitatione, continens 7 assertiones, ut de iis deliberarent, « et ce dedens mercredi xve jour de ce mois de decembre » (*Monstrelet*, II, p. 416. Bibl nat. Paris., ms. lat 1486a, fol 24, *Opp. Gerson.*, V, 79).

2003. Concilium fidei Parisiis — *Tertia sessio, in domo episcopali in camera magna Coram episcopo Paris. et inquisitore haeret. pravitatis convenientibus quampluribus magistris et baccalareis in theol primo lectae sunt litterae regiae* (nº 1993) *per quas episcopus, inquisitor ejusque vicarius (Petrus Floure) invitabantur ut procederent ad extirpandam haeresim e regno Franciae. Ut magistri in 2a sessione desiderabant, eis interim assertiones 7 Johannis Parvi missae fuerunt, ut dicerent, an essent erroneae, proindeque condemnandae. Plerique eorum tam verbo quam scriptis suas opiniones proferebant*

1413, Decemb. 19-1414, Jan. 5, Parisiis.

Magistri deliberantes seu mittentes deliberationem

Dom H[enricus] episc Nannetens , licent in theol
— abbas S Germani de Pratis[1], mag in theol
Dom abbas S Dionysii[2], mag in theol
Mag Dominicus Parvi, can Paris , mag in theol

Mag in theol: Dom ministei S Maturini
Mag Joh Bieviscoxe
Dom abbas Verzelliacens
Mag Joh de Gersonno.
— Joh Manchon[3]
Mag Joh. de Templis, rector Universitatis
Mag th: Mag Guillelmus de Veterivilla[4], Ord. S Aug
— Petrus de Dierr[e]yo
— Radulphus Paiis
Mag Guillelmus de Kaer, decr doctor
Magistri in theol.: Mag Johannes de Austria.
— Egidius de Asperomonte, mag theol a 16 annis.
— Nicolaus Canaiche
— Ursinus Taillevande [archidiac Lexoviens][5]
— Symon de Coursi
— Joh. d'Acheri
— Joh Mathie
— Germanus de Rongiaco
— Matheus Roedder
— Petrus de Cantela
Dom elemosinarius Fiscannens [6]
Mag Henricus de Bragella
— Thomas de Ponte, prepositus S Germani de Pratis
— Petrus[7] Blancboulli
— Thomas de Cracovia
— Joh Generis, prior de Calvomonte
— Guillelmus Cave
— Matheus Mercerii
— Jourdanus Morin
— Joh de Dulcimesnillo
Dom abbas de Ursicampo[8]
Mag Guill Pulchrinepotis
— Petrus de Nogento
— Herveus de Villanova
— Henricus Pistoris
— Franciscus de Ecclesiis, regens Bernardistarum
— Johannes de Castillione
— Guillelmus Boutitelli
— Thomas Hobe

Magistri in theol.: Mag Aymericus de Bituria[9], O S Aug
— Gerardus Macheti
— Dionisius Pagani
— Petrus ad Boves
— Radulphus de Porta, mag Collegii de Navarra
— Jacobus de Liphodio magno, Ord Aug
— Rolandus Barguenel
— Benedictus Gentiani
— Guillelmus Pinguisavis
— Joh Graverant, Ord Pred.
— Joh Balduini.
— Joh Broust
— Guillelmus Cholet [regens Collegii Carmelit]
— Guillelmus Squinelli[10], Carmelit
— Jacobus Johanne
— Joh Michaelis, Ord. Pred
— Petrus de Verseilles.
— Erardus Emengart
— Jacobus Pathouini, mag theol et decret doct
Mag Dominicus Chaillon, licent in theol
— Guill Tranchevant, [lic theol]
— Jacobus Magni, lic. theol
— Petrus Flore, lic. theol
— Johannes Domestici[11]
— Petrus Parvi, lic theol
— Joh. de Monteleonis, elemosin ducis Burgundiae, lic theol
— Thomas Avis, Carmel , [lic theol]
— Joh de Montenoeson, Clun , [lic theol]
— Guill Fradeti, Clun , [prior de Villadei, lic theol]
— Philibertus de Anteneyo[12], Clun , [lic theol]
— Petrus Mugetii[13], alias de Glenessiis, [Clun , lic theol]
— Joh. de Matiscone, leg doctor
— Petrus Richardi, Clun , [lic theol.]
— Joh de Montreillet. proc nat Picard
— Andreas Bernardi, [lic theol] [78]
[59 mag theol]
[14 licent theol]

Bibl. nat. Paris., ms lat. 1486a, fol 24-95. — *Opp. Gerson.*, V, 79-211.

Conclusio Officialis Paris Jan. 5 pronuntiat, omnes professores et licentiatos s. theologiae protunc Parisiis existentes super praemissis assertionibus in dicto Concilio deliberasse, et e deliberationibus eorum, saltem multo majoris partis (sed 32 tantummodo instabant, ut assertiones mox condemnarentur, 15 ut veritas magis et maturius indagaretur, 13 (antiquiores), ut a processu omnino desisteretur, 6 causam ad papam vel Concilium generale remitti volebant, quidam dubitabant, 5 arbitrio judicum confidebant) consequi, « quod assertiones inscripte erant (a Joh. Gersone) bene qualificate et rationabiliter reprobate ». Quia tamen plures dicebant se nunquam vidisse *Justificationem ducis Burgundiae*, alii, assertiones praesertim

35.

1am non esse bene extractas nec condemnandas, major vero pars instabat, ut *Justificatio* Johannis Parvi inspiceretur judices exhibuerunt plures quaternos dictae *Justificationis*, ut « collationarentur » inter se et cum assertionibus. Ad hoc eligebantur 16 deputati. Intentio judicum etiam erat aliquem solemnem virum mittere duci Burgundiae, ad exponendum processum Concilii [14] (ms lat. 1486a, fol. 94b, ed p. 215) Bess, *Zur Gesch des Konstanzer Konzils*, I, p. 80, male numeravit.

1. Guillelmus Episcopi. — 2. Philippus de Villette. — 3. Tunc jam confessor regis (vid. Arch. nat, LL 111, p. 7, et infra no 2012, not) et can. Carnotens. — 4. In margine « Bevilla ». Fol. 136 scribitur « Bivilla ». — 5. In ed. p 143 perperam scribitur « abbas Lexoviens. ». — 6. I. e. Johannes Bodesgue. — 7. Ms. et ed. « Guillelmus ». — 8 Joh. Picart, de quo ad an. 1408. — 9. Qui ad an. 1409 vocatur « de Brusseriis ». — 10. Seu « Squirelli ». — 11. Eodem anno, Febr 6, cum esset bacc. format. in theol., receptus ad capellaniam S. Jacobi in eccl. Paris. (Arch nat., LL 111, p. 119). — 12. Ms. · « Anneyo ». — 13. Ms. « Macheti ». Fol 132 scribitur « Migecii », ut Arch. nat., X1a 61, fol. 211, et sic etiam Beaurepaire, *Notes sur les juges .. du Procès de Jeanne d'Arc*, p 108 (« Miget ») — 14. Electus est Petrus Floure, vicarius inquisitoris, licent theol. (*Opp. Gerson.*, V, 220). De hac deputatione vid. *Chron de Monstrelet*, ed Douet-d Arcq, II, p. 461.

2004. *Facultas decret , Universitate Paris apud S Maturinum congregata, litteras ducis Burgundiae benigniter recepit Deinde rector Universitatis Johannes de Templis quaedam ad deliberandum proposuit, postea Robertus de Becco, prior prioratus de Fontibus O. S B , decret. doctor et decanus fac. decret , enarravit, quid facultas decret deliberavisset : 1 Facultas ad instigationem communitatis et capituli Remens laborabit apud regem et papam, ut abbas S Remigii[1] in archiepiscopum Remens. eligatur, 2 Omnibus viis fiat diligentia de convocatione Concilii generalis; 3. Rotulus differatur usque post Concilium[2], 4 Gratiae agendae duci Burgundiae de suo amore ad pacem, regem, dominum Aquitaniae et villam Paris , 5 Proponatur coram rege et ducibus, quod dux Burgundiae bonam affectionem ad pacem habet, 6 Injungatur praedicatoribus, ne quid dicant, quod dissensiones in populo generet Proindeque facultas Joh. Gersonem non habet gratum de propositione facta coram rege. 7. Quia processus fidei contra Johannem Parvi consideratis praesentibus temporibus generat seditionem et divisionem, facultas « imponit eidem cancellario et suis adherentibus super hoc silentium sub pena privationis », 8 Facultas protestatur, quod non avoat illos, qui sigillaverunt litteras nuper ex parte Universitatis civitatibus regni transmissas[3], facultas nunquam claves dedisset ad extrahendum sigillum [magnum Universitatis] ut sigillarentur istae litterae.* Acta fuerunt hec in capitulo ecclesie S Maturini Paris , sub anno, indictione, mense, die et pontificatu predictis « In nomine . Noverint universi ... quod anno Dom M CCCC XIII more gallicano, indictione septima, mensis Decembris die ultima. . »

1413, Decemb 31, Parisiis.

Bibl nat. Paris., ms. lat. 1485[1], fol 1 (2a parte) sub rubrica « Copia instrumenti quomodo facultas decret. Paris· increpat, non adheret, ymo desavoat magistrum J. Gerson », etc. *Opp. Gerson.*, V, 372.

1. Johannes Canard (cf. ad an. 1409, no 1869). Revera Universitas Jan 3 (1414) tam ad gubernatores civit. Remens. (Arch. nat. Paris., M 65b, no 65) quam ad capitulum Remens. (ibid., 65a, no 100) epistolas pro abbate S. Remigii misit, qui est « honorabile suppositum Universitatis, cujus litteraturam et mores undique claros non modo relatu sed longinqua apud nos conversatione probavimus ». Eligatur vel postuletur, apud regem Universitas impetrabit, ut per suas litteras capitulo facultatem donet. Sed jam Jan. 2 Johannes XXIII Reginaldum de Carnoto ecclesiae Remens. praefecit (Reg. Lat. Joh. XXIII, no 174, fol 146). — 2 Quod et factum est. Vid *Auctar.*, II, 158, not. 5, 237, not. 3. — 3. Decemb. 1. Fuerunt sigillatae sigillo magno. Cf. no 1995.

2005. *Natio Picardiae Jan 5 profert per mag Johannem Montrelet, procuratorem nationis, schedulam sequentis protestationis. Post suam propositionem coram rege Johannes Gerson, cancellarius Paris., ad Universitatem accessit, ut « avoaretur » Natio voluit exspectare Sed considerato processu fidei eum habet simpliciter « desavoatum et irrecommendatum ... Quomodo tam parve considerationis extitit in hoc, quod primo istas [7] propositiones esse hereticas ac etiam contra fidem denuntiavit ., et postmodum procurat et procuravit easdem condemnari ? Ordo namque ille videtur juri contrarius ac etiam perversus[1] »* . Dat. ap S Julianum

anno Dom M CCCC XIII, die quinta mensis Januarii, tradita et lecta in Concilio fidei coram dom episc Paris et domino inquisitore per procuratorem nationis Picardie nominatum Montrelait per organum mag Symonis le Bocheux « Reverende pater vosque domine inquisitor Quia in cedula »

1414, Januarii 5, Parisiis

Bibl. nat. Paris., ms lat 1485[1], fol. 3[b] (2[a] parte), schedula inserta est instrumento an 1415, Augusti 19. — *Opp. Gerson.*, V, 377 sq.

1. Quam inimica tunc natio Picardica praesertim nationi Franciae fuerit, liquet ex electione rectoris, Martii 24. Vid. *Auctar.*, II, p. 169 sqq.

2006. Concilium deputatorum — *Magistri theol Johannes Breviscoxe, Petrus de Dierreyo, Ursinus Taillevande, Johannes d'Achery, Jordanus Morini, Matthaeus Roeder, Petrus de Nogento, Johannes de Dulcimenillo, Guillelmus Pulchrinepotis (vel Johannes Mathie), Johannes Broust, Radulphus de Porta, Johannes Michaelis (regens Praed.), Franciscus de Ecclesiis (prior Bernardistarum), Guillelmus Choleti (regens Carmel), Benedictus Gentiani, Gerardus Macheti, Jan 5 electi, a die 8 Januarii in diversis sessionibus assidue deliberabant, an 11 exemplaria* Justificationis, *inter quae etiam originale Johannis Parvi, inter se dissentirent, an 7 assertiones probe e* Justificatione *extractae sint, et an ibi continerentur alii errores in fide male sonantes. Jan. 19, 20, 24, 26, 27 et 29 coram episcopo et inquisitore dicti deputati deliberabant, et unusquisque suffragium ferebat. Exemplaria conformia inveniebantur, quantum ad 7 assertiones a Johanne Gersone extractas, 11 deputati eas probe extractas esse affirmabant, caeteri etiam hoc plus minusve quoad sex ultimas concedebant, non tamen omnino quoad primam. Nova excerpta facienda concludebant.*

1414, Jan. 5-29, Parisiis

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 1486[a], fol. 95-113. *Opp. Gerson.*, V, 219-258. Febr. 6 schedula de hac conclusione deputatorum confecta est (*Opp.*, p. 274 sq.).

2007. Concilium deputatorum — *Januarii 31 mag Johannes de Dulcimenillo perlegit 37 dicta noviter e* Justificatione ducis Burgundiae *excerpta, quae revera, ut 15 testes affirmabant, in exemplaribus inveniuntur Februarii 1 episcopus Paris in Concilio 12 deputatorum eos exhortabatur, ut deliberarent, an aliqua illorum dictorum ponenda essent ad deliberationem in Concilio fidei Deputati acceptabant quasdam assertiones, quae ad occisionem tyranni tantum referebantur Cum inter illas 37[um] dictum fuisset, in quo dux Burgundiae et dux Aurelianensis nominabantur, episcopus Paris cum deputatis elegerunt Jordanum Morini, Joh de Dulcimenillo et Johannem d'Acheri, quibus adjungebant Petrum de Nogento, ut terminos singulares mutarent in terminos communes seu appellativos, et assertiones sic mitigatas proponerent Februarii 3. Hac die[1] praesentabant schedulam cum 9 assertionibus, modificatis in terminis. Episcopus invitavit 12 deputatos ad 6 Februarii ut deliberarent an praedicta schedula esset in bona forma.*

1414, Jan. 31, Febr. 1, 3, Parisiis.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 1486[a], fol 113-117, 37 dicta sub inscriptione « Sequuntur extracta formalia de quaternis propositionis magistri Joh. Parvi per magistros deputatos ad faciendum collationem de dictis quaternis, etc. », 117-120, ms. lat. 1485[2], fol. 259[b], quantum ad Febr 1 et 2. *Opp. Gerson*. V, p. 258-272, p. 580.

1. *Rel. de Saint-Denys*, V, 272, male dicit « Januarii 16 », et sic TUETEY in *Journal de Nicolas de Baye*, II, 170, not.

2008. *Carolus VI, rex Francorum, in litteris ad episcopum Paris seu ejus vicarium in spiritualibus et ad officialem Paris directis, loquitur de erroribus pullulantibus in regno Franciae, ad quos condemnandos et extirpandos episcopus et inquisitor magistros theologiae vocavit Miratur quare condemnatio nondum consecuta sit, cum tamen dux Burgundiae, quem hoc negotium tangit, nondum se humiliaverit, immo nunc bellum gerat contra regem et principes sanguinis*[1] *Invitat et monet episcopum, ut congreget magistros theol solenniores aliosque ad deliberandum, et si errores inveniantur, procedat ad eorum damnationem* Donné à Paris, le quart jour de Février, l'an de grace mil IIII^c et XIII, et de nostre regne[2] le xxxiiij^e « Comme naguères »

1414, Februarii 4, Parisiis.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 1486^a, fol. 123. — *Opp Gerson.*, V, 278.

1. Simulavit se Parisios cum exercitu venire, quasi vocatum a duce Aquitaniae. Vid *Auctar*, II, 165 et notas. Febr 4 jam non longe a Parisiis distabat, Febr. 9 ad S^tum Dionysium venit (*Journal d'un bourgeois*, p. 47, ed Tuetey), ubi usque ad Febr. 16 commoratus est. — 2. Ms. « royaume »

2009. Concilium deputatorum — *Febr 6, quatuordecim deputati congregati in camera episcopali deliberabant coram episcopo Paris de 9 assertionibus, et concorditer, seu potius « secundum multo majorem partem eorumdem » deliberaverunt, eas esse bene extractas et mitigatas, et proponendas Concilio fidei*[1].

1414, Februarii 6, Parisiis

Bibl nat. Paris, ms. lat. 1486^a, fol. 120-121 — *Opp. Gerson.*, V, p 272 sq.

1. Et sic postea solum de illis 9 assertionibus, relictis 7 a Johanne Gersone olim extractis, agitur.

2010. *Februarii 7 fuit lecta « cedula deputatorum », i e 9 assertiones noviter extractae per deputatos e* Justificatione ducis Burgundiae, *per officialem in Concilio fidei, adstantibus dominis judicibus et praesentibus quamplurimis doctoribus et licentiatis theol. ad Concilium fidei vocatis, cum numerosa multitudine aliorum dominorum Postea conclusum est « quod mitterentur cedule omnibus magistris et licentiatis in theol ac etiam dominis et aliis magistris secundum quod videretur dominis judicibus expedire, continentes prefatam relationem dictorum deputatorum », ut maturum et salubre consilium dare possent*

1414, Februarii 7, Parisiis.

Bibl. nat. Paris, ms. lat. 1486^a, fol. 121. — *Opp. Gerson.*, V, 275.

2011. *Episcopus Paris. et inquisitor magistris 9 assertiones denuo e* Justificatione ducis Burgundiae *extractas ad deliberandum mittit.*

1414, Februarii 7, Parisiis.

Sequitur tenor cedularum missarum magistris, etc, ex parte domini episcopi Paris. et inquisitoris heretice pravitatis

Magister reverende, mittitur vobis cedula continens asserciones aliquas extractas per deputatos ad hoc ordinatos ex deliberacione concilii fidei ex quaternis pluribus proposicionis magistri Johannis Parvi, quam ipse vocat *Justificacionem domini Burgundie,* requirentes vos in favorem fidei, ut die xij mensis Februarii compareatis in camera nostra episcopali, ad dandum nobis salubre consilium super predictis assercionibus, an sint erronee et racionabiliter contempnende, ut consequenter procedere valeamus sicut ordo juris postulat.

Presupposita descriptione tiranni quam allegat prefatus proponens, a beato Gregorio in probacione prime proposicionis quarti articuli predicte justificacionis, quam appellat veritatem, videlicet « tirannus proprie dicitur qui in republica non jure principatur aut principari conatur »,

Prima assercio est : Il est licite à un chacun subgiet sans quelconque mandement ou comandement, selond les loys naturel, moral et divine, de occire ou faire occire tout tirant qui par convoitise, barat, sortilège ou mal engin, machine contre le salut corporel de son roy et souverain seigneur, pour luy tollir sa très noble et très haute seigneurie, et non pas seulement licite, mais honorable et meritoire mesmement, quant il est de si grant puissance que justice ne peut bonnement estre faicte par le souverain.

Secunda assercio : Les loys naturel, moral et divine auctorizent un chacun de occire ou faire occire ledit tirant.

Tercia assercio : Il est licite à ung chacun subgiet, honnorable et meritoire de occire ou faire occire le dessus nommé tirant traitre et desloyal à son roy et souverain seigneur par aguetz et espiemens, et si est licite de dissimuler et taire sa volenté de ainssy faire.

Quarta assercio : C'est droit rayson et equité que tout tirant soit occis villainement par aguetz et espiemens, et est la propre mort de quoy doivent mourir tirans desloyaux que de les occire vilainement par bonnes cautèles, aguètes et espiemens.

Quinta assercio : Cil qui occit ou fait occire le tirant dessus nommé ès manières que dit est, ne doit de rien estre repris, et ne doit pas seulement le roy estre content, mais doit avoir le fait agreable, et le auctorizer en tant que mestier ou besoing seroit.

Sexta assercio : Le roy doit garredonner et remunerer celuy qui occist en la manière que dit est, ou fait occire le tirant dessus nommé, en trois choses, c'est assavoir en amour, honneur et richesses, à l'example de remuneracions faictes à Saint Michel l'archange pour l'expulsion de Lucifer du royaume de paradis, et au noble homme Phinées pour l'occision du duc Zambri, etc.

Septima assercio : Le roy doit plus amer que par avant celuy qui occist ou fait occire le tirant dessus nommé ès manières dessus dictes, et doit faire prescher sa foy et bonne loyaulté par son royaulme et dehors le royaulme le faire publier par lettres, par manière d'espitres ou aultrement.

Octava assercio : Littera occidit, spiritus autem vivificat, c'est à dire que tousjours tenir le sens litteral en la saincte escripture est occire son âme.

Nona assercio : Ou cas d'alience, serement, promesse ou confederacion faictes de chevalier à aultre, en quelque manière que ce soit ou puist estre, s'il advient qu'il tourne ou prejudice de l'un des promettens ou confederés, de son espouse ou de ses enfans, il n'est de riens tenus de les garder. Hoc probatur ex ordine caritatis, quo quilibet plus tenetur se ipso diligere uxorem et liberos.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 1486a, fol. 121b. *Opp. Gerson.*, V, 275. In ms. lat. 9789, fol. 7, et ms. lat. 1485[1], fol. 12b (ubi collectio Martini Porée, episc. Atrebatens) ab adversario asseritur, has propositiones a Johanne Gersone extractas esse, et, quod certe falsum est, oblatas esse (ut olim 7 propositiones) cum censura uniuscujusque assertionis « Condemnatur sicut erronea in fide », etc. (vid *Opp. Gerson* , V, 401). Nam hoc evenit solum 23 Febr. per episcopum et inquisitorem. Suggeritur etiam, in assertione prima, extracta e 3a veritate Johannis Parvi, omissam esse cautelam Johannis Parvi « quando talis tirannus perseverat in sua malitia nec se vult corrigere nec emendare, et specialiter quando est periculum in mora » (ms lat. 9789, fol. 8b, 1485, fol. 13, *Opp.*, p 403). Vid. ad haec Schwab, *Joh Gerson.*, p. 614, not. 1, ubi jam scribitur saltem in nostris exemplaribus eam sententiam deesse, et tunc fortasse solum in uno vel altero exemplari fuisse.

2012. Concilium fidei Parisiis — *Quarta sessio, coram episcopo, absente inquisitore infirmo. Lectis litteris regis Caroli* (supra no 2008) *magistri invitabantur tam de integra* Defensione *seu* Justificatione ducis Burgundiae, *quam de 9 assertionibus extractis deliberare. Februarii 12, 13, 15, 16, 17, 19 convenerunt et deliberarunt, an condemnandae essent 55 magistri suffragium ferebant, quorum 21-22 explicite fuerunt pro condemnatione sine mora, 12 ut negotium ad papam vel ad Concilium generale vel ad legatum remitteretur, caeteri vel confidebant discretioni duorum judicum, vel dilationem petebant, vel in dubio erant, tres tantum fautores Johannis Parvi seu ducis Burgundiae fuerunt Justificatio integra seu tractatus vix fautores invenit.*

1414, Februar. 12-19, Parisiis.

Sequuntur nomina magistrorum et licentiatorum qui habuerunt cedulas :

Rev. in Christo pater et dom , dom episcopus Nanettensis, lic in theol [*Pro damnatione*]

Magistri in theologia:

Rev pater dominus abbas S Dionysii in Francia [*Pro*]
Mag Dominicus Parvi [*Dilatio*]
— Joh Breviscoxe [*Pro, conditionaliter*]
— Petrus de Dierryo [*Dilatio*]
— Matheus Roderii. [*Ad judices*]
— Jourdanus Morin [*Pro*]
— Ursinus Taillevande [*Ad papam*]
— Joh Mathie [*Pro.*]
— Herveus de Villanova [*Pro*]
— Radulphus Paris [*Dubius*]
— Henricus de Bragella [*Ad papam*]
— Guillelmus Squirelli [*Pro*]
— Petrus de Nogento [*Ad judices*]
Dom abbas de Cormeriaco[1], [*Ad papam*]
Mag Nicholaus de Duno [*Dubius*]
— Erardus Emengart. [*Ad papam*]
— *Jacobus Johanne*
— Joh de Laudissono [*Ad papam*]
— Joh. Baldoin [*Pro*]
— *Joh Brout*
— Guillelmus Cholet, Carmta [*Pro*]
— Joh. Michaelis, Jacobita [*Dilatio*]

Mag Petrus de Versailles [*Pro*]
— Thomas de Cracovia [*Pro.*]
— Rolandus Braganel [*Dubius*]
Dom prepositus S Germani de Pratis[2] [*Dilatio*]

Magistri in theologia:

Mag Jacobus de Lifodio magno, August. [*Pro*]
— Guillelmus de Buvilla, August. [*Ad Concilium*]
— Aymericus de Bituria, August [*Dilatio*]
— Benedictus Gentiani [*Pro.*]
— *Dyonisius Pagani*
— Gerardus Macheti [*Pro*]
— Radulphus de Porta [*Pro*]
— Guillelmus Pinguisavis [*Dubius*]
— *Joh d'Achery*
Prior de Calvomonte[3] [*Pro*]
Mag Joh. de Dulcimesnillo [*Pro*]
— *Guillelmus Pulcrinepolis.*
Prior Sancti Victoris[4] [*Pro*]
Mag. Franciscus, regens Bernardistarum [*Pro*]
— *Bertrandus Paratoris*[5]
— *Joh de Vinzerius*[6], *Cluniacens*
— Thomas Hobe [*Ad legatum apost*]
— *Petrus de Cantela.*

Sequuntur nomina licentiatorum :

Dominicus Chaillon. [*Cum majori parte*]
Mag Guillelmus Tranchevant [*Ad judices*]
Petrus Parvi [*Pro.*]
Andreas Bernardi [*Ad Concilium*]
Guillelmus Boucherii
Fr Petrus de Glenesiis[7], Cluniacens. [*Fautor*]

Philibertus de Averneyo[8], Cluniacens [*Fautor.*]
Joh de Monteneson, id
Petrus Richardi, id [*Ad judices*]

Fr Jacobus Magni, Augustinens [*Pro*]
[44 mag theol , 11 licent]

Sed e suprascriptis magistri italico charactere impressi suffragium non tulerunt. Afferuntur vero sequentes cum aliis

Johannes Gerson [*Pro*]
Johannes de Austria [*Dilatio*]
Johannes de Castellione [*Ad judices*]
Joh de Matiscone, leg doctor [*Ad Concilium*]
Matheus Mercerii [*Fautor*]

Petrus Blancboulli[9] [*Ad pap et Concil*]
Johannes[10] Graverant [*Ad papam*]
Nicolaus Pitement[11] [*Ad judices*]
Egidius Chaumardi, lic [*Ad papam*]
Nicolaus de Brayo, legens de mane in decr [*Ad jud*]

Bibl. nat Paris , ms lat 1486^{a}, fol 122-142. *Opp Gerson* , V, p. 277-319. — Martinus Poree, episc Atrebat , scribit in ms lat. 1485^{2}, fol. 259^{b}, schedulas fuisse distributas pluribus magistris et baccal. in theol , « nonnullis famosioribus contemptis, spretaque facultate decret., et contradicente natione Picardie » (vid *Opp. Gerson* , V, 580). Immo in ms. 1485^{1}, fol. 61^{b}, annotat, praeter dissentientes facultatem decret. et nationem Picard. « de theologicis eciam multi in hujusmodi (sententiis) aut non fuerunt vocati aut nullatenus consenserunt, ut decanus facult. theol. [Dominicus Parvi] cantor Carnotens., confessor regis [Johannes] Manchon, eleemosinarius ejusdem Breviscoxa, minister Maturinorum, Petrus de Nogento et alii quamplures. .. Licet plures magistri in principio fuissent vocati (scil ante Jan. 5), quorum major pars (?) vel sanior consulebant quod causa ista remitteretur sancte sedi apostolice, ipse tamen episcopus ex multitudine elegit parvum numerum magistrorum, quos officialis suus publice nominavit ». Utique eleemosinarius regis et confessor ejusdem ante annum etiam ordinationem « Cabochienne » cum aliis composuerunt. Vid. n° 1969, not.

1. Guillelmus Hotot. Ed p. 300 : « de Carmeliaco ». — **2.** Thomas de Ponte. — **3.** Joh. Generis. Ed. p. 296 perperam : « prior de Claromonte » — **4.** Henricus Pistoris. — **5** Fortasse Bertrandus de Fontenay. — **6.** I. e. Vincellis. — **7.** I e. Petrus Mugetii seu Migetii Eum propositiones primam et 2^{am} defendentem et excusantem Johannes Gerson interrupit, ne diceret aliquas haereses, si sic, faciet partem contra ipsum. Petrus « recessit absque hoc quod ulterius deliberavit » (Fol. 132, ed. p. 298). — **8.** Sed fol 141^{b} scribitur « de Antegneyo ». — **9.** Ms fol 138^{b} « Guillelmus Blancboully », ed. p. 311 . « Guillelmus Blanchart ». — **10.** Ms. fol. 140^{b} et ed p. 314 « Guillelmus Graverant ». — **11.** Ed. p. 315 « Petinenote ».

2013. Concilium fidei Parisius — *Sessio quinta.—Februarii 23, convenientibus in aula episcopali Paris episcopo et inquisitore cum plurimis dominis, praelatis, episcopis, abbatibus, magistris ac doctoribus et baccalareis in diversis scientiis, proposito verbo Dei super* Clama ne cesses [*Isai* , LVIII, 1], *de nece, de « celeberrima » convocatione, etc , mag Johannes Tuderti, licent. in leg , officialis Paris , omnia instrumenta, quae referebantur ad processum, perlegit, dicendo e relatione magistrorum deliberantium in Concilio repertum esse,* « quod Propositio, que dicebatur esse Propositio mag Johannis Parvi, erat dampnanda una cum (9) assertionibus in eadem contentis, que ibidem tunc lecte fuerunt cum earum modificationibus » *Quibus sic actis Gerardus episcopus et Johannes Poleti inquisitor sententiam condemnationis tulerunt in scriptis.*

1414, Februarii 23, Parisiis.

Bibl nat. Paris , ms lat 1486^{a}, fol 143-145 *Opp Gerson* , V, 320-322. — Ad haec vid num^{os} 2014, 2015.

2014. « *Condemnatio Propositionis [i e tractatus] magistri Johannis Petit super morte ducis Aurelianensis.* »

1414, Februarii 23, Parisiis.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, amen. Universis christifidelibus presentes litteras seu presens publicum instrumentum inspecturis, Gerardus miseratione divina Parisiensis episcopus ac frater Johannes Poleti Ord. frat. Pred., sacre theologie professor,

inquisitor heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputatus, judices competentes[a] in hac parte, salutem in eo qui est omnium vera salus Cum nuper ex plurium fidedignorum frequentibus insinuationibus famaque publica cum gravi scandalo referente ad aures nostras pervenerit quod in villa, civitate et diocesi Parisiensi et etiam alibi in diversis partibus dicti regni nonnulli errores in fide et bonis moribus male sapientes retroactis (proch dolor!) temporibus seminati fuerunt, ortum et originem, ut ferebatur, sumentes ex nephanda et dampnabili propositione defuncti magistri Johannis Parvi, quam *Justificationem domini ducis Burgundie* appellavit, quamplures in se errores pestiferos continentes, et quę in tantum in dictis villa, civitate et diocesi Parisiensi publicata extitit, quod venditioni publice exposita et a pluribus empta fuerit, cujus propositionis errorum pestifera multitudo, ne populum presertim nobis subditum inficiat est verisimiliter dubitandum, nisi de congruo celerique super hoc remedio sit provisum : nos igitur ex officii nostri debito cupientes quanto ex alto nobis permittitur, de et super premissis et aliis mature procedere et errores hujusmodi et alios, si qui essent, de nostris civitate et diocesi extirpare, de et super hujusmodi materia Consilium fidei dominorum magistrorum et licentiatorum in theologia ac plurium aliorum jurisperitorum in multitudine copiosa in domo episcopali nostri predicti Parisiensis episcopi convocari fecimus vicibus repetitis, quibus hujusmodi propositionem et aliquos errores in ea repertos communicavimus, et ipsos dominos et magistros matureque deliberantes tuteque et libere juxta cujuslibet conscientiam depulsis strepitibus et servato silentio in quamplurimis et diversis sessionibus audivimus patienter, quorum aliqui suas deliberationes in scriptis publice tradiderunt, alii vero sine scripto deliberare verbotenus maluerunt, quas tamen deliberationes in scriptis redigi fecimus per nostros notarios infrascriptos. De et super quibus omnibus et singulis, habita inter nos matura deliberatione, unacum pluribus solennibus et expertis dominis et magistris in hac parte reperimus pretactam propositionem in se fuisse et esse perniciosam, ac plures in se errores in fide et bonis moribus continentem, prout hec et alia in processu super ista materia agitato seriosius continentur.

Notum igitur facimus, quod die date presentium, ad quam diem significari et intimari fecimus clero Parisius existenti, nos Deo dante certam ordinationem ad orthodoxe fidei exaltationem pronunciaturos pro tribunali sedentes in presentia plurium prelatorum dominorumque doctorum, magistrorum et bacalariorum in sacra pagina et aliis scientiis multorumque aliorum virorum ecclesiasticorum et secularium in maxima multitudine, nostram sententiam seu ordinationem in modum qui sequitur protulimus et proferimus in his scriptis :

Nos[1] Gerardus miseratione divina Parisiensis episcopus et frater Johannes Poleti Ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professor, inquisitor heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputatus, judices competentes in hac parte, universis christifidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino et incorruptam fidei veritatem sincera mente tenere Sciens apostolus ex testimonio legis et Christi Hec nos consi-

deratio permovit, ut doctrinas varias et peregrinas ymo pestiferas , exterminare et penitus abicere studeremus. Propterea cum ad nostram notitiam certissimis devenerit documentis quod inter ceteros errores in nostri predictis civitate et diocesi seminatos propositio magistri Johannis Parvi Parisius dogmatizata et publice venditioni exposita. , quam etiam propositionem ipse proponens appellat *Justificationem domini ducis Burgundie*, nititur secundum principalem intentionem proponentis justificare et defendere assertiones plurimas, que tamen per sacrum fidei Consilium reperte sunt erronee in fide et bonis moribus . : nos evocato vicibus repetitis magistrorum et licentiatorum in theologia Parisius existentium et aliorum peritorum saluberrimo sapientissimoque consilio diu multumque deliberantium, Christi nomine invocato, ad ejus laudem, gloriam et honorem ad fidei exaltationem decrevimus et decernimus per presentes, quod antedicta propositio magistri Johannis Parvi in se et suis assertionibus principaliter intentis et in ea contentis ac in processu latius declaratis est abolenda atque dampnanda tanquam erronea in fide et bonis moribus ac multipliciter scandalosa, et eam sic abolemus et dampnamus, ac cremendam solenniter decernimus, cremarique precipimus et jubemus[2], monentes omnes subditos nostros sub pena excommunicationis, quam in ipsos in his scriptis ferimus, nisi fecerint quod mandamus, ut ipsi infra sex dies ..., si quos haberent penes se quaternos hujusmodi propositionem in se continentes, nobis afferant seu afferri faciant . et interdicentes omnibus et singulis supradictis sub eisdem penis, ne deinceps quisquam ipsorum audeat predictam propositionem asserere, predicare, publicare, defendere seu dogmatizare publice vel occulte Quod si quis audiverit vel sciverit aliquem in hac parte culpabilem, nobis infra octo dies, vel cancellario Parisiensi, denuntiare teneatur[3].

In quorum omnium et singulorum testimonium et fidem premissorum presentes litteras in hanc publicam formam per notarios nostros subscriptos redigi fecimus, sigillisque nostris unacum signis et subscriptionibus dictorum notariorum nostrorum subscriptorum jussimus appensione muniri. Datum et actum in aula episcopali Parisiensi anno ejusdem Domini millesimo quadringentesimo decimo tertio secundum morem et consuetudinem Gallicane ecclesie, indictione septima, [die vicesima tertia mensis Februarii[4]], pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Johannis divina providentia pape vicesimi tertii anno quarto, presentibus ad hec reverendis in Christo patribus et dominis, dominis Henrico Nannetensi, Gaufrido Xanctonensi et Johanne Cabilonensi episcopis, Philippo Sancti Dionisii in Francia et Petro Sancti Maxencii abbatibus, ac venerabilibus et circonspectis viris dominis et magistris Johanne de Templis, alme matris Universitatis Parisiensis rectore[5], nobili viro Jacobo de Borbonio sacre capelle regie Parisiensis thesaurario, Raymundo de Perucia archidiacono Turonensi, Johanne de Gersonno cancellario ecclesie Parisiensis, Petro de Dierreyo, Matheo Roeder, Jourdano Morini, Johanne de Dulcimesnillo, Herveo de Villanova, Radulpho de Porta, Johanne de Castellione, Johanne d'Achery, Johanne Mathie et Gerardo Macheti, in sacra pagina professoribus, unacum pluribus aliis in diversis scientiis doctoribus, magistris, licentiatis et bacalariis ac aliis in multitudine copiosa ibidem congregatis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis

Et ego Guillermus Le Mieu, clericus Trecorens. dioc., magister in artibus et bacalarius in decretis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius et prefati domini Parisiensis episcopi atque ipsius curie scriba, *etc.*

Et ego Daniel Mothe, presbiter Leonens. dioc., publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius et curie Parisiensis juratus prefatique domini inquisitoris scriba, *etc.*

Arch. nat. Paris., X1a 8603, fol. 3b. Additur in fine « *Et a tergo* · lecta et in Parlamenti curia publicata quarta die 36.

mensis Junii anno Domini millesimo quadringentesimo decimo sexto BAYE. » — BUL., V, 301, ex eodem fonte ad an 1416, nominibus adulteratis et quibusdam omissis.

1. Haec sententia, quae refertur ad integrum tractatum *Justificationis ducis Burgundiae*, usque « denuntiare teneatur », invenitur etiam in Bibl. nat Paris , ms lat. 1486[a], fol. 145[b], 148[b], *Opp. Gerson.*, V, p 322, 325, D'ARGENTRÉ, *Coll. jud* , I[2], p. 185, qui tamen perperam sub « propositione Johannis Parvi » intellexit « primam assertionem » extractam JOURDAIN, p 332, hanc sententiam et sequentem (n° 2015) confundebat. — 2. Revera post duos dies, dominica Febr. 25, *Justificatio ducis Burgundiae* in parvisio Nostrae Dominae, praesentibus praelatis, magistris, doctoribus et multis aliis, combusta est, postquam mag. Benedictus Gentiani enormitatem assertionum coram populo demonstraverat (vid *Rel. de Saint-Denys*, V, p. 276; *Opp. Gerson.*, V, 323[b], *Journal de Nicolas de Baye*, II, p 170). — 3. Hoc quantum ad articulos per episcopum et magistros Paris. condemnatos de antiqua consuetudine fuit (cf. tom. I *Chartul.*, p. 543). Vid etiam *Opp Gerson* , V, p. 409. — 4 Imprudentia scriptoris dies mensis omissa est Sed inter alia eruitur e sententia inserta litteris Caroli regis infra n° 2016 annotatis JOURDAIN, l c., not 3, sententiam perperam refert ad « diem lune post *Oculi* », i. e. ad Martii 12, quae tamen temporis nota solum apposita est epistolae Gerardi episcopi ad episcopum Meldens. (vid. infra n° 2017, not.). — 5 Cui, Martii 24, Johannes de Landa successit (vid. *Auctar* , II, p. 170, 1).

2015. *Condemnatio novem assertionum magistri Johannis Parvi*

1414, Februarii 23, Parisiis

Gerardus . . Paris. episcopus, et fr. Johannes Poleti . .. salutem in Domino. Notum facimus, quod die date presentium .... certas assertiones extractas de propositione mag. Johannis Parvi, quam ipse *Justificationem dom. ducis Burgundie* appellavit, cum modificationibus et qualificationibus eis [peritis] per Consilium [Fidei] datis, condempnavimus et reprobavimus, condempnamus atque reprobamus, quarum assertionum de verbo ad verbum tenor sequitur in hunc modum.

[*Sequuntur 9 assertiones supra* n° 2011 *editas, cum reprobationibus earum*[1], *sed sine introductione :* Presupposita descriptione tyranni ..]

Inhibentes et interdicentes omnibus .... sub pena excommunicationis .... ne deinceps quisquam audeat predictas assertiones asserere . . publice vel occulte. Quod si quis audiverit aliquem in hac parte culpabilem, nobis infra octo dies, vel cancellario Parisiensi, denuntiare teneatur sub eadem pena.

Bibl nat. Paris , ms. lat. 1486[a], fol 146. — *Opp. Gerson.*, V, p 323 — Haec sententia postea minus et rarius quam prior (n° 2014) diffusa fuit.

1 V. g. ad 1[am] Erronea in fide et moribus, ac multipliciter scandalosa

---

2016. *Carolus VI, rex Francorum, in litteris directis ad universos archiepiscopos, praelatos et viros ecclesiasticos jurisdictionem spiritualem habentes in regno Franciae describit, quae Parisiis facta sint de* Justificatione ducis Burgundiae *assertionibusque ex illa extractis, per Universitatem Paris et episcopum Paris. atque inquisitorem, quorum sententiam de Justificatione suis litteris inserit Mandat eis ut hanc condemnationem publicent, exemplaria perquirant et comburant, atque inhibeant sub poena excommunicationis, ne quis Justificationem foveat vel defendat* Dat Parisius xvj[a] die Martii anno Dom millesimo quadringentesimo decimo tertio, regni vero nostri xxxiiij[o]. « Quoniam omnis potestas »

1414, Martii 16, Parisiis.

Bibl nat. Paris., ms. lat. 1486[a], fol 148-149. — *Opp. Gerson* , V, 325 sq.

Eodem die Carolus VI direxit litteras ad consiliarios Parlamentum tenentes, in quibus processum ut in superioribus litteris describit, et consiliariis mandat, ut sententiam episcopi et inquisitoris in Curia Parlamenti solemniter publicent et in Registris inscribant, exemplaria reperta vero Justificationis dilacerent. Procurator contra delinquentes procedat. « Quoniam omnis potestas ». Sed hae litterae solum an 1416, Jun. 4, in curia lectae et publicatae sunt, ut etiam sententia prior episcopi et inquisitoris (Arch nat. Paris., X1a 8603, fol 3, BUL., V, p. 300, 304, *Opp Gerson.*, V, 332)

2017. *Universitas Paris omnibus annuntiat, quosdem errores fuisse fomitem seditionum, quos episcopus Paris et inquisitor condemnarunt, mittunt sententiam eorum concremetur* Justificatio ducis Burgundiae. *Supposita Universitatis ubique terrarum invigilent*

1414, Martii 17, Parisiis.

Universis presentes litteras inspecturis rector et Universitas studii Parisiensis pacem et veritatem diligere Veritas presertim nostre fidei divinorumque preceptorum tali tamque germano federe paci illi, quam mundus dare non potest[1], consociatur ut absque ea nequeat pax inter homines habitare. Unde tunc primo, dum veritas de terra orta est[2], cecinit multitudo celestis exercitus : « Gloria in altissimis Deo et in terra pax hominibus bone voluntatis »[3]. Nos hunc turbationum, bellorum seditionumque nostris supra modum temporibus debachantium fomitem reputamus, quoniam lesa multipliciter et abjecta fuit veritas nostre fidei salubrisque doctrine, nedum in populo sed in clero. Benedictus autem Deus qui dedit hanc voluntatem in cor regis[4] nostri Christianissimi, dedit et eam in corda plurimorum fidelium suorum prelatorum et doctorum, consurgere viriliter ac potenter adversus aciem improbam heresum[5] et errorum nostre fidei bonisque moribus malignanter adversantem. Deo autem gracias qui [in]cepit, nam et perfecit deditque nobis victoriam, reducens velut ab exilio gravi prefulgidam sororem pulcre pacis veritatem. Sperandum igitur nobis est quod veritas super omnia vincens tandem liberabit regnum Christianissimum a bellis plusquam civilibus et horrendis, in assertione diversorum errorum perniciosa fundatis, si non rursus (quod absit) fuerimus ingrati vel increduli veritati judicialiter ac noviter propalate per reverendum in Christo patrem ac dominum, dominum episcopum Parisiensem et per inquisitorem heretice pravitatis in regno Francie, ex deliberatione celeberrima diuturna maturaque sacri Concilii fidei Parisius existentis, quemadmodum nunc per presentes ad omnium communem noticiam deducere satagimus, cum litteris et mandatis prefatorum episcopi et inquisitoris, obsecrantes et monentes in Domino quatinus in prompta benivolaque susceptione et executione premissorum quilibet pro sua conditione et statu zelatorem se catholice veritatis ostendat.

Concremetur solenni ritu, qualiter actum est Parisius, pestifera illa propositio, quam actor appellat *Justificationem ducis Burgundie,* si reperiatur apud vos, dampnetur et aboleatur sub anathematis interminatione per ordinarios locorum, quoniam inventa est palam erronea in fide et bonis moribus ac multipliciter scandalosa, injuriosa quoque regi et sue dominationi, velud denique fons letifer aliorum errorum inde, et si non occursum esset, scaturientium per populos in hoc Francie regno, quod heretical monstro caruit hactenus,

et Domino protegente in evum carebit Denique suppositis nostris omnibus et singulis, ubicumque fuerint, mandamus, quatinus in excecutione premissorum diligenti zelo fidei procedere non omittant. In quorum premissorum testimonium sigillum nostrum magnum presentibus litteris duximus apponendum.

Datum Parisius in congregatione nostra generali apud Sanctum Maturinum solenniter celebrata, anno Domini millesimo quadringentesimo decimo tertio, die decima septima mensis Marcii.

Bibl. nat Paris., mss lat 1486ª, fol 149ᵇ, 12719, fol. 38ᵇ (ad Martii 16) — Jam Martii 12 (« Datum Parisius .. anno Dom. milles. quadringentes. decimo tercio, die lune post *Oculi*, que fuit duodecima mensis Martii (*ms. et ed.* : Februarii) » Gerardus episcopus et Joh Poleti inquisitor similem epistolam cum inserta (priore) sententia (nº 2014) ad episc. Meldens. miserunt. Ms., fol. 147; *Opp.*, p. 323 sq. Ad litteras supra editas se refert postea archiepiscopus Bituricensis in Concilio praelatorum Paris. (cf. *Opp. Gerson*, V, 387).

1 *Joh*, XIV, 27 — 2. *Psalm.* LXXXIV, 12. — 3. *Luc*, II. 14 — 4. III *Esdr.* VIII, 28 — 5. Ms : « heresim ».

2018. *Epistola consolatoria Universitatis Paris. ad Jacobum I, regem Scotiae, apud Anglos captivum*

1414, initio, Parisiis.

Pro rege Scotie apud Angliam — Dum facta hominum ex litterarum monimentis colligimus, illustrissime princeps ac metuendissime domine, videmus universa sub sole fortune sevientis incursibus fore omniquaque subjecta, preter ea que subnixa sunt in stabili virtutis fundamento Hinc orator ait Salustius, in omni re fortunam dominari[1]. Hinc Virgilianum illud : « fors omnia versat[2] ». Hinc Severinus in libro, quem *de Consolatione philosophie*[3] edidit, inquit de dominatu istius prodigii : « dudum tremendos proterit ipsa reges[4] ». Sed ne legis nostre saluberrima documenta pretereamus, audiamus beatitudinem repromissam pauperibus in spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum[5]. *Abstrahebat*[6] *enim celestis orator filiorum suorum corda et desideria ordinans a cunctis transitoriis et labilibus, et in vere virtutis robore presertim que celestis est anchora indissolubili fundabat.*

Nos vero itaque licet superbientis prodigii sevitiam execramur, odiose captivitati vestre serenitatis toto condolentes ex corde, verumtamen solamina tante turbationis potius inserere quam lacrimas effundere decrevimus, quoniam medicine tempus est potius quam querele. Si enim utraque fortune conditio, et prospere et adverse, debito ponderentur examine ac equa lancę pensemus, ceperimus indubie adversam in omnibus potiorem et omnis vite ac discipline magistram, que veros detegit amicos et mendaces et false felicitatis amatores, quo nichil inter mortales carius existimari potest; et insuper habemus occasionem in ipsa sui mutabilitate sperandi meliora.

Quod ut lucidius fiat, paucula de gestis majorum nostrorum exempla subjungamus

Nonne Regulus ille Romanorum dux omni virtute confectus de tropheis clarissimis et victoriis speciosissimis insidiis Hasdrubalis et Xantipi Lacedemonii ducis ad miserabilem

usque captivi fortunam deductus est? Pretereamus Alexandrum Macedonem, Cirum regem Lidorum, Priamum, Herculem et pene alios innumerabiles, quos non modo fortuna prostravit sed etiam interemit, et ad Julium Cesarem calamum convertamus, quem post devictum magnum Pompejum, post reges subactos, post orbem dicioni Romanorum subjectum, in manus parricidales dejecit Nec aliud tragediarum clamor deflet nisi fortunam indiscreto ictu felicia regna vertentem; e contrario vero de profundo malorum nonnullos emersisse compertum est. Verum ut totius decursus summa hec sit : nil patitur homo ab homine quin simile possit alius perpeti Hoc ideo consolari debet regia magestas, fiduciam sue liberationis ponens in manu illius, qui solvit gemitus compeditorum[7], et oculi ejus semper ad Dominum[8], signanter ad ea que ad pacem sunt Jherusalem[9], videlicet ad splendorem ecclesiastice pacis, que Domino concedente diebus nostris illucescet in unico ac indubitato pastore. Et ad hanc lucem vos venire cupimus cum regno vestro florentissimo, ut qui sumus unum in temporalibus, simus etiam in spiritualibus. Dissonum enim videtur spiritualia temporalibus postponi. Si petitioni nostre condescenderit illustris dominatio vestra, non dubium, veniet in prosperrimos successus atque felices. Liberatio enim Petri apostoli facta fuisse legitur meritis ecclesie sine intermissione orantis[10].

Quapropter regiam serenitatem obsecramus devotius, quatinus [ad[11] notabiliorem et saniorem christianitatis partem e vestigio condescendat, et suis subjectis carissimis pacem et unionem pariat festinanter Super quo mittimus oratores nostros ad gubernatorem regni vestri[12], prelatos, militiam et burgenses, ut videant per omnia veritatem Pisani Consilii, de quo plenius poterit informari celsitudo vestra apud clerum regni Anglie, cum in hiis, que tangunt salutem anime[13], negligentia sit penitus depellenda, quoniam ignorans ignorabitur[14]. Si qua pro serenitate vestra, etc.].

Minuta chartac. in Arch. nat Paris., M 65[b], n° 79 (olim A. 3. hhh). — Jacobus I ab initio anni 1406 in captivitate Anglorum fuit. Haec epistola ad initium anni 1414 referenda est, cum Universitas Johannem Mullechner de Austria cum aliis in Scotiam miserit (vid *Auctar.*, II, p 193, not. 3, 4). Aliae epistolae omnino ad tom. V *Chartul.* pertinent.

1. Sall., *Catil.*, c viii — 2. Vergil, *Bucol.*, IX, 5. — 3 Charta « philosophia ». — 4. Boet., *Consol.*, II, 1 « Dudum tremendos saeva proterit reges ». — 5. *Matth.*, v, 3. — 6. Charactere italico impressa postea deleta sunt. — 7. *Psalm.* ci, 21 — 8. *Psalm.* xxiv, 15. — 9. *Psalm.* cxxi, 6. — 10 *Act.*, ii, 5 — 11 Quae inter uncos inclusa sunt, in ms[to] lineis subductis deleta sunt. — 12. Robertum, ducem Albaniae, avunculum regis. — 13. Charta « animi ». — 14. I *Cor.*, xiv, 38.

2019. *Universitas Paris plures congregationes habet, in quibus tam instigante duce Aquitaniae (qui etiam ambassiatam ad Universitatem misit), quam proprio motu plura statuit seu deliberat pro bono regis et regni, inter alia requirebatur ab Universitate ut ducem Burgundiae inimicum regis capitalem, rebellem et inobedientem reputaret*[1]*, ut Universitas rebellantia supposita puniret et mag Guillelmum Pulchrinepotis ad instruendum populum mitteret*

1414, Jan. 21; Febr. 1, 9, Parisiis.

Auctar, II, p. 162, 26-167, 4, ubi multa inveniuntur, quae hucusque docti ignorabant

1 Nihilominus Universitas cum illo aliquantum communicabat, et an. 1415, Maii 20, ut in tom. V videbimus, ad illum

(« à tres hault et puissant prinse nostre chier et redoubté seigneur monseigneur le duc de Bourgogne ») mag. Pontium Simoneti misit propter deliberationem e carcere quorumdam suppositorum et negotium Concilii Constantiens. Nam Universitas illa tempestate pro magna parte, saltem clam Burgunda remansit. Cf etiam nis 2043, 2044

2020. *Licentiati in facultate medicinae.*

1414, Martii 31, Parisiis.

Ordo licencie medicine facte sabbati post *Judica*

1us Petrus Bernicoti, Gallicus
2us Gerardus Gerardi, Picardus
3us Petrus Biachii[1], Picardus

Comm. fac. med , I, p. 186. Iidem p. 187 iterum iisdem verbis notantur.

1. An. 1435, jam can. Laudunens , una habere cupit canon. S. Johannis de Burgo, vel S. Petri in foro Laudunens. (Suppl. Eugen. IV, nº 307, fol. 131).

2021. *Universitas Paris comiti de Alençon recommendat Johannem Mengant, sacerdotem, suppositum Universitatis.* Escript à Paris, le xiiij jour d'Avril « Tres noble »

Non post 1414, Aprilis 14, Parisiis.

Minuta chart. in Arch. nat Paris., M 65b, nº 31 Cum comes de Alençon an 1415, Jan. 1, factus sit dux (vid. *Juvenal des Ursins,* ed. Godefroy, p. 285), charta ante illam tempestatem scripta est.

2022. *Alamannus tit. S. Eusebii card. et legatus de latere in Francia pronuntiat, causas beneficiales pendentes in Rom. curia in prima instantia magistrorum et scholarium Paris. in rotulo contentorum quoad gratias expectativas juxta constitutionem an 1413, Maii 2, Parisiis decidendas esse, immo juxta litteras Maii 1 usque ad tertiam definitivam sententiam Cum autem id hactenus minime factum fuerit, jubet causas ad ipsum, vel ad episcopum Paris., qui etiam potestatem habet, remitti, et peracta in curia Rom. revocat. Si disceptatio emergerit, an magistri sint de Universitate Paris. et in rotulo descripti, « stetur inspectioni et descriptioni dicti rotuli . Et nichilominus .. [quilibet] probare teneatur quod fuerit presens tempore date dicti rotuli ».* Lecta, lata et in scriptis promulgata fuit hec presens nostra declaratio. . Parisius in domo habitationis nostre . anno a nativ. Dom. milles quadringentes. quarto decimo, indictione septima, die vero lune sextadecima mensis Aprilis, pontificatus dom nostri Joh pape XXIII anno quarto .. « In nomine . Pridem cum sanctissimus »

1414, Aprilis 16, Parisiis.

Originale in Arch. nat. Paris , M 66b, nº 32 Restat filum, quo sigillum pendebat (olim A 13 e). Eodem anno, Jun. 11, Johannes XXIII Bononiae hoc instrumentum suis litteris inseruit et tenorem confirmavit. Observat tamen, causas ab ipsis magistris dependentibus in Rom. curiam introductas non esse Parisios remittendas. Reg. Lat. Johannis XXIII, nº 185, fol. 212. Bul., V, p. 231, qui actum Alamanni perperam ad April. 6 refert.

2023. *Lite mota coram praeposito Paris. inter Johannem de Pisis, mag in medicina, et Mariam de Bosco, dominam de Grangia, quod circa mensem Octobris an 1411 eam Johannes visitaverat et curaverat bene et diligenter singulis diebus usque ad diem septimam mensis Maii sequentis, quanquam distantia habitationum longa erat, nec convenienter solutus erat, idem Johannes centum scuta repetebat, defensatrix eum tribus francis jam solutis debere contentari contendebat, curia parlamenti Mariam ad solvendum 48 franc. condemnat.*

1414, Aprilis 28, Parisiis.

Arch nat. Paris., X1a 60, fol. 212.

2024. *Natio Franciae cum suo procuratore Johanne de Templis processionaliter ivit ad Coelestinos, ubi inhumatum est corpus Ludovici ducis Aurelianens. pro celebrandis exequiis Multi episcopi, praelati, magistri et licentiati omnium facultatum interfuerunt.*

1414, Junii 10, Parisiis

Bul., V, 270, e lib. procurat. nat. Gallic.

2025. *Universitate Paris. congregata et propositis quibusdam articulis per Johannem de Landa, rectorem Universitatis*[1], *et litteris regis Universitati transmissis de decima solvenda perlectis, aliae litterae Universitatis Andegavens. perlegebantur, quibus per legatum suum Stephanum Durandi conquerebatur de ea decima solvenda, quod sine laesione privilegiorum fieri non posset Petit adjunctionem Universitatis Paris Quae post deliberationem facultatum et nationum Andegavensi auxilium apud regem promittit sicut faceret pro seipsa.* Acta fuerunt hec Parisius presentibus ad hec magistris Matheo le Mercier, Dionisio Pagani, magistris in theol , Roberto de Becco[2], Johanne Vipardi[3], decret doctoribus, Johanne Basin, mag in medicina, Michaele le Bondre, Guillelmo Bourdon[4], Johanne Laurentii, magistris in artibus « In nomine Tenore hujus presentis ».

1414, Junii 22, Parisiis.

Rangeard, *Hist. de l'Universite d'Angers*, II, 297, Fournier, *Statuts*, etc., I, p 368.

1. De hujus electione turbulenta vid. *Auctar.*, II, p. 169 sq. — 2. Utraque edit. « Becto ». — 3. Edd. « Cipardi » — 4. Qui anno elapso Romam legatus Universitatis fuit Vid. supra nº 1983.

2026. *Universitas Paris se adjungit Universitati Andegavensi, quae propter laesionem privilegiorum cessationes indixit.*

Non ante 1414, Parisiis.

Pro studio Andegavensi. Credimus, celebres et egregii viri, immortalis Dei singulari beneficio factum ut nos alta virtus honestissimaque rerum agendarum ratio conjungeret, nec alia via felicissima quondam tempora revocari posse putamus, quam studiorum unitate super animi corporisque vires enitentium. Nam in summis culminibus jam fide collapsa ruentibus, in principum minuta majestate promissisque dubiis, in ipsa denique prelatorum constantia nulla spes est evi melioris Quo magis vobis nobisque res est capessenda majorique conamine assurgendum, ut communicatis auxiliis rebus afflictis pro vacatione nostra tandem succurramus Quod si media nostra parum processerint, quod ecclesie satisfacimus animos nostros soletur, sub quibus dum multos mortales habebimus inimicos, eniten-

dum erit ut unita sinceraque consensione nostra saltem ab infausto impurissimorum hominum incursu tutemur, qui Deo volente perseveranti virtute succumbent. Hec, sapientes viri, satis ipsi considerastis, qui determinationis vestre super prosequtione reparationis tam enormis facti nobis litteras patentes cum certo procuratorio per scientificos et apprime eruditos viros Johannem[1] Pergamenarii, magistrum in artibus et in legibus licentiatum et Johannem Ranareu, licentiatum in leg., nuper transmisistis, alacri et exultanti animo eas recenseri audivimus. Sed acceptissima longe nobis illa fuit integerrima vestre voluntatis erga nos affectio, quam luculenter et diserte magister Johannes Pergamenarii legatus vester aperuit. Ex hac itaque tanta tamque virtuosa consensione et ut speramus utrisque felici, Deo primum, dehinc vobis, gratias agimus non solum pares vices, sed quidquid facultatis datur pro negotiis vestris pollicentes. Vestras autem cessationes pro libertatibus ecclesie in nostris suppositis oppressis, pro contempto jure ac violatis privilegiis nostris, pro lesis et contaminatis studiis omnibus sanctissime conclusas et initas, defendimus, eas estimantes nostras et appellantes. Nervi enim sunt studiorum privilegia, quibus solutis totum corpus studii contabescit. Nec in ingrata patria et sub adversantibus liberum studium convalescet. Ac velut satis solo seminibus humore substracto aut arboribus lesis nulli fructus emergunt, sic lesis studiis jus naturale monstrat lectionum fructus uberes substrahendos. Quod si propter oppressam ecclesiam interdum toti civitati divina denegantur, si Christus alicui provincie doctrinam ewangelicam pro tempore substraxit : quis revocabit in dubium quin pro tam nephario scelere sanctissime vestras cessationes indixeritis, in eo quodammodo divino jure neccessitati? Quare nemo quemquam vestrum reprehenderit, quin scientiarum juris ac vetustatis expers judicetur. Igitur agite ut cepistis, viri sapientes, tot malorum implorantes finem, ac nobis rescribentes queque grata.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65^{a}, n° 124 (olim A. 33. ccc). — De quodam facto multo graviori quam in documento praecedenti hic agitur, cujus tamen nec apud RANGEARD nec apud FOURNIER mentio fit, sicut nec magistrorum supra descriptorum. Quidam tamen nexus inter duo documenta exstat, scil. conjunctio utriusque Universitatis Propterea documentum hic inserimus, donec temporis nota certior eruatur. Vid. not. 1.

1. Sequentia usque « Ranareu » in inferiori margine. Johannes « Pergamenerii » fuit cler. Laudunens., et an. 1403, Octob., Parisiis in Collegio Laudunensi adhuc studens in facultate artium, nondum magister (Suppl. Bened XIII, an 10-13, parte 3, n° 92, fol. 145^{b}). Cum supra ut mag. artium et licent. in legibus designetur, documentum vix ante an. 1414 ponendum. Vid. n° 1964.

2027. *De gravi injuria magistro Johanni Campani, rectori Univers , illata in Mathurinensibus ab asseclis Ursini de Taillevanda, mag. theol., qui episcopatum Constantiensem obtinere voluit, deliberant natio Gallicana, deinde facultas artium, postremo tota Universitas, contra Normannos*

1414, Augusti 5, 6, 7, 23, Parisiis.

Anno Domini 1414, die vero 5 mensis Augusti, celebrata fuit congregatio solemnissima nationis Francie in capitulo ecclesie Parisiensis, ubi in arduissimis casibus et necessitatibus et factis urgentibus consuevit ipsa natio congregari sub protectione et directione

Beate Marie Virginis in consiliis et agendis. Et presertim quia locus ille videbatur facilior accessu pro dominis suppositis nationis de omni statu illuc convocatis, scilicet dominis prelatis, magistris in theologia, qui illuc in magno numero affuerunt, doctoribus in decretis et magistris in medicina, dominis de Parlamento, advocatis et practicis, consiliariis Universitatis, dominis pluribus de capitulo Parisiensi, baccalariis formatis in theologia, licentiatis in jure canonico et civili et aliis magistris in artibus in multitudine copiosissima, ut locus non bene capere sufficeret accurrentes. Fiebat autem ipsa congregatio super reparatione cujusdam enormis injurie in die jovis precedente [Aug. 2] perpetrate in persona reverendi magistri et domini, magistri Johannis Campani de natione Francie, tunc rectoris Universitatis, ipso existente in loco congregationis in Sancto Maturino. Quia enim prefatus dominus rector noluerat concludere concessionem supplicationis magistri Ursini de Taillevande Normanni, supplicantis pro adjunctione Universitatis in prosecutione episcopatus Constantiensis[1], de quo contendebat, dicens se pro illius supplicationis concessione salvo suo juramento ...... (*sic*). [Denegavit] supplicationem, quam etiam dicebat dominus rector gratiosam ...; tum preterea quia talis supplicatio erat in magnum prejudicium et gravamen auctoritatis domini nostri summi pontificis et de directo veniens ad substractionem beneficiorum, cujus oppositum prosequi juravit rector sicut et alii in sua institutione[2].

Porro alii faventes dicte supplicationi et materie totis conatibus et validissimis clamoribus instabant ut ipse concluderet, dicentes supplicationem illam rigorosam esse et rectorem debere compelli, quia juravit a majori parte semper concludere; quod et facere moliti sunt clamantes validissime : *cappam, cappam,* per hoc significantes quod sibi violenter aufferretur cappa. Et tandem in exitu ejus de capitulo Sancti Maturini impetum facientes in eum injecerunt manus in capucium et cappam ejus adeo violenter, ut de cappe penna et capucii etiam pars una lacerata sit; et ne violentius traheretur, oportuit quod ipse deponeret suum capucium. Eorum vero qui ipsi domino rectori assistebant defendentes eum, aliqui percussi sunt, et presertim unus usque ad sanguinis effusionem, alius ad terram prostratus et alius per crines tractus. Et breviter fuit impetus et confusio mirabilis et tanta violentia, ut vix ab illo loco potuerit dominus rector exire.

Quoniam igitur injuria talis presertim concernebat nationem ..., idcirco ponebatur in deliberatione quid agendum pro reparatione tam atrocis injurie, per quam lesa erat Universitas tota et presertim facultas artium ... Super quo fuit deliberatum concorditer et consensu unanimi per modum qui sequitur.

Primo quod predicta injuria in personam domini rectoris perpetrata gravis, atrox et enormis injuria erat, tum propter lesam personam, que superior et caput est totius Universitatis, tum propter ledentes, quia tales erant supposita Universitatis rectori subdita et per juramenta sua obligata ad exhibendum illi reverentiam, obedientiam et honorem, loco quorum inferebant sibi rebellionem et offensam. (*Sequuntur tres aliae rationes.*)

Secundo et principaliter deliberatum fuit, quod attentis istis injuria hec totam concer-

nebat Universitatem et prosecutio reparationis illius erat facienda per totam Universitatem tanquam reparatio sue proprie injurie et gravissime lesionis sui honoris; et potissime offensa erat facultas artium, tam propter rationem pretactam, tam quia rector est specialiter caput facultatis artium, specialiorem habens respectum ad eam, ad quam spectat ipsum in officio constituere, quam ad alias facultates : quapropter requirenda erat predicta facultas ex parte nationis Francie, quatenus assumeret factum istud tanquam proprium et reparationem talis injurie prosequi ad honorem suum et totius Universitatis dignaretur, etiam in casu quo Universitas in se nollet vel tepesceret in prosecutione condigne reparationis tam atrocis injurie, cui scilicet, ut dicebant deliberantes, non contigit par in personam rectoris a suis etatibus. Requirenda tamen erat Universitas super ipso per facultatem artium et specialiter per istam nationem....

Tertio et principaliter deliberatum fuit et injunctum ex parte totius nationis cuilibet supposito ejusdem sub pena privationis ab ipsa natione et perjurii, ne presumeret directe aut indirecte prosequi contra presentem deliberationem nationis et prosecutionem ipsius in hac materia, nec partem vel partes injuriantem vel injuriantes directe vel indirecte verbo vel facto fovere, secundum quod unusquisque juraverat in adeptione gradus magisterii.

Quarto deliberavit assistere singulis suppositis suis, aut aliis prosequentibus vel prosequuturis istam materiam.... Et dedit ex nunc procuratori et certis deputatis, quos secum vellet assumere, potestatem et auctoritatem ex parte ipsius prosequendi presens negotium et proponendi apud regem et dominos Francie in parlamento et ubicunque.... Precepit quoque singulis magistris in theologia de ipsa natione per suum juramentum, quatinus parati essent ad proponendum in ista materia, quotiescunque essent per procuratorem requisiti.

Quinto et finaliter injunxit cuilibet supposito nationis, ne cuiquam extra nationem in prejudicium hujus cause revelaret deliberata et conclusa aut etiam prosequenda per nationem....

Circa materiam predicte gravis injurie conformiter ad superius deliberata celebrata est in crastino ad instantiam nationis Francie congregatio solemnis facultatis artium in Sancto Juliano, in qua expositus est casus prefate offense per[3] procuratorem nationis istius, supplicantis pro adjunctione aliarum nationum et totius facultatis ad nationem.. . Super qua materia deliberatum est in illa congregatione per ipsam facultatem artium, quod dominus rector bene se habuerat in non concludendo pro concessione supplicationis magistri Ursini de Taillevande in ultima congregatione, et in hoc ipsum gratum, advoatum habebat et habet, quia videbatur facultati quod salvis conscientia sua et juramento non poterat dominus rector aliud concludere, attentis rationibus suprascriptis in ipsa congregatione nationis. Quapropter contristabatur multum ipsa facultas de casu perpetrato, compatiens domino rectori, qui propter veritatem et justitiam tanta passus esset Et idcirco

volebat sibi assistere in reparatione talis et tam enormis injurie.... Quinimo ipsa natio Normanie tunc devoavit illos qui talem perpetrassent injuriam, dicens illos non hoc habere ab ipsa natione Normanie, nec volebat impedire, quin tales punirentur secundum quod exigant illorum demerita Arguebant tamen dominum rectorem defecisse, quia non concluserat pro concessione illius supplicationis prefate, que fuit radix et occasio hujus miserabilis casus et dissensionis.

Consequenter vero rursus in crastino, scilicet die 7 mensis Augusti, facta est congregatio Universitatis in Jacobitis, in qua ex parte facultatis artium et nationis Francie expositus est casus prefate injurie per procuratorem ejusdem nationis, sicut suprascriptum est, supplicando et requirendo Universitatem ex parte facultatis et nationis Francie, sicut in facultate artium factum fuerat ex parte nationis Francie. Et tandem multis hinc inde altercatis, deliberatum fuit et conclusum per Universitatem, quod injuria gravis erat et que totam tangebat Universitatem multipliciter in hoc offensam et lesam, propter quod reputabat eam tanquam sibi factam et volebat prosequi reparationem illius, sicut reparationem offense proprie. Et interim et pro ante facte erant et fiebant informationes contra malefactores, et capti sunt duo magistri de natione Normanie de magis vel clarius culpabilibus, et scrutabantur alii ut caperentur, si possint inveniri, ut in carceribus suus tepesceret calor et retunderetur tante presumptionis audacia.

Postremo quia propter prosecutionem reparationis prefate injurie tota turbabatur Universitas et in gravi dissensione magis ac magis de die in diem ponebatur, renitentibus Normanis cujuscunque facultatis essent huic reparationi faciende per alium quam per Universitatem, licet ipsam injuriam et perpetratores ipsius devoassent, ut suprascriptum, unde factum regni, quantum Universitatem concernebat, videbatur esse in periculo, dividentibus se nationibus vel facultatibus etiam in aliis materiis occasione talis dissensionis, multis eligentibus potius factum regni (quod etiam alias prosecuti sunt) ruinam pati, quam quod fieret justa reparatio offense sepe memorate, adeo ut nichil tunc fieri aut prosequi per Universitatem posset : quapropter reverendissimus pater et dominus meus metuendissimus dominus cardinalis de Barro, consanguineus domini nostri regis et frater ducis Barrensis, Parisius illis diebus notis de causis adveniens, pro bono pacis et utilitate regis et regni et honore Universitatis se medium in hac disceptatione et controversia constituit, advocans ad se nunc dominum rectorem et procuratorem nationis Francie, nunc vero illos de natione Normanie, istos exhortans ad remissionem sue offense, alios commovens ad dulcem reparationem injurie

Cum diutius huic tractatui pacis intendisset et nondum perficere valuisset,... colloquio habito cum illustrissimo principe domino duce Biturie avunculo suo tunc tenente Parisius locum regis absentis et existentis in suo exercitu ante civitatem et villam Atrebatensem ad expugnationem suorum inimicorum et rebellium, tandem celebrata solemni congrega-

tione totius Universitatis in Sancto Bernardo die jovis 23 mensis Augusti, prefatus dominus cardinalis Barrensis se tantum humiliare dignatus est, ut venerit in propria ad ipsam matrem nostram Universitatem, associatus tribus episcopis, videlicet domino Parisiensi et aliis duobus dominis prelatis, militibus etiam et domino confessore predicti domini ducis Biturie et aliis ecclesiasticis et nobilibus personis in multitudine copiosa, deprecans et affectuose supplicans ex parte domini ducis Biturie et sua, quatenus attentis periculis que ex tali turbatione possent oriri, et his que agebantur in regno, propter reverentiam Dei et bonum ac honorem regis et regni, nec non tranquillitatem et pacem Universitatis, et singulariter ob contemplationem domini ducis Biturie et sui, dominus rector, natio Francie et tota Universitas vellet sibi et sue supplicationi et humiliationi prefatam injuriam condonare et remittere omnes injurias hinc inde factas... Quibus factis Universitas, consentientibus domino rectore et venerabili natione Francie, deliberavit concorditer, quod.... Universitas conformiter ad supplicationem factam condonavit dispositioni dictorum dominorum, videlicet domini [ducis] Biturie et domini cardinalis Barrensis predictam injuriam.... Unde [natio Francie] et consensit expeditioni incarceratorum, et cessationi a captione novorum.. ..

Bul., V, 271 sq , e libr. proc nat. Gallic.

1. Jam April 2 Johannes de Marla, can. eccl. Bajocens., in art. mag. et in utroque jure licent., filius Henrici de Marla cancellarii Franciae, a Joh XXIII electus est in episc. Constantiens. (Reg. Lat., nº 174, fol. 214). — 2. Vid. nº 1965. — 3. Bul. « propter ».

2028. *Johannes XXIII antiquas ordinationes annorum 1319 et 1320 pro Collegio scholarium domus Cluniacens Ordinis Parisiis studentium [in* Chartul nº 781 *editas] transcribit et confirmat.* Dat. Bononie xiij kal. Octob , pontif. nostri anno quinto. « Cum universis ecclesie sancte filiis ».

1414, Septemb. 11, Parisiis.

Originale in Arch. nat. Paris., L 318, nº 8. Deest sigillum Infra P de Aretio. Super plica Pro P de Loco, A. Fidelis. A tergo ℞.

2029. « *Jean sans Peur accuse devant le pape maistre Jehan de Jarson de publier paroles sonnans à dénigration de sa bonne fame et renommé, 9 octobre 1414* »

1414, Octob. 9, Cameraci.

Arch. du Nord. chambres des Comptes, sér. B, tom. I, p. 311. — Ducem Burgundiae tunc Cameraci fuisse ediscimus ex Itinerario ducis apud Gachard, *Collection des voyages*, etc., I. p 54, Ernest Petit, *Itinéraires*, etc., p. 412, et ex oratione Johannis Gersonis ejusdem anni, Decemb. 4, ubi dicit, ducem Burgundiae hoc anno, die nona Octob., in ecclesia Cameracensi protestationem quamdam fecisse *Opp. Gerson* , V, 337

2030. *Magistri regentes facultatis medicinae an 1414-1415*

1414, Novemb. Parisiis.

Secuntur nomina magistrorum hoc anno regentium.

Mag de Sancto Petro	Mag Joh. Comitis
— Guillelmus de Camera	— Joh Leporis

Mag. Guill Pelliparii
— Henr Pelati
— Joh Tancardi
— Joh du Matroy.
— Rob de S Germano
— Jo Belardi.
— Henr Doigny
— Jacobus Sacquespée
— Guill Nepotis
— Droco Decani
— Joh Casson
— Yvo Levis
— Petrus Cardonnelli

Mag Joh Basin
— Joh de Pisis
— Guill de Jardinis
— Robertus Charmolue
— Joh Gray
— Jacobus Despars
— Stephanus de Rovroy
— Hugo Fabri
— Joh Cadart
— Henricus Thibout
— Micael Boveti
— Petrus Bernicoti
— Petrus Brachii [30]

Comment. fac. med., I, p 194. — Nov. 17 electus est decanus Petrus Bernicoti, mag. in artibus et in medicina, quia Joh. Comitis electus Nov. 3 recusaverat.

2031. *Carolus VI, rex Francorum, rectori et Universitati Paris scribit, in Universitate esse plura supposita sediticosa, quae pacem turbant et dissensiones quaerunt; eliminentur In processionibus et praedicationibus nihil admittatur, quod populum ad seditionem commovere possit, et ad Concilium generale mittantur fideles regi, regno et fidei, imprimis quoad quaestionem Johannis Parvi Nulli alii habebunt salvumconductum ad Concilium ex parte regis*[1]. Donné à Paris le xix[e] jour de Novembre l'an de grace mil quatre cents et quatorze, et de nostre regne le xxxv[e] « Il est venu à nostre cognoissance »

1414, Novemb. 19, Parisiis.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 1485[1], fol. 5 sq. (2[a] parte). *Opp. Gerson* , V, 333. — Hae litterae, utique Johannes Gerson eas composuit, Novemb. 24 in congregatione Universitatis apud S. Bernardum publicatae sunt.

1. Vel, ut Martinus Porée in ms. lat. 1485[2], fol. 259[b], scribit, theologi, qui pro parte regis et Universitatis ad Concilium venerunt, duas sententias episcopi Paris. Febr 23 « sustinere jurarunt et defensare, alias non venissent ad stipendia decime imposite ». Vid. *Opp. Gerson.*, V, 580.

2032. *Universitas Paris. scribit Johanni XXIII, ut lis de praebenda in eccl. S Petri Insulens Tornacens dioec , quam Adam de Franseriis, mag. art., generis claritudine insignitus, jam per 14 menses pacifice possidebat, non in curia Rom , ad quam per Balduinum de Frigido Monte citatus est, decidatur, sed juxta privilegia*[1] *per judices Parisiis* Dat. in nostra congregatione generali Parisius apud S Maturinum solenniter celebrata die prima mensis Decembris. « Cogimur »

1414, Decemb. 1, Parisiis

Minuta chartae in Arch. nat. Paris , M 65[a], n° 53. — De simili causa Universitas scribit pro mag Hamone de Magneres, mag. art et stud. theol , quoad beneficium quoddam in dioec. Trecorensi (ibid , n° 58).

1. Vid. n[is] 1977 et 2016.

2033. *Johannes Gerson coram rege, dominis et praelatis in aula « bassa » S Pauli orationem habet, approbatam ab Universitate. Partim eadem, quae anno 1413, Octob. 4 pronuntiat Agit de pace procuranda et demonstrat e multis allatis sententiis, sumptis e* Justificatione ducis Burgundiae *Parisiis damnata, quam contraria haec doctrina paci sit. Qui impedit ne dux Burgundiae suum errorem cognoscat, condemnandus est ut fautor haereticae pravitatis, etc.*[1]. « *Quodsi papa, quod absit, deprehenderetur notorie favere predicte*

Justificationi, aut domini cardinales, ista esset vehementior et apertior causa depositionis eorum, quam fuerit in altero contendentium nunc secum de papatu vel suorum anticardinalium[2] ». *Orator non ut inimicus, sed ut amicus ducis Burgundiae reputetur, ejus saluti animae deserviens.* « Ecce rex benedictus ».

1414, Decemb. 4, Parisiis.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 14851, fol. 152-159. — *Opp. Gerson.*, V, 333-338.

1 Haec sententia ut pronuntiata a Gersone Parisiis an. 1414, more gallic., Jan. 26, in ms^to etiam fol. 27 affertur; ibique additur aliud dicta die ab eodem prolatum : « Et si angelus descenderet de celo et nuntiaret michi oppositum, non crederem, sed dicerem cum apostolo Anathema sit. Ymmo quod plus est, si Deus diceret michi, non crederem, quia antecedens est impossibile. Et adjecit, quod omnia et singula premissa omnibus christifidelibus nota fieri et manifesta volebat ». Haec sententia affertur etiam a natione Picardiae an 1415, Aug. 19, ut prolata a Gersone in sermone publico (*Opp* , p. 379), quanquam priorem sententiam de impeditione ducis Burgundiae ad quamdam congregationem Universitatis apud S. Mathurinum celebratam refert (ibid., p. 378b). — 2. Similem sententiam Johannes Gerson etiam an. 1415, Jan. 5, pronuntiavit. Vid. n° 2036.

2034. *Cum frater Petrus Anjolat, mag. regens in fac theol ac celerarius monasterii S. Florentii Veteris [Andegavens. dioec.], occasione decimarum in regno Franciae nuper indictarum, ab officiariis regis qui temporalitatem ejus ceperant, appellaret, curia Parlamenti deliberat, Petrum dictum male appellasse.*

1414, Decemb. 11, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X1a 60, fol. 256.

2035. *Carolus rex per suas patentes litteras refert, Karolum Magnum dedicasse celeberrimum in civitate Parisiens. studium litterarum « velud alterum Troje vel Athenis palladium, velud preterea fontem illum Parnasi, scilicet Paradisi », laudat doctrinam magistrorum theologorum Paris., quos « in omni sanctarum literarum eruditione precipuos esse constat, quos vel fallere velle vel falli posse nemo facile judicaverit », diversae per orbem nationes, Universitates et regna, « ipsa quandoque Romana sedes, dum olim et nuper, si quid apud eos ambiguum in doctrina christiane religionis obtigerat, certitudinem ab ipso Consilio fidei Parisius existente postulare nec puduit nec piguit » Loquitur contra* Justificationem ducis Burgundiae, *quidque hactenus factum sit contra eam, affert primam assertionem ejusdem, et quid faciendum per judices in Concilio generali.* Dat. in villa nostra Paris vicesima septima die Decembris anno Dom milles. CCCC XIIII°, regni vero nostri xxxv°. *Per regem in suo magno consilio,* Mauregart. « Regia majestas »

1414, Decemb. 27, Parisiis.

Originale in Arch nat. Paris., K 58, n° 85. Deest sigillum. — Bul., V, 258; *Opp. Gerson.*, V, 338 sqq. — Istae litterae compositae sunt a Johanne Gersone, ut iteratae sententiae et justo longior perorandi modus indicant.

2036. *Johannes Gerson sermonem habet in Nostra Domina coram rege, ducibus Aurelianensi, Bituricens., Borbon. aliisque, cardinalibus Simone de Cramaud et Pisano, pluribusque episcopis et maxima multitudine cleri, militum et populi, qui assistebant divino officio pro requie animae occisi Ludovici ducis Aurelianens. In sermone dixit, regnum Franciae melius gubernatum fuisse sub duce Aurelianensi*[1], *quam post ejus occisionem. Dux Burgundiae humiliandus est, ut anima ejus salvetur Propositio Johannis Parvi pro duce Burgundiae an. 1414, Febr , juste cremata est ante portas hujus ecclesiae. Nondum satis est. « Quodsi*[2] *papa et omnes cardinales et omnes de Consilio generali determinarent aut determinassent oppositum propositionum condempnatarum contra propositionem mag. Johannis Parvi, illi essent omnes heretici ».*

1415, Januarii 5, Parisiis.

Chron. de Monstrelet, ed. Douet-d'Arcq, III, 55 sq. Integram orationem non invenimus. — Sermone finito duces Aurelianens. et Bituricens. atque comes Virtutum Johannem Gersonem regi commendarunt.

1. Oblitus est utcumque Joh. Gerson, ut videtur, quid contra ejusdem tyrannidem an. 1405, Novemb. 7, ipse peroraverit. — 2. Sequentia solum in Collect. Martini Porée (Bibl nat. Paris., ms. lat. 1485[1], fol. 27[b]) ut dicta a Gersone referuntur « in vigilia epyphanie in eccl. Paris. coram rev[mo] in Christo patre cardinale Pisano celebrante exequias ducis Aurelianens. an. xv », post similem an. 1414, Decemb. 4, prolatam sententiam (vid. n° 2033).

2037. *Johannes XXIII cancellario et decano facultatis theol. Universitatis Paris., ut Yvonem Eveni, Ord. Praed., per Capitulum generale Januae celebratum ad legendas Parisiis Sententias designatum, in secundis scholis domus Praed. Parisiis ad lecturam Sententiarum admittant.* Dat. Constantiae septimo kal Martii, anno quinto « Viri sacre lectionis »

1415, Februarii 23, Constantiae.

Reg. Lateran. Johannis XXIII, n° 176, fol 115[b] Ripoll, *Bull Ord. Praed.*, II, 526, n° 38. — In bulla papa dicit: « in conventu prefato duplices, *magne* videlicet et *parve* seu *secunde* appellate, scole existunt, per fratres quoque juxta quedam constitutiones et statuta super hoc edita ac hactenus observata ex fratribus ipsis unus dumtaxat, ordinarius nuncupatur (et cui ipse scole magne pro tempore assignantur pro lectura libri prefati; nisi apostolice sedis cuiquam specialiter super hoc opituletur amminiculum), anno quolibet vobis (*i. e.* cancellario et decano) presentari consuevit ac etiam deputari ».

2038. *Johannes XXIII cancellario et decano facultatis theol. Universitatis studii Paris. injungit, ut Johanni Vulpis, Ord. Praed., qui bina vice in Universitate Paris. publice erudivit et pluries praedicavit, minores scholas domus Praed. Parisiis ad legendas Sententias assignent.* Dat. Constantie quarto non Martii, anno quinto. « Viri sacre lectionis ».

1415, Martii 4, Constantiae.

Reg. Lateran. Johannis XXIII, n° 176, fol. 113[b]. — Ut ibidem scribitur in domo Parisiis « due scole theologice facultatis consistunt, in quarum una, videl. majori, per Ordinem ipsum, et alia scolis minori auctoritate apostolica de bacallario pro lectura librorum Sententiarum provideri consuevit ».

2039. *Universitas Paris. papetarios de consortio juratorum ipsius esse declarat, eisdemque privilegiis ac libertatibus frui, nec per exactores aut firmarios quoscumque, ratione venditi aut empti papyri, molestari debere.*

1415, Martii 11, Parisiis.

Universis harum seriem litterarum inspecturis rector et Universitas magistrorum et scolarium Parisius studentium, salutem in filio Virginis gloriose et presentibus indubiam dare fidem. Notum facimus quod in nostra generali congregatione apud Sanctum Bernardum Parisius solemniter celebrata personaliter constituti providi et honesti viri Bartholomeus Recent, Petrus le Camus, cives Trecenses, Jacobus de la Chenaye dictus Layrre, Johannes Deligaut, Martinus Mousle et Johannes Carnificis, Parisius commorantes, papetarii et de mercaturis papyri se intromittentes, nobis in publica audientia exposuerunt et exponi fecerunt, quod, licet ipsi et sui predecessores semper fuerint et sint de numero suppositorum nostrorum, presertim a sexaginta annis et citra, a quo tempore etiam privilegiis et indultis tam papalibus quam regalibus nobis concessis, in hoc Francie regno in duobus locis dumtaxat, videlicet apud Trecas et Essonem diocesis Parisiensis, in favorem et utilitatem nostri studii et suppositorum nostrorum papetarii, molendina et alia instru-

menta ad hec necessaria fuerint primitus instituta, quoniam papyrus per extraneos mercatores de Lombardia per antea multo carius vendebatur, et quod ex eisdem privilegiis omnibus impositionibus et quibusvis aliis pecuniarum exactionibus seu solutionibus pro factione, emptione et venditione papyri hujusmodi ipsi et sui predecessores papetarii fuerant et erant exempti, quitti, liberi penitus et immunes pariter, sicut pergamenarii, librarii et alii jurati nostri, quodque similes mercatores seu papetarii tanquam librarii et jurati nostri ab impositione et exactione contra firmarios, impositione duodecim denariorum pro libra coram electis et commissariis ex parte domini nostri regis in villa, civitate et diocesi Parisiensi super facto subsidiorum ordinatorum pro guerra, apud Sanctum Eligium in judicio contradictorio fuerant sententialiter absoluti, prout per patentes hujusmodi sententie litteras hodie coram nobis exhibitas tribus sigillis dictorum commissariorum in cera rubea sigillatas, sanas et integras, et de data anni 1389, die mercurii 18 mensis Augusti, premissa vidimus plenius contineri, ac nobis extitit legitime facta fides. Quodque etiam a dicto tempore 60 annorum citra in villis, passagiis et aliis locis, in quibus exactio seu impositio aliarum mercaturarum exigitur, tamen a mercaturis et mercatoribus papyri et tam in regno quam extra nichil penitus exigitur nec exigi consuevit, sed mercatura et mercatores hujusmodi a solutione hujusmodi et quibusvis aliis exactionibus fuerunt semper et esse consueverunt quitti, liberi et immunes, nichilominus, sicut ipsorum exponentium assertio continebat, sunt nonnulli impositores seu impositionis firmarii de privilegiis et libertatibus hujusmodi ignorantiam pretendentes, sicut dicunt, et qui sub velamine et pretextu ignorantie nituntur de facto ab eisdem exponentibus impositionem 12 denar. pro libra pro mercaturis papyri exigere et pecunias extorquere ... Quocirca nos .... volentes propterea ne pretextu ignorantie libertates et privilegia nostra tales et consimiles firmarii pretextu et velamine facte aut fictitie ignorantie infringere ac penas et sententias predictas [excommunicationis] damnabiliter incurrere, ac juratis et suppositis nostris damna, gravamina, vexationes, molestias et jacturas inferre seu impendere presumant, in hujusmodi nostra generali et solemni congregatione, matura deliberatione prehabita, per quatuor nationes et facultates, ut moris est, concorditer deliberavimus, voluimus et conclusimus dictis exponentibus et aliis suppositis in premissis pro conservatione dictorum privilegiorum omni possibili deffensionis et protectionis presidio assistere, et eas in et sub protectione nostra et salvagardia speciali conservare et ad omne dubium et scrupulum singulorum deinceps in perpetuum tollendum, ipsos exponentes et alios papetarios et papyri mercatores voluimus, declaravimus et decrevimus, volumus, declaramus et decernimus per presentes fuisse et esse de consortio et numero juratorum et suppositorum nostrorum et ipsos eisdem et similibus privilegiis, franchisiis et libertatibus uti et gaudere posse et debere, nec per quoscumque firmarios impositores aut exactores alios ratione venditionis vel emptionis papyri posse vel debere quomodolibet molestari .... omnes et singulos, universos principes, comites, barones, milites, *etc.*, attente requirentes et rogantes .... quatenus dictos

exponentes et quemlibet ipsorum in observantia privilegiorum ipsorum nostrorum predictorum, ac sub nostra predicta protectione et salvagardia ab omni exactione et solutione impositionis hujusmodi et quibusvis aliis exactionibus viriliter protegant et conservent. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum Parisius in congregatione nostra apud Sanctum Bernardum solemniter celebrata anno Domini millesimo quadringentesimo quarto decimo, die undecima mensis Martii.

Signatum : Jo. YSAMBARDI.

BUL., V, 278, e quo KIRCHHOFF, *Die Handschriftenhandler des Mittelalters*, p. 180.

2040. *Johannes de Crepone, doctor actu regens in fac. decret., rectori testatur, mag Johannem de Gieyo fuisse suum continuum scholarem in illa facultate*

1415, Martii 15, Parisiis.

Originale in Arch. Univers. Paris., thec. III, a. 7 f. — JOURDAIN, p 229, not. 1.

2041. *Johannes Maillé, librarius et bedellus Universitatis, accusatus quod sit tantum tabernarius, et abusor privilegiorum, se defendit contra accusationes.*

1415, Junii 8, Parisiis.

Jehan Maillé, appellant des esleuz de Paris contre les fermiers du iiij^{me} des halles de l'année derrainement passée, dit presupposés les previlèges de l'Université, qui comprennent libraires et bedeaulx, dit qu'il est libraire et bedeau de ladicte Université et a des vignes où il a creu certains vins qu'il a fait vendre à detail. Lesdiz fermiers le firent adjourner et lui demandèrent le iiij^{me} de xxx queues et xxxiiij muids. Il respondi qu'il n'en devoit rien, parce qu'il estoit libraire et du nombre derrainement lors restraint[1] et qu'il estoit bedeau de monseigneur l'abbé de Saint Lau[2] et l'estoit lors, et depuis qu'il trespassa il fu bedeau d'un autre docteur, et si disoit qu'il n'avoit pas tant vendu qu'il lui faisoit demande, mais bien estoit vray qu'il y avoit des vins en sa maison xij ou xvj queues, que bonnes gens de villaiges y avoient mis pour les gens d'armes, lesquelx ilz povoient avoir inventoriez. Et ce non obstant les esleus le condempnèrent en tout le iiij^{e} dont ilz lui faisoient demande, dont il appela tres bien. Concluant tout pertinent et despens et *re vera* il n'en avoit pas tant vendu.

Defendent qu'il est pur lay et ne se congnoist en livre, car quant on lui demande s'il a lu lez[3] vij ceaumes en latin, il respond que non, et est inhabile à estre libraire, et si demeure en Fossé Saint Germain à la banière de Flandres et n'est point libraire et est gros marchant. Il vendi xxxvij queues et xxxiiij muids, dont ilz firent demande du compte et le serement. Il confessa la vindange, mais il dist qu'il n'en devoit rien parce qu'il estoit libraire, mais il ne parla point qu'il feust bedeau. Ilz repliquèrent qu'il n'estoit point libraire, car il ne savoit lire et ne si congnoissoit, et ne devoit joir de chose où il ne se congnoissoit, et est abuser, et si dient qu'il n'y a que iiij principaulx libraires et xvj autres,

esquelx l'Université s'est re[s]traint[4], et en fu bouté hors. Et tout veu, les esleuz le condempnèrent, dont il appella tres mal et est frivol l'appel, car il se voult aidier de previlèges dont il n'est pas capable, et ne fait à recevoir, et ne allega point qu'il ne feust bedeau et vient trop tart à le proposer, et aussi ledit docteur estoit lors trespassé, et supposé qu'il feust lors libraire, ce ne vauldroit, puisqu'il a esté repputé inhabille et doit redonder ou temps de lors, et confessa ladicte vindange.

Repplique que partie ne dit chose qui vaille et ne dit que chose negative, et fu grevé, car il estoit libraire et de la restriccion faicte du consentement des gens du roy, et si estoit bedeau, *ergo* franc, et si fu condempné en plus qu'il n'avoit vendu, et n'est point marchant, mais y vent seulement les vins de son creu, et si a des clers qui escrivent livres pour ladicte Université continuelment. Quant est de ce qu'il a dit des vij ceaumes, dit que ce qu'il en aroit dit, il l'aroit dit pour monstrer la cornadise[5] de cellui qui le lui demandoit. Et estoit capable des previlèges et n'a point esté privé comme inhabile, et s'il y a restrinction, c'est à entendre du temps avenir et non pas du temps passé, et aroit esté faicte depuis la sentence, et ne s'en peut aidier maintenant, et proposa qu'il estoit bedeau et ne confessa point ladicte vindange, et [se] avoit esté enregistré ce aroit esté par erreur.

En droit.

Arch. nat. Paris, Z^{1a} 6, fol. 40.

1. Ad 16, ut infra dicitur Vid. not. 4. — **2.** I. e. S. Lupi, O. S. Aug, Trecens. Johannes de Castro, cum esset licentiatus in decret. et prior prioratus de Montargis, Senonens. dioec., an. 1411, Mart. 2, factus est abbas (Reg. Lat Joh. XXIII, n° 142, fol. 235b). Ex supra relatis liquet eum an. 1415, Jun. 8, jam defunctum fuisse. Successor, Simon Porrigelli, an. 1418, Maii 4 tantum, in abbatem confirmatus est (Arch Vat., XII, 121, p. 103). In *Gall. Christ*, XII, p. 590, quasi omnia falsa. — **3.** Ms. « mulz » pro « lu lez ». I. e. septem psalmos. — **4.** Hoc loco solum comperimus, Universitatem Paris. librarios paulo antea ad numerum 16 reduxisse Antea usque ad numerum 28 fuerunt. Vid *Chartul.*, II, p. 531 sq. — **5.** I e stultitiam.

2042. *Librarius Oliverius de Imperio Boemundo de Lutrea, bedello nat. Anglic., suam domum vendit ad usum scholarum.*

1415, Julii 12, Parisiis.

Magister Oliverius de Imperio[1] vendit Boemundo de Lutrea[2] bedello nationis Anglicane quandam domum suam sitam in vico Claustri [Brunel]li ad intersignium Beati Michaelis[3] cum banchis et sedibus scolarum ibidem existentium, pretio centum et quinquaginta scutorum aureorum, et in auro solvendorum, oneratam liij sol. paris. pro omnibus oneribus, videlicet xx monasterio Sancte Genovefe, xx cuidam capellano Sancti Severini[4], decem collegio Sorbone et tres pro fundo terre illis de Sancto Benedicto Beneverso Paris.

Actum anno Domini MCCCC decimo quinto, die xij^a Julii, presentibus Stephano Basileau, clerico Parisiensi, et Gerardo Ronceleti, etc., clerico et notario publico Tullensis dyocesis .. MARINETI.

Originale in Arch nat Paris., M 73, n° 18. — De hac venditione exstat ibidem, n° 19, instrumentum praepositi Paris. Tangier (Tanneguy) du Chastel, Jul 13, ubi dicitur domum praedictam sic sitam esse, « tenant d'une part à l'ostel du Chastel et d'autre à Boemont de Lutre, aboutissant par devers à l'ostel de la Longue Alée », quam Oliverius vendidit cum omnibus

utensilibus, « pertinans à fait d'escolage, comme chaires, bancs, fourmes et letrins ». Aug. 26 Jehan Chandelier « maire et garde de la jurisdicion que ont à Paris les chanoines de Saint Benoit le Bientourne » misit in possessionem Boemundum (ibid., nº 20). De hac domo adhuc agitur an. 1461 et 1489 (ibid., nis 21 et 22).

1. Fuit unus e quatuor librariis Universitatis Paris. Vid. etiam *Auctar.* I — 2. De ipso saepe in *Auctar.* I et II — 3. In nº 19 « où est painte l'image saint Michel ». De hac domo saepe in *Mem. fac. decr.* — 4. In nº 19 « à une chapelle fondée en l'église de S. Seurin ».

2043. *Litterae procuratoris et nationis Picardorum, quibus ad relationem mag. Johannis de Monteleonis, mag art. et licentiati in theol., asserunt, se ducem Burgundiae gratum habere*[1], *Johannem Gerson. legationi Universitatis ad Concilium non adjungunt, immo ipsum revocant, et hoc propter personam quam ipse, « quem furor, impetus pariter et odium excitabant » contra ducem Burgundiae, in processu damnationis Johannis Parvi gessit. Juxta sacrorum canonum instituta atrociter puniendus est Propositio in Concilio condemnata nunquam in regno Franciae assertorem habuit* Dat Parisius in nostra generali congregatione [apud S Julianum Pauperem] solemniter congregata anno Dom, milles quadringentesimo quintodecimo, die xix[a] mensis Augusti « Nuper siquidem »

1415, Augusti 19, Parisiis.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 1485[1], fol. 3 (in 2[a] parte). — *Opp. Gerson.*, V, 376 sqq.

1 Similia ut in documento sequenti facult. decret.

2044. *Litterae decani*[1] *et collegii facultatis decret Paris., quibus ad relationem mag. Johannis de Monteleonis sequentia statuunt*[2]. *1º ducem Burgundiae gratum habent, 2º non credunt ducem Burgundiae aliqua commisisse, propter quae Imperator male contentari potuerit, 3º credunt ipsum nullam confoederationem cum Anglis habere, 4º non credunt Johannem Parvi propositionem in Concilio Constantiensi condemnatam asseruisse, proindeque Johanni Gersoni non adhaerent, immo ipsum desavoant, 5º Johannes Gerson a sua legatione revocetur, 6º ne praefatus error « error Franciae » vocetur, concludunt dare deputatos ad ducem Aquitaniae, ut ipse Concilio Constant rescribat, quatenus honorem regni conservet* In quorum premissorum testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum Datum et actum [in congregatione nostra generali apud S Johannem Hierosolymitanum Parisius solemniter celebrata] an Dom M CCCC XV, die xxj mensis Augusti. « Hodie siquidem »

1415, Augusti 21, Parisiis.

Bibl nat. Paris , ms lat. 1485, fol. 2 (in 2[a] parte). — *Opp. Gerson.*, V, 374.

1. Livini Neuelinc, qui (Livinus « de Gandavo ») an. 1414, Decemb. 20, pro parte ducis Burgundiae et pro ipso Constantiae in loco nationis Germanicae, scil. in refectorio frat. Minorum, ad quatuor quaestiones respondebat (Bibl. nat. Paris , l. c., fol. 16, 1[a] parte). — 2. Et quidem « habita matura et diuturna inter nos, uti in arduis negotiis solitum est fieri, de et super omnibus et singulis premissis deliberatione ». Hoc notandum, cum eadem facultas anno sequenti, Novemb 18, quando contrarium asseruit, dicat, antea deliberata non de mente facultatis legitime congregata processisse.

2045. *Johannes Fusoris accusatus de crimine laesae majestatis*

1415, Septemb. 7, Parisiis.

Du samedi vij[e] jour de Septembre l'an mil quatre cens et quinze. Par devant maistre Jehan de Vailly, president en parlement,... a esté attaint ou petit Chastelet à Paris maistre Jehan Fusoris, chanoine en l'eglise Nostre Dame de Paris, maistre en medicine et bachelier en theologie, né de la conté de Retel, aagié de cinquante ans ou environ, si comme il dit,

prisonnier oudit petit Chastellet du jour d'uy. Lequel, ... interrogé quel temps il y a que il ot premierement congnoissance et acointance à l'evesque de Norwych, dit que ce fu environ le temps de karesme derrainement passé, et tantot après a dit que ce fu un pou après que le roy nostre sire retourna du voyage d'Arras.

Interrogé qui lui en donna l'acointance, dit que un appellé maistre Regnault[1], libraire demourant en la rue des Parcheminiers, près de la rue du Bourch-de-Brye, fu celui qui la lui donna par le moyen de ce que ledit maistre Regnault vint devers lui et lui dist que ledit evesque avoit tres grant voulenté de parler à lui pource que il avoit entendu que il s'entremettoit d'astrologie.

Item dit que il ala par devers ledit evesque lors logé en l'ostel de Bourbon et lui parla ledit evesque de ladicte science d'astrologie. . Assez tost aprez il porta audit evesque sept instrumens de laton touchant le fait et estat des planètes et lui en promist ycelui IIII^c escus...

Arch. nat. Paris., LL 85 (olim 188), fol. 1. — In eo codice continetur · « Processus mag. Johannis Fusoris canonici Paris. tam coram judice layco quam judice ecclesiastico factus », eoque usi sunt nuper A. DE CHAMPEAUX et P. GAUCHERY, *Les travaux d'art exécutés pour Jean de France duc de Berry* (Paris, Champion, 1894), p. 126 sqq. An. 1415 et seq. per regem ipsum contra mag. Joh. Fusoris lis intentata est de crimine laesae majestatis, quia cum Anglis et cum duce Burgundiae clandestinam communicationem habuit in damnum regni Franciae. Fuit incarceratus, et quia canonicus Paris., requisitus a capitulo Paris. Anno eodem, Septemb. 7 et 11, instructio de ipso facta est, et anno sequente, Jan. 22, apud cancellarium Franciae, elargitus est Joh. Fusoris, restitutus capitulo Paris., an. 1416, Jul 24, pronuntianti « quod non erat pro nunc condempnandus nec etiam absolvendus », sed relegandus, si promiserit se nullum commercium habiturum cum duce Burgundiae (fol. 59^b sq).

1. Mag. Petrus de Verona et Reginaldus du Montet, librarius, etiam incarcerati, elargiuntur Sept. 18, an 1415.

2046. *Facultas medicinae magistrum Johannem Fusoris incarceratum requirit*

1415, Septemb. 21, Parisiis

Die sabbati post festum Sancte Crucis anno M° CCCC° XV° fuit celebrata congregacio facultatis... Fuit expositum quomodo venerunt ad notitiam decani, quod venerabilis et discretus vir mag. Johannes Fusoris, mag. in artibus et medicina et baccalarius in sacra pagina, fuerat et erat adhuc incarceratus sine informacione precedenti, et quod predictus magister fuerat requisitus ab aliis communitatibus de quibus ipse erat, et a facultate medicine minime Quare cum secundum tenorem privilegiorum magistri vel scolares incarcerati debeant repeti, si non sint convicti de crimine, sicut nec dictus mag. Johannes Fusoris erat, requirebatur quatenus placeret facultati dictum magistrum Johannem repetere et laborare pro sua expedicione. Super quo placuit facultati dare deputatos qui ipsum requirerent et pro sua expedicione laborarent Et fuerunt dati deputati magistri Johannes Comitis, Johannes Leporis, Droco Decani, Yvo Levis, Johannes Basin, Robertus Charmorue, Johannes Belardi, Johannes Gray et multi alii.

Comm. fac. med., I, p. 196.

2047. *Statutum facultatis decretorum de locagio scholarum*

1415, Septemb. 19-26, Parisiis.

19ª mensis Septembris deliberavit facultas concorditer super supplicatione facta per proprietarium scolarum facultatis ea que sequuntur :

1° Voluit facultas conservare et manutenere proprietarium in suis antiquis libertatibus et francichiis (*sic*) conformiter ad statuta facultatis.

2° Conclusit quod quilibet de novo doctorizandus habeat solvere proprietario scolarum ad minus 8 sol. paris , prout hactenus est fieri consuetum.

Item voluit quod quilibet frequentans et audiens lectiones matitudinales (*sic*) solvat dicto proprietario scolarum modo consueto ij sol. paris.

Insuper conclusit memorata facultas circa locagia scolarum quod scolis doctoralibus repletis, nulle scole conducentur nec a decano cedule sigillabuntur, nisi prius locatis et repletis *magnis scolis* et aliis scolis ad dictum proprietarium pertinentibus, tam *inferioribus* quam *superioribus*. Vellet tamen bene facultas quod de novo respondentes sub doctoribus, sive in disputationibus sive in repetitionibus, aliquid pro reparatione bancharum et pulpitrorum habeant solvere.

Finaliter declaravit dicta facultas quod per suam dispensationem factam super proposito vel harenga, in nullo derogetur juri proprietarii, ymo vult quod tales cum quibus sic dispensatum est, ut prefertur, solvant ibidem quod consuetum est sol[ar]ium proprietario, cum in prejudicium tercii facultas non consueverit dispensare.

Die jovis xxvj Septembris facultate decretorum post missam in Sancto Johanne congregata inter cetera conclusit et ordinavit, quod decanus [1] dicte facultatis nulli det cedulam pro incipiendo suas lectiones in decretis, donec *magne scole* qualibet hora sint replete. Item ipsis et doctoralibus repletis nulli det cedulam, ut dictum est, donec *scole superiores* supra *secundas* scolas dicte facultatis etiam sint replete, ut dictum est.

Item prohibetur bedello et subbedello dicte facultatis quod nullum ponant in cathedra pro faciendo propositum vel harengam, si cum eo fuerit dispensatum de proposito, donec proprietarius sit contentus de duobus solidis quos debet sic incipiens dicto proprietario, ratione sui principii, sub pena recuperandi hujusmodi peccunias supra eos, si contrarium fecerint.

Item quod de ista deliberatione detur cedula dicto proprietario sub sigillo decani et de aliis deliberationibus precedentibus factum predictarum scolarum concernentibus

Ista deliberatio fuit relata per organum domini prioris de Prato [2], loco decani tunc in disputationi[bu]s publicis et generalibus occupati, et qua[m] deliberationem scripsit in quadam cedula et propria manu signavit scribendo in fine : « Ita est. R. DE BECCO. »

Memor. fac. decr., I, fol. 1ᵇ.

1. An. 1415-1416 fuit LIVINUS Neuelinc. FOURNIER, *La faculte de decret*, I, p 127, not 2, scribit « Le nom de ce docteur

régent est assez incertain ». Minime, nam est radicis germanicae, significantis *Neuling*. Semper scribendum · *Neuelinc*, vel *Niuelinc*. In Bibl. nat. Paris, ms. lat. 1485[1], fol. 16, vocatur Livinus « de Gandavo ». Vid. supra nº 2044, not. 1. — **2.** Roberti de Becco. Vid. p 306, not. 8.

2048. « *Sequuntur nomina illorum qui inceperunt [in facultate decretorum] lectiones suas in nonis Nostre Domine* »

1415, Mart.-Septemb., Parisiis

Frater Egidius Odardi, relig B Barbare, O S Aug, Lexoviensis dioc., hodie incipiet 3m librum decretalium in *scolis superioribus* S Johannis Jerosolomitani *ad intersignium castri* pro 1º anno et 1º volumine lecture sue (Martii 10).

Clemens Amici de Parisius, clericus vicarius vicarie S Petri in monasterio S Guillelmi de Desertis fundate, Lodovens dioc., bac in decr Paris, hodie incipiet 4m libr. decretalium in *scolis superioribus retro*, ubi legit venerabilis et circumspectus vir mag Johannes de Villanova, decr. doctor, pro 1º an et 1º vol lecture sue et continuabit ad voluntatem audientium (Mart 14)

Nicolaus Rouselli, cler. Lingonens. dyoc, mag in art et bac. in decr Paris. ., incipiet 1m lib. decretalium in *scolis posterioribus, ad intersignium S Andree*, pro 2º an et 2º vol (Mart 26)

Johannes Brindelli, curatus B Marie de Fresnayo, Cenomanens dyoc, bac, etc, inc. 3m lib decretalium in *scolis secundis* hujus facultatis, in quibus legit rev pater et dominus, dominus Stephanus abbas S. Petri Carnotens., pro 5º an. et 5º vol (April. 15).

Petrus de Chalus[1], abbas monasterii Ebrolii Claromontens dioc, O S B, in *scolis anterioribus* supra scolas secundas facultatis, inc 1m libr decretalium pro 3º an (April 18)

Frater Petrus Guilhebaudelli[2], presb religiosus monast. S Augustini Lemovicens, O S B, prepositus de Rielhaco ab eodem monasterio immediate depend, bac in decr Paris, 4m lib decr. in *scolis superioribus ad ymaginem B Petri Celestini* pro 2º an (April 18)

Johannes Sarre[3], cler Senonens dyoc., mag in art et bac in decr Paris,. 6m lib decr in *scolis inferioribus ad scutum Britanni[e]*, in quibus legit dom doctor mag Anthonius de Lauco[4], pro 4º an (Maii 2)

Radulphus Rousselli[5], cler Constanc dioc, mag in art, lic in leg Aurelian et bac in decr Paris, subdiaconus curatusque eccl de Fonteneto supra Vada, Bajoc. dioc, 5m lib. decr, in scolis ubi legit. mag Levinus Neuelinc, decr doctor (Maii 7)

Richardus Barron, cler mag in art, lic in leg Aurelian et bac. in decr Paris, . 4m lib decr in scolis *superioribus anterioribus, ad intersignium sancti* [*ms* · scuti] *Andree*, pro 2º an (Maii 10).

Alexander de Lawedre[6], Scotus, . 5m lib decr in *scolis superioribus* in quibus legit dominus S Georgii[7], pro 2º an (Maii 9).

Durandus Barrerii, bac in decr, . 5m lib decr pro 2º an, in *scolis non doctoralibus* (Maii 23).

Frater Guillelmus Chesnel ., Clementinas in *scolis superioribus* illis in quibus legere consuevit dom. prior de Prato[8], pro 2º an (Maii 19)

Dominus Johannes de Coudrayo, .. 6m lib decr. in *scolis inferioribus*, in quibus legere consuevit . mag. Joh de Villanova, pro 4º an. et 5º vol (Jun 3)

Matheus Petri[9], cler Corisopitens dioc, mag in art et bac in decr Paris, resumet lectiones in titulo ., ubi alias dimisit, in *scolis inferioribus, ad ymaginem S Martini*, ubi legere consuevit . abbas S Mecencii[10] .. pro 5º an (Jun 4).

Johannes le Flecheur, cler Leonens dyoc, bac in decr Paris, 4m lib. decr in scolis *ad scutum Sabaudie* supra scolas, [in] quibus legere consuevit Lyvinus Neuelinc, pro 5º an et 4º vol. (Jun 4)

Varnerus Brekewolt, cler Lubicens, . 2m lib. decr in scolis S. Johannis, ubi legit mag Livinus, pro 3º an. (Octob 12).

Johannes Mercatoris, cler Claromont. dioc, bac. in decr. Paris, ... Clementinas in *scolis superioribus*, in quibus legere consuevit mag J de Villanova, pro 2º an (Jun 17)

Johannes Maleti, Briocens dioc, mag in art. et bac. in decr Paris, ... in nonis B. Jacobi resumet lectiones suas in decr. « clericus de fidejussoribus », ubi al. dimisit in *scolis superioribus* S Johannis Jerosol., in quibus leg . abb S. Crispini majoris[11] (Jun. 17)

Clemens Amici, cler de Paris, etc, Clementinas in *scolis superioribus* [*ut supra*], pro 1° an et 2° vol (Jun 17)

Guillelmus Hemery, cler Rothomagens dyoc, mag in art et bac in decr Par, . 4m decr in *scolis superioribus, ad ymaginem B Michaelis*[12], pro 1° an (Jul. 22)

Frater Augerius de Bria[13], can regul O. S Aug, Andegavens dyoc, sacrista monast S Georgii supra Ligerim, bac in decr Paris., . Clementinas in *scolis superioribus* supra scolas, in quib legere consuevit mag. Joh de Villanova, pro 4° an (Jul 22)

Johannes Rabigois de Paris, lic in leg et bac in decr Paris, 2m lib decr in scolis *ad ymaginem B Johannis*, in quib. legere consuevit dom abbas de Gemeticis[14], pro 2° an. et 3° vol (Aug 2)

Petrus Gay, cler. Lemovicens dyoc, bac in decr. Paris, 5m lib decr. in *scolis anterioribus, ad intersignium scuti Britannie*, pro 2° an (Aug 17)

Johannes Curti, presb Lugdunens. dyoc et bac in decr, 2m decr in *scolis bassis, ad intersignium scuti* [*S Johannis*] *Jerosolim*, in quibus legere consuevit mag Joh Guarin, decr doct, pro 5° an (Aug 27)

Johannes Valentis, mag in art et bac in decr Paris, can eccl Eduensis, 2m lib decr in *scolis inferioribus, ad castrum*, ubi legere consuevit mag Joh. Guioti, pro 3° an. (Aug 30)

Johannes Hospitis de Mailliaco, Trecens dyoc, mag in art et bac. in decr, 2m libr decr in *scolis superioribus* a parte posteriori, *ad intersignium scuti Britannie*, pro 2° an (Sept 3)

Petrus de Relliaco, Lemovicens dyoc, lic in leg et bac in decr, 6m lib decr in *magnis scolis*, pro 2° an et 3° vol (Sept 10)

Dominus Matheus, humilis abbas S Maglorii Paris[15], bac in decr, 3m lib decr in scolis in quibus leg Livinus Neuelinc, pro 1° an (Sept 13)

Johannes Renulphi, alias de Ussello, cler Claromontens dyoc, bac in decr., 6m lib decr in scolis *ad intersignium corone*, in quibus leg. mag Joh Vipardi[16], pro 1° an (Sept 22)

Anthonius de Manso, cler et bac in decr Paris, 3m libr decr in *scolis bassis, ad intersignium S Andree*, ubi leg religiosus vir Joh de Fargiis[17], pro 1° an (Sept 22)

Joh Milonis, cler. Carnotens, bac in decr, 4m lib decr in *scolis superioribus, ad intersignium corone*, pro 1° an. (Sept 23).

Petrus Gastinelli, presb. Redonensis dyoc, mag in art et bac in decr 4m lib decr., *in scolis superioribus, ad ymaginem S Michaelis*, pro 1° an (Sept 24)

Frater Guillelmus Kerlech, relig. monast S Mathei in Finibus terrarum Leonens dioc, bac in decr Paris, 3m lib decr in scolis in quib leg abbas S. Petri[18], pro 1° an (Sept 24)

Guillelmus Guespin[19], cler, curatus par eccl S Germani de Solineyo, Sagiens. dyoc et bac in decr Paris., 1m lib decr in scolis in quibus leg mag Reginaldus Crassy, pro 1° an (Sept 23)

Frater Guillelmus Feullet, O S B, prepositus de Emanto Senonens dyoc, bac in decr, 3m lib decr in *scolis inferioribus* domus abbacie S. Johannis in Valleya, ante collegium Belvacense (Sept 25)

Frater Symon Chenel, relig monast S Vingalay[20], O S B, bac in decr, 3m lib decr in *scolis superioribus, ad intersignium S Michaelis*, pro 2° an (Sept 25)

Johannes Richon, Lemovicens dyoc, lic in leg et bac in decr Paris, 4m lib. decr in scolis ubi leg abbas S Georgii de Bauquiervilla, pro 1° an (Sept 26)

Frater Radulphus Huberti, prior prioratus S. Vicencii Cenomanens, O S B, 3m lib decr in scolis *ad ymaginem S Nicholay*, in quib. leg mag Petrus de Pruvino (Sept 28)

Secuntur nomina illorum qui inceperunt lectiones suas in nonis S Jacobi

Johannes Bassy, cler Lexoviens dioc, mag in art. et bac in decr Paris, hodie in terciis incipiet 4m lib. decretalium in *scolis superioribus* S Petri Celestini, pro 1° an (Martii 14)

Frater Henricus [de] Altaripa[21], relig. mon S Johannis Reomens, O S. B., Lingonens dyoc., bac in decr Paris, 5m lib decr in *scolis inferioribus* S Petri Celestini, in quibus leg. abb de Josaphat[22], pro 3° an. et 2° vol. (Maii 23)

Johannes Basseti[23], cler Constanc dioc., mag in art et bac in decr. Paris, 1m lib. decr. in *scolis superioribus, ad scutum Francie*, pro 2° an (Jun 15).

Guillelmus de Albarippa, presb. de Lingonis, mag. in art. et bac in decr. Paris , 2m lib decr in *scolis superioribus, ad ymaginem S. Christofori*, pro 1° an et 2° vol (Jun 16).

Stephanus le Jay, subdiac. eccl. collegiate S. Ursini Bituric can., mag in art et bac in decr. Paris , Clementinas in scolis *ad ymaginem S Ylarii*, in quibus leg abbas S Geremari[24], pro 2° an. (April. 5)

Nicolaus Crassi, cler Trecens. dyoc , mag. in art et bac. in decr Paris , Clementinas in *scolis superioribus anterioribus, ad intersignium B Katherine* supra scolas, in quib leg frater Robertus de Becco, prior prioratus de Prato (April. 11).

Johannes Riveil, cler. Andegavens. dyoc , mag in art et bac. in decr Paris , 4m lib decr. in scolis ubi leg mag. Joh. Guioti, pro 1° an. (April 12).

Johannes de Insula[25], cler Rothomagens. dioc , mag in art. et bac in decr Paris , titulum sine rubrica de consuetudinibus libro 1°, in *antiquis scolis* dom abbatis S Crispini majoris Suession , pro anno 5° (Maii 16)

Petrus de Gecuria, cler Ebro[i]cens dyoc , mag in art et bac. in decr. Paris., 4m lib decr. in *scolis inferioribus, ad intersignium S Martini*, in quib leg abb S Maxencii, pro 1° an (Jun 10).

Humbertus de Parisius, cler. de Matiscone, Clementinas in *scolis inferioribus, ad intersignium S. Johannis*, pro 4° an. (Jun 15).

Martinus Chardonis, presb curatus eccl par Savigniaci Lugdunens. dioc., bac in decr , resumet lectiones suas in c[ap.] « Preterea » in principio « de Spon[salibus] et ma[trimonio] », ubi alias dimisit, in *scolis inferioribus, ad intersignium lilii coronati*, ubi alias leg mag Joh de Villanova, pro 5° an et et 6° vol. (Jun. 17)

Johannes de Valle, presb. Morinens dioc , 1m lib decr , in *scolis superioribus* a parte anteriori, *ad intersignium S Andree*, pro 5° an. et 4 vol. (Jun. 17)

Johannes Vayseti, presb Nivernens , curatus par eccl B. M de Menesderello in Villeta, Aurelian dyoc , bac in decr. Paris , 4m decr. in *scolis inferioribus, ad intersignium S Jacobi*, in quib leg. mag Joh le Voyer, pro 1° an (Jun 27)

Michael Bruni, cler Claromontens dioc , can eccl Bitur , mag in art et bac in decr Paris., hodie in terciis incipiet 1m decr in *scolis superioribus* [h]ospitalis S. Johannis Jerosol , *ad signum castri*, pro 1° an (Jun. 30)

Guillelmus Bochuti, cler S. Flori dioc , mag in art et bac in decr Par , 1m libr. decr in *scolis superioribus* hospitalis S Joh Jerosol., *ad intersignium castri*, ubi leg bone mem mag Joh. Vicini, pro 1° an (Jul. 4)

Johannes de Fresneya, mag in art et bac in decr Paris , Rotomagens , hodie in nonis N D incipiet 6m lib decr in scolis *ad intersignium S Jacobi*, in quib leg mag. Joh Voyer, pro 5° an et 4° vol (Jul 13)

Egidius de Westina, cler Tornacens dyoc . mag in art et bac in decr Paris , 4m decr in scolis *supremi stagii* [*ms* stadii], *ad ymaginem S Petri Celestini*, pro 1° an (Aug 9)

Michael de Creneyo[26], mag. in art et bac in decr Paris., 3m lib. decr. in scolis *stagii medii, ad intersignium S Petri Celestini*, pro 3° an (Aug 23)

Oliverius de Pratis, cler Carnotens. dyoc et bac in decr Paris , Clementinas in *scolis superioribus supra scolas*, ubi leg. mag J de Villanova. pro 2° an. (Aug 24)

Joh Suioti[27], cler. Bituric. dyoc , mag. in art et bac in decr Paris , 5m decr in *scolis posterioribus S. Andree*, pro 4° an (Aug 17)

Nicolaus Crassi, cler Trecens dyoc , mag in art. et bac in decr Paris , 4m decr. in *scolis superioribus anterioribus, ad intersignium B Katharine* supra scolas in quib leg Robertus de Becco (Aug. 26)

Jacobus de Quesneyo, presb , curatus eccl par S Symonis Lexoviens dyoc , bac in decr Paris., 1m lib. decr , in scolis ubi leg abbas de Cruce[28], *ad intersignium S. Thome*, pro 1° an (Sept 5).

Johannes Barrey, cler. Tullens dioc., mag in art et bac [in decr], 1m lib. decr. in *magnis scolis* facultatis, pro 4° an (Sept 5)

Marcialis Vaillant, cler Lemovicens dyoc , bac in decr , Clementinas in *scolis superioribus, ad ymaginem S Johannis Baptiste*, in quib leg abbas Gemeticensis, pro 2° an (Sept 10)

Johannes de Alvernia, cler Lemovicens dyoc , bac in decr., 5m lib decr. in *scolis anterioribus, ad intersignium S Georgii*, ubi leg Petrus de Pruvino, pro 1° an (Sept 20)

Bernardus Patrisfamilias[29], presb Missenens dyoc , mag in art et bac in decr. Paris., 4m decr. in *scolis superioribus, ad intersignium lilii coronati*, ubi leg mag J de Villanova, pro 1° an (Sept 19)

Henricus Vaec[30], cler Coloniens. dyoc , mag in art et bac. in decr., Clementinas in *scolis superioribus, ad intersignium scuti Britannie*, pro 2° anno (Sept. 20)

Vir nobilis Guillelmus, alias Lancelaius[31] de la Menisville, bac in decr Paris , 5m lib decr. in scolis in quib leg. abbas S. Crispini, pro 4° anno (Sept. 20)

Johannes Columbelli, cler Lexoviens dyoc et bac in decr. Parıs, 3[m] lib decr. in *magnıs scolıs*, pro 1° an. (Sept. 19).

Symon de S Vedasto[32], Attrebatens dyoc, 3[m] lib decr. in *scolıs superıorıbus, ad ymagınem B Johannıs Baptıste*, ubi leg abbas de Gemeticis, pro 2° an (Sept 21).

Anthonius Baroneti[33], sacrista de Marnant, O S B, Lugdunens dyoc., bac ın decr, 4[m] lib decr ın *scolıs ınferıorıbus, ad ymagınem S Jacobı*, ubı leg abbas S Maxencii, pro 1° an. (Sept 22)

Nıcholaus de Mota, Morınens. dioc, hodıe in tercııs 5[m] lıb. decr ın scolıs ubi leg abbas S Wandreghiseli[34], pro 1° an (Sept 24)

Joh. de Venessia, cler Novıomens dyoc, mag in art et bac in decr, 5[m] lib decr in *scolıs superıorıbus et anterıorıbus* supra vicum *ad ymagınem S Andree*, pro 1° an (Sept 26).

Frater Johannes de Mota[35], de Rotomagho. religios de Becco Helluini, prior de Cancheyo, bac ın decr., 5[m] lib. decr. in scolıs prioris de Prato, pro 1° anno (Sept 26).

Johannes Courtını[36], mag in art et bac in decr., Paris dyoc, 2[m] lib decr in scolis in quıb leg mag Joh Vipardı, pro 1° an (Sept 26)

Jacobus Karlarii, presb Cameracens dyoc, bac. in decr., 4[m] lıb. decr in scolis in quıb leg mag J de Villanova, pro 1° an (Sept. 26)

Nota quod plures bachalarıi legunt in eisdem scolis, et hoc est quia in eisdem scolıs sunt plures scole, scıl inferiores, medie et superıores Alıqui legunt, vel quia bachalarıı quı conduxerunt scolas finıerunt volumına sua, vel quıa recesserunt a Parısııs et alterı scolas locaverunt

Memor. fac. decr, I, fol. 5-8[b]

1. Seu « Chaslus », abbas ab an. 1413, Septemb 25 (Reg Lateran. Joh XXIII, n° 174, fol. 209). — **2.** Vıd. ınfra ad an. 1426, Jun. 20. — **3.** Fournier, *La faculté de décret de l'Unıversıté de Parıs*, I, p. 135, perperam « Farre ». An. 1431, Nov., semper hıc ın decr, appetıt paroch eccl. de Quercu, Ebroıcens. dıoec. (Suppl n° 265, fol. 1). — **4.** Celeber doctor decret. Parıs. Unıversıtas Parıs. ınter an. 1412 et 1413, ut opınamur, Francısco archıepısc. Narbon., camerarıo papae et ın cıvıt. Aven. vıcarıo generalı scrıbıt, ut ıllum solemnem doctorem protegat, cum magna damna passus sıt (Arch nat. Parıs. M 65[a], n° 113). Non scrıbendum « Lanco », nam fuıt de Leuc (Aude). — **5** De quo Beaurepaire, *Notes sur les juges ... de Jeanne d'Arc*, p 90. An. 1419 canon. Constantıens. petııt (Suppl Mart. V, n° 119, fol. 203[b], — vıd. n[um] 124, fol. 296, etc). Archıepısc. Rotomag. ab an. 1444, Jan. 31 (Oblıgat. Arch. Vat., n° 72, fol. 15). — **6** Subdıac. dıoec S. Andreae, frater Guıllelmı epıscopı Glasguens., an. 1420 fuıt archıdıac Dunkeldens. (Suppl Mart. V, n° 141, fol. 163). — **7.** I. e. Guıllelmus Stephanı, abbas S. Georgıı de Bosquıervılla O S. B. Rotomag dıoec., quı an. 1393, Octob. 24, cum jam esset decret. doctor et baıllıvus monast. Fıscannens., factus est abbas (Reg Vat. Clem. VII, n° 305, fol. 174[b]). — **8.** I. e Robertus Vallée seu de Becco, an. 1418, Febr. 7 electus, Mart. 5 confirmatus ın abbatem de Becco, Rotomag. dıoec. (Arch. Vat., XII, 121, p. 99) — **9** Unıversıtas ante hanc tempestatem summo pontıfıcı (Joh. XXIII) supplıcat pro eo, quı procurator nat. Franciae fuıt, et magıster Collegıı Corısopıtensıs, nec tamen ınscrıptus ın rotulo. Sımılıter pro ıllo epıstolam ad decanum et capıt. Turonens. dırexıt (Arch. nat. Parıs., M 65[a], n[is] 48, 85) — **10.** Petrus Baston, de quo jam n° 1956. Fuıt postea ın curıa Rom ut referendarıus. Vıd. ad an 1419, Aprıl. 24 — **11.** Johannes de Servavılla, de quo p 78, not. 8. — **12.** De hac domo Boemundo vendıta vıd. n[um] 2042. — **13** An. 1425 affertur ut procurator generalıs Unıversıtatıs Andegavens. (Suppl. Mart. V, n° 185, fol 249[b]) — **14.** Sımon de Bosco, de quo saepe supra — **15.** Matthaeus Pıtanıae, quı verısımılıter an. 1408 factus est abbas S. Maglorıı. Cf. *Gall. chrıst.*, VII, 322. Deest ın Arch. Vat. — **16** Nuntıus Unıversıtatıs ad Concıl. Constant canon. Lexovıens desıderavıt (Suppl Mart V, n° 102, fol. 19) Male scrıbıtur Sıpardı, Cıpardı. — **17.** Ms. « Fragııs » Dec. 13, cırca an. 1417 seu 1418, Unıversıtas Parıs scrıbıt ad papam pro Johanne de Fargııs, « solempnı decret. doctore, prıore prıoratus seu decano decanatus de Merıcurıa Ambıanens. dıoec. Ord Clunıacens », ut benefıcıum alıquod recıpıat (Arch. nat Parıs., M 65[a], n° 68) — **18.** Carnotens., ubı Stephanus Baıllıvı abbas fuıt, de quo p 78, not 6 — **19.** Seu « Guespını », quı an. 1418 benefıcıa petıt (Suppl Mart. V, n° 130, fol. 141) — **20.** Idem ac « Guıngaloy », ut habetur ex Arch. Vat., XII, 121, p 134, ubı ad an. 1420, Octob. 14, praefertur monasterıo S. Vıngolaen. Corısopıtens. dıoec Henrıcus Morıllon (*Gall. chrıst.*, XIV, 898, non accurate). — **21.** An. 1421, Septemb. 12, confirmatus ın abbatem S Johannıs Reomens. Lıngonens. dıoec. (Arch. Vat., XII, 121, p. 144). In *Gall chrıst.*, IV, 665, perperam « Hugo ». — **22.** I. e. Petrus de Rosaıo, de quo supra p. 70, not. 4 — **23.** Nec « Bossetı », nec « Vossetı », ut ap. Fournier, l c, p. 138. Vıd Beaurepaire, l c., p 52 sqq. Postea promotor et saepıus legatus Unıversıtatıs fuıt. An. 1429 can. Abrıncens. (Suppl. Mart V, n° 233, fol. 209), an. 2° Nıcolaı V (1448-1449) jam cantor eccl Rotomag., prıvılegıum deferendı baculum ın processıonıbus recepıt (Arch Vat, Schedae Garampı, deest vol). — **24.** Eustachıus de Rıvo, de quo ın *Chartul.* III, an 1391, Octob. 7, factus est abbas S. Geremarı Belvacens. dıoec. (Reg. Aven. Clem. VII, vol. LXI, fol. 188). — **25.** An. 1426 ut rector par. eccl. de Sarcellıs affertur (Suppl Mart V, n° 187, fol. 226[b]), an sequentı praeterea ut studens ın theol. (ıbıd., n° 205, fol 143[b]). — **26.** Mınıme « Treveyo », ut

FOURNIER, p 140. dubitat — **27.** Legi potest « Finoti » Sed etiam in Suppl. Mart scribitur ut supra. — **28.** I. e. de Cruce S. Leuffredi, Nicolaus Ruffi, de quo p. 71, not. 22. — **29** Nat. Anglican., de quo in *Auctar.* II, vid. *Indicem.* — **30.** De quo in *Auctar.* II. Omittitur ap. FOURNIER, p. 141 — **31.** Non « Lanalaius ». — **32** Fuit cler Atrebat dioec. et an. 1419 can. Atrebat. petivit (Suppl Mart. V, nº 115, fol. 223). — **33** Vel « Batrueti ». — **34.** Johannes de Bouquetot, de quo p. 78, not. 7 An. 1415 jam referendarius in curia Mart V, eumque secutus an. 1418, Maii, Schafhusae mortuus est (Reg. Lat Mart. V, an. 2, lib 32, fol 113). — **35** Prior de Ovis; an. 1446, Septemb. 2, confirmatus abbas B. Mariae de Becco Heluini (Arch. Vat. Oblig., nº 72, fol. 15) — **36.** Fuit cler. Paris. et etiam in leg. bacc., an 1426 rector par. eccl. de Montigneyo, Lingon. dioec. (Suppl. Mart. V, nº 194, fol 135).

2049. *Alphonsus princeps Gerundae gratias agit Martino Talayero pro transmissis astrolabiis; scribat, qui rumores audiantur*

1415, Octob. 20, Perpiniani.

Princeps Gerunde primogenitus Aragonie et Sicilie. Receptis vestra littera et duobus strolabiis[1] nobis transmissis cum ea intellectisque cunctis et singulis in eadem conttentis vobis respondendo regraciantes quamplurimum tam enchenium strolabiorum ipsorum, que vere pulcra, habilia ac ele[c]ta a peritissimo mecanico, sicut ipsa denotant, subtilissime operata existunt, quam eciam rumores ibi occurrentes nobis cum eadem littera nunciatos, notifficamus hujusmodi serie, quod nos consideratis affeccione et velle purissimis, que relacione fideli percepimus[2] nuncque per facti experienciam occulariter et aperte videmus, circa nostri servicium cordialiter vos gessisse ac gerere, habebimus Deo duce infra breve adversus vos talem respectum, quod de ipsis serviciis remanebitis racionabiliter satisfaccione remuneratus condigna, rogantes vos quatenus nostri contemplacione honoris presentium gerulum, nostrum familiarem atque domesticum, partes ad eas pro quibusdam gerendis negociis accedentem propensius recommissum habere nosque de rumoribus occurentibus ibi et quos aliunde scire poteritis dignis relatis, vestris cum litteris certificare continue, frequenter atque distincte indubitanter velitis, ex his etenim nobis magnum obsequium impendetis Datum Perpiniani sub nostro sigillo secreto die xx Octobris, anno a Nativitate Domini millesimo CCCCº quintodecimo. A[LPHONSUS] primogenitus

Dirigitur Martino Talayero[3] in s. pagina bacallario, rectorique studii Paris.

Arch. Coronae Aragon, Reg nº 2449, fol. 143ᵇ.

1. Seu « astrolabiis », i. e. instrumentis mathematicis. — **2** Ms. « precipimus ». — **3** An. 1416 jam licent. in theol. Fuit rector a Jun 23-Octob. 10, et praesens in Concilio Constant. An. 1417, Mart. 19, factus est subcancellarius S. Genovefae (*Auctar.* II, 223, 25), canonicatum Paris. et scholastriam Wratislaviens. ambivit (Suppl Mart. V passim, et nº 153, fol. 103ᵇ). Ad ipsum duae epistolae Nicolai de Clamengis (ed. LYDII, p 183 sqq, ubi « Martinus de Calayo »! Cf Cod Mazarin. 1652, fol. 176ᵇ).

2050. *Facultas medicinae Paris., petente Joh. Chuffart, regentem reputat mag Jacobum Sacquespée propter aegritudinem quartanam absentem.*

1415, Octob. 28, Parisiis.

Die lune festo beatorum Symonis et Jude facultate congregata solemniter in Sancto Maturino, ubi tunc congregabatur Universitas, ubi supplicavit venerabilis et distinctus vir magister Johannes Chuffart[1] [ut] facultas vellet reputare magistrum Jacobum Sacquespée

regentem pro ordinario sequenti incipiente in festo Omnium Sanctorum sequente proximo anni millesimi CCCCmi quintidecimi, viso quod dictus magister Jacobus erat extra Parisius detentus gravi egritudine quartana, nec tunc erat dicto magistro securitas accedendi Parisius. Propter que facultas mota deliberavit quod ipsa reputabat, reputat et reputabit predictum magistrum Jacobum regentem ac si esset presens, quamdiu propter causas predictas fuerit absens. Presentibus magistris Guillelmo Nepotis, Joh. de Pisis, Yvone Levis, Petro Brachii et pluribus aliis.

Comment. fac. med., I, p. 196.

1. Celeber Joh. Chuffart, fortasse tunc rector, in fac. decretorum studebat. Legimus in *Memor. fac. decret.*, ms. I, fol. 13 : « Joh. Chuffart, mag. in art. et bac. in decretis incipiet primum librum decretalium in scolis in quibus legit mag. Livinus pro quarto anno et quarto volumine, xj octobr. 1415 ».

2051. *Cum in proelio apud Azincourt*[1] *contra Anglos « tot principes, nobiles, milites ac barones de sanguine regio et de natione Gallicana mortui essent, et pauci vel nulli essent in dicta natione quin habuissent parentes, fratres, cognatos aut veros amicos », qui ceciderant in proelio, servitium pro defunctis ordinabatur.*

1415, Octob. 31, Parisiis.

Bul., V, 295, e lib. proc. nat. Gallic. Nov. 11 apud Navarram vigiliae erant, Nov. 12 missa solemnis.

1. Octob. 25. Fontes vid. ap. U. Chevalier, *Rép. des sources hist. du moyen âge. Topo-bibliogr.*, p. 288.

2052. *Magistri regentes fac. medicinae an. 1415-1416 [iidem qui anno superiore, exceptis* Guil. Pelliparii, Henr. Pelati, Hug. Fabri, Joh. Cadart[1]]. [26]

1415, Novemb. 5, Parisiis.

Comment. fac. med., I, p. 201. — Nov. 2 decanus electus erat Robertus Charmolue, Suessionensis dioec.

1. Equidem in ms. nomen Johannis Cadart inter regentes inscribitur, sed linea deletum.

2053. *Rector et Universitas Paris. Gerardo episc. seu ejus generali vicario in spiritualibus ad paroch. ecclesiam SS. Cosmae et Damiani*[1], *cujus praesentatio ab antiquo*[2] *ad Universitatem pertinet, mag. Matthaeum Sellarii, presb., bac. in decr., ducis Aquitaniae capellanum et can. B. Mariae de Pissiaco, Carnot. dioec., praesentant, cum Johannes Fouquerelli, in s. pagina professor, per mag. Johannem de Boroy*[3], *mag. in art. et bac. formatum in theol., resignaverit. Petunt, ut dicto Matthaeo ecclesia conferatur.* Datum Parisius in congregatione nostra generali apud S. Maturinum solenniter celebrata anno Dom. milles. CCCC XVto. « Ad parrochialem ecclesiam ».

1415, Parisiis.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65a, no 99.

1. Ecclesia nationis Anglic. Vid. *Auctar.*, I, p. LIV. — 2. Solum ab an. 1345. Vid. *Chartul.*, II, p. 567. — 3. Seu « Boiry », qui incepit an. 1408 (ms. lat. 5657a, fol. 15), licent. in theol. ante an. 1420, nam hoc anno, Jul., jam ut theol. doctor affertur et rector eccl. de Dampno-Medardo Paris. dioec. (Suppl. Mart. V, no 139, fol. 274), an. 1423, Sept., ut archidiaconus Vulgassini in eccl. Rotomag., et confessor Catherinae reginae Angliae (ibid. no 163, fol. 235; no 169, fol. 267). An. 1426, April. 8, episc. Meldensis (Reg. Lat. Mart. V, an. 9, lib. 122, fol. 214). Vid. ad an. 1426.

2054. *A baccalareatu in medicina repellitur mag. Rolandus Freron, quanquam sufficiens repertus in examine, quia tempus quo studuit in medicina ante licentiam in artibus computari non debet.*

1416, Januarii 25, Parisiis.

Die sabbati que fuit 25 Januarii fuit congregatio facultatis ... ad examinandum scolares qui presentabant se facultati pro baccalariatu adipiscendo... Fuerunt auditi tridecim scolares per magistros facultatis usque ad numerum 17 congregatos, per quos fuit conclusum quod ipsi omnes tamquam sufficientes comparerent post prandium in domo magistri Thome de Sancto Petro tunc senioris in facultate. Qui tredecim scolares cum cedulis suis comparuerunt hora et loco assignatis, et probatis temporibus omnes admissi fuerunt et traditi magistris pro examine per facultatem deputatis; exempto uno qui vocabatur magister Rolandus Freron. Qui repulsus fuit eo quod tempus non habuit sufficiens requisitum juxta facultatis expressum statutum, quanquam ipse magister Rolandus coram magistris in examine compertus foret sufficiens et quanquam assereret se audivisse medicinam per annum ante licentiam suam in artibus, hoc asserente uno magistro in medicina, sub quo ipse Rolandus audiverat; attamen illa auditio fuit reputata non valida tum quia gradum in artibus illo primo anno susceperat, tum quia vicum Straminis aliquando illo anno visitabat ut scolaris, et dato quod omnes libros artium ante illum annum primum audivisset, ut asserebat.

Comment. fac. med., I, p. 206.

2055. *Rector et deputati Universitatis Paris. Jan. 25 visitarunt ducem Britanniae, rogantes ut civitatem Harfleur recuperaret et privilegia eorum defenderet. Admirante duce quod de pace procuranda in regno inter principes nihil dixissent, rector respondit : « que c'estoit à faire à eux de procurer ladite union des seigneurs et de trouver les moyens de parvenir à paix ». Jan. 29 referebant in congregatione. Natio Picardiae, facultas decret., plures theologi et multi alii consenserunt, ut duci Britanniae gratiae agerentur propter suam affectionem ad pacem, et rectore cum aliis contradicente deputatos ad ducem miserunt. Minister Mathurinorum proponebat; procurator nat. Franciae contradixit. Dux eos objurgavit de divisione Universitatis. Dum revertebantur, instigante rectore, minister Mathurin. et Livinus [Neuelinc] a militibus praepositi Paris. capti sunt, precibus ducis postea liberati.*

1416, Jan. 25, 29, Parisiis.

Juvenal des Ursins, *Hist. de Charles VI*, ed. Godefroy, p. 326 sq. Cf. Bul., V, p. 298, e lib. proc. nat. Gall.

2056. *Carolus VI, rex Francorum, Universitati Paris. scripsit, minime mirum esse, quod plures notabiles personae urbem Paris. relinquere coacti fuissent*[1]*. Hoc requirebat bonum pacis; aliae sequentur, ut et plures cives Parisienses*[2]*. Per alias litteras ordinavit, ut clerici subsidia et tallias solverent. Prohibuit congregationes, nec rector sub poena indignationis regiae congregationem convocare possit*[3].

1416, Februarii 19, Parisiis.

Juvenal des Ursins, ed. Godefroy, p. 329.

1. *Juvenal*, p. 328, narrat : « on fit commandement de par le roy à plus de quarante notables hommes de l'Université,

que ce jour (Febr. 12) ils vuidassent la ville, sur peine de perdre corpset biens ». Cf. *Auctar.*, II, p. 172, 47, et p. 173, not. 3, ad an. 1414. — **2.** Dux Burgundiae eodem anno adhaerentes Johanni Gersoni objurgat, quod « repelli fecerunt a civitate et Universitate Paris. notabiliores viros utriusque status et in maximo numero..., et ex hoc subsecuta sunt infinita odia et scismata, que de die in diem aggravantur et gravius ac gravius vulnus in regno incutiunt » (ms. lat. 1485^2, post fol. 337 ante fol. 338). Ad haec vid. an. 1418. — **3.** Februarii 19 Universitas epistolas recepit, quae proinde antea scriptae erant.

2057. *Papetarii Trecenses, quibus assistit Universitas, recusant solvere impositiones.*

1416, Februarii 24, Parisiis.

Lundi xxiiij jour de Fevrier CCCC XV. — Entre les papetiers de Troies et l'Université de Paris, d'une part, et Guiot Le Pelé, maistre J. de Villères et plusieurs autres, d'autre part. Dient les demandeurs que l'Université et ses suppos ont à conservateur le prevost de Paris, dient qu'il faut papetiers qui sont ouvriers de mains et laboreurs, et *per consequens* ne doivent point d'imposition si comme ne les autres, qui de leur industrie et labeur de leur main ne paient point d'imposition, comme peintres, tailleurs, orfèvres et autres ouvriers de mains. Aussi sont partout privilegiez : en Lombardie, aux pors et ailleurs papetiers. Aussi sont percheminiers. Si est bien raison que semblablement les papetiers, dont vient grant utilité et est neccessaire que l'en facent grant marchié, de tant que l'en en use plus communement que d'autre matière. Et neantmoins les fermiers de l'imposition à Troies les vuellent asservir et ont miz comiz à lever l'imposition, combien que sur ce mestier l'en n'a point accoustumé de bailler le fait des papetiers à ferme. Dient que pource que l'un d'eulx avoit baillié à un sergent un mandement du prevost de Paris et fit commendement à Villères, le trait à amende de xij lib., combien que l'exploit avoit fait en usant de son office et pour bonne cause. Et dient que tout ne monteroit pas à $iiij^{xx}$ frans au plus se ledit fait estoit baillié à ferme, et neantmoins lesdits defendeurs leur current sus. Si se sont complains à l'Université, qui par longue deliberation s'est adjoincte, et ont impetr[ation] selon laquelle proposent en conclusion à cesser et revoquer les explois et excès et fais torçonniers fais contr'eulx et oster empeschement et à amende de mil lib. et leur soient leur gages rendus au moins par provision.

Le procureur du roy aux generaulx offre à pranre la garantie des defendeurs et de la cause et par ainsy doit veoir les exploiz que verra et *alias* revenront les parties dire ce que voudront à $viij^e$.

Arch. nat. Paris., X^{1a} 4791, fol. 43^b.

2058. *Imperatore Sigismundo Martii 1 Parisios ingresso, Martii 5 Universitas Paris. audientiam habuit; orationem pronuntiavit Gerardus Macheti, vicecancellarius Nostrae Dominae; Martii 6 natio Anglicana admissa est, et proposuit mag. Johannes de Austria.*

1416, Martii 5, 6, Parisiis.

Auctar., II, p. 205, et notae.

2059. *Licentiati in facultate medicinae.*

1416, Martii 13-15, Parisiis.

Item dominica, lune et martis 15 Marcii recepi de bursis tribus bacchalariorum licenciandorum que secuntur :

Primo a magistro Petro Bechebien[1] xxiiij sol.
Item a mag. Guillelmo Leotherii xxiiij sol.
— — Guillelmo Mautaillé xxiiij sol.
— — Johanne Pagani xxiiij sol.
— — Arnoldo de Uden[2] xxiiij sol.
Item a mag. Johanne Langrenois[3] xxiiij sol.
— — Georgio Cantoris xxiiij sol.
— — Johanne de Camera[4] xxiiij sol.
— — Egidio Sancte xxiiij sol.
— — Johanne Juvenis[5] xxiiij sol.

Comment. fac. med., I, p. 203. — Decanus Robertus Charmolue non aliter licentiatorum seriem inscripsit.

Hoc anno duo magistri in med. Paris., scil. Angelus Johannis (Angle Johan) ac Johannes de Rubeis, ambo incarcerati propter injurias, etc., custodia liberati causam habent in parlamento, Februar. 15 (Arch. nat. Paris., X^{1a} 61, fol. 168). Iterum an. 1417, Martii 16, mag. Jehan de Roux, mag. in medic., scolaris stud. in theol., se opponit liberationi magistri « Ange Jouen » prisionarii in Castelleto priusquam ipse Johannes auditus fuerit (ibid., X^{1a} 4791, fol. 207^{b}; 233^{b}; 248^{b}). Angelus Johannis fuit magister medicinae Univers. Bononiens., « et grant practicien à Paris du long temps » (ibid., X^{2a} 17, ad an. 1417, Martii 29). Tam Universitas, quam episcopus Paris. eum requisierunt, eisque se opposuit Johannes de Rubeis (de Roux). Saepe de hoc processu in X^{2a} 17. April. 6, an. 1417, Johannes Juvenis etiam, supra ut licentiatus allatus, prisionarius fuit propter falsum testimonium quod in causa Angeli Johannis et Johannis de Rubeis pro Angelo tulerat (l. c.).

1. Sed jam hoc anno, quamvis nondum licentiatus, « practicavit », eoque Johannes d'Arsonval, episc. Cabilonens., in sua extrema aegritudine usus est, ei 20 libras legando (*Gall. christ.*, IV, 929). Post duos annos a Carolo delphino gratiam exspectativam ecclesiae Laudunens. obtinuerat, sine tamen fructu (*Gall. christ.*, IX, 551). Quae postea evenerint, vid. infra ad an. 1419, Febr. 4. — **2.** Nationis Anglic. — **3.** Seu « Lengrenays », an. 1432 rector par. eccl. de Gaany, Rotomag. dioec. (Suppl. Eugen. IV, n° 273, fol. 104^{b}). — **4.** Seu « de la Chambre ». Plures hoc nomine in Universitate Paris. morabantur. — **5.** Fortasse ille Johannes Juvenis, qui an. 1408, Jul. 18, receptus est ad bursam artist. in collegio Laudunensi (Arch. nat., H 2803^{1}). Certe idem est atque ille qui supra in not. ut prisionarius affertur.

2060. *Yvo de Pressorio, pergamenarius juratus Universitatis, contra collectores parrochiae Nostrae Dominae « de la Poterie » Bajocensis privilegia sibi vindicat.*

1416, Martii 20, Parisiis.

Arch. nat. Paris., Z^{1a} 6, fol. 172. — De eodem argumento ibid., fol. 139^{b}, ad Febr. 5.

2061. *Johannes du Chemin, bedellus Joh. Mathiae, magistri in theologia, vina quae e suis vitibus recipit, vectigali libera esse contendit, facultate theol. auxiliante. Contra procurator regis eumdem tanquam tabernarium soluturum vectigal pronuntiat.*

1416, Martii 20, Parisiis.

Jehan du Chemin, bedel d'un des docteurs en théologie appellant des esleus de Paris contre le procureur du roy comme ayant le droit des fermiers du vin vendu à Paris l'an passé, et aussi la faculté de theologie adjointe oudit procès avecques ledit bedeau. Dient que la faculté de theologie est la principale et plus ancienne de Paris, et a bien VIII^{c} ans qu'elle y est, laquelle dès lors fut douée de beaulx privilèges et fu octroyé que chacun

docteur aroit un bedeau. Et est bien raisonnable, car il fault qu'ils facent les sermons et preschemens en plusieurs lieux et sont les bedeaulx de la fondation d'icelle faculté et citez comme vicaires des docteurs, et prennent prouffiz quant l'en fait un docteur, ce que les autres ne font pas. Et par ce sont et doivent estre quittes de touz aides Dit que ledit du Chemin est demourant vers Saint Ylaire oultre les pons, et est touz les jours avec les docteurs et n'est point mecanique, et se meile de son dit office et aucuneffois de vendre vivres et non d'autre chose Et combien que oncques ne paya rien et que tousjours il en a esté tenu quitte. Ce nonobstant il a été mis en procès devant les esleuz, où il s'est defendu le mieulx qu'il a peu par ce que dit est, mais il fu condempné et se monstroit ses lettres testimoniales. Et si disoit qu'il n'avoit rien vendu que de son propre, et a qu'il estoit bedeau de maistre Jehan Mathieu[1], docteur en theologie, dont il appert. Conclut tout pertinent et est la fauculté (*sic*) adjoincte avecques luy pour son droit Et si dit que ou temps passé il a esté orfèvre, mais il ne s'en meile puis iiij ans, et dit qu'il a bien xx arpens de vigne.

Defend qu'il est riche homme et faisant grant marchandise de vin et en vent à Paris et en envoye ailleurs. Il avoit vendu grant quantité de vin et communement est tavernier, et en *achète aucuneffois du vin coulouré pour meiler avecques les siens,* et est tenu de paier. Il fu adjourné, il print ses delaiz. A certain jour il confessa avoir vendu le vin dont il estoit poursuy, mais il dist qu'il estoit bedeau d'un docteur et que c'estoit de son creu et franc, mais il se confessa qu'il estoit marié et orfèvre fin Interrogué, le procureur du roy dist que tels bedeaulx ne devoient estre francz et qu'ils doivent paier, et qu'il n'estoit point un bedel de l'Université au moins tel qu'il deust joir des privilèges, supposé qu'il feust bedel d'un maistre particulier, et qu'il devoit paier, et estre fraude, et ne le sont que pour eulx exempter, et est marchandise. Et n'y a guères que lesdits docteurs n'avoient nulz bedeaulx et n'en doivent nulz avoir que les principaulx[2], et n'est pas ladicte adjonction recevable. Et ne touche point la faculté, ne leur privilège, et si n'y a point de adjonction *in casu appellacionis* et fault appeller. Et n'est que pour frauder, et y a eu tant de fraudes qu'il a faillu mettre en la main du roy les fermes. Si concluent et emploient l'arrest qui a esté donné contre un bedeau.

Repplique. .[3]

Arch. nat Paris., Z1a 6, fol 171. — Similis contestatio an. 1424, Junii 25, cum bedelli Guerouldi Boisselli et abbatis de Latiniaco condemnati essent per electos ad solvendum quaternarium modii vini per eos venditi, quod creverat in eorum hereditagiis. Testibus professoribus, quilibet doctor debebat habere unum bedellum et unum subbedellum secundum statuta facultatis. Itaque facultas decr. deliberavit « non legere ordinarie vel extraordinarie, de mane vel aliqua quavis hora, nisi fieret sibi super dictis bedellis aliqua bona provisio » (Memor. fac. decr., I, fol. 58b) Intercedente consilio regis, lectiones facultatis decr. die veneris sequente, i. e. Julii 14, resumptae sunt (ibid., fol. 58b).

1. Lege « Johannes Mathiae », de quo supra saepius; Johannes Matthaei non magister theolog fuit, sed (cler. Lugdunens.) an. 1418 bac. decret (Suppl. Mart V, nº 111, fol. 206). — 2. Sept. 18 etiam opposuerunt Johanni le Blanc, bedello Petri de Pruvino, doctoris decret., quod solum bedelli principales de corpore Universitatis sunt et privilegiis gaudent (Z1a 6, fol. 259). — 3 Nullius momenti. Negotium minime conclusum est.

2062. *Facultas decretorum Petrum le Conte, bedellum suum, contra procuratorem regis sustinet, propter vina quae Petrus e suis vitibus recepta vectigalium immunia fore declarat.*

1416, Martii 21, Parisiis.

Les doyen et docteurs de la faculté de decret appellant des esleuz de Paris en ij causes contre le procureur du roy, présupposé les privilèges de l'Université, c'est assavoir que tous les suppostz, les bedeaulx et autres, sont francs de leur creu Dient que Pierre le Conte a esté et est bedeau d'un des docteurs de ladite faculté et par ce franc de son creu, lequel a vendu un pou de vin de son creu. Mais le procureur du roy l'en a fait adjourner et fist sa demande devant les esleuz et requist qu'il feust contraint à paier ...

Defend qu'ilz vont par une mauvaise soutilleté pour oster le droit du roy. Dit que ledit Conte est tavernier et hostelier publique, et ne doivent estre telz gens francz ... Dit qu'il a vendu grant quantité de vin, dont il a esté convenu .. Dit qu'il n'y a si bon escollier que s'il estoit hostelier, qu'il ne payast; et ne sont pas plus privilégiés les bedeaulx que les escolliers. ..

Reppliquent .... que lesdiz bedeaulx doivent estre tous francz, et l'ont esté ou temps passé et n'y a point de fraude, et aussy n'y veulent ilz point soustenir les fraudes. Et est bien raison qu'ilz aient bedeaulx qui joissent, car ilz n'ont nulz gaiges; et si peuent prendre telz bedeaulx qu'ilz veulent, et est mieulx l'Université honnourée de telz gens d'estat que autres, et est le privilège general, et le peuent faire jusques à ce qu'il y ait ordonnance. Et n'a ledit le Conte que v ou vj arpens de vigne, et y ont interestz et y devoient estre receuz, car chacun y seroit receu quant il n'y a point d'obligacion; et touchoit leurs previlèges et y la communauté interestz de prendre la garantie ou soy adjoindre quant on touche à son subgiet; et s'il estoit condempné, ilz n'aroient nulz bedeaulx....

Arch. nat. Paris., Z^{1a} 6, fol 173^{b}. — Ibid , fol. 173, agitur de mag. Boys de Saint Saulieu, mag. art. et nobili scholari Paris., can. Remens., cujus vinum e suis vineis collectum et Ambianos ductum arrestatum fuerat

---

2063. *Licentiati in facultate decretorum.*

1416, Febr. 16-April. 25, Parisiis.

Ordo bachalariorum admissorum ad licenciam anno Domini M° CCCC XV°, ultima die Februarii, existente decano fratre Johanne de Servavilla, abbate Sancti Crispini majoris Suessionensis.

Inceptum fuit examen hoc anno xvj^a Februarii millesimo CCCC° XV°.

Ordo secundum quem domini doctores optaverunt .

Gerardus Faideti [1],	[*quem optavit*]	Abbas S Petri Carnotensis, Stephanus Baillivi
Thomas Mauraine [2].	—	Abbas de Gemeticis
Frater Petrus de Challus, abbas Brolii	—	Abbas S. Georgii, Guillelmus Stephani
Frater Bertrandus de Quercu, decanus de Lihonis.		Abbas de Gemeticis.

Theobaldus de Lucé[3],	[*quem optavit*.]	Mag Johannes Garini.
Johannes Rabigoys	—	Mag Livinus Neuelinc.
Petrus Rillac	—	Abbas de Gemeticis, Symo de Bosco.
Guillelmus de Valla.	—	Reginaldus Crassy.
Frater Nicholaus de Logia[4].	—	Mag. Joh Guioti.
Radulphus Rousselli.	—	Reginaldus Crassy
Gaufridus Mabileti	—	Abbas S. Wandregisilli, Joh. de Bouquetot.
Frater Yvo de Kaerbouc[5].	—	Mag Joh de Novavilla
Leonardus de Passano[6].	—	— Joh de Crepone
Petrus de Ruil	—	— Joh. de Crepone.
Furceus de Bruille[7]	—	Abbas S Petri Carnotensis.
Johannes Bridelli.	—	— B Marie de Josaphat.
Villardus Trussebourc.	—	Mag Livinus
Johannes Chuffardi.	—	Abbas S. Crispini, Joh de Servavilla
Frater Guillermus Burserii.	—	— S. Petri Carnotensis
Matheus Petri.	—	— S Crispini Suessionensis
Frater Eugenius de Bria	—	— S Georgii.
Johannes Figuli[8]	—	Mag Joh de Crepone
Ymbertus de Pisis.	—	Joh de Villanova
Petrus Ferrandelli[9]	—	Joh. Garini
Joh de Insula	—	Abbas S Georgii
Joh. Valentis[10]	—	Joh Garini
Andreas Vassoris	—	Abbas S Wandregisilli
G[uillelmus] Mercatoris.	—	Mag Joh Guyoti,
Johannes Sarre.	—	— Joh de Crepone
Radulphus Natalis	—	Abbas B Marie de Josaphat
Frater Julianus des Arsis	—	— de Gemeticis.
Philippus de Braio	—	Mag Joh. de Villanova
Guido Textoris	—	Abbas S Crispini.
Joh de Fresneya.	—	— S Georgii
Joh Barreti[11],	—	Reginaldus Crassi
Joh Victrarii.	—	Mag Joh Guioti.
Frater Guillelmus Sapientis	—	Abbas S Wandregisilli.
Joh. Curti	—	Mag Joh Guioti
Joh de Andouvilla	—	Abbas B Marie de Josaphat, Petrus de Rosayo
Martinus Cardonis	—	— S Crispini
Nicholaus Crassy	—	— S Wandregisilli, Joh Bouquetot
Joh Croiseti	—	— S Petri Carnotensis.
Henricus Boisseron[12]	—	Mag Livinus Neuelinc
Joh Malleti	—	Abbas B Marie de Josaphat
Joh Flecheur	—	Mag Joh de Villanova
Balduinus Percoul.	—	— Livinus Neuelinc [46]

Et fuerunt licenciati anno Domini M° CCCC XVI°, Aprilis xxv.

Memor. fac. decr., I, fol. 19

1. Qui postea ad Concil. Constant. missus est. Vid. *Auctar.*, II, p 224, not. 4. — 2. FOURNIER, p. 148, « Mautaint » — 3. Vid de ipso an. 1421, April. 23. Non Parisius magistratus — 4. An. 1422, Decemb. 4, abbas de Cella O. S. B., Trecens. dioec. (Arch. Vat., XII, 121, p. 155). An. 1436, Octob 3, amotus « propter incurabilem morbum dementie et scandalum quod inde sequi posset » (Obligat. nº 66, fol. 29b). — 5. An. 1422, Octob. 9, confirmatus in abbatem Tironii, Carnot

40.

dioec., O. S. B. (Arch. Vat., XII, 121, p. 154). — **6.** Vocatur Leonardus de Delphinis de Passano, cler. Januens., an. 1418 can. S. Marcelli Paris., an. 1419 archidiaconatum de Vallevirıdi ambivit (Suppl. Mart. V, n^is^ 111, fol. 65^b^, 116, fol. 178^b^). — **7.** Minime Parisiis doctoratum suscepit. Vid. ad an. 1431, Jul. 30. — **8.** Cum adhuc esset bacc. decret., Universitas Paris. (Nov. 10) scripsit decano et capitulo Tornacens., ut Johanni jam per ecclesiam Gallicanam proviso ad eorum collationem contra adversarium in assecutione beneficii assisterent (Arch. nat. Paris., M 65^a^, n° 148). — **9.** In commotione populi an. 1418 Parisiis « libros suos et alia quamplura bona mobilia sua perdidit ». Petiit a Martino V, apud quem an. 1419 erat, beneficium (Suppl. Mart. V, n° 118, fol. 242^b^). — **10.** Can. eccl. Eduens. — **11.** Pro ipso, baccalareo in decr., Universitas Paris. (Maii 15) scribit ad episcopum Suessionens., ut ei de primo beneficio vacaturo provideat, cum per ecclesiam Gallicanam primum etiam locum obtinuerit (Arch. nat. Paris., M 65^a^, n° 155). — **12.** Postea Universitas Paris. papae (Martino V) conqueritur privilegium non extrahendi extra muros Paris. non observari, et Henricum « Baisseren », lic. in decr., litigantem contra adversarium propter praebendam S. Amati Duacens. Cameracens. dioec. Romam vocatum esse (Arch. nat., M 65^a^, n° 38).

2064. *Lis inter Guillelmum Vigorosi ac Martinum Mouce, papetarios. Unus ab Universitate, alter a curia parlamenti postea damnatur.*

1416, Maii 9, Parisiis.

Cum pro medietate habenda per Guillelmum Vigorosi a Martino Mouce de novem ramis papiri scriptibilis eisdem Guillelmo et Martino papirariis seu papetariis commorantibus mediatim, per relictam defuncti Johannis Lejay apud Essonam prope Corbolium commorantem, cum certa alia papiri quantitate transmissis, et per dictum Martinum, ut dictus Guillelmus dicebat, recelatis aut latitatis, idem Guill. Vigorosi fecisset dudum predictum Martinum Mouce coram magistro Petro Mercerii, altero causarum Castelleti nostri Paris. auditore, adjornari seu conveniri, concludens contra eum quatenus ipse ad tradendum aut tradi faciendum eidem Vigorosi medietatem predictam antedictarum novem ramarum papiri, solvendo eidem propter hoc summam quinquaginta sex solidor. par. ac in suis dampnis interesse et expensis condempnaretur. Qui quidem Martinus, petitione hujusmodi dicti Guillelmi negata, plura in contrarium proposuisset, que similiter dictus Guillelmus negasset, et tandem ipsi Guillelmus et Martinus super suis propositis depositioni dicte relicte prefati defuncti Johannis Lejay se retulissent. Qua interrogata ac prefato Martino a remissione cause hujusmodi coram rectore dilecte filie nostre Universitatis studii Paris. fieri postulata, mediante sua desistencia aut non comparitione et contumacia repulso, et consideratis considerandis dictus auditor per suam sententiam vj^ta^ die Martii anno Domini M° CCCC° XIII° latam supradictum Martinum ad reddendum tradendumque et deliberandum aut reddi tradique et deliberari faciendum prefato Guillelmo medietatem predictam antedictarum novem ramarum papiri, solvendo tamen per ipsum Guillelmum eidem Martino dictam summam lvj sol. paris. ei propter hoc, ut prefertur, oblatam, casu quo dicta papiri quantitas esset adhuc in rerum natura, dictusque Martinus id faciendi possibilitatem haberet, sin autem in talibus dampnis ac interesse in quibus eum premissorum occasione incidisse probare posset supra petita per eundem Martinum cause hujusmodi remissione et aliis per ipsum propositis ac manutentis, a quibus idem auditor ipsum Martinum repulerat,

non obstantibus, ac in expensis predicti Guillelmi in hujusmodi causa et ejus prosecutione factis, earum taxatione reservata, condempnasset. Et non appellato ab hujusmodi sententia, dictus Martinus prefatos rectorem et Universitatem adiens, exposuisset eisdem falso, ut dicebatur, quod quamvis antea super facto mercantie papiri controversia in curia dicti rectoris inter partes predictas penderet, fuissetque dicto Vigorosi auctoritate ipsius curie inhibitum ne dictum Martinum occasione premissorum in curia dicti Castelleti nostri in causam traheret, quinimo omni processui ibidem ad ipsius requestam agitato renuntiaret, nichilominus idem Guillelmus hoc facere recusaverat in prejudicium dicti Martini, ut dicebat, concludens quatenus dictus Guillelmus ad renuntiandum dicto processui tanquam facto coram non suo judice competente, cum ad curiam rectoris solum pertineret cognoscere de libris, pergameno et talibus, secundum privilegia dicte Universitatis, que inviolabiliter observare et juxta posse deffendere dictus Guillelmus juraverat et promiserat, cogeretur, ac in expensis ipsius Martini tam in curia dicti Castelleti quam dicti rectoris et prefate Universitatis factis condempnaretur. Et adeo fuisset prosecutus dictus Martinus processum, et sententiam dicti Castelleti spernens et contra eos attemptans aut excedens et abutens, cum subditus et justitiabilis noster esset ac in terra nostra moraretur. prout et erat et morabatur Guillelmus Vigorosi predictus, sicut dicebat, quod certas sententias, unam videlicet a dicto rectore nona die, aliam vero a dicta Universitate in congregatione sua, ad quam idem Vigorosi ab eodem rectore appellaverat, die xxiij[a] dicti mensis Martii anno predicto M° CCCC° XIII° latas et per quas dictus Vigorosi fuerat ad renuntiandum primitus processui predicto dicti Castelleti et in omnibus expensis dicti Mouce condempnatus, reportasset, pretextu quarum aut alias indebite Rolandus de Pontisara serviens noster ad virgam in Castelleto predicto et Gilebertu[s] Ruffi bedellus nationis Francie in dicta Universitate ad requestam dicti Martini Mousse domum prefati Guillelmi Vigorosi adeuntes, bona et mercaturas ejusdem Guillelmi cepissent et arrestassent, clausissentque et sigillassent ac pluria impedimenta et gravamina ei intulissent, contra dictam sententiam auditoris prefati Castelleti Paris. plurimum excedendo. Unde dictus Guillelmus, requisitis prius per eum ipsis Rolando et Gileberto, quatenus bona sua predicta sibi restituerent aut expedirent, ipsum ad oppositionem admittentes, ac ipsis hoc facere renuentibus seu recusantibus, ad nos seu nostram parlamenti curiam xxiij[a] die Maii anno CCCC XIIII appellasset ...

Visis igitur ... curia nostra per suum arrestum supradictos Gilebertum bedellum et Rolandum servientem, male expletasse et recusasse, et dictum Guillelmum Vigorosi appellantem bene expletasse declaravit et declarat, ac eidem Guillelmo bona sua predicta impedita per dictos bedellum et servientem, ut prefertur, ad plenam deliberationem posuit atque ponit, supradictum Martinum Mousse in ipsius Guillelmi expensis dampnisque et interesse, earum taxatione reservata, ac processibus et abusibus per eum in hac parte, ut premittitur, commissis, in emendam xx librarum erga nos et decem librarum par. erga

prefatum Vigorosi ei priusquam nobis de hujusmodi emenda satisfacto, condempnavit et condempnat.

Pronunciatum ixª die Maii, anno Domini M° CCCC° XVI^to^. LE FÈVRE.

Arch. nat. Paris, X^1a^ 61, fol. 114.

2065. *Universitas Paris ad locumtenentem procuratoris civitatis Aurelianens, ad Universitatem et capitulum S Crucis Aurelianens. contra quemdam errorem in fide a quibusdam circum visis disseminatum, et Petrum Floure, vicarium inquisitoris Franciae recommendat*

1414-1416, Maii 11, Parisiis

1 A nos chers et bien amés les lieutenans du gouverneur et procureur de la cité d'Orliens[1].

. et pure affection que nous avons de present à vous [. . . . sin]gulière dilection et fianche que nous avons aulx honnerables . . . . de l'estude de vostre chité avent l'occasion dune matière ventilée . .. frère Pierre Floure, vicaire general de l'inquisiteur de Franche, nous font .. vous informer de verité sur aucunes chozes et aussi pour vous faire une . . il est vrai, tres grans amis, comme nous entendons que il vous a esté . vicaire vous avoit envers nous diffamé et notée vostre chité et les habitans du criesme . . . . . en oultre que par instrument ceste diffamacion vous apert, de laquelle choze nous [touz a gran]t mervellé Et pourtant que nous volons estre pour verité et raison et que ledit [vicaire] nous a requis tres instanment que nous donnissièmes en ceste matère loyal tesmongnage [à la] verité, nous vous certefions que nous n'avons point entendu que ledit vicaire vous ait aucunement diffamé, ne noté de icheluy criesme, mais en nous exposant que aucuns des parties voisines à vostre cité sont notté d'*un dampnable article,* c'est assavoir que *après nostre mort il n'est rien de nostre âme,* lequel est faulx, dampnable, heretique et tres perilleus; et lequel pour la netteté de nostre foy catolique nous ne poons dissimuler, ne quelque bon chrestien, expressement il excepta vostre chité. Pour quoy nous sommes certains que vous voldriés à vostre pooir persecuter toutes personnes qui en cest article ou en quelconques aultre volroit contre nostre foy aucune choze affirmer. Donc comme il soit ainsi que ledit vicaire ne vous ait aucunement noté ne diffamé vostre chité, mais tant seulement en pourchassant le extirpacion d'aucuns herites[2], comme il est tenu et obligié à cause de son office, principalment nous vous prions tres affectueuzement et sur l'amour que vous avés à Dieu et à la foy catolique vous requerons, et en faveur de droit et de verité, que vous faites ces presentes lettres publier, afin que se les habitans de la bonne cité d'Orliens avoyent conceu aucune haine contre ledit vicaire à cause du raport dessus dit, il le veullent oster et demètre, et en oultre vous prions et en faveur de droit requerons, que ledit vicaire vous vuelliés avoir pour recommendé en son office, faisant, en luy donnant conseil, comffort et aide, comme vous et toulx bons catoliques estes tenus, car ossi nous qui à ce sommes

voluntaire, nous sommes à luy adjoint contre toulx herites et leurs fauteurs Tres chiers amis, le Saint Esprit vous doint pais, prosperité et honnerable essauchement de vostre gouvernement. Donné en nostre congregation generale à Saint Maturin le xj^{e} jour de May

Les recteur et maistres de l'Université de Paris.

2 Ad Universitatem Aurelianensem

Sepe alias, celeberrimi ac litteratissimi viri, sed nunc permaxime cognovimus, quanti estimetis mutuum dilectionis nexum, que nos inter hactenus intima fuit, quamque sit vobis cure eamdem sincere et inviolabiliter illesam custodire, quo de nobis (et si multum, non tamen supra quam aut potuistis aut debuistis) confisi, nuncios vestros ad nostrum collegium destinastis, controversiam a paucis citra diebus contra vicarium generalem inquisitoris motam prosecuturos Et nos quidem studio pari cupientes hoc sanctum amoris fedus confovere, quo altius nostris animis radices agens per continuum ad posteros modos conducatur incrementum, quam benigne atque amicabiliter valuimus vestra ex parte ad nos nuncios destinatos excepimus. Verum ubi rem prefatorum nunciorum vestrorum et antedicti vicarii ore suo ordine digestam cognovimus, habitis multis et variis super hoc deliberationibus, quod veritati et amicitie debitum persolvemus, in hanc tandem unam venimus sententiam, quatinus videlicet nedum a processibus inchoatis desisteretis, verum etiam prorsus adnulatos sopiretis, quodvis discordie discencionisque fomentum de medio tollentes. Veremur enim ne, ut assolet, exili occasione lis interdum oriens, initio parva, longiore temporis tractu in inhonoram nec ad nutum placabilem evaderet contentionem. Quamobrem, conspicui viri, vestras obnixe rogamus caritates, quatinus sedata contencione et procul semotis processibus, concordie et pacis tractatum una cum sepius dicto vicario velitis inire et initum tra[n]squillum in finem usque perducere, et nos si vota vestra hac in re nostre respondeant voluntati, pro viribus hanc turbacionem in serenum convertere temptabimus ad honorem vestrum, veritatis integritatem et Dei honorem, qui vestras circumspectiones feliciter dignetur conservare.

3 Ad capitulum Sancte Crucis

Intelleximus, venerabiles viri, tam oratorum pro parte Universitatis Aurelianensis ad nos destinatorum, quam vicarii generalis inquisitoris relatu nonnullam controversie causam inter vos et vicarium prefatum agitari (*Fere eadem ut in epistola ad Universitatem*) Qua in re, venerabiles viri, affectu sinceriore quo valemus vestras deprecamur amicitias . quatinus penitus hac lite sopita viam pacis velitis apprehendere ... , Deo rem conducente, qui vestrum honorabilem cetum prospere conservare dignetur

Minuta chartac in Arch. nat. Paris , M 65^{a}, n° 158 (olim A. 33. oooo) — Petrus Floure vicarius inquisitoris Johannis Poleti fuit Ex iis quae QUÉTIF-ÉCHARD, I, p. 755, de ipso dicunt, vix post 1416 hae epistolae scriptae sunt. Immo post an. 1416 non in provincia Franciae, sed in provincia Remensi inquisitor fuit, saltem ad an 1419 sic affertur (*Chron. de Monstrelet,* III, p 361). quando Octob. 13 Atrebati sermonem in favorem unionis et Caroli delphini dixit

1. Inscriptio in fine epistolae. Initii pars sinistra avulsa est, unde decem lineae mancae — 2. I. e. heretiques.

2066. *Ordinatio facultatis decretorum de lectionibus*

1416, Junii 26, Parisiis

Item xxvj[a] Junii domini ordinaverunt, qui deberent legere decretales, ac eciam facere repetitiones seu cathedram tenere, bachalario vel licentiato respondente, et secundum tenorem statutorum a junioribus inchoando. Mag. Nicholaus de Logia, prior de Pontibus, fuit ordinatus ad legendum decretalem [*Firmiter* in] vigilia Nativitatis Domini; mag. Leonardus [de Passano] decretalem *Omnis* [*utriusque sexus*] in vigilia dominice in Ramis palmarum; mag. Radulphus Rousselli decreta *Majores* vel *Cum Marthe* in vigilia Penthecostes[1]; mag Gerardus Phaideti[2] primam repetitionem seu presidentiam in cathedra, que fiet citra festum Pa[s]che; mag. Herveus Pouchardi aliam repetitionem infra dictum tempus faciet, seu presidentiam in cathedra. Per istam tamen assignacionem repetitionum non excludentur antiquiores domini, si velint repetere seu etiam presidere, ut dictum est.

Item dicta die fuit supplicatum per organum decani, nomine mag. Johannis de Villanova, quatinus placeret facultati sibi reservare locum pro ambaciata Universitatis ad concilium Constanciense[3], prout alias electus fuerat. Quod fuit ab omnibus dominis nemine reclamante concessum.

Memor. fac. decr , I, fol. 16[b]

1 Ad haec vid. *Chartul.*, II, p 696, not. 2 — 2 Seu « Faideti » — 3 Vid. tom V.

2067. *Natione Franciae solemniter in Navarra congregata ad computum receptoris sui audiendum, receptor non computavit nisi de quatuor bursis quia, ut dicebat, rectores alias consueverunt capere super quemlibet tam licentiandum quam magistrandum unam bursam, sed facta informatione apud receptores aliarum nationum quod rector ab aliis nationibus nihil nisi cappam suam accipiebat, procurator nationis prohibuit ne receptor rectori bursam istam traderet[1]. Mox procurator Matthaeus Brunaudi nationem in S. Mathurino convocavit, ibique conclusum est quod a cetero illam quintam bursam non haberent[2] Postea[3], Petro de Ascenseriis procuratore, natio requisita a duobus magistris qui fuerant rectores, scil Guil de Valle[4] et Rad Recuchon[5], noluit bursam dictam eis solvere nisi aliae nationes similiter solverent Deinde[6] rectore Joh. Probi affirmante se ab aliis nationibus bursam unam ultra cappam recepisse, natio se paratam dare declaravit, si per deputatos[7] repertum fuerit alias nationes conferre. Qui deputati[8] fuerunt concordes, reliquas nationes alias solvisse, tamen visum est eis et nationi toti quod congregaretur fac artium per rectorem ut si repertum fuerit quod verum sit, natio solveret[9]*

1416, Jun 27, Jul. 8, Dec. 10; 1417, Jan. 13, April. 3, Parisiis

Bul., V, 304 sqq., e libro proc. nat. Gallic.

1. Actum in praesentia mag. Yvonis de Ponto, Joh Loveti, Michaelis Bauduc, Petri de Credulio, aliorumque (Jun. 27) — 2. Julii 8. — 3. Decembr. 10. — 4. Rectore an 1416, Mart -Jun., pro quo Bul. in Nomenclatura falso dat Simonem de Bergeriis (vid. *Auctar.*, II, 210, n. 3). — 5 Rectore Jun.-Oct , frustra Bul afferente Petrum Roodh de Abo (vid. ibid., 212 n. 3) — 6 An. 1417, Januar 13. — 7. Deputati fuerunt procurator, Petrus Bequilliart, Nicol. de Bellismo. — 8. April. 3 — 9. Re nondum decisa, rursus an. 1417 (1418) Januar 19 et 27, cum compertum esset antiquos omnes rectores quintam bursam accepisse, nihilominus natio conclusit nihil « nisi, si cetere nationes pergerent, se quoque soluturam ». Vid. Bul , p 305.

2068. *Cum rex Carolus VI, antequam induciae componerentur inter ipsum et regem Angliae, occasione accessus cujusdam comitis Hungariae hostiludia instituere in animo habuisset, rector et deputati Universitatis Paris. per mag. theologiae Benedictum Gentiani regem audacter a praedictis dissuaserunt, injustissimum reputantes, « regnicolarum graves pecuniales collectas, pro defensione regni principaliter introductas, sic ad usus inutiles et superfluos applicari » Rex iratus respondit, decere majestatem regiam aliquid nobilitatis exercere, addens : « indignissimum reputo habere correctorem »*

1416, Junio, Parisiis.

Rel. de Saint-Denys, VI, 16.

2069. *Quidam in facultate decretorum doctoratum recipiunt.*

1416, Julii 22, Parisiis.

Die xxij Julii, die lune ante vigiliam S. Johannis Baptiste anno Dom M° CCCC° XVI° fuerunt doctorizati magistri Herveus Pouchardi, Gyrardus Faydeti, Radulphus Rousselli, Leonardus de Passano, Nicholaus de Logia prior de Pontibus, per dom abbatem de Wand[regisillo].

Memor. fac. decr., I, fol 21.

2070. *Pluribus magistris theologiae aliarumque facultatum Universitatis Paris in curia parlamenti congregatis, Gerardus Machet, mag theol. et canon Paris , nomine Universitatis orationem habuit themate sumpto* Justicia et judicium preparatio sedis tue *contra scriptum Johannis Parvi* Justification du duc de Bourgoigne, *et contra sententiam trium cardinalium*[1] *olim electorum a Johanne XXIII,* « qui estoit tel quel, et tel que chascun scet, et pour ce a esté deposé du papat, car il estoit indigne à tel dignité ».

1416, Augusti 7, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X1a 4791, fol. 131-133. *Journal de Nicolas de Baye*, ed. Tuetey, II, p. 260-263 (fragments). Integre H. Denifle orationem publicabit cum *Epistolis Gerardi Machet.*

1. Jordanus Ursinus, episc. Albanens , Antonius card. Aquilegiens , et Franciscus Zabarella card. Florentinus processum ab episc Paris. contra doctrinam Johannis Parvi institutum, an. 1416, Jan. 15, in Concilio Constant. annullaverunt Vid. tom. V, et *Opp. Gerson* , V, 500-507.

2071. *In consilio et curia parlamenti cum multis aliis fuerunt rector Universitatis, tres doctores in theol., et tres in decret cum diversis Universitatis suppositis ad consiliandum, quomodo sic dictis* « pillars et banniz, qui courent par le royaume, pillans et murtrissans toutes manières de gens » *obviandum esset. Producta est bulla Urbani V*[1]

1416, Augusti 16, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X1a 1480, fol. 65. *Journal de Nicolas de Baye*, II, 266. Cf. *Chron. de Monstrelet*, III, 152.

1. De qua supra p. 222, not. 2.

2072. *In congregatione facultatis theol., adstantibus quampluribus theologiae doctoribus, licentiatis et baccalareis, mag Johannes Breviscoxae, facultatis decanus, exposuit, quod Carolus rex ad rectorem Universitatis Radulphum Recuchon suos nuntios miserit dicentes, in Concilio Constantiensi esse nonnullos magistros, licen-*

tiatos aliosque tam de Ordine Mendicantium quam alios, qui 9 assertiones Johannis Parvi ab episcopo Paris condemnatas defendere nituntur. Propterea rex mandat ut omnes magistri, licentiati, baccalarei, facultatem theologiae repraesentantes, in rotulo oblato, in quo 9 assertiones in latino et gallico cum reprobationibus earum scriptae sunt, in testimonium condemnationis se subscribant. Rector addit, quod rex neminem cogere vult. Magistri, licentiati et baccalarei concluserunt rotulo se inscribere Acta fuerunt hec Parisius apud S Maturinum, anno, indictione quibus supra « In nomine Domini .. Noverint universi . quod anno M CCCC XVI, indictione nona, die vero decima nona mensis Augusti, apostolica sede pastore carente ».

1416, Augusti 19, Parisiis.

Exemplar coaevum in Arch de Vaucluse Avenione, H 64[3] (n° 17), fonds Célestins, in quo documentum sequitur magistros, licentiatos, etc., subscriptos. Instrumentum insertum est instrumento curiarum episc. Paris. et archidiaconi Paris. Novemb 4, ut in *Opp. Gerson.*, V, p. 329.

Rotulo praedicto, cum novem assertionibus condemnatis, aliqui se inscripserunt 19 Augusti, alii 12 Septemb., alii 13 Septemb., alii vero et ultimi 22 Octob., praesentibus semper quibusdam magistris, ut mag Nicolao de Longolio, Guidone de Versaliis, Garcilio Mercatoris, Petro de Assenseriis, magistris in artibus, etc

1416, Augusti 19, Sept. 12, 13, Octob. 22. Parisiis.

[*Nomina rotulo inscripta :*]

Sacri Concilii determinacione salva omnes magistri, licentiati et baccalarei in theologia infrascripti in attestationem catholice veritatis deposuerunt, propositiones novem prescriptas falsas et erroneas esse secundum qualificaciones eisdem oppositas. In cujus rei testimonium ipsi nomina sua propriis manibus subscripserunt.

[*Magistri theol*]

Johannes Breviscoxe, mag in theol., decanus facultatis
Johannes D'Achery[1], mag in theol , episc Silvanectens
Petrus de Dyerreyo, mag in theol
Guillelmus abbas S Germani de Pratis, actu regens
Radulphus Paris, mag in theol
Radulphus [Mareschalli], monasterii B Genovefe abbas
Johannes de Austria, mag in theol , actu regens.
Philipus, monasterii B. Dionysii abbas
Germanus Famuli, alias de Rungiaco, mag in theol.
Theobaldus Picardi, Ord B Marie de Montecarmeli
Petrus de Cantella, mag in theol , actu regens
Thomas de Ponte, mag in theol , actu regens
Petrus Blanboully, mag in theol
Fr Johannes de Trecis, mag in theol
Johannes de Dulcimenillo, mag in theol
Fr Johannes Generi, mag in theol , actu regens
G[uillelmus] de Hotot[2], mag in theol
Herveus de Villanova, mag in theol
Fr Henricus Pistoris, mag in theol.
Johannes de Castellione, mag in theol.
Fr. Guillelmus Boticolli, mag in theol
Benedictus Genciani[3], mag. in theol
Erardus Emengart, mag in theol.
Ego, Petrus de Nogento, habeo eas suspectas de heresi
Gerardus Macheti, mag in theol
Radulphus de Porta, mag in theol
Johannes Balduini[4], mag. in theol
Guillelmus Trenchevent, mag in theol.
Eustachius de Mesnillo[5], mag in theol Parisius
Martinus de Bruerus[6], mag in theol Parisius
Johannes Lambert[7], mag. in theol
Johannes de Rouvroy[8], mag in theol. Parisius.
Fr Johannes de Vernone[9], mag in theol
R[aymundus] Barguenel, mag in theol
T[homas] de Cracovia, mag in theol
Johannes de Laudissono, mag in theol
Petrus Richardi, mag in theol
Martinus Talayero habeo suspectas in fide et moribus

Dyonisius Pagani hoc tenet, quod iste propositiones sunt scandalose et presumptuose dicte.

T[homas] Hobe, mag. Premisse propositiones de interfectione tiranni videntur michi scandalose, crudeles et impie.

[40 mag. theol.]

[*Licentiati et baccal. formati.*]

Fr. Guillelmus Seguin, O. P., lic. in theol.[10].

Paulus Natalis, lic. in theol.

Guillelmus Bardelli, lic. in theol.

Fr. Laurentius Christiani, lic. in theol., Ord. Carmel.

Fr. Jacobus Forestarii, bacall. form. in theol.[11] et presentatus.

Fr. Philipus Raydor, bac. form. et pres.

J. de Gondainvillari, bac. form.[12].

Fr. Johannes Pinsonis, O. Premonstr., bac. form.

Fr. Martinus Billorry[13], O. Pred., bac. form.

Petrus Guespin, bac. form.

Guillelmus Martini, bac. form.

Radulphus Recuchon, bac. form.

Fr. Seguinus Cognati, O. Carmel., bac. form.

Ego Michael Brunelli, bac. form.

Jacobus de Celeriis, bac. form.

Fr. Jacobus Villeti[14], O. Carm., bac. form.

Fr. Petrus Morelli, bac. form.

Dompnus Johannes Ruffi, bac. form.

Johannes de Porta, bac. form.

Johannes Petor, bac. form.[15].

Dom. Johannes de Villa, bac. form.

Fr. Guillelmus Merici[16], O. Pred., bac. form.

Fr. Johannes Trolehan[17]. bac. form.

Fr. Johannes de Nemore, bac. form.

Fr. Johannes de Montibus, bac. form.

Fr. Petrus Galteri, bac. form.

Fr. Egidius de Platea, bac. form.

Robertus Reginaldi, bac. form.

Petrus Guillemeti, bac. form.

Albertus Fabri, bac. form., O. Pred.

Guichardus Boudillion, bac. form. in theol.

[4 lic. theol., 27 bacc. form.]

[*Baccalarei theol.*]

Fr. Johannes de Hannoilles, bac.

Petrus Forgeti, bac.

Nicolaus Sirenis, bac.

Fr. Michael Viela, bac.

Johannes Probi, bac.

Fr. Henricus Centurionis, bac.

Fr. H[enricus] Lupi, bac.

Petrus Rabelli, bac.

Abbas monasterii de Castellariis[18].

Fr. Yvo Eveni, bac.

Fr. Archambaudus de Firmitate, bac.

Fr. Guillelmus de Acheriis, bac.

Egidius de Priches, bac.

Johannes de Crannach, bac.

Johannes de Londa, bac.

Fr. Johannes David, O. Carm., bac.

Fr. Johannes Guillemere, bac.

Fr. Bernardus Causacii, bac.

Mattheus Lormier, bac.

Symon Richerii, bac.

Johannis Hervei, bac.

Gauffridus de Heiwes, bac.

Guillelmus Quillet, bac.

Michael de Creneyo, bac.

Petrus Michaelis, bac.

Petrus de Clamengis, bac.

Hugo de Orignyaco, bac.

41.

Egidius Carlerii[19], bac.

Egidius Remondi, bac.

Jacobus de Hemptincs, bac.

Alexander Cavelier, bac.

Johannes Amici, bac.

Franciscus Patrignon, bac.

Johannes Benedicti, bac.

Petrus Benin, bac.

Johannes de Ruffossa, bac.

Vivianus Roboleti, bac.

Robertus Fleury, bac.

Guillelmus Mestronis, bac.

Johannis Crassi, bac.

Guillelmus Horston, bac.

Petrus de Longocampo, bac.

Nicolaus de Belismo, bac.

Radulphus le Danois, bac.

Johannes Fabri, bac.

Guillelmus Hardy, bac.

Fr. Johannes Hemardi, bac.

Fr. Jacobus Mercerii, bac.

Guillelmus Garnerii, bac.

Rogerus Boyvin, bac.

Johannes Belliguen[20], bac.

Johannes Clerici, bac.

R[icardus] de Courceyo, bac.

W[ilhelmus] de Loch[em][21], bac.

Arnoldus de Lirichant, bac.
Gillebertus Mamet, bac.
Guillelmus le Poigneur, bac.
Alexander de Faulzyzlz, bac.
Johannes Hulin, bac.
Ego, Nicolaus de Belloramo, habeo eas suspectas de heresi vel errore.
Ego, Guill. Anglici, bac., habeo suspectas de heresi.
Ego Johannes Laurentii, bac., habeo suspectas de heresi.
Guillelmus de Escarvilla, bac.
Robertus de Bervilla, bac.
Johannes Pigache, bac.
Robertus Aveline, bac. in theol., habet eas suspectas de heresi.
Johannes Churuel, bac. in theol.
Fr. Robertus de Bellomonte, rel. O. S. B.
Guillelmus Custurarii, bac. in theol.
[69 bacc. theol.]

Exemplar coaevum in Arch. de Vaucluse Avenione, H 64³ (nº 17), fonds Célestins, insertum instrumento curiarum episc. Paris. et archidiaconi Novemb. 4. *Opp. Gerson.* V, p. 328 sq., cum nominibus vitiatis et saepe inexplicabilibus, licet e nostro exemplari sumptis. Instrumentum pro nobis magni momenti est, cum monstret quot fere baccalarei simul annuatim in facultate theol. fuerint. Omisimus nomina notariorum saepe occurrentium J. Cachaloe, scribae Universitatis, J. de Atrio, J. Mancyon.

Id hactenus ignotum, annotemus. Tunc omnes theologi, quos Universitas Paris. (non rex, episcopi, capitula vel alii) olim Constantiam miserat, reversi erant, et Universitas Paris., ut in tom. V videbimus, querebatur apud caeteros legatos Universitatis « cunctos abesse theologos, quod neque tolerabile, nec honestum ». Anno sequenti alios misit.

1. E Concilio Constant. jam an. 1415 reversus. — **2.** Abbas de Cormeriaco, qui postea ad Concilium ivit. — **3.** E Concilio Constantiensi reversus. Vid. *Auctar.*, II, 211, not. 1. — **4.** E Concilio Constantiensi reversus. — **5.** Ms.: « de Moisellio ». — **6.** Vid. p. 89, not. 4. Postea ad Concilium Constant. profectus est. — **7.** Incepit 1408, fec. 2ᵘᵐ cursum 1409, leg. Sentent. 1410 (ms. lat. 5657ᵃ, fol. 15). Licent. inter 1413 et 1416, verisimiliter an. 1415. In Suppl. Mart. V, nº 190, fol. 37. — **8.** Seu « Rouvreyo ». Vid. p. 89, not. 6. An. 1443 adhuc inter vivos (Suppl. Nicol. V, nº 422, fol. 106ᵇ). Cum esset decanus fac. theol. (post an. 1439) pro rege Carolo VII Stratagema Frontini in linguam gall. vertit (Delisle, *Cab. des mss.*, I, 72). Ad ipsum sunt 6 epp. Gerardi Macheti. — **9.** Ord. Carmel., licent. verisimiliter an. 1415. Incepit 1408, leg. Sentent. 1410. — **10.** Quatuor sequentes inter an. 1413 et 1415, verisimiliter 1415, licentiati sunt. — **11.** Sequentes baccalarei formati fere omnes ante an. 1422 licentiati sunt. — **12.** Incepit an. 1409. — **13.** Delisle, l. c., II, p. 217. Ab an. 1425 saepius nominatur. — **14.** Licent. ante an. 1422, sed magister factus est solum an. 1425, Octob. 22 (Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 36). — **15.** Licent. an. 1426 (1427). — **16.** I. e. « Merice », « Emeric », seu « Aymeric », qui an. 1429, Martii, cum Seguino Carmelita aliisque Johannam d'Arc Pictavis examinavit. — **17.** Fuit prior Alborum Mantellorum. Vid. ad an. 1421 et 1422. — **18.** Cum ut baccalareus afferatur, minime Franciscus de Ecclesiis erat (vid. nº 1863, not. 10), sed jam Petrus Bernardi, a Martino V an. 1418, Martii 14, confirmatus, per mortem [Francisci] (Arch. Vat., XII, 121, p. 99). Omittitur in *Gall. christ.*, II, 1349. — **19.** De Camarco. Vid. supra p. 95, not. 23. — **20.** Vid. ad an. 1422. — **21.** E Concilio Constant. reversus.

2073. *Universitas Paris. propter quosdam abusores declarat, solum juratos pergamenarios privilegiis Universitatis gaudere.*

1416, Septemb. 14, Parisiis.

Universis presentes litteras inspecturis rector et Universitas magistrorum et scolarium Parisius studentium, eternam in Domino salutem. Suborta siquidem nuper inter nonnullos domini nostri regis consiliarios ad aures nostras devoluta questio continebat quod nonnulli habitatores hujus urbis diversas mercaturas et alia officia secularia publice exercentes, licet ad officium pergameneriatus inhabiles, non litterati, se juratos nostros asserebant, subsidia regia temporibus modernis pro neccessitatibus regni imposita propter hoc solvere recusantes, nostris non utentes privilegiis, sed potius abutentes, in aliorum habitantium et civium hujus urbis etiam propinquorum vicinorum grave prejudicium atque dampnum. Quapropter nos rector et Universitas in nostra generali congregatione apud

Sanctum Maturinum Parisius propter hoc nonnullaque ardua negotia pertractanda solenniter celebrata, post maturam et diuturnam deliberationem m............biliter[1] prehabitam, nolentes de regiis pertinentiis aut predictis s[ubsidiis] detrahere, nisi quantum privilegia dudum nobis concessa et hacte[nus] observata prestarint, ad inutilium distractionem, si qui sint, et majorem verorum officiariorum nostrorum notitiam, ad quos jure et consuetudine nostra privilegia se extendunt (attento quod numerus verorum pergamenariorum est modicus, et quod etiam officium eorum est valde neccessarium et opportunum tali gremio sicut est Universitas Parisiensis ac etiam toti communitati ymo litterarum studii, et exercitium scientiarum oportune, verum etiam coacte concernit utilitatem), omnes pergamenarios Parisius commorantes, quotquot sint aut fuerint, litteras testimoniales sub sigillo rectorie (ad tollendum errorem et majorem verorum notitiam) super hoc habentes, privilegiis, franchisiis et libertatibus nobis et suppositis nostris concessis et concedendis uti et gaudere volumus et decrevimus, volumusque et decernimus per presentes. Hinc est quod omnibus et singulis, quorum interest aut intererit, significamus et verius attestamur, quod omnibus pergamenariis emendi, vendendi pergamenum et omnia alia, que ad officium pergamenariatus pertinent, exercendi licentiam et facultatem concessimus et concedimus tenore presentium litterarum, ab eisdem pergamenariis per prius prestitis juramentis solennibus de dicto officio pergameneriatus fideliter exercendo, prout in registris et statutis nostris hactenus super hoc factis hujusmodi juramenta latius sunt expressa, cum solennitatibus aliis in talibus fieri consuetis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum magnum presentibus litteris duximus apponendum. Datum et actum Parisius in predicta nostra congregatione generali apud Sanctum Maturinum, ut predicitur, solenniter celebrata, anno Domini millesimo quadringentesimo decimo sexto, die xiiij[a] mensis Septembris.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 68, n° 113 (olim D. 19. a). A tergo : « Voz tres humbles et bien veuillans subgetz les recteur et maistres de l'Université de Paris ». JOURDAIN, n° 1133, nihil nisi titulum instrumenti e Reg. 98 norat.

1. Dilaceratum.

2074. *Magistri regentes fac. medicinae an. 1416-1417*

1416, Novemb. 3, Parisiis.

Anno Domini millesimo CCCC° XVI°, die martis tercia Novembris, magistri quorum nomina subsequuntur inceperunt lectiones suas ordinarias pro regentia tocius anni :

Thomas de S. Petro.
Guill. de Camera.
Joh. Comitis.
Joh. Leporis.
Joh. de Martrolio.
Joh. Tanquart.
Joh. Belard.
Jacobus Sacquespée.
Robertus de S. Germano.
Hanricus Doigny.
Guill. Nepotis.
Droco Decani.
Joh. Casson.
Joh. Basin.
Yvo Levis.
Joh. de Pisis.

Petrus Cardonnelli.
Guill. de Gardinis.
Robertus Charmolue.
Jacobus Despars.
Stephanus de Rovroy.
Michael Bouveti.
Petrus Berniquoti.
Petrus Brachii.
Petrus Bechebien[1].
Guillelmus Leotherii[2].
Johannes Juvenis[3].

[27]

Comment. fac. med., I, p. 208. — Nov. 7, decanus electus est Stephanus de Rovroy, Parisiensis, mag. in art. et med.

1. April. 10 ejusdem anni principiaverat sub mag. Johanne Leporis. — 2. Nationis Gallicanae; principiaverat sub eodem Maii 21. — 3. Nat. Picardiae; principiaverat sub mag. Drocone Decani Junii 4 (Comment. fac., I, p. 207).

2075. *Facultas decretorum Paris., pluries urgente H. de Marle cancellario Franciae, deliberat an rotulo continenti condemnationem 9 propositionum Joh. Parvi subscribere debeat.*

1416, Augusti 20, Septemb. 15-Novemb., Parisiis.

Item xx die Augusti magister Radulphus Recuchon, tunc rector Universitatis Paris., tradidit mihi tres litteras sigillatas, unam de magno sigillo regio, aliam de sigillo episcopi Paris., et terciam sigillo Universitatis sigillatam. Que quidem littere omnes erant pro condampnacione proposicionis magistri Johannis Parvi, dixitque michi idem dominus rector quod ipsas dominis meis doctoribus in plena facultate ostenderem, ad hoc ut omnes domini mei doctores haberent se inscribere in quodam rotulo de pergameno in quo inscripti erant fere omnes magistri et bacha[la]rii in theologia[1]; sed dictus rotulus pro tunc non fuit michi traditus.

Et ideo in missa sequente que fuit xxviii^{a} dicti mensis, dictas litteras presentavi dominis meis doctoribus ad hoc ut super materia deliberarent; qui omnes vel ad minus multo major pars[2] dixit quod, quia fuerant spreti quando processus fiebat, ipsi nolebant de hoc se intromittere; aliis dicentibus quod parum prodesset nostra inscriptio, cum jam materia penderet in Concilio Constanciensi. Et ita istud negotium tentum fuit in suspenso usque ad xv Septembris, qua die dominus cancellarius Francie misit michi per quendam juvenem clericum unam cedulam cujus tenor sequitur :

Doyen de la faculté de decret, vous savés que pour ce que le roy est receu comme partie en la cause de la foy pendant au saint Concile de Constance, en laquelle n'a nus ou comme nus adversaires senon aucuns religieux mendians, qui se dient faire la plus grant partie; pourquoy le roy a requis l'Université de Paris, que les maistres docteurs et licentiés des facultés de theologie et de decret se soubscripsissent en un certain roule baillé par le roy pour monstrer que le roy et sa fille l'Université ont trop plus grant nombre de clercs pour leur partie que les dessusdis mendiants. Laquelle requeste du roy a esté passée par l'Université; et en l'execucion d'icelle se est acquitée grandement la faculté de theologie, dont le roy est bien content. Si vous requiert le roy pour l'onneur de la foy et de lui que conformement à la faculté de theologie vous fassiés assambler de par lui et de par vous tous les docteurs, licentiés et les lisans du matin pour soy soubscrire oudit roulle, comme a fait la faculté de theologie. Et en ce faisant vous ferés vostre debvoir envers le roy comme vous y estes tenus. Donné ce mardi xv de Septembre. — H. de Marle, chancelier de France.

Le jeudi ens[uivant] en la messe de la faculté, domini fuerunt congregati post missam et deliberaverunt unânimiter convocandos fore omnes licentiatos in decretis; sed primitus quinque vel sex de notabilioribus, qui convocati fuerant, ita cito deliberare non potuerunt, obstantibus relacionibus factis per abbatem Ursicampi[3] veniente de Concilio generali. Verum xxviij^{a} Septembris pluribus prelatis et de Universitate presentibus[4] qui convocati fuerant ad audiendum dictum abbatem, cancellarius Francie vocavit me et dixit michi quod dicerem dominis meis quod festinarent se de se inscribendo in predicto rotulo. Die jovis prima Octobris domini fuerunt congregati et illud eis narravi. Deliberaverunt predicti domini, magistros Andream et Guillelmum Cotin, Nicholaum de Savegni, Guillelmum Claustre, Johannem Jouvenel et magistrum Adam de Baudribosco ad diem dominicam sequentem convocandos in Sancto Johanne. Qui quidem vel eorum aliqui comparentes voluerunt adhuc planius deliberare.

Postmodum diebus pluribus sequentibus vocati fuerunt licentiati legentes de mane et bachalarii dicte facultatis decr[etorum] ad deliberandum super aliquibus ix proposicionibus seu assercionibus nobis traditis per dictum dominum rectorem, cum aliquibus prefacionibus dictam materiam tangentibus. Quas rejexit facultas decretorum solempniter congregata, volens deliberare super materia dictarum proposicionum sibi oblatarum sine nominacione auctoris, prout cavetur in litteris super hoc confectis anno Domini M°CCCC°XVI°, mensis Novembris xviij[5], et sigillatis sigillo facultatis cum subscriptione notariorum.

Memor. fac. decr. Paris., I, fol. 19^{b}. — Epistola cancellarii Franciae exstat etiam in Bibl. nat. Paris., ms. lat. 11804, fol. 357.

1. De quo vid. n^{um} 2072. — 2. Ms. : « major pars multo ». — 3. Johannem Picart, mag. theol., de quo jam pluries. — 4. Ms. : « plures ». — 5. Vid. num^{um} sequentem.

2076. *Ut decanus et collegium facultatis decret. Paris. notificant, facultas decretorum (attentis determinatione Concilii Constantiens. et qualificationibus magistrorum facultatis theol.) saepius convocata ad dandum consilium de propositionibus mag. Johannis Parvi, reprobat 9 propositiones[1], facultate tunc composita 18 doctoribus, 48 licentiatis et 57 baccalareis. « Quocirca si que nomine facultatis in contrarium predictorum emersisse a nonnullis referantur, omnibus certificamus, hec non de mente predicte facultatis legitime congregate aliqualiter processisse[2]. In quorum omnium et singulorum fidem...* » Data autem et acta fuerunt premissa apud hospitale S. Johannis Hierosolymitan., ubi pro factis dictam nostram tangentibus facultatem congregari consuevimus, in congregatione nostra generali solemni et specialiter propter hoc celebrata anno Dom. milles. quadringentesimo sexto decimo, indictione decima, apostolica sede vacante, mensis Novemb. die decima octava, presentibus, *etc.* « Universis ... decanus et collegium venerab. facult. decret. in florenti et fructifero studio Paris.... Notum facimus quod ad serenissimi ».

1416, Novemb. 18, Parisiis.

Opp. Gerson., V, 704 sqq., ex originali apud Coelestin. Avenionens. olim conservato.

1. Reprobatio sic facta est, ut unicuique 9 propositionum censura paucis verbis comprehensa addita sit, v. g. assertioni primae : « Sacris canonibus et eorum doctrine dissona et adversa, scandalosa pacisque turbativa ». — 2. Ad haec vid. supre an. 1415, Augusti 21, n° 2044.

2077. *« Quoddam appunctamentum super quibusdam codicibus* Justificationem ducis Burgundie *super morte ducis Aurelianensis appellatis. »*

1416, Septemb. 19, Parisiis.

Karolus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis salutem. Cum nuper in nostra parlamenti curia carissima filia nostra Parisiensis Universitas palam omnibus proposuisset, quod Parisius atque alibi in pluribus regni nostri locis quamplurimi certos codices et scripturas eorumque copias *Justificationem ducis Burgundie* super morte ducis Aurelianensis nuncupatas multiplicabant, publicabant ac venditioni publice exponebant ...., requirens ipsos codices et scripturas ruptum et laceratum iri publice aut alias super premissis juxta casus exigentiam provideri : notum facimus, quod audita predicte filie nostre Universitatis requesta ....; visis insuper supradictis scripturis atque codicibus unacum pluribus aliis eidem curie nostre per ipsam Universitatem traditis, et consideratis considerandis : prefata curia ex parte nostra inhibuit et inhibet .... sub pena corporis et bonorum .... ne quis cujuscunque status aut conditionis in posterum dicat, publicet, asserat seu doceat in nostro dominio licere alicui vassallo aut subjecto seu alteri interficere aliquem per insidias, blandicias, fraudes seu deceptiones, non expectata sententia seu jussu judicis competentis. [*Inhibet praeterea sub eisdem poenis publicationem et transcriptionem codicum; detecti codices afferantur; procurator regius puniat transgressores. Haec ordinatio in Castelleto alibique publicetur. Praepositus Paris., baillivi*, etc., *praemissa publicari et observari faciant.*] Datum Parisius in parlamento nostro decimanona die Septembris, anno Domini millesimo CCCC^{o} XVI^{to} et regni nostri tricesimo septimo. BAYE.

Arch. nat. Paris., X^{1a} 8603, fol. 9^{b}. Fol. 10 eadem ordinatio, sed edictum curiae parlamenti (a « praefata curia » usque in finem) exstat ibidem in lingua gallica. *Opp. Gerson.*, V, 676 sq. (lat.). Curia parlamenti jam Septemb. 16 edictum suum praeparavit (vid. X^{1a} 1480, fol. 68^{b}; *Journal de Nicolas de Baye*, II, p. 270, 309; BUL., V, 304), ast pronuntiatum et publicatum est Septemb. 19 (Bibl. nat. Paris., ms. lat. 1485^{2}, fol. 409; *Opp. Gerson.*, V, p. 656).

2078. *Universitas Paris. ad Concilium Constantiense, ut privilegium Johannis XXIII de non extrahendo ex urbe Paris. renovetur.*

In fine anni 1416, Parisiis.

Egregii, reverendissimi atque incliti patres, viri ex omni gente delecti. Quoniam studia litterarum placida in pace coluntur dulcemque volunt a motibus exteris servare quietem, ut liber animus liberis doctrinis insistat, hinc prisci patres et cuncta leniter ducentes, sapientissimi veteres, a studentium circumferentia motus omnes infestasque mundanorum insolentias privilegiis repulerunt, attendentes sedulo, quia sedendo et quiescendo fit anima prudens. Verum artes nocendi, quibus neque modus neque numerus, semper in pejora prorumpunt; neque tantas antiquitus fraudi patefactas sat est esse fenestras, si non et nova semper invenire glorientur moderni. Ita dolis, ita circumventionibus indultum est, ut contra niti nemo possit, si non in eandem fraudis maculam se pol[l]uat et manus coinquinet hoc

seculo, quatinus fraude fraudem repellat. Sed crescente in dies malo crescere debet et malis ostaculum, quo studiorum cura protecta semper in suum perfectum resideat, atque id potissimum conservetur in quo solidissimum ecclesie residet fundamentum. In materiali siquidem corpore si violentum quitpiam corpus invaserit, primum caput et sensuum fontem manus ipse muniunt. Hec eo ipso in medium veniunt, quia turbationes innumeras, processuum lateralium involutiones atque vulpine artes hiis ita pro temporibus obrepserunt, ut nemo studiosus, nemo sapientiam diligens, panem ex altari sumptum sinitur in justissima pace comedere, neque Dei pacis sacerdotale ministerium non cuiquam sine gravi lite perquiritur; montana pertransire, vias peragrare difficiles hii perurgentur, qui rerum difficilia satis studio tractaverunt, ita ut magis corporis exercitio quam mentis studio beneficia viris obveniant, atque potissimum in hiis medium, scola[s]tica doctrina, equestri pro industria relinquatur. Rogamus igitur cetum vestrum sacerrimum, quatinus, uti nobis alias indultum est, pro causis beneficialibus ultra muros Parisienses non tractemur. Et quoniam nobis assignatus terminus jam labitur aut adspirat ad terminum, nobis hoc privilegium vestra largitione scientiarum intuitu confirmetur aut donetur, et vos sic nostros in pace confovebitis, florebit habundantius hoc studium et bonis Domini locupletatum in aliorum eruditionem refundet. Sanctam vestram, etc.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65^{b}, n° 2. Ibid. ad quemdam episcopum alia epistola, ut se protectorem hujus negotii monstret. Cum an. 1413, April. et Maii, Johannes XXIII privilegium praedictum ad triennium indulsisset, hoc documentum ad an 1416 pertinet. Et quia cum isto privilegio cohaeret, nos illud, quamvis Concilio Constantiensi destinatum, hic edimus. Non tamen antequam novi legati ad Concilium iverint, epistola transmissa est

---

2079. *Johannis de Monsterolio ad Universitatem Parisiens. adversus mores, levitatem et malam fidem Sigismundi, Romanorum imperatoris, epistola.* « Meditabar et mecum nunc agebam ».

1416, Augusti-1417 ineunte.

Epistola inserta est epistolae ad regem Carolum (« Quatenus vestre majestatis »), quae finitur . « Scriptum hac in hora me de congregatione Universitatis generali regresso, in qua plures altis vocibus obtulerunt plurima facta vestra (quod Deus avertat) ad suspicionem reducere heresis vehementem. Super quibus audiendum potius vectorem, quam scripto palam facere fideles vestre celsitudinis censuerunt ». Cod. Vat. Reg 332, fol. 44^{b}-50^{b}. MARTÈNE, *Vet script. Coll.*, II, p. 1443-1452.

2080. *Universitas Paris. (sub rectore mag Johanne Probi[1]) mittit ad Johannem delphinum Viennensem, apud Compendium commorantem[2], ei supplicans ut bono regni et populi consulat proindeque in suum patrimonium inter suos subditos se conferat, qui eum exspectant.* « Très hault et puissant prince et nostre très redoubté seigneur Pour ce que les affaires de ce royaume ont si grant besoing de bon aide ».

1417, circa Jan 14, Parisiis.

Arch. nat. Paris., M 65^{b} n° 105 (olim A. 3. 1111) BUL., V, 306. — Jan. 14 curia parlamenti commisit Jacobo du Gard et Oudardo Gencien, ut Compendium cum ambassatoribus Universitatis propter hoc negotium ad delphinum irent (Arch. nat. Paris., X^{1a} 1480, fol. 78, BUL., 1 c., *Journal de Nicolas de Baye*, II, 276)

1. Vid. BUL., V, p. 305 — 2. Vid *Chron. de Monstrelet*, III, 166 sq.

2081. *Universitas Paris. scribit ad ducem Guillelmum comitem Hollandiae, ut delphinum impellat Parisios venire.*

1417, circa Jan. 14, Parisiis.

Hault et puissant nostre tres honnouré seigneur. Pour ce que le bien commun de cest roiaume a besoing que tous lez amis de la seigneurie de France se emploient et mettent en euvre et mesmement ceulx à qui le cas touche principaument, comme nostre tres redoubté le Daulphin de Viennois, nous desirans sa venue et l'ibregement d'icelle, escripvons par devers sa haultesse en la manière qui s'ensuit : « Très hault », etc. Pour quoy, considerés lez causes evidentes et le[z] moti[f]s dedens touchiés, nous prions à vostre noble seigneurie, que en ce lui plaise donner son aide et curieuse provision pour l'ibregement d'icelle tres desirée venue, ainsi que en vostre seigneurie en avon[s] parfaicte fiance pour lez causes et raisons qui nous donnent foy que si le bien de ce roiaume vous doie estre parfaictement à cueur. Si supplions bien humblement à vostre haultesse que à ladicte venue lui pla[i]se entendre et faire de vostre costé en ce ainsi que le roy nostre souverain seigneur requiert ladicte chose estre faicte. Nostre tres honnouré seigneur, nous prions Dieu qu'il veuille avancer l'acomplissement de vos bons et loiaux desirs. Escript.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65^{b}, n° 82 (olim A. 3. 111).

2082. *Occasione bellorum omnes doctores facultatis decretorum actu regentes reputabuntur, etiamsi post festum Omnium Sanctorum inceperint*

1417, Septemb. 8, Parisiis.

Viij^{a} die Septembris in missa facultatis, presentibus omnibus dominis regentibus, dempto domino [de] Gemeticis[1] qui protunc erat absens quamvis actualiter regens existeret, positum fuit in deliberatione utrum videretur predictis dominis expediens, attentis periculis utrarumque guerarum nunc in regno existencium et potissime circumquaque Parisius verisimiliter concurrentium, quod omnes et singuli doctores tunc regentes tales reputarentur, etiam quoad optionem licentiandorum in examine proximo sequenti, licet non inciperent in prima lectione post festum Omnium Sanctorum lectiones suas cum aliis dominis incipientibus. Super quo deliberavit facultas, nemine discrepante, quod omnes protunc regentes tam Parisius quam alibi, et in Concilio generali existentes, et pro quibus specialiter alias fuit in eadem facultate supplicatum, reputabuntur habiles ad omnia emolumenta facultatis antedicte percipienda et optionem licentiandorum in dicta licentia, dum tamen interfuerint in predicto examine. J. SERVAVILLA[2].

Memor fac. decr. I, fol. 27^{b}. — *Preuves justificatives des droits des docteurs régents*, etc., p 14.

1. Simone de Bosco. — 2. Decanus facultatis

2083. *Carolus VI suis litteris inserit epistolas Philippi IV* (Chartul., II, n° 625) *et Caroli V* (Chartul , III, n° 1247), *de sexaginta libris annui redditus ad usus trium capellanorum Universitatis. Carolus VI confirmat ordinationem sui patris ut redditus annuus 60 libr e redditibus Castelleti sumatur, et solvatur per manus officiariorum seu receptorum emolumentorum Castelleti.* Donné à Paris le xve jour de Septembre l'an de grace mil CCCC et dix-sept, et de nostre regne le xxxvij^{e}. « Charles A tous ceulx » *Par le roy le confesseur, messire Guerin de Lorris et autres presens.* J. de Wstfolio.

1417, Septemb. 15, Parisiis.

Originale in Arch. nat. Paris., K 59, n° 18bis (olim C 6. c). — Bul., V, p. 354. *Mém hist. sur les bénéfices*, p. 21, Arch. nat., K. 180, liasse 1, n° 1.

2084. *Consultatio quorumdam doctorum de venditione censuum et reddituum.* « Quia usus emendi census ».

1415-1417, Septemb. 26, Constantiae.

Bul., V, 362. — Rubrica supra posita sufficiat, cum documentum nihil commune habeat cum Universitate Paris., quamvis apud Jourdain, n° 1184 « Consultatio doctorum Paris. ». Praeter Petrum d'Ailly, card. Cameracens., et Joh. Gersonem nullus 12 subscriptorum doctorum et praelatorum ad Univers. Paris. pertinebat. Praeterea documentum male Bul ad an. 1423 (cf. etiam D'Argentré, *Coll jud.*, I^{2}, p. 219, Keussen, *Matrikel der Univers. Koln*, I, p. 99, not. 14), Jourdain ad an. 1425 ponunt. Nam e consulentibus Franciscus Zabarella, card. Florentinus an. 1417, Sept 26 (Arch. Vat., XII, 121, p 92); Petrus card. Cameracens. an. 1420, Aug. (cf. Salembier, *Petrus de Alliaco*, p. 367 sqq.), defuncti sunt, Johannes Gerson an. 1418, post April 22, exul fuit Ante an 1417, Sept. 26, igitur instrumentum confectum est, et quidem Constantiae, dum subscripti doctores una erant, quorum aliqui ex Universitate Coloniensi, v. g. Theodoricus de Monasterio et Joh. Warburg (Mansi, *Concil.* XXVIII, 633), alii ex Universitate Bononiensi, etc., fuerunt.

2085. *Magistri regentes fac medicinae an. 1417-1418 [Iidem qui anno superiore, exceptis* Joh Comitis[1], Joh. de Martrolio, Rob de S Germano[2], Guill de Gardinis, *addito autem* Henrico Tibout] [24]

1418, Novemb. 4, Parisiis.

Comment. fac. med., I, p 217. — Decanus electus est Nov 6 Petrus Bechebien Quo mox absente ad rotulum papae portandum, vices decanatus gessit Petrus Bernicoti. Vid n^{um} 2089.

Ultimum Joh. Casson inter mag. regentes nominatur, nam in commotione Parisiensi an. 1418, Junii 12, cum multis aliis occisus est. Vid. *Auctar.*, II, 246, 21.

1. « Mag Johannes Comitis non fuerat proclamatus cum aliis, sed fuit proclamatus in secunda lectione et disputavit de ordinaria in ordine suo » — 2. Attamen « mag. Rob. de S. Germano reputatur regens pro isto anno. »

2086. *Gardianus Ord Min et Ord Eremit S Aug conventuum Paris se submittunt Universitati Paris quantum ad bullam Alexandri V et condemnationem* Justificationis *Johannis Parvi*

1417, Novemb 16, Parisiis,

Nos, gardianus et fratres conventus Minorum, prior et fratres Sancti Augustini Parisius, summe desiderantes pacifice et concorditer vivere cum alma matre nostra Universitate, cui totis animis desideramus complacere, contentamur stare et permanere ac uti privilegiis et libertatibus ab ecclesia et summis pontificibus indultis ante concessionem

bulle domini Alexandri pape quinti, que incipit : *Regnans in excelsis*[1], quibus antea gaudebamus et utebamur. Ymo volumus et consentimus, omnia manere et stare, perinde ac si nunquam emanasset prefata bulla, in illo eodem statu in quo eramus ante hujusmodi concessionem, bona fide promittentes prefate matri nostre Universitati nunquam imposterum uti nec nos juvare, virtute dicte bulle, aliquo privilegio vel aliquibus libertatibus aut eciam addicionibus in tenore dicte bulle appositis, nobis per prefatum dominum Alexandrum in dicta bulla concesso vel concessis.

Insuper promittimus pro presentibus et futuris in hiis duobus conventibus stare cum domino nostro rege et matre nostra Universitate in facto et causa condempnacionis proposicionis magistri Johannis Parvi que intitulatur « Justificatio ducis Burgundie » et adherere, ac de facto adheremus et stamus cum eisdem sententie et processui domini episcopi Parisiensis, paratique sumus et offerimus desistere et de facto desistimus ab omnibus appellacionibus, processibus et prosecucionibus inchoatis, occasione seu causa[2] dicte bulle, et promittimus supplicare majoribus Ordinum nostrorum[3] et erga eos procurare et prosequi pro posse nostro, ut premissam concordiam velint approbare et ratificare.

In quorum premissorum fidem et testimonium presentes litteras per notarios publicos subscriptos subscribi et publicari sigillisque nostrorum conventuum una cum signis et subscriptionibus dictorum notariorum ad majorem roboris firmitatem fecimus appendi [et] muniri.

Acta fuerunt hec in capitulis nostrarum ecclesiarum successive nobisque ad sonum campane capitulariter congregatis, ut moris est, sub anno Domini millesimo quadringentesimo XVII°, indictione xj^a, die vero xvj^a mensis Novembris, presentibus venerabilibus et discretis viris magistris Petro de Brena, magistro in artibus et licenciato in decretis, Jacobo de Celeriis, Johanne Probi et Petro de Ascenceriis, in artibus magistris, Lingonensis, Remensis et Trecensis diocesum, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Bibl. nat Paris., ms lat. 14852, fol. 379b. — Ad argumentum vid. supra n° 1878 An 1417, Novemb. 13, fratres Minores et Augustinens., ut in *Auctar.*, II, p. 233, 23 sqq. (vid. *Rel. de Saint-Denys*, VI, 156), scribitur, supplicantibus rege aliisque cum Universitate conjuncti sunt Nihilominus dicendum, ut jam supra observavimus, religiosos utriusque Ordinis tempore intermedio in Universitate Paris actus scholasticos exercuisse. Observandum etiam, quosdam eorum Ordinum post an. 1417 ut antea praedicasse Vid. tom. V *Chartul.*

1. Vid. n° 1868. — 2. Ms. « cause ». — 3 Ms. « ordinibus nostris »

2087. *Guido de Versaliis, mag art in Universitate Paris , summo pontifici, exponit se olim praeposito Paris detegisse conspirationem inter quosdam initam de civitate Paris. inimicis, scil Burgundis, tradenda*

1417, Novemb. 22, Parisiis.

Beatissime pater. Exponit S V. devotus orator vester Guido de Versailles[1], presbyter Parisiens. dioc., quod olim ipso studente Parisius, et facta conspiratione inter quosdam

cives dicte civitatis ut dictam civitatem inimicis regis traderent, quidam Thomas nomine, [laicus], dicte conspirationis conscius, considerans stragem horrendam infinitorum hominum [et etiam carissimi ... Caroli Francorum regis illustris, tunc delphini Viennens. et plurimorum principum et baronum], si prefati inimici civitatem predictam intrassent, penitudine ductus, vespere ante diem ingressus dictorum hostium prefato exponenti proditionem hujusmodi detexit, ea spe ut exponens prefatus rectoribus justitie factum revelaret, quatenus providerent de remedio oportuno. Cum autem quidam ex rectoribus predicte civitatis[2] hanc rem non crederent, inquit eis dictus exponens, quod Thomam supradictum adduceret, qui eis singula detegeret. Eadem itaque nocte adductus Thomas coram prefatis rectoribus justitie omnia revelavit, et, ut veritatem magis agnoscerent, dictus Thomas duxit eos ad domum unius proditorum[3], prefato exponente presente, et ante hostium dicti proditoris stante cum principalibus ministris justitie, aliis eorum familiaribus domum intrantibus ut reum apprehenderent. Qui captus ductus est in carcerem, et rei veritate comperta capite truncatus est, exponente non presente, nec alias quam dictum sit consentiente Cum autem, pater sancte, tunc temporis exponens prefatus simplex clericus scolaris esset, et egre ferret destructionem regie majestatis, principum et aliorum sibi aderentium et dicte civitatis depopulationem, et sue proprie persone mortem, nec alias quam dictum sit in mortem predicti proditoris consenserit, ac se postmodum successive de peritorum consilio quibus premissa narravit debitis temporibus fecerit se ad omnes ordines promoveri ..

Suppl Eugen IV, n° 319, fol. 77. Epistola super hoc confecta in Reg Lateran Eugen., an. 6, lib. O, fol. 64, data Bononiae, 17 kal. Octob. an 6 (1436, Sept. 15), ubi quaedam magis explicita sunt, quae inter uncos inclusa addidimus. Eugenius declarat, Guidonem nullam irregularitatis notam incurrisse. Narrata optime relationem *Juvenalis des Ursins*, ed. Godefroy, p 343 sq., supplent. Thomas, qui apud Juvenalem solum « un pelletier en la rue Saint-Jacques » vocatur, conspirationem primo non praeposito, sed Guidoni de Versaliis, supposito Universitatis, detegit, isque praepositum adivit Supra narrata ad hanc tempestatem pertinere liquet e mentione, regem Carolum tunc delphinum Viennens. fuisse, i. e. ab an. 1417, April. 5, an. 1418, Maii 29, aufugit et usque ad an 1437 Parisios non reversus est.

1 Fuit frater germanus celebris Petri de Versaliis O. S. B., de nobili genere procreatus, et mag. in art., an 1420 can Silvanectens. ambivit (Suppl Mart. V, n° 133, fol 97). — 2. Praepositus Paris. fuit Tanneguy du Châtel. — 3. Utique sacerdotis P. Jeannin, dit Michel.

2088. *Novemb 23, detecta conspiratione*[1]*, et indicta processione generali, dum celebrarentur missarum solemnia, in parvisio Nostrae Dominae quidam theol. doctor Ord. Minorum contra homicidia, sacrilegia, combustiones civitatum, stupra, adulteria per Burgundos commissa praedicavit*[2]*, et tunc Gerardus de Monteacuto, episcopus Paris. in eminenti solio, assistentibus inter alios magistris et doctoribus Universitatis, ducem Burgundiae, propter scelera perpetrata, virtute bullae Urbani V*[3] *excommunicavit et omnibus privilegiis dominiisque privavit.*

1417, Novemb. 23, Parisiis.

Rel. de Saint-Denys, VI, 156.

1. Vid. n^um 2087. — 2. An. 1411 inimici ducis Burgundiae de iisdem sceleribus objurgabantur. Vid. n^um 1935. — 3. Qua bulla an 1411 dux Aurelianensis in favorem ducis Burgundiae Parisiis excommunicatus est. Vid. supra n° 1938.

2089. *Facultas medicinae Petrum Bechebien, decanum suum, portitorem rotuli primi principalis ad Martinum V eligit, et iterum Concilio Constantiensi resistendum quoad beneficia majora deliberat*

1417, Decemb. 14, Parisiis.

Anno Domini 1417, die 14ª Decembris, fuit congregata facultas medicine .... ad eligendum portitorem rotuli[1] Universitatis pro dicta facultate ad summum pontificem Martinum V, qui fuit electus concorditer per vocem principalem aut per accessionem ab omnibus electoribus in sacro Constanciensi Consilio... Ego Petrus Bechebien tunc decanus dicte facultatis fui electus concorditer nemine reclamante in portitorem rotuli pro dicta facultate . Ego decanus requisitus a quibusdam de magistris explicavi quod quidam nescio quo spiritu moti existentes in dicto Consilio Constanciensi nitebantur ut fieret ordinatio seu constitutio, ne decetero magistri in medicina admitterentur ad dignitates majores post pontificales in cathedralibus, nec etiam ad majores in ecclesiis collegiatis. Ad remediandum super hiis ordinavit facultas quod require[re]tur in Universitate quod scriberetur per modum supplicacionis domino nostro et cardinalibus et ceteris quibus expedire videbitur, ne in materia aliquid fiat de novo sed teneatur modus antiquus Item ordinavit quod magistri particulariter scriberent notis et amicis existentibus in Consilio, quod prohiberent talia fieri.

Comment. fac. med., I, p 219. Vid. tom. V, ubi de Concilio Constant.

1. Vid. *Auctar* , II, p. 235, 34, 236, 30. Is rotulus, qui in principio anni 1418 ad Martinum V Constantiam portatus est, vocatur principalis (vid. n^{um} 2093). Ejusdem nihil ad nos pervenit, nisi nomina ambassiatorum (vid n^{um} 2092).

2090. *Facultas medicinae, vacante per mortem mag Petri de Trecis capellania (una e quinque fundatis per dom Carolum de Savoisy, quarum tres tribus facultatibus superioribus, una rectori, ultima facultati artium ab Universitate distribuebantur), praesentavit Johannem Juvenis. Sed pro eadem rector et Johannes de Rouvroy mag. theol. supplicabant. Non fuit concordia. — Defuncto magno bedello fac med. Guillelmo de Valle substitutus est parvus bedellus Guerinus de Roncourt, fuitque ei data massa sive virga argentea, parvo bedello successit Johannes Petit[1] Remens dioec , eique tradita est virga lignea.*

1417, Decemb. 27, Parisiis.

Comment. fac. med. Paris., I, p 219. *Mém hist. sur les bénefices*, p. 137, omissa mentione de bedellis. Bul , V, 308 — De hoc negotio etiam Decemb. 30. Pro capellania supplicaverunt Johannes Rouvroy et rector Universitatis Petrus Forgeti (vid. ibid.)

1 Seu « Parvi », cui, baccal. in art , Mart. V an. 1424, Mart 29, gratiam concessit quantum ad exspectativas (Reg. Lat. Mart. V, an. 7, lib. 97, fol. 166).

2091. *Universitas Paris ad clerum et habitantes Remens. epistolam mittit, deplorans divisionem in regno Franciae, divisionem inter cives, cum rege non conjunctos, ut etiam Remenses, qui decepti persuasionibus, mendaciis et falsis promissionibus nunc alii (duci Burgundiae)[1], et non regi obtemperant Cum tandem errorem agnoscant, Universitas, praepositus mercatorum et scabini Carolo delphino adjuvante an 1417,*

Dec 25, apud regem veniam pro Remensibus impetrarunt et obtinuerunt Escript en nostre congregacion generale celebrée à Paris à Saint Maturin le septième jour de Janvier 1417. « Tres chiers et bons amis Nostre estat »

1418, Januarii 7, Parisiis.

Journal général de l'Instruction publique (1855), p. 679. — JOURDAIN, nº 1140.

1 An. 1416 dux Burgundiae plures civitates, inter quas urbem Remensem, litteris patentibus per nuntios hinc inde delatis sibi alliciebat, scribens contra nequissimos gubernatores, et civitatibus promittens immunitatem ab omni exactione gabelae et impositionum, *etc. Rel. de Saint-Denys*, VI, 74, 78 MARLOT, *Hist. de la ville, cité et Université de Reims*, IV, p. 164.

2092. *Johannes Adimare, Pontius Simoneti, Johannes Suioti, Anthonius de Lauco, Jacobus Despars, Dominicus de Chaillon, Eustachius Minillo, Guillelmus Euvrie, Guillelmus Bloc et Mathias Jacobi de Monekedam*[1] *« pro parte studii Parisiens ad sedem apostolicam destinati » petunt ut omnibus et singulis praerogativis, privilegiis et « antelationibus » etiam respectu datae uti et gaudere possint et debeant cum magistris in rotulo dictae Universitatis contentis et Parisiis residentibus aut quos Universitas praesentes reputat* Datum Constantie viij kal Februarii, an 1º « Cum sanctitatis vestre »

1418, Januarii 25, Constantiae.

Reg Suppl. Mart. V, nº 104, fol. 290ᵇ

1. Qui fuit bedellus nat Anglic.

2093. *Rotulus primus seu principalis Universitatis Paris. ad Martinum V missus a papa sub « iv kal. Februarii anno primo » signatur.*

1418, Januarii 29, Constantiae.

Saepe in epistolis Martini V et Eugenii IV hujus facti mentio fit Ab hoc rotulo distinguendus est rotulus minus principalis an. 1419, et ab hoc rotulus « secundus principalis » an 1424.

2094. *Licentiati in facultate decretorum.*

1418, Januar.-Febr. 10.

Inceptum fuit examen licentie anno Domini millesimo CCCCᵐᵒ XVIIº in mense Januarii et sequitur ordo bachalariorum admissorum ad licentiam ipso anno, existente decano Radulpho Rousselli, et fuit ordo assignatus 3ª die Februarii. Et primo

Guillermus Jacobi,	sub domino	abbate S Petri Carnotensis, Steph Baillivi
Dyonisius Gastinelli,	—	abbate de Cruce, le Roux.
Alexander de Lawedre[1],	—	Reginaldo Crassi
Johannes Richon,	—	Reginaldo Crassi.
Andreas de Uxello,	—	abbate de Cruce
Johannes Basseti,	—	Radulpho Rousselli
Warnerus Brekewelt,	—	Warnero Barrey.
Stephanus de Montyon,	—	Herveo Pouchardi
Stephanus le Gay,	—	abbate de Cruce
Frater Johannes de Nantolio,	—	Leonardo de Passano
Michael de Cresneyo,	—	Johanne Guerini
Frater Radulphus Huberti	—	abbate S. Crispini, Servavilla

Petrus de Landis,	sub domino	Johanne Guerini	
Frater Hubertus Cornueti,	—	abbate S Crispini	
Robertus Vaste,	—	Herveo Pouchardi	
Michael Anglici,	—	priore de Pontibus, de Logia	
Nicolaus Cordis[2],	—	abbate S Petri Carnotensis	
Guillermus ad Fabas,	—	Warnero Barre	
Frater Stephanus la Hure,	—	priore de Pontibus	
Johannes Viardi,	—	Warnero Barrey.	
Johannes Ribel,	—	Radulpho Rousselli.	
Petrus Gay,	—	[abbate] S Crispini	
Nicholaus Chaonnis dictus Blanche[3],	—	Leonardo de Passano.	
Egidius de Perreuchy,	—	Johanne Guerini	
Johannes Mercatoris,	—	Leonardo de Passano.	
Johannes Crassi,	—	Radulpho Rousselli	
Johannes de Valle,	—	abbate S Petri.	
Johannes Sandrini,	—	Herveo Pouchardi	
Jacobus Anlori,	—	Reginaldo Crassi	
Petrus Carrillonni,	—	priore de Pontibus.	
Hebertus Alumpni,	—	[abbate] S Petri	
Robertus Helene,	—	[abbate] S Crispini.	
Frater Johannes Villaine[4],	—	[abbate] de Cruce	[33]

Item predicti bachalarii fuerunt presentati domino subcancellario Parisiensi per me Radulphum Rousselli[5], in presencia quamplurimorum dominorum meorum doctorum, et fuit x^a^ die Februarii.

Memor. fac decr., I, fol. 41. — Livinus Neuelinc inter regentes non affertur, quia tunc cum aliis fuit ambassiator ducis Burgundiae ad Concilium Constantiens. (vid. Bibl nat. Paris , ms. lat. 1485[2], fol. 441^b^, 444^b^)

1. Archidiaconus Dunkeldens. postea supplicavit Martino V, ut de juramento praestito « de non recipiendo alibi quam Parisius insignia doctoralia » dispensaretur, cum haec « propter onera expensarum correquisitarum in studio Paris. recipere non posset ». Sed confessus est an. 1430 se in hoc mentitum esse. Martinus concessit supplicationem (Suppl. Mart. V, n° 243, fol. 275). — 2. Frater celebris Jacques Coeur, regii aerarii custodis et praefecti. An. 1428 prior eccl. saec S. Austrigisilii de Castellione super Ydriam Bituricens. dioec (Suppl. Mart. V, n° 212, fol. 265), an 1432 petivit can. Aurelianens (Suppl. Eugen. IV, n° 320, fol 267), an 1442, Jan 8. cum esset can. capellae S. Palatii reg. Bituricens , episc Lucionens (Arch. Vat. Oblig., n° 66, fol. 58) Ad eum plures epp Gerardi Macheti. — 3. An. 1420 in carceribus episcopi Paris. detentus erat, et rector cum Universitate curiae parlamenti supplicavit, ut, cum aegrotus esset nec ad vivendum necessaria haberet, de ipso justitia in brevi fieret (Arch. nat. Paris , X^1a^ 4792, fol. 212^b^, ad April. 30). — 4. Postea in ms. legitur « Nota quod Joh. Villaine juravit nunquam incipere in decretis nisi petita licentia a decano et collegio facultatis et etiam obtenta, quia fuit admissus ad licentiam cum illa condicione ». — 5 Decanum electum a Novemb. 10, et iterum an. 1418, Novemb. 10.

2095. *Licentiati in facultate medicinae*

1418, Februarii 7-27, Parisiis.

Die 7^a^ Februarii fuerunt presentati dicti xij baccalarii ad suscipiendam licenciam domino subcancellario magistro Gerardo Machet, in absencia domini cancellarii mag Johannis de Garson existentis in Concilio Constanciensi ambassiatoris domini nostri regis. Quos recepit gratenter et ipsos omnes xij licentiavit predictus subcancellarius solemniter, presentibus quamplurimis magistris in theologia, in decretis et in medicina, necnon et in

artibus et aliis in magno numero, die 27ª Februarii anni Domini 1417, in aula domini episcopi Paris. secundum ordinem qui sequitur :

1 Magister Robertus Poitevin[1], Gallicus
2 — Johannes Typhaine, Normannus
3 — Adam d'Origny, Picardus,
4 — Engelbertus Nicholay, Picardus
5 — Philippus Hugonis, Gallicus
6 — Guillelmus Fabri, Normannus
7 — Michael de Marchesiis, Normannus
8 — Costinus Mikaert, Picardus.
9 — Johannes le Dengié, Normannus
10 — Henricus Clint de Luneborch, A[lemannus][2]
11 — Johannes Boecii, A[lemannus][3]
12 — Robertus Paris, Normannus

Comment. fac med., I, p 222

1. Vir magnae famae Fuit presb. Paris. (Suppl. Mart. V, nº 180, fol. 148) Succentor Paris. (Suppl. Eugen. IV, nº 295 fol. 31). De eo legitur ap. DE LABORDE, *Ducs de Bourgogne,* Preuves, III, p. 310, ad an. 1427 · « Récompense accordée par le duc Charles d'Orléans à Robert Poitevin, médecin du roi, pour services rendus au duc et à la duchesse. » An 1447 nominatur idem « premier médecin de la royne » (ibid., p 340). An. 1463 etiam ejus mentio fit (ibid., p 392) Ann 1448, April. 24, thesaurarius S. Hilarii Pictaviensis, mortuus est an. 1474, Jul. 26, sex libris medicinae librariae ejus domus legatis. Cf. VALLET DE VIRIVILLE « Notes biographiques sur Robert Poitevin, médecin des rois Charles VII et Louis XI, l'un des exécuteurs testamentaires d'Agnès Sorel » in *Bibl. de l'Ecole des Chartes*, 1849, p. 488-499. Saepe etiam ambassiator Universitatis fuit Cf. *Auctar.*, II, p. 305, not 2, DE BEAUCOURT, *Hist de Charles VII,* t. VI, p. 397. — **2.** Primum in Univ. Erfurtensi studuerat Vid. *Auctar.*, II, p 194, not. 5. — **3.** Johannes Boetii de Selendia in regno Daciae, Roskildens. dioec., stud. in artibus, intitulatus est Coloniae an. 1401 (TOEPKE, *Matrikel d. Univ. Koln,* I, p. 86). An 1415, Jan 25, in fac. med. Paris. « probavit de tempore stud. Paris 28 menses et tres annos in Colonia « (Comment. fac., I, p. 203, 208) An 1419, Nov., in eadem mag. regens fuit Vid. infra.

2096. *Cum mag Radulphus de Porta, cui rector aliique adhaerebant, in curia parlamenti coram delphino Carolo postulavisset ut episcopis et praelatis resisteretur, et collatio beneficiorum ad papam devolveretur, mandante delphino Radulphus, rector aliique Universitatis in carcerem missi sunt*

1418, Februarii 26, Parisiis.

Samedi xxvj^e jour de Fevrier. — Monseigneur le dauphin tint le conseil en la chambre de parlement ouquel furent presens les prelas et conseillers qui avoient le jour precedent esté assemblez en la chambre ou conseil avec les presidens et conseillers des trois chambres de parlement. Et yceulx, ainsi assemblez en la presence de mondit seigneur le dauphin, survindrent lez recteur[1] et deputés de l'Université de Paris pour faire certaines requestes et pour oir ce que mondit seigneur le dauphin leur vouloit dire. Et premierement leur fist dire par la bouche de maistre Robert Maugier premier president, et exposer en effect comment le roy et ses devanciers de tout temps avoient desiré la paix et union de l'eglise, et que pour parvenir à ce, le roy avoit fait plusieurs mises en ambassades; et autrement en oultre recita ledit president comment plusieurs divisions et dommages estoient avenuz en l'eglise, par ce que aucuns s'estoient trop legierement determinez à l'obeissance d'aucuns

qui se disoient avoir esté esleuz en pape, et que le roy avoit entencion, oye la relacion et rapport de ses ambassadeurs qu'il avoit envoyez à Constances par l'advis et deliberacion des gens de son conseil, de prendre une bonne conclusion bien deliberée sur le fait de l'obeissance et election du pape Martin, si comme par avant il avoit fait assavoir ausdits de l'Université de Paris. Et pour ce leur avoient esté faictez deffensez de par monseigneur le dauphin lieutenant pour le roy, que *interim* sur ce ilz ne feissent aucune assemblée, conclusion ou determinacion. Et neantmoins, lesdites deffenses nonobstans, ilz avoient fait aucunes assemblées pour traictier de ladite election ou obeissance, en la desplaisance du roy et de monseigneur le dauphin. Pourquoy ledit president de par mondit seigneur le dauphin ... leur fit *iterato* lesdites deffenses *sub comminacione gravioris pene....*

Et ce fait, maistre Raoul de la Porte, docteur regent en la faculté de theologie, de par l'Université de Paris, en la presence du recteur et autres deputez, apres regraciacions et excusacions, fist certaines requestes à mondit seigneur le dauphin ou regard des privilèges de ladite Université qu'il disoit avoir esté enfrains ou empechiez, requerant l'empeschiement estre osté, et aussi ou regard de la collacion ou disposicion des benefices de l'Eglise qui estoient deubz aux clers, laquelle collacion ou disposicion les prelas de ce royaume vouloient à eulx atraire, à leur plaine et franche disposicion; par quoy les clers et estudians ès Universités seroient despourveuz de benefices et de toutes promocions en l'estat de l'Eglise, et par ce seroient les estudes et Universités desertez et desolées. Requerant ledit proposant entre autres choses, après plusieurs paroles, qu'il pleust à mondit seigneur le dauphin, lieutenant pour le roy, sur ce pourveoir et souffrir la collacion et disposicion demeurer en l'ordonnance du pape, comme paravant avoit esté en la disposition de ses predecesseurs papes de Romme, *etc. [Monstrat delphino aliisque praesentibus instrumentum appellationis Universitatis alias factae ad papam*[2], *cui adhaeret.]*

Et promptement ... maistre Guillaume le Tur, advocat du roy, ... proposa contre ledit maistre Raoul de la Porte... Et disoit en effect, entre autres choses, que le roy est empereur en son royaume, qu'il tient de Dieu seul sans recongnoistre souverain seigneur terrien, et a acoustumé, comme lui est loisible, pour regir et gouverner sondit royaume, ses subgiez en bonne paix, police et obeissance, de faire lois, status, ordonnances et constitutions, desquellez il n'est loisible à aucuns de ses subgiez ou autres appeller, ne icelles ordonnances debatre ou contredire, directement ou indirectement, par voies obliques ou autrement, mais commettent crime de lèse-majesté les subgiez qui appellent desdites ordonnances[3] ... les appellations desdits De la Porte et ses complices ou adherans estoient iniques, damnables....

Si conclut que ledit instrument appellatoire [de l'Université] et tous autres semblables soient deschirez et rompuz, et soit deffendu aux notaires qui ont receuz ou fait lesdits instrumens, qu'ilz n'en facent desormais nulz semblables, et que s'ilz en ont aucuns autres semblables par devers eulz, qu'ilz les apportent par devers la court. Et que ledit De la

Porte et ceux qui l'advoeront soient condempnez à faire amende au roy, à monseigneur le dauphin, à la court et ausdits conseillers en jugement; et autrement seront puniz ainsi qu'il appartendra par raison. Et après ce, combien que ledit De la Porte eust dist que ce n'estoit pas son intencion, ne de l'Université de Paris, d'appeller *directe vel indirecte* des ordonnances royaulx, neantmoins monseigneur le dauphin, oye la declaracion et advis des prelas et conseillers, fist arrester et demourer prisonnier dedans le clos du palais le recteur de l'Université, pour ce qu'il avoit comme recteur advoé ledit De la Porte. Et avec ce fist arrester et emprisonner en la conciergerie dudit palais ledit De la Porte et aucuns autres procureurs des nations et deputés[4] de ladite Université qui acompaignoient le recteur, et furent emprisonnés pource qu'ilz avoient advoé ledit De la Porte; et pluseurs autres de l'Université s'en alèrent et departirent sans advoer ledit proposant De la Porte, et laissèrent ledit recteur au palais, qui s'en ala tenir prison en l'ostel maistre Pierre Dyerré chanoine du palais et curé de saint Andry-des-ars, et y demoura prisonnier tout le jour jusques à lendemain qu'il fu eslargi.

Arch. nat. Paris., X^{1a} 1480, fol. 110. Bul., V, 309. — Die lunae Febr. 28, quidam ex Universitate in consilio parlamenti praesentes supplicaverunt, ut Radulphus de Porta reliquique prisionarii gratiose tractarentur et officiis solitis redderentur, quorum supplicatio « fu enterinée et octroyée ». (Ibid., fol. 120^b. Bul., V, 312; *Journal d'un bourgeois de Paris*, ed. Tuetey, p. 85, not 3.)

1. Petrus Forgeti — 2. Vid. supra an 1412, n^{is} 1943, 1944 Appellatio non ab ordinationibus regis fuit. — 3. Ast Radulphus minime ab ordinationibus regis appellavit. — 4. Inter alios Petrum de Credulio. (*Auctar.*, II, p. 239, not. 2.) Cf infra n° 2117, p. 345 sq.

Consilium jussu regis et delphini de libertatibus Ecclesiae Gallicanae[1].

(Continet n°s 2097-2102.)

2097. *Ex ordinatione regis et Caroli delphini, consiliarii, archiepiscopi Remens , Senonens etc., abbates, quidam magistri Universitatis, scilicet Petrus de Dierreyo, B[enedictus] Gentiani, J[ohannes] de Chastillon, W[ernerus] Berrey*[2]*, conservator privilegiorum Paris , N[icolaus] de Gondrecourt, G[uillelmus] du Val, N[icolaus] de Bray, J[ohannes] du Molin, H[erveus] Pochart, R[eginaldus] le Gras, P[etrus] de Assenseriis, in curia parlamenti deliberarunt de collatione beneficiorum aliisque Officialis curiae Paris Johannes du Molin, mandante delphino, explanavit pro bono regni et Ecclesiae Gallicanae expedire ut antiquae ordinationes regiae de reductione Ecclesiae Gallicanae « à ses anciennes libertez et franchises » observarentur et exactio pecuniae ex parte curiae Rom denegaretur. Guillelmus le Tur vero, advocatus regis, monstravit, nunc minime expedire « de faire executer lesdiz arrests et ordonnances ».*

1418, Martii 1, Parisiis.

Arch nat Paris., X^{1a} 1480, fol 120^b. Bul , V, 312. Haec omnia et sequentia in *Preuves des libertés de l'église gallicane*, t. I, parte 1, p. 125 sqq. — Martii 2-4, 9-12, 14, deliberationes prosecutae sunt, sed nihil conclusum est (ibid , fol 120^b sqq., 122^b, 123. Bul., V, p. 312 et 315).

1 Ut ad Martii 16 (fol. 123^b, Bul., V, p. 316) scribitur, hoc consilium fiebat ad dandum responsum Ludovico de Flisco, qui ex parte Martini V bullas de ejus electione portavit. — 2. Decret. doct. Legitimus conservator privilegiorum per Armagniacos a civitate Paris. expulsus erat. Vid. p. 346.

2098. *Universitas, cum comminatione cessationum, petit in curia parlamenti, ut magistri in carcerem missi liberentur.*

1418, Martii 2, Parisiis.

Mecredi ij[e] jour de Mars. — Oye la relation des commissaires deputés et commis de par ledit conseil du roy à interroguier les maistres et deputez de l'Université de Paris prisonniers au Louvre, lesquelz avoient esté arrestez prisonniers samedi derrenement passé pour les causes dessusdites, les conseilliers dessusdits ont appointé et consentirent que lesdits prisonniers soient eslargis par ledit chastel du Louvre, et parleroient à eulz ceulz qu'il seroit besoing de y parler. Et assez tost après ledit appointement fait ou consentement donné, survindrent le recteur et aucuns deputez de l'Université, lesquelz firent dire et exposer par ung des maistres, en effect, comment ilz avoient esté par devers monseigneur le dauphin, auquel ilz avoient fait dire par la bouche de maistre Gerart Machet que leur intencion n'avoit onques esté d'appeller du roy, ne de ses conseillers, jasoit ce qu'ilz eussent appellé des prelas ou cas que de leur auctorité ilz vouldroient attempter ou rien faire en leur prejudice, en suppliant tres humblement à mondit seigneur le dauphin qu'il voulsist fère delivrer lesditz prisonniers; autrement ilz ne povoient en leur[s] consciences longuement tarder de faire cessacions. Et disoient que mondit seigneur le dauphin les avoit renvoyez pour avoir sur ce response ou provision par lesdis conseillers assemblez en ladite chambre de parlement, et pour ce signifier et faire assavoir ausdits conseillers, [que] devoit ledit monseigneur le dauphin envoier par devers eulz en ladite chambre de parlement ung de ses officiers ou serviteurs. Et pour ce ilz supplioient et requeroient pour la delivrance desdits prisonniers *cum intimatione modo et forma quibus supra, vel alias consimiliter in effectu.*

Sur quoy, eue deliberation de par les conseillers, furent lesdits recteur et deputez de l'Université reprins et blasmés de leur manière de proceder en ladite chose, et de ce que sans cause, au moins trop hastivement et legierement, ilz procedoient à intimer cessacions ... et s'efforçoient de conduire aucunes conclusions mains deuement deliberéez sans la deliberation de l'Université, sans y appeller les sages clers anciens d'icelle. Et finablement . . yceulz conseilliers surseirent de faire provision d'eslargissement au[s]dits prisonniers, ou autrement que dit est faire response ausdits recteur et deputez.

Arch. nat. Paris , X[1a] 1480, fol. 121 BUL., V, 313. — Die lunae Martii 7, iidem magistri, venia tandem a delphino impetrata, libertate donati sunt (ibid., fol. 122[b], BUL., V, p. 314).

2099. *Cum jam Martii 15 deliberationes Consilii scripto iniri et componi coeperunt, Martii 16 in curia parlamenti praesentibus consiliariis et magistris Universitatis Robertus Maugier, primus praesidens parlamenti, coram delphino Carolo exposuit deliberationes, quae, ut dixit, in scriptis redactae sunt. Delphinus apud regem insistat, ut effectum sortiantur Mandante delphino perlectae sunt. Guillelmus le Tur postea omnino idem*

petiit a delphino, atque primus praesidens. Delphinus « ouyt et entendit agreablement et voulentiers les advis, et s'offrit de tenir la main de tout son pouvoir » ut effectum sortirentur.

1418, Martii 15, 16, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X[1a] 1480, fol. 123[b] BUL., V, p 315

2100. Responsum regis et Caroli delphini Ludovico de Flisco[1] legato papae

Rex differt agnoscere papam dictum electum[2], exspectat reditum ambassiatorum e Concilio Rex Franciae, immo tota Francia a rege Romanorum Sigismundo male tractantur Quantum ad libertates gallicanas, imprimis quoad beneficia electiva aliaque, referunt edictum an 1407, Febr 18 Rex sperabat Johannem XXIII per cardinalem Pisanum aliquid quoad hoc facturum, sed cardinalis tam an. 1412 quam an 1414 potius impedivit, ne vetus edictum effectum sortiretur An. 1413, Decemb., parlamentum edictum an. 1407, Febr 18, iterum quoad collationem beneficiorum publicavit. A papa noviter electo nihil sperandum, sicut olim Johannes XXIII « est du tout gouverné par les cardinaux de Plaisance, de Chalanco et de Pise, qui ne sont mie bienveillans du roy ni de son royaume » An. 1417, Novemb., conclusum est, edicto anni 1407, Febr. 18, dare vigorem et in Consilio regis deliberatum est reducere Ecclesiam Gallicanam ad antiquas libertates, et si quis impetraret bullas pro beneficiis in regno Franciae vel delphinatus, in carcerem mittatur. Exsecutio tamen differatur usque post tractatum pacis jam incoeptum, vel saltem donec rex novo papae obedientiam praestiterit. Qui alia via in beneficiis providebuntur, intrusi reputentur Consilium proposuit regi aliquos qui statuerent regulas secundum quas beneficia conferrentur Illi ex Universitate sequentes sunt . e facultate theol. Benedictus Gentiani et Gerardus Macheti, e fac. decret. abbas S Petri Carnotens.[3] et conservator privileg.[4], e fac. med. decanus[5] et Droco Decani, e fac. art Nicolaus de Gondricuria et Petrus de Assenseriis.

Deinde agitur de edicto an. 1406, Septemb. 12[6], quo annatae et aliae exactiones prohibebantur, cum tamen Johannes XXIII nihilominus in contrarium fecisset et card. Pisanus nullum remedium attulisset, parlamentum an 1413, Decemb , prohibuit, ne quis pro beneficiis argentum ad curiam Rom portaret Cum an 1414 Concilium Paris ea omnia exsequi voluisset, card. Pisan. impedivit. An. 1416, Maio, aliud Concilium Paris. statuit, vacantias ad papam non pertinere.

Cum nullum remedium contra exactiones a papa noviter electo speretur, et pecunia extra regnum portari possit, rex huic rei provideat per litteras patentes Et quoniam de electione papae bene informatus est, mittat solemnes ambassiatores ad papam ad praestandam obedientiam et ad significandum, quod rex et delphinus per ordinationes Ecclesiam Gallicanam solum ad antiquas libertates reducere intendunt Ambassiatores ante discessum praestent juramentum a papa non acceptandi beneficia sive pro se sive pro aliis — « C'est la deliberation des prelats et gens du grant conseil du roy »

1418, Martii, 16[7], Parisiis.

Arch. nat. Paris., X[1a] 1480, fol 124-130. BUL V, 316-326. *Preuves des libertés de l'église gallicane*, t. I, parte 1, p. 128. — Hae deliberationes per Carolum delphinum ad regem, tunc apud Credilium commorantem, missae sunt, qui eas iterum Parisios remisit ad finalem conclusionem obtinendam, ut cancellarius Franciae April. 1 in camera parlamenti coram cardinale de Bar aliisque peroravit (X[1a] 1480, fol. 130[b]).

1. April 1 cardinalis de Bar eum interrogavit, an a papa aliquam instructionem quantum ad libertates Ecclesiae Gallicanae recepisset. Ibidemque hoc negavit (X[1a] 1480, fol. 130[b]). — **2.** Quamvis nuntius electionis jam Decemb. 5, et coronationis Decemb. 24 Parisios advenerat (vid. *Auctar*, II, p. 235, 18, 238, 32). Universitas Paris. jam tunc « regraciabatur Deo omnipotenti de coronatione facta summi pontificis », quod bene notandum est. Rex vero, imprimis delphinus (postea Carolus VII) et consiliarii Martio adhuc haesitaverunt (cf. ad haec supra p 337) Immo April. 9 etiam cardinalis de Bar proponebat exspectare regressum aliquorum cardinalium e Concilio Constant. (X[1a] 1480, fol. 132). — **3.** Stephanus Baillivi. — **4.** Wernerus Berrey, decret. doctor — **5.** Petrus Bechebien. — **6.** Notandum bis in instrumento scribi Septemb 12. Sed solum arrestum Septembris 11 notum est. Vid. supra n° 1831. — **7.** In ms[to], fol 123[b] recte « mercredi xvj jour de mars », sed fol. 124 (et ap. BUL., p 316) perperam « mercredi xvij jour », etc.

2101. *Carolus VI, matura deliberatione habita cum praelatis et aliis pluribus Universitatis Paris. magistris, collationem beneficiorum ad normam edicti anni 1407, Febr. 18, reducit.*

1418, Martii 27-31, Parisiis.

Karolus, Dei gratia Francorum rex, ad perpetuam rei memoriam. Inter regni laudabiles operas. . Cum itaque crebris querelis, clamosisque insultibus regni ac Delphinatus nostrorum, clero et dilectis Parisiensis studii Universitate filia et generali procuratore nostris nos incitantibus ac sepe et multum dudum stimulantibus, nec non fidei obligationem et jurisjurandi religionem .... ingerentibus nobis et modo quodam obtestantibus singulariori de consilio principum ex nostra regali proditorum stirpe, procerum, prelatorum, baronum, collegiorum, capitulorum, conventuum ac Universitatum eorundem regni et Delphinatus nostrorum, execrabilis predicte sancte matris Ecclesie scismatis vigente tempestate, et pro ejusdem unione ad mandatum nostrum Parisius congregatorum, previaque in presentia nostri multiplici ac sedula discussione et deliberatione propensiori, certas conclusiones per eos electas et tandem nobis ab eisdem per modum consilii relatas, suscepissemus, approbassemus et eas solide tenendas ac inviolabiliter observandas statuissemus, ipsam Ecclesiam personasque ecclesiasticas dictorum regni ac Delphinatus juxta generalium statuta Conciliorum et sanctorum patrum decreta ad suam antiquam libertatem reducendo et eas in eadem libertate conservando et manutenendo, ac super his ordinationes nonnullas edendo; quarum quidem ordinationum executionem de predicta unione et super status ecclesiastici reformatione ac in Conciliis generalibus dudum Pisis et nuperrime Constancie celebratis melioratione sperantes et prolixius debito prestolantes, distulissemus; unde ac etiam pretextu reservationum nonnullarum per summos pontifices, qui successerunt, ut dicebatur, factarum, aut alias, nonnulli archiepiscopi, episcopi, aliique de premissis regno ac Delphinatu, quibus beneficiorum vacantium (et quibus per electiones debite factas provisum extiterat) confirmatio et provisio pertinebat, veriti fuerant, contradixerantque seu distulerant, verebantur, contradicebant, differebantve ad earundem electionum confirmationem et beneficiorum provisionem procedere : horumque et nonnullarum occasione factarum promotionum perhorrida symoniace perfidie tabes ecclesias personasque ecclesiasticas quamplurimas ipsorum regni ac Delphinatus, verum pene totos ipsos regnum ac Delphinatum nostros acriter pervaserat, letaliter obrepserat et fascinaverat ac prostraverat dampnabiliter.

Ceterum immensum aurum, argentum infinitum innumereque financie de supradictis regno ac Delphinatu nostris jugiter asportabantur in dictarum prevaricationem ordinationum, eorundemque regni ac Delphinatus exinanitionem, totius reipublice jacturam et irreparabilem lesionem, sed et ecclesiarum tam regie quam alias pie fundationis luctuosam desolationem, super quo immensos intolerabilesque planctus plurimorum et presertim jam dicti procuratoris nostri generalis et dilectorum nostrorum prepositi mercatorum et scabi-

norum civitatis nostre Parisiensis rursum apud nos emissos et sepius relatos audiissemus et cum animi dolore sustinuissemus.

Notum igitur facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos provisionem super his ulterius differre non valentes, dispendiisque premissis obviare et ambitionis atque cupiditatis ardorem cupientes mitigare, prehabita deliberatione matura cum prelatis quamplurimis et gentibus camerarum dicti nostri parlamenti aliisque pluribus doctoribus et magistris de dicta Paris Universitate[1] in ingenti numero in camera dicti nostri parlamenti de mandato nostro congregatis, voluimus ac prout alias ordinavimus, volumusque et ordinamus, ecclesias personasque ecclesiasticas eorundem regni ac Delphinatus nostrorum ad suas antiquas franchisias et libertates in perpetuum reducendo, quod ecclesiis ipsorum regni ac Delphinatus cathedralibus et collegiatis et earum beneficiis electivis secularibus et regularibus per electiones capitulorum, conventuum et collegiorum seu postulationes canonice factas confirmationesque superiorum, et non electivis per presentationes, collationes et institutiones ordinariorum, quibus de jure communi seu consuetudine pertinet, secundum antiqua jura communia Conciliaque generalia, de personis ydoneis providebitur, cessantibus et rejectis omnino ac non obstantibus quibuscumque et quorumcumque reservationibus generalibus vel specialibus ac prohibitionibus, expectationibus, aut gratiis etiam cum decreti appositione factis aut faciendis, concessis seu concedendis. Et insuper quod exactiones pecuniarum, quas ab aliquibus retroactis temporibus curia Romana seu camera apostolica sub pretextu vacantium beneficiorum regni et Delphinatus predictorum aut alias quovismodo seu colore premissorum sibi applicari voluit, penitus cessabunt. Intendimus tamen tanquam christifideles summo pontifici et Ecclesie Romane eque plusve ceteris in necessitatibus suis, et cum tempus exegerit, succurrere et rationabiliter subvenire. Inhibemus autem omnibus et singulis nostris subjectis districte et sub omni indignatione, quam erga nos formidant incurrere, ne huic nostre ordinationi ausu temerario contraire sive eam impedire presumant

Quocirca memoratis gentibus ... tenentibus . . parlamenta, omnibusque senescallis, baillivis, prepositis, vicecomitibus et aliis quibuscumque judicibus nostris dictorum regni ac Delphinatus et eorum locatenentibus, committimus et mandamus, quatinus presentes litteras seu ordinationem et voluntatem nostras debite ac celeri demandent executioni, easque in locis suorum districtuum et judicaturarum insignibus cridari et palam publicari ... faciant et procurent : omnes et quascunque personas contravenientes seu attemptantes, cujuscunque status seu conditionis existant, tanquam nostrarum transgressores ordinationum, taliter puniendo, quod ceteris cedat in exemplum....

Actum et datum Parisius[2] anno Domini millesimo quadringentesimo decimo octavo, mense Martii post Pascha, regni vero nostri anno tricesimo octavo.

Per[3] regem, ad relationem magni sui Consilii in camera parlamenti tenti per dominum delphinum Viennensem. CLEMENS

A tergo : Lecta et publicata in camera et registrata in curia decima tertia die mensis Aprilis, anno Domini M° CCCC° XVIII° post Pascha. CLEMENS.

Originale in Arch. nat. Paris., M 66b, n° 34 (olim A. 4. d). Deest sigillum. — Arch. Vat., Var Polit. XXIII, fol. 37, ubi postea sequitur « Superiores ordinaciones fuerunt iterum renovate Bituris anno primo Karoli VIImi, viijva Februarii[4], et publicate et observate usque ad concordata cum papa Martino[5]. A quibus concordatis procurator regis et plures prelati et procuratores Universitatum, abbatum, capitulorum et collegiorum appellaverunt. Et tandem quia sanctissimus d Martinus promisit convocare Concilium et consencit quod liberum esset regi et Ecclesie Gallicane adveniente Concilio vel stare in dictis concordatis vel acceptare decreta Concilii, dicta concordata observata sunt sub protestationibus opportunis usque ad acceptationem decretorum in pragmatica sanctione[6] contentorum. ». — Bibl. nat. Paris., ms. lat. 14862c, fol. 573. Arch. nat Paris., X1a 8603, fol. 22b, e quo *Ordonn. des rois*, X, 445. BUL., V, 328.

1 Coacta tantum. Vid. n° 2096 — **2** Carolus rex tunc apud Credilium morabatur. De publicatione harum litterarum principio Aprilis longe in camera parlamenti coram delphino et cardinali de Bar agebatur, ut liquet e X1a 1480, fol 132 sqq. — **3.** Sequentia desunt in ms. Vat. — **4.** An. 1423, Febr. 8 (*Ordonn. des rois*, XIII, 22, et infra n° 2206). — **5.** An 1426. Vid. infra nis 2276 et 2286. In regno Franciae sub Carolo VI ordinatio regis supra edita breve tempus viguit. In X1a 1480, fol. 131, legitur « Ista conclusio fuit executa respectu collationis beneficiorum absque interruptione usque ad adventum gentium de consilio ducis Burgundie ». Revera Carolus VI Septemb. 9 instigante duce Burgundiae omnia abrogavit Vid. infra n° 2109 — **6.** An. 1438

2102. *Carolus VI, renovans edictum anni 1407, Febr 18, prohibet sub magnis poenis, ne aurum vel argentum, jocalia, etc , per collectores, subcollectores et officiarios curiae Romanae occasione exactionum, annatarum, vacantium, confectionis bullarum, etc., de regno efferantur, et regnum ad inopiam redigatur.* Datum Parisius secunda die mensis Aprilis anno Dom milles CCCC decimo octavo, et regni nostri xxxviij°. « Gravem querimoniam ».

1418, Aprilis 2, Parisiis.

Arch nat. Paris., X1a 8603, fol. 27b. Bibl. nat. Paris., ms. lat. 14862c. fol 275 (ad an. 1428). *Ordonn. des rois*, X, 447. BUL , V, 330. — « Lecta et publicata in curia die xij Maii anno mill. CCCC XVIII ».

2103. *Arnoldus de Glymez, O S. B , monasterii S Petri Gemblacens Leodiens. dioec., bac. theol Paris., de nobili genere, alias ab abbate Johanne Parisios missus, ubi ad gradum baccalareatus in theol. promotus est, nunc pensione debita privatus supplicat Martino V, ut abbatem compellat ad solvendam pensionem.* Dat Constantie xvj kal April., anno primo

1418, Martii 16, Constantiae.

Suppl Martini V, n° 106, fol. 52. Ibid., n° 110, fol. 114, petit prioratum B. Mariae de Belliaco Rotomag dioec., quam quidam Bertrandus O. S B contra statuta Collegii Majoris Monasterii obtinet (Jul 10)

2104. *Maii 29 Burgundi, ducibus Guidone de Bar et Johanne de Villiers domino de Insula-Adam, Parisiorum civitate potiti sunt[1], Carolus delphinus aufugit Junii 12 Parisiis 1500 homines interfecti fuerunt[2], inter quos 4 episcopi (Ebroicens., Lexoviens., Silvanectens , Constantiens), magistri theol Benedictus Gentiani et (Guillelmus Cholet) Ord. Carmel , mag. medicinae Joh Casson, doctor decret Wernerus Berrey, mag Joh de Londa Normann., mag Joh. de Monsterolio Eodem tempore et postea plurimi magistri Parisios reliquerunt, inter quos inimici ducis Burgundiae et Carolo delphino adhaerentes magistri in theol. Gerardus*

Macheti, Petrus de Versaliis, Jordanus Morini, Johannes Lambert, Guillelmus Aymerici, O. Praed., Johannes Raffanelli O. Min., aliique[3], *ipse Johannes Gerson cancellarius Concilio Constantiensi peracto Parisios non reversus est*[4].

1418, Maii 29, Junii 12, Parisiis.

Auctar., II, p. 244, 15; 246, 1 sqq., 243, not. 1, etc.

1. Nuntius hujus facti Junii 3, et fortasse jam antea, ad exultantem ducem Burgundiae venit (E. PETIT, *Itinéraires*, p. 612), qui Julii 14 cum regina Isabella Parisios ingressus est (*Auctar.*, II, p. 248, not. 1). — 2. Aug. 20 iterum multi trucidati sunt, ita ut tam Jun. 12 quam Aug. 20 plus quam 3500 perierint (ibid., p. 252, 4, et not. 5). — 3. An. 1429 legitimus rex Carolus corona horum magistrorum aliorumque apud Pictavos circumfundebatur. Cf. infra UNIVERSITAS PARIS. ET JOHANNA D'ARC. — 4. Ad haec vid. *Auctar.*, II, p. 243, not. 1; 247, not.

2105. *Facultas medicinae concludit Johannem L'Aventage*[1] *et Bernardum Nivardi ad licentiam admittendos, quamvis tempus lectionum suarum per baccalareatus tempora probare non possint, ob edictum ducis Burgundiae sub poena mortis, ne quis eorum veniret Parisios.*

1418, Junii 16, Parisiis.

Comment. fac. med., I, p. 225.

1. Nihilominus occiso Johanne duce Burgundiae fuit familiaris et medicus Philippi ducis Burgundiae (Suppl. Mart. V, nº 161, fol. 210ᵇ, ad an. 1420, (LABARRE, *Mém. pour servir à l'hist. de France et de Bourgogne*, II, p. 227, et infra ad an. 1421, Novemb.). Ab an. 1437, April. 27, episc. Ambianens. Vid. *Gall. christ.*, X, Instr., p. 351; *Auctar.*, II, p. 561, not. 1.

2106. *Officium cancellariae Paris. Johanni Courtecuisse commissum.*

1418, Julii 6, Parisiis.

Ad requestam rectoris et deputatorum Universitatis, propter absentiam domini cancellarii Parisiensis ecclesie [Johannis Gerson.] et magistri G. Macheti canonici Paris. ejus substituti, officium cancellarie commissum est per capitulum [Paris.] magistro J. Courtecuisse canonico Paris., qui prestitit juramentum fideliter exercendi dictum officium sine acceptione personarum.

Arch. nat. Paris., LL 112 (olim 215), p. 202.

2107. *Universitas Paris. calamitates quinquennii peracti, a malis gubernatoribus illatas, et statum desolatum studii describit, ea reprobando quaecumque Universitas illo tempore contra ducem Burgundiae fecerit.*

1418, Augusti 9, Parisiis.

Universis christifidelibus rector et Universitas studii Parisiensis, honorem et in Christo dilectionem. Quamvis rerum varietas, ac temporum mutata qualitas exigat ut animi mores, affectus, vota vice laudabili mutentur, tamen non est sapientis rerum perseverante ratione, pristinum deserere propositum. Cum itaque presenti lustro pleraque deliberata, conclusa, scripta, predicata sub nostre Universitatis nomine dicantur opinionibus ac voluntatibus nostris contraria, ne nos duplicitatis aut varietatis quispiam criminetur, vel existi-

met tam nefaria ex nostris mentibus defluxisse, statum nostre Universitatis qualis hoc extitit quinquennio[1], aperiendum duximus.

Fuerunt enim hoc tempore viri corrupte affectionis[2] apud dom. nostrum regem, qui sue voluntatis impetu hanc urbem regiam et magnam regni partem rexerunt, qui artificiosa malitia universas cautelas tyrannice pravitatis in hoc regnum invexere. Isti enim suis complicibus, ut nostram Universitatem tenerent subjectam et servam, ac ei viam precluderent verum predicandi et salubriter consulendi[3], plura notabilia supposita nostra ab hac urbe proscripserunt et banniri fecerunt per viarum compita, clamore preconis et tubarum clangore; alios jusserunt exire subito, ac exturbatos, rerum suarum dispositione non permissa, in varios fines profugere; plurimos etiam ceperunt, incarcerarunt ac impiissime tractaverunt, ut ceteri vehementi metu perterriti suis perniciosis affectibus non resisterent. Hinc mala malis accumulando, ac remanentibus jam confectis metu continuo .... turpia juramenta suis conspirationibus adherendi et favendi extorserunt, litteras clausas et patentes sigillatas, legationes et ambassiatas quas decreverant, mittere coegerunt, quibus conclusiones seditiose, perniciose instructiones, injurie multe, divisiones ac pacis dissidia claudebantur. Nemo pro vero loqui, nemo obsistere audebat. Qui etiam tacitus, vel oculis, vel sola fronte tantorum malorum displicentiam testabatur, protinus illis habebatur suspectus, dehinc urbe pellebatur, terrores undique mentes agitabant remanentium : ubique pavor, ubique metus, et simillima mortis imago[4]. Eoque magis quod antea, quia procurator et magistri venerabilis nationis Picardie aliquas sue nefande voluntatis litteras sigillare recusarunt, incussa violentia dicte nationis arcam et sigilla ceperunt, litteras, ut suis violentissimis animis collibuit, sigillarunt, et procuratorem et magistros prefate nationis fere ad numerum 30 notabilium virorum exire urbem coegerunt[5]. Hinc multos pavere, plurimos fugere, alios communes congregationes deserere, multi in abdita se recondebant, pauci in aspectum veniebant

Hinc quoque successit aliud timoris per intensum exemplum. In mentes enim venerat procuratoris et honorabilis nationis Normanie ad ea que pacis sunt laborare, et ea querere que sue periclitanti patrie succurrerent, quam notabilibus pene vacuam, armis nudatam, ab his qui tueri debebant derelictam, hostiliter ab Anglis invadi prospiciebant. Convocatur natio, assunt ex omni facultate doctores et magistri; sed ubi deliberare ceptum est, turbati gubernatores antedicti consilium inierunt adversus nationem, et misso preposito cum armata cohorte procuratorem incarcerarunt, plures principales collegiorum et aliarum domorum ut caperent, quesierunt, et non inventos proscripserunt. *Sic depopulatum et pene exhaustum nostrum studium* eo deductum est, ut fere rector nullus, aut procurator ejus extiterit, nisi gubernatori consentire dissimulaverit, aut veraciter tabefactus fuerit sui morbi contagio. Nec istis contenti boni gubernatores sic per minas, expulsiones, proscriptiones, incarcerationes et, quod est horrendum dictu, per mortales condemnationes et varia mortis genera processerunt, quousque rectorem nostre Universitatis, procuratores et

magistros quatuor facultatum caperent, captos incarcerarent, et incarceratos pluribus diebus detinerent, nullam aliam ob causam quam quod videbantur ab eorum iniquo proposito discedere[6], quod ab adventu nostro in hanc urbem gloriosam et origine nostre fundationis non fuit auditum[7]....

Tacemus quod regni subversionem pace regii sanguinis optabiliorem sepe dixerunt. Tacemus quod in justitie totius eversionem, privilegiorum nostrorum conservatorem ac officiarios nostros ab hac urbe secluserunt. Illud enim erat gravius, quod dum de pace nollent agi, et nomen pacis per se ipsum dulce naturaque cunctis acceptabile cognoscerent, pacis desiderium simulantes, odiosas conditiones pacis tractatibus inserebant, ne cunctis mortalibus optanda pax oriretur. Inter has temporum vices gubernatores isti per suos complices intellexerunt, antiquos et notabiles viros nostri studii animum resumpsisse procurandi et ea dicendi que ad pacem dominorum regie stirpis, ad unionem et conservationem regni, ad obviandum Anglorum hostilitati, ne clade bellica in interitum rueret tota gens Normanorum, concessa patria colonis invisis. Unde gubernatores isti, velut homines apud quos bone mentes habentur damnate, confestim excitati, gravi precepto inhibuerunt, ne quid in deliberatione poneretur, et specialiter quod videretur eorum tangere regimen Sic profecto materiam et deliberandi modum proscripserunt, nec veteres congregandi modos permiserunt, nisi prius in sue conspirationis favorem rem agendam cognoscerent. Sic itaque nullus rector habebatur, nisi sue factionis conscius; nihil in deliberatione ponebatur, nisi sue bende[8] consonum; nihil deliberabatur, nisi quod sua secta concluserat. Omnia tyrannica rabie et coactione vilissime servitutis extorquebantur, non solum in nostro studio, sed in urbe tota. Nam boni cives et incole urbis partim jugulabantur, partim submittebantur, proscribebantur alii; ceteri urbe pellebantur : « fremebant ubique omnia apparatu mortis[9] ». Hinc ferrum, flagella, carceres afferebantur. Omnia crudelia tam violente minabantur, ut videretur duci funus ante mortem; nulla facies justitie, nulla fiducia pacis, nulla erat jam spes libertatis.

Quis igitur nostram Universitatem jure culpare poterit, aut gesta tanta iniquitate temporum sibi adscribere, cum illis temporibus dissipata fuerit, ac *fere nullus remanserit in urbe famosus*[10], nisi sue factionis fautor, vel qui suis sceleratis propositis auderet resistere? Quod si in remanentibus dici valeat quandam fuisse velut umbram vel imaginem faciei representate nostri studii, adhuc nemo ita desipit ut nobis adscribat, quod atrocissima crudelitas sceleratorum hominum per paucos facinorosos et corruptissimos homines extorsit Non est enim nostre Universitati imputandum quod non egit, nec paucis remanentibus in miserrimam servitutem subactis et metu acerrimo perculsis improperandum, si flagitiosis hominibus illius factionis non restiterunt.

Nunc vero, divina clementia miserante, solemniter congregati et in priscam reducti libertatem deliberandi ac dicendi veritatem[11] secundum puras et mundas conscientias, deadvoavimus et deadvoamus, reprobavimus et reprobamus omnes illos, qui sub nomine

nostre Universitatis fecerunt aut dixerunt supra scripta. Et ulterius diximus et declaravimus, dicimus et declaramus per presentes, omnia facta prescripto tempore sub nomine nostro (et specialiter quantum ad conclusiones tangentes dominum nostrum regem, regimen sui regni, statum et honorem illustrissimi principis domini ducis Burgundie[12]), sive propositionibus, sive predicationibus, litteris, epistolis, scripturis, processibus fidei, rotulorum subscriptionibus[13], sive legationibus et ambassiatis, non fuisse, nec esse ex auctoritate nostre Universitatis, et ita dicimus et declaramus, ipsa fuisse et esse irrita ac nulla, et nullius fuisse auctoritatis, roboris vel momenti, et in quantum facta fuerunt, vel de facto processerunt, cassamus, irritamus et annullamus. Insuper protestamur adversus auctores, coadjutores, complices et fautores talium in sua animadversione, cum misericordia tamen et mansuetudine processuros per privationes a nostro consortio et alias punitiones notabiles, juxta suorum criminum qualitatem[14]. Datum sub nostro magno sigillo in nostra congregatione generali super hoc Parisius apud S. Maturinum solemniter celebrata die nona mensis Augusti, anni ab incarnatione Domini 1418.

Bul., V, p. 332-334. — Certe a duce Burgundiae haec epistola inspirata erat. Epistola vera falsis mixta continet.

1. I. e. ab anno 1413, Augusto, postquam dux Burgundiae regimen et gratiam amiserat. — **2.** Dux Aurelianens., comes de Armagnac, aliique, et tandem Carolus delphinus. — **3.** Johannes Gerson idem omnino ante quinquennium dixit de tempore, quo dux Burgundiae habenas regni duxit. Vid. supra p. 270. — **4.** Cf. Verg., *Aen.*, II, 369: « Luctus, ubique pavor, et plurima mortis imago ». — **5.** Vid. n° 2056. — **6.** Scil. eodem anno, Febr. 26, imperante Carolo delphino. Vid. n° 2096. — **7.** Vid. tamen *Chartul.*, III, n° 1640. Sententia sequens ap. Bul. manca. Deinde narratur, quid facere contra ecclesiam et ecclesias et ecclesiasticos. — **8.** Turmae? Vid. Ducange-Henschel, I, p. 644, n° 4. Nunc gallicum est « bande ». — **9.** Cf. Quintil., *Declam.* IX, 6. — **10.** Attamen, illi magistri, qui anno 1416 rotulo contra Johannem Parvi subscripserunt, famosi erant. — **11.** Et hoc asserunt post caedem horrendam Junii 12 per Burgundos peractam! — **12.** Praesertim quoad propositiones Johannis Parvi. — **13.** Bul. perperam « processibus rotulorum, fidei subscriptionibus ». — **14.** Proindeque Johannes Gerson, Petrus de Versaliis, Gerardus Macheti, Jordanus Marini aliique consortio Universitatis quasi privati erant.

2108. *Universitas Paris. ad Martinum V, ut in Francia sedem suam ad pacem faciendam inter duo regna constituat, cum tamen jam in animo habeat Alpes transire, saltem aliquot annos in Francia morari dignetur.*

1418, Augusto, Parisiis.

Sanctissimo domino nostro sancte Romane et universalis ecclesie summo pontifici. Vestra, clementissime pater, affectione Sanctitas habuit, ut ea gereret que regnorum et nationum saluti servande, augende vel recreande potissime proficerent ac toti christianitati prodessent, et huic regno maxime, quod nomen christianissimum non ex se assumpsit, non usurpavit, sed sancta Romana ecclesia nominante ac probante suscepit. Ex[c]itat gloriam Sanctitatis vestre universorum subditorum pia devotio pariter et neccessitas, ut universis vices impendatis apostolice sollicitudinis. Sed nunc maxime movere debet hujus regni calamitosa nimis afflictio, quod una cum ecclesia Dei semper adversitatem atque prosperitatem habeat. Et si, ut sunt vertigines temporum, aliquando ex deteriori fortuna in feliciorem emersit, ecclesie depresse non totis et undique collectis viribus succurrere, nephas et cru-

dele putavit. Nec opus est referre christianissimum Pipinum Francorum regem bis trans Alpes adversus Aistulphum impium regem Longobardorum exercitum ductasse ut terras Ecclesie ab illo tiranno liberaret; nec arbitramur oportere ex annalibus recitare reges (etiamsi libet Karolum Magnum, qui Desiderium regem adversarium ecclesie Romane bello subegit, pretermittere), qui suis derelictis pertinentias(?) sancte Romane sedis a crudelissimis et potentissimis tirannis liberaverunt. Sunt enim hujus Gallice pietatis et devotionis ad sanctam sedem apostolicam libri plenissimi et Damasi pape, Jeronimi, Augustini et ceterorum scriptorum Vestra quoque, beatissime pater, latius complectitur memoria, ut pro Romana virtute juste sumpserit animos, tametsi nulla precessissent merita, afflictis rebus tanti regni consulere. Quod congrue fieri non potest si in Italiam fuerit animus curiam traducere. Videtis enim inter duo regna bellum malo germine conceptum in sevissimam concertationem adolevisse Quis potest huic divisioni magis occurrere quam summus omnium christianorum pastor? Et quonam modo poterit, si non viderit, prospexerit, intellexerit ac pene presens extiterit, quod Alpibus septi et a nobis sejuncti minime poteritis? Agnovit vestra sanctitas quibus cladibus interne divisionis regnum hoc est debilitatum. Huic rei potest maxime V. S. opitulari, quod oportuno citra montes facere, ultra montes propter distantiam et itinerum difficultatem parum potest.

Propterea, clementissime pater, fideles Christi a vobis pacem duorum regnorum petentes vestram moram citra montes exposcunt; regni vero fideles et incole, ut pro sedanda divisione Galliarum prope regnum moram ducere velitis, orant, supplicant et per testamentum pacis obtestantur. Equidem, beatissime pater, cum nuper omni devotione duplices litteras plumbatas, veteris date ac . . .[1] diu et inutiliter receptas, a vestra Sanctitate suscepimus, speravimus jam viam pacis omnibus fore apertam. Ipsis enim et relatione missorum vestrorum nos moneri cognovimus tribus rebus operam dare, paci regni, libertati ac juribus ecclesie Romane, et damnorum aliquorum civium Januentium reparationi. Sed ubi de transitu Alpium vestram Sanctitatem agere cognovimus, fere ab omni spe decidimus Nam si Rome aut in Ytalia nunc esset vestra clementia, tamen deberet protinus huc advolare.

Nichilominus velut sancte obedientie filii jussa apostolica pro modulo nostre facultatis executi sumus, usque adeo ut non dubitemus presentiam vestre Sanctitatis posse operari pacem istorum regnorum, libertates et jura ecclesiastica in lucem reducere et quecumque expetierit placita ab hoc regno obtinere. Quod bene intellexerunt precessores vestri, qui citra montes curiam habentes, universam ecclesiam feliciter rexere. Non enim semper Rome, sed etiam Anthiochie Petrus cathedram habuit apostolicam. Nec tam universalis pastor videretur, si sic Rome necessario foret alligatus. Deinde accedit huic oportunitati, quod citra montes habet Sanctitas vestra terras ecclesie Romane opimas et amenas, omnibus christianorum provinciis satis patentes, humiles, pacatas, obedientes, et tot jam labentibus annis presentia summi pontificis nullatenus consolatas. Cum itaque talis sit hujus regni, ecclesie Romane semper deditissimi, et tam late patens afflictio, ut ei celeriter debeat

vestra Sanctitas succurrere, et presens possit, absens vero minime, et loca sint hic vestre curie congrua et accommoda ac toti genti christiane peraccessa, nec ulla major vocet necessitas, devote supplicamus, ut aliquot annis citra montes morari dignetur clementia vestra.

Deinde huic publice utilitati dignetur addere, quod nostram tangit specialius Universitatem, ut vel capitulo Parisiensi aut alicui persone ejusdem vices committat cancellarii, licentiam conferendi in omni facultate[2] In his, beatissime pater, Deo, ecclesie sancte et huic regno christianissimo sedi apostolice devotissimo vestra Sanctitas obsequium prestiterit singulare. Eandem Sanctitatem vestram conservare dignetur Altissimus ad sue regimen ecclesie ... [Datum] in nostra congregatione generali super hoc [apud Sanctum Maturi]num specialiter celebrata die .. mensis Augusti.

Minuta chartac. pessumdata in Arch. nat Paris., M 65ª, nº 50. — Haec epistola scripta est, dum Martinus Genevae morabatur, quam urbem an. 1418, Jun. 11, intravit (Arch. Vat , XII, 121, p 104), donec Septemb. 4 in Italiam profectus est (vid. MILTENBERGER in *Mitth. des Instituts f. osterr. Gesch.*, XV, p. 662). Ut Martinus V in Franciam et quidem Avenionem reverteretur, etiam alii optabant (vid nº 2128)

1. Scriptura evanida et sequens etiam sententia vix enodari potest. — **2.** Propter absentiam Johannis Gersonis ejusque substituti Gerardi Macheti quotiescumque licentia danda erat, providendum erat ut quidam licentiam conferret. Cf. nº 2106 et saepe infra.

2109. *Carolus VI ea, quae mense Martio* (nº 2101) *de collatione beneficiorum statuerat, consilio ducis Burgundiae aliorumque et Universitatis Paris annullat In illa tempestate, ut narrat, plura scripta a Bernardo Armagniaci comite et ejus complicibus, abutentibus regis clementia, extorta fuerunt Et sicut ab urbe Paris egregios viros parlamenti et Universitatis expulerunt, ita etiam obedientiam Martino V differri fecerunt Cum vidissent nec Concilium generale nec summum pontificem propositionem mag Johannis Parvi « quondam moribus et scientia commendati » damnasse, animo ulciscendi, « Universitate studii Paris. tunc renitente », ordinationes et litteras regis de collatione beneficiorum pecuniaque extra regnum non deferenda publicaverunt* Actum et datum Parisius anno Dom milles quadringentesimo decimo octavo, mensis Septemb die nono, regni vero nostri xxxviijº, sub sigillo nostro in absentia magni ordinato — Lecta et publicata in curia parlamenti ultima die Martii an Dom milles CCCC XVIII (1419), et in eadem curia registrata « Gessit animis »

1418, Septemb 9, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X¹ª 8603, fol. 48. *Ordonn. des rois*, X, p. 471. — Hanc epistolam episcopi Lingon. et Bajocens. a cancellario Franciae receperunt, praesentandam papae ea conditione, ut Avenionem rediret (vid nᵘᵐ 2128). An. 1419, Maii 16, Carolus declaravit, has litteras effectum sortiri a die publicationis in parlamento, scil. 31 Martii (X¹ª 8603, fol. 54ᵇ).

2110. *Ludovicus custos Lugdunens., locumtenens camerarii archiepiscopi Narbonens , nuntiat, Martinum V Petro de Lacou[x], priori prioratus Savigniaci prope Montembrusonem, Parisiis in decret. licentiato, insignia doctoratus « per traditionem sive impositionem birreti cum floco viridi ejus capiti factam » contulisse, cum ille Parisiis intra terminum praefixum « guerrarum turbinibus obstantibus » insignia hujusmodi recipere hactenus non potuerit.* Dat Anissiaci Gebennens dioc die nona mens Septemb sub anno Domini M CCCC XVIII, indictione xjᵐª, pontificatus, etc , anno primo « Viri studio ».

1418, Septemb. 9, Anissiaci.

Arch Vat. Divers. cameral. Mart. V, nº 4, fol. 206.

2111. *Universitas Parisiensis incolis Rotomagi, qui eam sollicitaverant ut a rege et duce Burgundiae exercitum auxilio venturum impetraret.*

1418, Septemb., Parisiis.

Tres chers et grands amis. Nous avons receues plusieurs lettres de par vous tendans à ceste fin que nous voulsisson[s] solliciter et exhorter le roy et son conseil et monseigneur de Bourgoigne de secourir à la bonne ville de Rouen[1] à l'encontre des ennemis de ce royaume . . Et sçavons assez que par le secour[s] que l'on donroit à ladite ville, pourroit estre recouvré le pais de Normendie et aussi par la lesser perdre seroit la perdition de tout ledit pais sans esperance de recouvrer, et mettre en peril tout le demourant du royaume. Vos lettres receues, nous avons par plusieurs fois proposé et exposé vostre fait et necessité au roy nostredit seigneur et à son conseil et à monseigneur de Bourgongne le mielx et le plus affectueusement que nous avons peu, par maistres en theologie notables de bonne affection, comme sont le ministre de Saint Maturin[2], maistre Pierre aus Buefs[3], maistre Ytasse de Paveilly[4], et derreinement l'aumosnier de Fescamp[5], et plusieurs autres qui ont grandement declaré les perilz et inconveniens dessusdiz, qui ne secourra à vostre ville comme dit est Et touzjours y avons trouvé bonne et gracieuse response Et de fait ont esté mis sus certaines gens d'armes pour aller à l'encontre desdiz ennemis et pour vous donner secour[s] et aide, tant au regard du siegge des Englois, comme à la provision de la ville de Caudebec. Et croions que se ne fussent les aultres empeschemens et grans affaires que le roy a, lesquielx vous povez assez estimer, considerées les divisions qui sont en ce royaume, l'en vous eust envoié plus bref et plus grant secour[s]. . Et pour ce, tres chers et grans amis, vueillez touzjours resister à l'encontre desdits ennemis et garder vos personnes, vos fames et enffans à vostre ville, qui seriez perilz et perdus si elle estoit prise par lesdits ennemis, que Dieu ne vueille, et aussi la seignourie du roy, pour laquelle garder vous vous estes emploiez jusques cy comme vrais et loyaux subgez . Donné à Paris en nostre congregation generale à S. Maturin le . jour de Septembre.

Minuta chartac. in Arch nat. Paris., M 65^{b}, nº 90 (olim A. 3. ttt) Bul., V, p. 334. — Vid. infra plura documenta de eodem negotio

1. Henricus V, rex Anglorum, obsidebat Rotomagum a Jul. 29 usque ad Januar. 19 Vid. Puiseux, *Etude sur le siège de Rouen par Henri V* in *Mém. de la soc. des antiquaires de Normandie*, tom. XXVI, p. 40 sqq — 2. Joh. de Trecis — 3. Ord. Min. — 4 Eustachium de Pavilly Vid Puiseux, l. c., p. 71 — 5. Johannem Bouesgue

---

2112. *Cum consilium regis et praepositus mercatorum cum scabinis ad continuandum bellum pro defensione regni decrevissent impositionem super non privilegiatos et privilegiatos, inter quos Universitas Paris , rector cum magistris invitatur de illa deliberare*

1418, Octob. 3, Parisiis

Lundi iij^{e} jour d'Octobre furent au conseil maistre Philippe de Morviller, J. de Longueil, president... Et y survindrent monsieur le chancelier, maistre Pierre Cauchon,

maistre Philippe de Saulz, maistre Th[omas] Leroy, maistres des requestes, maistre G. Gelinier, le prevost des marchans, le recteur de l'Université et plusieurs autres de la ville et Université de Paris, en la presence desquelz monsieur le chancelier exposa ce que avoit esté deliberé et advisé ou conseil du roy et en la maison de ladite ville pour faire certaines finances neccessaires pour convertir ou fait de la guerre à la conservation, tuition et defense de ce royaume; et fist en la presence des dessusdits lire certains advis, fais par les bourgois et eschevins de Paris, pour lever certain aide generalment sur touz privilegiés et non privilegiés Et pour ce que les escoliers et estudians de ladite Université estoient compris oudit aide, le chancelier avoit mandé et fait venir le recteur, comme dit est, afin qu'il voulsist remonstrer ou faire remonstrer la neccessité et estat de ce royaume, et ce que dit est dessus, en assemblée ou congregation de ladite Université pour avoir le consentement d'icelle Université ou regard de l'octroy et exaction dudit subside

Arch. nat. Paris., X[1a] 1480, fol. 149. — Certe agebatur de obsidione Rotomagi.

2113. *Carolus VI reprobat quaecumque in Concilio Constantiensi adversus mag Joh. Parvi ducemque Burgundiae gesta, dicta, proposita atque petita fuerint per magistros Johannem Gersonem, Jordanum Morini, Guillelmum Pulchrinepotis*[1], *Petrum de Versaliis et Johannem Campani*[2], *ea praeter et contra mentem suam processisse* Dat Parisius sub nostro magno sigillo die sexta mensis Octobris, anno Dom milles. CCCC XVIII°, et regni nostri xxxix° « Ab inclitis nostre stirpis auctoribus »

1418, Octob. 6, Parisiis.

Arch nat Paris , X[1a] 8603, fol. 46[b] *Ordonn. des rois*, X, 485. — Publicatae sunt litterae an. 1419, Martii 27. Vid. n[um] 2128.

1. April. ejusdem anni, canon Bellovacens., in Rom. curia fuit, destinatus ad regem per papam (Reg Vat Mart. V, n° 352, fol. 106), et postea examinator impetrantium in forma pauperum (Suppl. Mart. V, n° 178, fol. 161). — 2. Joh Campani, licent. in decret. Paris., regis procurator in curia Rom. fuit (ibid., n° 106, fol. 89), et adhuc 1420 ibid., tunc destinatus ad regem Franciae (Reg. Vat. Mart. V, n° 353, fol. 84[b]).

2114. *Parlamentum, praepositi Paris et mercatorum, rector Univers , etc., Johannem Courtecuisse, magistrum in theologia, eligunt ad proponendum coram rege et duce Burgundiae, ut provideant contra gentes armorum, ne urbi Paris necessaria ad vitam desint.*

1418, Octob. 15, 16, Parisiis.

Arch. nat. Paris , X[1a] 1480, fol. 151 FÉLIBIEN, *Hist. de la ville de Paris*, IV, 572 sq. Cf. ad haec TUETEY in *Journal d'un bourgeois*, p. 113, not. 2, 117, not. 1, 119, not 4.

2115. *Facultas medicinae, propter miseriam temporum, lectiones et disputationes ordinarias facultatis usque post festum Regum differt.*

1418, Octob. 22, Parisiis.

Die sabbati xxij[a] Octobris fuit facultas convocata per bedellum apud Sanctum Maturinum, post missam facultatis, ... ad ordinandum super facto lectionum ordinariarum et

disputationum etiam ordinariarum magistrorum regentium facultatis.... Fuit ibi propositum, quod propter maliciam temporum, causatam ex parte guerrarum, [per] victualium penuriam seu caristiam et pestilencie vigorem[1], multi magistri, baccalarii et scolares erant absentes a villa Parisiensi (propter quod studium erat evacuatum a scolaribus et baccalariis qui consueverunt magistros in suis lectionibus visitare); item, quod[2] magistri regentes, propter multitudinem infirmorum, occupati sunt practice, non potentes exercere actus regencie; insuper, quod videretur facultas nimium rigorem suis suppositis, quibus graciosa esse debet, et baccalariis absentibus, facere, si propter legitimam absentiam eorum a Parisiis, causis pretactis exigentibus, tempus laberetur contra eos et in eorum prejudicium; et postremo fuit expositum quod in aliis facultatibus et nacionibus Universitatis, matris nostre, lectiones et disputaciones ordinarie erant delate et remisse, propter causas pretactas. Propter que omnia, facultas mater nostra, tunc predictis consideracionibus mota, concorditer deliberavit, quod volebat et voluit, quod tam lectiones quam disputaciones regencium, ordinarie dumtaxat, differ[r]entur usque post festum Regum. Voluit tamen quod prima die ordinarii magistri existentes Parisius incipiant lectiones suas quas eadem facultas contineat usque post festum Regum. Noluit tamen quod si aliqui magistri velint disputare extraordinarie, puta de pastillaria aut aliter, per presentem ordinationem aliqualiter impediantur

Comment fac med., I, p. 227. — JOURDAIN, n° 1154.

1. Vid. *Auctar*, II, 254, 39 (ad an 1418, Sept. 25) « Communiter omni die moriebantur quingenti homines et summa mortuorum infra tres menses aut modicum ultra taxabatur ad lx milia hominum ». — 2. Ms. potius : « quam »

2116, *Carolus VI magistros, doctores, regentes, supposita ac studentes, bedellos et 4 librarios nominatos Universitatis a novis vinorum propter obsidionem Rotomagi in Parisienses impositionibus eximit*

1418, Octob 27, Parisiis

Charles, par la grace de Dieu roy de France, à tous ceux qui ces lettres verront, salut. Comme pour l'eminente et notoire necessité de secourir à nostre royaume, qui est moult desolé et endommagié, tant par divisions, comme aussy par la descente en Normendie de nostre ancien ennemi d'Engleterre, qui de present tient assiegée nostre bonne ville de Rouen, aions nagares imposé ung aide sur les vins de la ville et election de Paris, et nostre tres chière et tres amée fille l'Université de Paris gracieusement, volontairement et liberaument nous ait octroié que icellui subside soit levé sur ses suppos, comme sur les autres, sans prejudice de ses privilèges, franchises, usages et libertés, et que ce ne puisse estre trait à consequence ou temps advenir : nous, considerans la grant amour et affection, que nostredicte fille a vers nous, . . avons voulu, declaré et ordonné, voulons, declarons et ordonnons par ces presentes, que les docteurs, maistres regens, vrais suppos et estudians

en nostredite fille et qui sont manans à Paris pour cause d'estude principaument, et non pour aultre labour ou pratique, et les xiiij bedeaulx principaulx des facultés et nations, c'est assavoir, pour la faculté de theologie Jehan Mancion et Jehan Vacheret; pour la faculté de decroit Bertran de Edyo et Jehan Renier; pour la faculté de medicine Guerin de Roncourt et Jehan Petit; pour la nation de France Guillebert le Rous et Colin Barilet; pour la nation de Picardie Jehan Amant et Gilles Massart; pour la nation de Normendie Gieffroy Mancel et Lorens Poutrel; pour la nation d'Almaingne Bomont de Lutrea et Herman Fabri[1], avecques les iiij principaulx libraires, c'est assavoir maistre Olivier de l'Empire, Michiel du Ris, Jehan Marlées, Gieffroy Doué, subrogé ou lieu de maistre Regnault de Montet, absent[2], soient et demeurent francz et quittes d'icellui aide, sans ce que pour ce ilz soient contrains, executés, traveillés ou dommagiés en aucune manère, nonobstant l'octroy par nostredite fille à nous fait.... Et avec ce voulons et ordonnons, et leur avons octroyé et octroions, que sans quelconque difficulté à la certification faite par scedule signée des seaulx du recteur d'icelle et de nos amez conseillers maistre Pierre Cauchon[3], vidame de Raims et maistre des requestes de nostre hostel, et maistre Hugues de Mureul, conseillier en nostre parlement, et que se aucun debat naissoit sur le fait de la scolarité, que iceux en eussent à connoistre et nuls autres. .

Donné à Paris le xxvij^e^ jour d'Octobre, l'an de grace mil CCCC et dix huit, et le xxxixe de nostre règne.

Par le roy en son grant conseil, ouquel monseigneur le duc de Bourgongne, vous[4] et plusieurs autres estoient. G. EUVRIE.

Originale in Arch. Univers. Paris., thec. II, A. 5. cc, restat taeniolum. Bibl. Carnotens., ms. 595 (cod. Harcur), fol 161 *Recueil des privilèges de l'Université*, p. 89. *Ordonn. des rois*, X, p. 487. — Sicut e litteris an 1419, Jun. 12, et an. 1420, April. 18, liquet, rex tunc Universitati etiam alia privilegia, ut exemptionem gueti et custodiae portarum, confirmavit. Cf. infra nº 2121, not. 1.

1 Orig. et Cod. Harcur. « Safri ». — 2. Cf P. DELALAIN, *Etude sur le libraire parisien*, p xxxix, not. 3. — 3 Carolus VI per litteras datas Pontisarae, Decemb. 23, Petro Cauchon, « qui est pardeça en nostre compaignie, soit tellement occupé en nostre service à cause de son office qu'il ne puet vacquer ne entendre au fait dessusdit », substituebat « maistre Jehan Françoys » consiliarium in curia parlamenti. Originale in Arch. Univers. Paris.. thec. II, A. 5. dd *Rec* , p. 91. *Ordonn* , X, p 503. — 4. Cancellarius Franciae, Robertus Le Maçon.

2117. *Facta processione generali, medio sermone in parvisio Nostrae Dominae a magistro theolog. Ord Minorum, Petro ad Boves, confessore reginae, habito in praesentia cancellarii Franciae et consiliariorum regis, atque rectoris et notabilium magistrorum Universitatis Paris , scriptum Gerardi de Monteacuto, episcopi Paris., perlectum est, quo episcopus omnes sententias contra ducem Burgundiae anno praeterito, Novemb 23*[1]*, in eodem loco latas revocat, sicut*[2] *etiam revocat sententiam latam contra propositionem Johannis Parvi, ducemque Burgundiae « comme vray champion de la couronne de France » suis honoribus restituit*

1418, Novemb. 3, Parisiis.

Arch nat Paris., X^1a^ 1480, fol. 153 (FÉLIBIEN, *Hist de la ville de Paris*, IV, 573 sq., DOUET-D'ARCQ, *Choix de pieces inedites*, I, p 400 sq.), et *Chron de Monstrelet*, III, p. 286 sq. — Quis non exclamat : O mortalium mobile genus mirandum!

1. Vid. supra nº 2088. — 2. Quod scribitur de revocatione sententiae contra Joh. Parvi, refert solus Monstrelet.

2118. *In camera parlamenti rector et plures magistri Universitatis cum aliis congregantur ad deliberandum, quomodo urbi Paris. succurrendum sit quantum ad vitae necessaria.*

1418, Novemb. 26, Parisiis.

Samedi xxvj[e] jour de Novembre. — Ce jour survindrent au conseil en la chambre de parlement et furent mandez par la court le recteur et pluseurs maistres de l'Université de Paris, les maistres des requestes de l'ostel et des comptes, le prevost de Paris, le prevost des marchans, eschevins et autres bourgeois notables de la ville de Paris appellez et presens à ce les procureurs et advocas du roy en parlement et ou Chastellet de Paris, pour avoir advis et deliberacion sur ce qui estoit à faire pour pourveoir au bon gouvernement et à la police de ladite ville de Paris, et pour fournir et garnir ou faire garnir ycelle ville souffisamment de vivres à pris competent et raisonnable. Et entre autres choses, en tant que regardoit le fait de la marchandise de busche, furent passées et commandéez lettres oudit conseil adreçans aux gens des comptes, aux generaux commis sur le fait des finances de ce royaume, aux maistres des eaues et forests de Champaigne et de Brie ou à leurs lieutenans, pour vendre ou faire vendre par tous les verdiers appellez ceux qu'il appartendra, III[c] arpens de bois de chauffage à coper et abatre ès forests du roy, de Bondis, Laye, Senart et Pommerois, et austres plus prochaines forests de Paris, se besoing estoit, pour les prendre ès lieux plus prouffitans et moins dommagables hors les haultes forests, pour ycelles ventes de tel nombre d'arpens que sembleroit expedient baillier et delivrer par marchié ferme à marchans solvables, chascun arpent pour le pris et somme de huyt livres tournois et au dessoulz jusques à six livres tournois sans autre enchière, lesquelz marchans seront tenuz de faire widenge de l'une partie desdites ventes dedens la Chandeleur et de l'autre partie dedens Pasques ou Penthecouste prochain venant . . [*Sequuntur plura conclusa de eodem negotio.*]

Arch. nat. Paris., X[1a] 1480, fol. 158[b]. — Decemb. 1, curia parlamenti, ad consulendum assistendumque praepositis ambobus, praedicta curaturis, mag G. de Celsoy, G. de Bèze, H Lecoq, J Brillot, H de Moruell commisit et deputavit (ibid). Cf. Tuetey in *Journal d'un bourgeois*, p 119, not. 2. — Dec. 10 cancellarius Franciae in parlamentum vocat rectorem notabilesque viros Universitatis cum magistris requestarum computorumque aliisque, ut venditis obligatisve terris regis 10 000 libras inveniant (ibid , fol. 160).

2119. *Magistri regentes facultatis medicinae an 1418-1419 Absentes propter ambassiatam in curia Romana, vel occasione bellorum, etc , regentes reputantur, dummodo de ordinaria in ordine suo disputent*

1418, Decemb. 6, Parisiis.

Anno Domini M[o] CCCC[o] octavo decimo, sexta Decembris, fuit facultas medicine congregata post missam facultatis ad videndum an magistri proclamati per bedellum ad legendum ordinarie deberent omnes reputari regentes, quia plures erant absentes tum propter ambaciatam in curia Romana, tum propter aliquos incarceratos, ut puta de magistro

Guillelmo de Gardinis qui erat inclusus in villa Rothomagensi, que pro tunc erat obsessa, tum propter alios qui occasione guerrarum non poterant attendere Parisius. In qua quidem congregatione fuit conclusum quod omnes reputarentur regentes, dummodo disputarent de ordinaria in ordine suo. Verumtamen fuit ibi conclusum quod magister Egidius Sancte non reputabitur regens, quia non disputavit de pastillaria[1] nec de ordinaria et etiam recessit de Parisius non sub spe revertendi.

Magistri [regentes]

Thomas de S. Petro
Guill. de Camera
Joh. Comitis
Joh. Tanquart
Joh. Belart
Robertus de S. Germano
Henricus Dongny.
Jacobus Sacquespée
Guill. Nepotis
Droco Decani.
Joh. Basin
Petrus Cardonnelli
Joh. de Pisis
Guillelmus de Gardinis
Robertus Charmolue
Jacobus Despars
Stephanus de Rouvroy.
Henricus Thibout.
Petrus Bernicoti
Petrus Brachii
Petrus Bechebien.
Johannes Juvenis.
Robertus Poitevin
Johannes Typhaine.
Adam d'Origny
Johannes le Dengié [26]

Comment. fac. med., I, p. 229. — Nov. 5, decanus electus erat Johannes le Dengié.

1. An. 1420, Junii 22 (Comment., I, p. 242), statutum de disputatione pastillaria (quia pastilli distribuebantur) sic explicatur: « Quod quilibet magister de novo incipiens esset Parisius quod ipse teneretur disputare pastillarie infra tres menses, sicut dicit statutum, et quod etiam debet computari tempus inordinarium in illis tribus mensibus, dummodo in illis tribus mensibus sint aliqui dies disputabiles utiles, alias illi qui infra dictum non disputarint, non regentes reputabuntur et perjuri et ab omni honore facultatis segregandi ».

2120. *Universitas Paris. ad civitates et personas regni de miseria urbis Rotomagi obsessae ab Anglis, ut ei succurrant. Universitas se libere offert ad succurrendum subsidiis.*

1418, Decemb., Parisiis.

Chiers et bons amis. Vous . . . . . . comme la piteable desolation de ce roiaume va si en aggravant que se de brief ni est mis bon et grant rem[ède] . le roiaume est en voye de perdition. Il n'est aujourdui partie de ce royaume qui ne soit en grant affliction et douleur, mais par especial tout le pais de Normandie est jà presque prins et gastez par lez Angloiz, anciens anemis du royaume, dont est cause le malvais gouvernement de cheux qui par ce temps passé ont esté entour nous, et ont resisté aux parens et bienveullans du roy, nostre père et souverain seigneur et amis de toute la chose publique de ce royaume. La bonne ville de Rouen, qui de loing temps est assegié, est jà en tel peril de destruction, tant de famine[1] comme d'aultre perilz de guerre, que il n'est pas bon ne loyal qui n'en eust doleur et pitié. Pourquoy fault querir tout remède possible en i metant toute puissance,

quar se Rouen ne se pueut tenir, quelle ville se tendra? Se Rouen ne se peult deffendre, quelle ville se deffendra? Se Rouen est prinse, il n'a membre en ce royaume qui n'en soit debilité. Et pour ce, comme en corps naturel, quant un membre est navré ou blechié, le sanc et les esperis de vie de tous les aultres y courent, de quelque preeminence que ilz soient : aulsi la force, le sanc, la substance de tous les menbres de ce royaume doibt maintenant courir à l'aide de telle ville et encontre les anciens anemis. Sur quoy nous regardans les crueulx et horriblez perilz qui pourroyent advenir se de brief ni estoit proveu dè remède; et voyans la tardité et negligence de pluseurs en ceste provision, pour acquitier nos consciences vers Dieu et le monde, et aulsi par bonne charité et vraye dilection, avons conclus sommer, prier et requerir sur ce toutes les parties du royaume. Et combien que dès le commencement de ce siècle ayons esté en noz predecesseurs, premierement en Egipte, après en Athènes, depuis à Romme et desrainnement en ceste bonne ville de Paris, frans et privilegiés et soions sur toutes gens, en tant que pour prinse d'empereurs, de roys ou quelcunques aultres cas nous ne payames subscides, comme de tout droit est que soyons frans en toutes franchises : nientmains avons presenté et offert liberaulment et de franche volenté au roy, nostre père et souverain seigneur, tres grans et notables aides selonc[2] nostre povoir, tant espiritu̇èles comme temporèles, par contribution commune, laquelle ferons entre nous et chascun de nous selonc sa puissance, pour ceste fois, pour o[b]vier ès inconveniens dessus dis. Pour quoy vous requerons et prions, sur la bonne amour et loyauté que vous voulés avoir au roy, que en ceste extrême neccessité veuliés secourir le roy et le royaume, et non pas tant seulement faire l'aide que le roy nostre père et souverain seigneur vous demande, mais avec ce offrir et emploier corps et biens; par ainsy acquiterés vos consciences vers Dieu, vers le roy vostre souverain seigneur et le nostre, vers le royaume et vers vos frères, qui sont en mortelle affliction, et par ce sera le roy sur les champs plus seurement et pourra refourmer tout le royaume en bonne pais et unité, et ramener au beneuré et noble gouvernement du temps ancien. Chiers et bons amis, Dieu vous doint bonne prosperité en ce monde et paradis et armes.

Voz bienveillans lez recteur et maistres de l'Université de Paris

Minuta chartac. pessumdata in Arch. nat Paris., M 65[a], n° 151 (olim A. 33. gggg) Quodam modo ea cum litteris regis Octobris 27 an 1418 connecti videtur, ubi explicatur, Universitatem se libere obtulisse ad solvendas impositiones Ast in hac epistola non de impositionibus agitur, sed de contributione, quam Universitas inter sua supposita facere voluit et fecit Praeterea in hac epistola miseria urbis Rotomagi sic describitur, ut ad tempestatem posteriorem quam Octob. pertinere videatur, cum jam quasi ad redditionem coacta erat. — Rex in animo habuit Rotomago succurrere (vid. FELIBIEN, *Hist. de la ville de Paris,* IV, p. 374 sq., ad Novemb 15), et Decemb 12 cancellarius Franciae, consiliarii, rector Universitatis notabilesque viri ejusdem caeteraeque gentes ecclesiasticae collegiorum Paris. deliberabant in camera parlamenti ut modum pecuniae habendae celeriter praeberent ad auxilium civitati Rotomagensi mittendum Tum curia parlamenti regi Franciae M libras praestare decrevit (Arch. nat Paris, X[1a] 1480, fol. 160[b]). Verisimiliter epistola supra edita ad hanc tempestatem referenda est.

1. 50 000 tam civium quam circumvicinorum fame mortem invenerunt. Vid. ad haec PUISEUX, *Étude sur le siège de Rouen,* l. c., p. 78 sqq., 90, MICHELET, *Hist. de France,* IV, 352 — 2. Ms. « secont », i. e. « secundum ».

2121. *Universitas Paris. ad regem, ducem Burgundiae et quemdam alium [Petrum Cauchon?] epistolas de auxilio Rotomago ferendo, et de tuitione privilegiorum Universitatis mittit*

1418, Decemb. 29-1419, Januar., Parisiis

1. Tres excellent prince, nostre tres redoubté père et souverain seigneur, nous nous recommandons à vostre roial majesté si tres humblement comme plus poons. Tres doulx père et souverain seigneur, nous recognissons la doulce amour et paternèle dilection laquelle vostre roial magesté a eu tousjours envers nous et desrainement nous ont exposé nos ambasseurs, lezquels nous avions envoié par devers vostre roial seignourie, comment pour ce que vostre roial noblèce a acoustumé, vous les avez doulcement recheups, benignement crus et de tres piteulx cœur essauciés en toutes leur supplicacions et requestes, lezquelles de par nous ilz vous ont presentées et exposées, et par especial pour donner en brief secours à vostre bonne ville de Rouen et de la conservacion de nos privilèges, pour lezquelz poins nous les aviesmes principalment envoiés Pour quoy nous ne souffisons pas vous remercier comme tenus y sommes. Et pour ce, tres doulx père et nostre souverain segneur, que ja soit que vous aiés acordé benignement nostre requeste, faisant mencion de nos privilèges et sur ce aiés baillié vos lettres patentes en confirmacion et tesmoing de vostredit octroy, toutesfois pluseurs vexacions nous sont données au prejudice de nos privilèges, et au contraire de la pure volenté que tousjours avés eu à nous[1]. Nous vous supplions tres humblement que il vous plaise à rescripre affectueusement aus etc., que il nous veullent tenir en nos libertés et franchises et de icheulz nous laissent user, comme vostre volenté est en vous confermant tant comme à ce que vos predecesseurs rois de France. Tres doulz père, nostre tres souverain segneur, nous prions Dieu devotement que il vous soit en aide en la deffense de vostre bon peuple et en la confusion de vos anemis. Escript, etc.

2. [Ad ducem Burgundiae]

Tres excellent et tres puissant segneur, nous, etc Nous recommendons à vostre tres noble haultesce tant et si humblement comme plus poons. Tres excellent, nous recognissons en vous de tous nos cœurs, remerciant la grant benivolence et benigne affection que tousjours avés eu envers nous et desrainement nous ont exposé nos ambasseurs, de par nous par devers le roy nostre sire et vous envoiés, les dons et largesces que de vostre haulte magnificence leur avés fais, et avant ce par vostre benigne intercession ont obtenu du roy nostre sire tres doulces et tres gracieuses responses en toutes leurs supplications et requestes, desquelz biens nous n'avons pas pour vous souffisamment remercier. Et ja soit, tres excellent et tres poissant prince, que en la vertu de vostre faveur nous avons obtenu premierement du roy nostre sire lettres roiaulx pour la confirmation de nos privilèges, et secondement gracieuse promesse sur l'anullacion de l'arrest[2], toutesfois contre

le premier point nous sommes molestés et travelliés et de jour en jour nous croissent nouvelles charges [.. contre] la volenté du roy et la vostre[3] Et aussi tant comme au second l'anullacion de l'arrest, duquel il vous a esté parlé et .. . ce faire doivent induire le roy nostre sire et vous, n'a point esté faite. Pour lesquelz nous sommes contrains de re[courir à vous], humblement suppliant que il vous plaise à rescripre au prevost des marchans et aus eschevins lettres telles que il app[artendra] et ferme sentence, en leur mandant que il ne fachent rien contre l'octroy à nous fait par le roy nostre dit segneur .... [et] ordonner la publicacion de l'anullation dudit arrest et sur ce rescripre au president et à toute la court de parlement, car [de la devotion et affection] du roiaume et de vous à Dieu, à saincte esglise et à nostre saint père se despent principalement la conservation de la nob[lesse] et garder de tous ses anemis Dieu par sa saincte grace vous veulle donner

3 [Ad mag Petrum Cauchon [9]]

Eruditissime vir et honorabilis domine, salute in Domino previa Nos ex relatu ambassiatorum nostrorum, videlicet magistrorum Eustacii de Pavilliaco et aliorum unacum ipso novissime Pontisaram destinatorum ad dominum nostrum regem et illustrissimum principem dominum ducem Burgundie, cognovimus opere et effectu sinceram affectionem et fidelem dilectionem, quam de vobis erga nos conceperamus; nam opera, diligentia et inter[ce]ssione vestris mediis omnia que petivimus a domino nostro rege cum multa benivolencia obtinuimus, super quo vobis ab intimis regraciamur. Verum quamquam litteras confirmationis privilegiorum a prima nostre Universitatis nascentia per reges Francie donatorum et per liberalitatem prefati domini regis roboratorum alias pl[uries] et nunc recentissime recepimus, nequimus tamen dicta concessione regia tranquille gaudere, immo multe nobis et suppositis nostris inferuntur, et de die in diem renovantur, molestie, quibus suppositorum nostrorum exilis numerus, cujus cremento invigilare studemus, decrescit in dies Quocirca vestram fidelem dilectionem obnixe deprecamur, quatinus a sepius memoratis rege domino nostro ac illustrissimo principe domino duce Burgundie litteras pro nobis impetretis dominis preposito, etc , dirigendas affectuosas et efficaciter predictis preposito, etc , precipientes, ut juxta intentionem regis et antiquas libertates nostras sinant nos vivere, et studio litterarum, quibus ex professione nostra dediti sumus, libere vacare; alioquin magnum damnum et inhonorabile scandalum modo corpori evenire timemus. Per votiva incrementa prosperet Altissimus.

Minuta chartac pessumdata in Arch. nat Paris , M 65^{b}, nº 43 (olim A. 3. s) — Rex a fine Novembris usque ad finem Decembris Pontisarae morabatur, ubi Decemb. 23 Petro Cauchon quantum ad cognoscendam scholaritatem Johannem François substituebat (vid. supra nº 2116, not. 3). Cum rege Pontisarae stabat dux Burgundiae a Novemb. 24 usque ad Decemb. 28 (vid. E. Petit, *Itinéraires*, p. 444). Petrus Cauchon fuit in societate regis A Decemb 29-Jan. 13 rex aliique Bellovaci, 13-15 Bellomonte (Beaumont) morabantur. Ut e documento nº 2125 publicato liquet, ambassiatores parlamenti, Universitatis, praepositi mercatorum et scabinorum pluries illuc venerunt ad tractandum de liberanda Rotomago, proindeque epistolae supra editae ad hanc tempestatem referendae sunt.

1. Ut Carolus VI, an. 1420, April. 18 et 25, scribit, juxta Universitatis querelam supposita Universitatis a duobus circiter annis, i. e. a 1418, a quartenariis constringebantur ad guetum, etc. Rex an. 1418, Octob., per litteras patentes (nunc amissas) tunc eis de hoc privilegium dedit et omnia privilegia data confirmavit (vid. n° 2135). Praepositus Paris. noluit publicare et comprobare illas litteras regias an. 1418, ut ediscimus e litteris an. 1420, April. 18 et 25. — 2. I. e. quod arrestum parlamenti de subtractione collationis beneficiorum Martii 16 revocetur, et revocatoriae litterae regis Septemb 9 in parlamento publicentur. Hoc partim factum est Martii 31 et April. 1 an. 1419. Vid. infra, et supra n° 2109. — 3. Vid. not. 1.

2122. *Facultas medicinae duos magistros per procuratorem disputare permittit*

1419, Januarii 3, Parisiis.

Anno predicto die 2a Januarii fuit facultas medicine mater mea in Sancto Maturino congregata post missam facultatis .. ad dispensandum de disputationibus cum magistris Jacobo Sacquespée et Roberto de Sancto Germano[1] . Facultas dispensavit quod possent disputare per procuratorem aut substitutum.

Comment. fac. med., I, p. 230.

1. Quia « erant in exercitu regio in Pontisara vel in villa Belvacensi » (ibid., p. 230).

2123. *Carolus VI, annuens supplicationi praepositi mercatorum et civium Paris , ordinat quod solummodo veri scholares Parisiis commorantes ibique studentes gueto custodiaque portarum tam diurnis quam nocturnis exempti sint* Donné à Beauvais le ve jour de Janvier l'an de grace mil CCCC et dix huit, et de nostre règne le xxxixe « De la partie »

1419, Januarii 5, Bellovaci.

Ordonn. des rois, X, 504

2124. *Licentiati tres in medicina, Michael de Marchesiis, Costinus Mikaert et Johannes Boetii de Dacia, qui tunc illicite practicabant, « sommati » facere principia sua juxta formam statuti, respondent se non incepturos antequam tempora meliora fiant.*

1419, Januarii 7, Parisiis.

Comment. fac. med., I, p. 231.

2125. *Cancellarius Franciae in camera parlamenti coram deputatis Universitatis aliisque exponit, quare rex Rotomago succurrere non potuerit*

1419, Januarii 17, Parisiis.

Mardi xvije jour de ce mois *[scil Januarii]* furent assemblez en la chambre de parlement les presidens et conseilliers des trois chambres de parlement, le recteur et deputés de l'Université, le prevost des marchans, eschevins et plusieurs bourgeois notables de la ville de Paris assemblez par l'ordonnance de monseigneur le chancelier, qui survint ou conseil tenu en ladite chambre, et avec luy le sire d'Autrey, le chancelier de Bourgogne et maistre Pierre Cauchon envoyez à Paris de par le roy et le duc de Bourgogne, qui retournoient de Beauvès par aller à Laigny[1] Et eulz ainsi assemblez, le chancelier recita en effect entre plusieurs choses, comment la court de parlement, l'Université, les prevost,

eschevins et bourgeois de la ville de Paris avoient envoié par devers le roy et le duc de Bourgogne estans à Beauvès, et depuis à Beaumont, certains ambassades par plusieurs fois reiteréez, afin de faire secours aux habitans de la ville et cité de Rouen assiegée par le roy d'Angleterre, et que le roy et le duc de Bourgogne avoient fait toutes diligences de mander gens et secours de gens armes par les bonnes villes de ce royaume, à quoy plusieurs avoient petitement obey, et disoit que la plus grant partie dez nobles de ce royaume n'avoient point obey aux mandemens du roy, mais avoient delaissié à faire aide et secours au roy en ceste besoingne. Disoit oultre que de toutes les bonnes villes de ce royaume il n'estoit mie venuz autant de gens armez comme la ville de Paris avoit offert, et estoit preste de faire. Par quoy le roy et le duc de Bourgogne n'avoient peu secourir à ladite ville de Rouen ainsi come ilz entendoient et desiroient à faire[2]. En oultre recita comment les dessusdis ambassadeurs avoient requis le roy de non esloingnier Paris, et que le roy avoit intencion d'estre ce jour ou lendemain à Laigny pour conseillier et deliberer ce que seroit expedient à faire pour le bien et conservacion de son royaume et de ses subgiez, et que le roy lez avoit envoyez à Paris, et lez avoit enchargiez de dire aux dessusdis de la court, de l'Université et de la ville de Paris, qu'ilz envoiassent par devers lui en ladite ville de Laigny gens notables et sages pour adviser et conseillier le roy sur ce que dit est; et en oultre le chancelier dist que le roy estoit tres bien content dez dessusdis de la court, de l'Université et de la ville de Paris, et qu'il avoit assez bien aperceu leur bonne volenté et loyauté, en les amonnestant qu'ilz voulsissent perseverer de bien en mieulz, en disant telles paroles ou semblables en effect.

Après ce incontinent les dessusdis, c'est assavoir le primier president pour la court, frère Pierre aux Buefs pour l'Université, et maistre Gerard de Grantchamp pour lez prevosts des marchans et eschevins, remercièrent le roy et le duc de Bourgogne de ce qu'il leur avoit pleu à faire exposer ce que di[t] est, en regraciant aussi aux dessusdis chanceliers et autres ambassadeurs de ce qu'ilz s'estoient chargiez de ceste besoingne. Et en oultre disoient qu'ilz avoient nommé et esleuz certaines personnes pour aler à Laigny par devers le roy et le duc de Bourgogne. Et furent nommez et esleuz de par la court maistres Philippe de Morvillier, maistre Jacobus Branlart, maistre G. de Celsoy, maistre G de Bèze, maistre Philippe de Rully, maistre G. Cotin, maistre H. de Dicy, maistre Q. Massue, maistre H. Le Coq, maistre N. Surreau, lesquelz partirent lendemain au matin pour aler avec lesdis chanceliers et les autres dessusdis à Laigny

Arch. nat. Paris., X^{1a} 1480, fol. 165^b Ad haec vid. supra nº 2121. — Omittimus infra alia quae ibidem, v. g fol. 166 sqq , de similibus in parlamento coram deputatis Universitatis actis referuntur

1. Dux Burgundiae Jan. 16 Latiniacum advenit (E Petit, *Itinéraires*, etc., p 445). — **2** Quantum ad ducem Burgundiae ejusque exercitum hoc, ut omnes sciunt, minime verum est. Vid. Puiseux, l. c , p. 84, 89 sq

2126. *Facultas medicinae portitorem sui rotuli elegit Petrum Bernicoti, nisi Petrus Bechebien, reversus Parisios, portare illum velit.*

1419, Februarii 4, Parisiis.

Die quarta Februarii fuit convocata facultas medicine apud Sanctum Maturinum post missam facultatis .... ad eligendum portitorem rotuli... Supplicaverunt magister Petrus Cardonnelli et magister Petrus Bernicoti volentes ambo recipere ambassiatam et legationem propriis sumptibus suis, absque hoc quod aliquid reciperent a magistris facultatis sive regentibus aut non regentibus aut etiam absentibus, sub protestatione tamen quod si contingeret mag. Petrum Bechebien[1] reverti Parisius, qui pro tunc non erat Parisius et alias fuerat electus pro portitore rotuli, ipse reciperetur ad portandum rotulum si vellet portare, et ubi non vellet portare, qui pro nunc eligeretur haberet portare, et quoad hoc magister Petrus Bernicoti fuit electus pro portando rotulum[2].

Comment. fac. med , I, 231.

1. Tunc negotiis potius quam lectionibus functus est. An. 1420 dicitur « médecin du conte de Vertus » (DE LABORDE, *Ducs de Bourgogne*, Preuves, III, p. 281, 284). Medicus etiam fuit reginae Isabellae de Bavaria, et insuper ab an 1429 Caroli VII aliorumque (vid. DE BEAUCOURT, *Hist. de Charles VII*, t. VI, p 396 sq); an 1441 episc. Carnotens (vid. *Auctar* , II, p. 851, not. 5). Libros medicinales quos possederat, exsecutores ejus testamenti librariae ecclesiae Carnotensis dederunt, e quibus saltem hodie supersunt mss. in *Catalog.* (1889) nis 224, 278, 293, 393, 403, 406, 417. Vid. etiam A. CLERVAL, *Les écoles de Chartres au moyen âge*, 1895, p. 445, 480. Fuit alter Petrus Bechebien, ejusdem frater, archidiac. Drocens., de quo vid. CLERVAL, l c. — 2. Jam Januar. 28 et Febr. 2 frustra tentaverat facultas medic. portitorem eligere, certantibus inter se P. Cardonnelli atque P. Bernicoti, et utroque tres voces colligente.

2127. *Statuta facultatis decretorum de licentiandis, propter malitiam temporum necessaria.*

1419, Jan. 4-Martii 15, Parisiis.

Die quarta mensis Januarii anni Domini millesimi CCCC XVIII fuit ordinatum per dominos doctores, propter maliciam temporis gentium armorum que pro tunc vigebat, quod si contingeret aliquem dominorum doctorum pro tunc regentium se recedere ab hac villa Paris. et non posset reverti propter periculum armatorum vel periculum temporis, adeo quod non essent in mensibus tribus ante Nativitatem beati Johannis Baptiste ..., sit capax utilitatis licentie immediate sequentis ... dum tamen essent in dicta licentia presentes.

Et erant pro tunc regentes :

Mag Joh de Crepone	Mag Joh. Vipart
Dom. abbas S. Crispini	— Reginaldus Crassi.
— Gemeticensis[1].	— Radulphus Rousselli.
Mag Joh Guerini.	— Nicolaus de Logia, prior de Pontibus
Dom. de Bequo[2]	

Fuit etiam ordinatum quod quotienscumque aliquis dictorum dominorum recederet,

dum tamen esset presens in examine licentie, capax esset emolumentorum ipsius licentie et quod essent durante sua absentia regentes honorarii.

Item xv[ma] Martii anni CCCC XVIII concessum fuit Radulpho Rousselli pro tunc decano, quod ipso existente extra, ratione ambaxiate[3], tamen esset regens honorarius et utiliter quoad harenguas bachalariorum.

Memor. fac. decr., I, fol. 45.

1. Jam Nicolaus Ruffi, qui antea fuit abbas de Cruce S. Leuffredi. Vid. p. 71, not. 22. — 2 Robertus Vallée de Becco. Vid supra p. 306, not. 8. — 3 Scil. in curia Romana cum rotulo. FOURNIER, p. 203 « quod ipso exeunte ex ratione ambaxiate curie, esset . . »

2128. *Mandato regis, ut litterae, quibus ordinationes olim editas de reductione ecclesiae Gallicanae revocat, publicentur et inscribantur, curia parlamenti non obedit; solummodo mandante cancellario scriba* publicata *subscripsit. Obedit quantum ad publicationem litterarum tangentium propositionem Johannis Parvi.*

1419, Febr. 15-April. 1, Parisiis.

[Febr. 15 in camera parlamenti consiliariis, rectore Universitatis, praeposito mercatorum cum scabinis aliisque congregatis, praesentatae sunt litterae regis et ducis Burgundiae per ambassiatores regis, e quibus Petrus Cauchon. Praeter alia rex voluit :] Que l'ordonnance sur la reduction de l'eglise à ses libertez soit revoquée, et que la revocation d'icelle faite en son conseil et les lettres sur ces faites[1] soient publiéez, observéez et exequtéez; lesquelles ont esté de par luy presentéez au pape, qui les a receuez très agréablement.

[De his aliisque separatim curia parlamenti, Universitas, praepositus mercatorum deliberare debebant. Febr. 16 cancellario Franciae[2], procuratore regis aliisque cum rectore Universitatis et praeposito mercatorum congregatis ad dandum responsum etiam quantum ad dictas litteras revocatorias, singulorum suffragia sic relata sunt :] Sur quoy lesdiz prevost, eschevins et habitans de la ville de Paris se rapportoient à tout ce que le roy et les gens de son conseil en vouldroient ordonner. Lesquelles lettres revocatoires l'Université de Paris avoit requis et requeroit tres instamment estre enterinéez, publiéez et observéez[3], A quoy le procureur du roy s'opposa et opposoit derechief, afin que lesdites lettres ne feussent enterinéez ne publiéez. Et requeroit estre premièrement sur ce oy en la court de ceans, veu que la matière touchoit tres grandement le roy et son royaume, touchoit aussi la revocation et l'annullation de ses ordonnances et des arrests de la court, dont la congnoissance à ycelle court et non à autre en doit appartenir; requerant en oultre que en ceste matière l'adjunction et assistence de l'Université, des prevost des marchans, eschevins de la ville de Paris....

Du samedy 18 Fevrier. — Ce jour les presidens et conseillers de la chambre des enquestes vindrent en la chambre de parlement pour conferer ensemble sur les matières que aucuns pour leur prouffit particulier tenoient pour faire revoquer et mettre au neant les constitutions, ordonnances et arrests touchans les libertez de l'Église de France et Dau-

phiné du Viennois, afin que la court concordablement voulsist tenir la main à soutenir et entretenir les ordonnances et arrests dessusdits qui estoient et sont justes et raisonnables, fais à tres grant et meure deliberation et par plusieurs et reiteréez fois confirmez et approuvez, et fu requis au chancelier que à ce voulsist assister avec ladite court pour eviter la desolation de l'eglise [gallicane] et de tout ce royaume. Et fu lors advisé et conclu comme autrefois que la court entendroit à ce que dit est et que le procureur du roy seroit oy sur ce avant que les lettres revocatoires desdites libertés feussent publiéez en ladite court. Et combien que le chancelier eust recongnu avoir scellé lesdites lettres revocatoires et delivréez aux evesques de Lengres[4] et de Bayeux[5], ambassadeurs du roy pour ycelles lettres presenter au pape, qui les avoient presentéez et delivréez sans condition, disoit ledit chancelier qu'il lez avoit baillées ausdiz ambassadeurs pour les baillier et delivrer au pape ou cas *qu'il vouldroit venir demourer et resider en Avignon*[6] et non autrement, et qu'ainsi l'avoient juré de faire lesdits ambassadeurs, pareillement l'avoient affermé en la chambre des comptes, ainsi que tesmoignié avoit esté par le prevost de Paris estant en la chambre de parlement. Et par ce appert que lesdiz ambassadeurs n'ont mie observé la condition dessusdite par eulz jurée. En outre fu touchié par aucuns et dit haultement en la presence du chancelier et de touz les assistens, que tous ceulz qui par affection ou prouffit particulier pourchassent tel dommage contre la chose publique, contre l'eglise de ce royaume, à la confusion, desolation et total destruction des eglises, contre tout droit et contre bonnes meurs, sont indignez de demourer et d'estre beneficiez en ce royaume et lez en devroit on bannir et mettre hors, qui auroit consideration, quelz dommages et inconveniens sont avenuz ou temps passé par le fait de telles manières de gens qui ont aydié, conseillié et conduit plusieurs entreprises contre lesdites libertez en ce royaume....

[Parlamentum, cum diversis diebus deliberasset, Martii 27 a rege non solum iteratum mandatum recepit quoad litteras revocatorias, sed etiam litteras praesentatas per Hue de Launoy et Nicole Raolin, continentes mentionem litterarum quibus reprobavit illos] qui soubz umbre de ses lettres ont fait et poursuy certains procez en la matière de la foy contre l'honneur du duc de Bourgongne, touchant la proposition de feu maistre Jehan Petit[7]. Contenoit oultre ladite creance que c'estoit la volenté du roy, que certaine lettre faite et passée par aucuns, qui tenoient lors le parlement, touchant ladite proposition, soit revoquée par la court et mise au neant, pareillement que l'Université revoque et mette au neant ce qui auroit esté fait en ladite matière par aucuns qui lors estoient en l'Université de Paris, ou que autrement ladite Université pourvoie sur ce, ainsi qu'il appartient. Sur lesquelles choses ainsi exposéez par les dessusdits de Launoy et Raolin fu ordonné que lesdites lettres revocatoires desdites ordonnances [touchans les libertez de l'eglise gallicane] seroient mises pardevers la cour pour en faire ce qu'il appartient; et les autres lettres dessusdites seroient *illico* publiéez et enregistréez en la court; et pour faire response au surplus fu le conseil continué jusques à lendemain et jours ensuivans....

Jeudy xxx[e] jour de Mars ... pour deliberer sur ce qui avoit esté mis en conseil les journées preced[entes], c'est assavoir se on procederoit sur la publication des lettres revocatoires des ordonnances touchans les libertez de l'Eglise de France, sans oyr le procureur du roy, ou se on les monstreroit audit procureur pour en dire sur ce, ce que il appart[iendroit]. Sur quoy les dessus nommez deliberèrent et furent xxix des conseillers dessusdis d'opinion que on devoit premierement oir sur ce le procureur du roy et lui monstrer lesdites lettres, avant ce que on procedast sur le fait de la publication d'icelles lettres, et douze autres d'opinion contraire et que on devoit publier lesdites lettres sans oir le procureur du roy et sans lui monstrer lesdites lettres....

Venredy derrenier Mars. — Ce jour survindrent en la chambre de Parlement le conte de Saint Pol, le chancelier, le sire de Montberon, et firent lire et publier les lettres revocatoires de certaines autres lettres touchant les libertés de l'Eglise de France et Dauphiné de Viennois, sans oir sur ce le procureur du roy. Et en son absence et après la lecture et publication desdites lettres, le chancelier me commanda escrire *lecta*, *publicata et registrata* au dos d'icelles lettres. *[Plures consiliarii se opposuerunt, quia curia non approbavit publicationem dictarum litterarum, immo, ut April. 1 dicebatur, est* « preter, imo contra deliberationem curie ». *Tamen mandante cancellario scriba parlamenti a tergo dictarum litterarum scripsit :* publicata *cum subscriptione signi manualis.]* Sur lesquelles choses la court, qui avoit tolleré ladite publication et superscription pour obvier et remedier à toutes manières d'esclandes et divisions, declaira que ce qui avoit esté fait n'estoit mie fait par l'ordonnance ne du consentement d'icelle court, mais avoit de fait par les dessusdits conte de Saint Pol et chancelier esté fait, et que par ladite superscription par moy faite au dos desdites lettres, veuez les manières de proceder sur ce, on ne povoit ny devoit jugier que la court eust approuvé ycelles lettres, ne ladite publication, mesmement pour ce que j'avoie faite ladite superscription par le commandement du chancelier, auquel je comme notaire du roy et en telle qualité quant à ce, je devoie obeir.

Arch nat. Paris., X[1a] 1480, fol. 171[b]-180[b] — Bul., V, 325-341.

1 Sept. 9, an. 1418 Supra n° 2109 — 2. Roberto le Maçon — 3. Cf. supra p. 357 sq , et *Auctar* , II, p. 258, 26. — 4. Carolo de Poitiers, ab an. 1413, Sept. 20 — 5 Johanni Langret, ab an. 1412, April. 30 — 6. Vid. supra ad an. 1418, Aug., n° 2108. — 7. Supra n° 2113, Octob. 6.

2129. *Abbas Bonaecumbae Cisterc. Ord. supplicat Benedicto XIII, seu Petro de Luna, ut suos sodales Tolosam et non Parisios ad studium mittere possit.*

1419, Aprilis 20, Paniscolae.

Beatissime pater, cum devoti vestri abbas[1] pro tempore existens et conventus monasterii predicti (Bonecumbe, Cisterc. Ord., Ruthenens. dioc.), juxta constit. fel. rec. Benedicti pape XII predecessoris vestri super hoc editam, unum ex monachis suis ad studium Parisiens. mittere eumque ipsorum expensis ibidem tenere debeant, dignetur sanctitas vestra abbati

et successoribus suis necnon conventui predictis concedere, quod ipsum monasterium Parisius mittere occasione premissorum minime teneatur, sed duos monachos monasterii predicti, unum in jure can., et alium in theol. studentem [ad] Tholosanense studium mittere et ibi eos tenere debeant, constitutionibus apost. ac statutis et consuetudinibus ipsius monasterii aliisque contrariis non obstantibus quibuscunque.. .

Fiat de omnibus ut supra continetur. L. — Dat. Paniscole Dertusens. dioc. duodecimo kal. Maii, anno vicesimoquinto.

Reg. Suppl. Bened. XIII, n° 88, fol 324. — Monasterium Bonaecumbae an 1421 solum schisma et Petrum de Luna abjuravit (vid. *Gall. christ.*, I, 253).

1. Abbas Bonaecumbe an. 1404, Jun. 16, fuit Petrus « de Onhaco », lic in decr (Reg. Aven. Bened. XIII, vol. XXXI, fol. 497b) Sic dubium in *Gall christ*, l c, solvitur.

2130. *Pro Johanne*[1] *abbate et conventu monasterii Populeti Ord Cisterc, Terraconens. dioec., indultum, quod ipse et successores non teneantur subministrare expensas monachis Parisiensis studii, dummodo in monasterio dicto aliisque domibus regularibus aliquem theologum teneant.*

1419 (vel 1418).

Schedae Garampi in Arch Vat e Reg. Later. Martini V, an. 2, lib. 12, fol 104, qui tomus tamen nunc desideratur. Monasterium hoc jam an. 1405 multipliciter multiplicandis litteratis viris studebat, imprimis curis mag. Bartholomaei Scutiferi (supra n° 1803), procuratoris Cisterc. Ord. in curia Rom., monachi ejusdem monasterii (MARTÈNE, *Thes nov. anecd.* IV, 1547 sq).

1. Abbas ab an 1415 sub Benedicto XIII.

2131. *Anselmus Carlerii, dioec Tornacens, mag. in art. et bacc. decret Paris., qui etiam ibid. aliquandiu in decr legit, non valens ad licentiam adipiscendam Parisios accedere « propter guerras ac alia varia inibi vigentia », supplicat ut in Romana curia vel sub patriarcha Constantinopolitano*[1], *vel sub abbate S. Maxentii*[2], *Sanctitatis referendariis et decret doctoribus, licentiam recipere possit* Fiat O. — Dat Florentie viij kal Maii, an secundo.

1419, Aprilis 24, Florentiae.

Reg. Suppl Mart V, n° 120, fol 11 — Mense Octob. jam ut licentiatus affertur (ibid., nis 128, fol. 194b, 129, fol. 25).

1. Johanne de Rupescissa. — 2. Petro Baston.

2132. *Universitas Paris. supplicat Martino V, ut durante absentia Johannis Gersonis cancellarii magistro Johanni Breviscoxae officium cancellariatus imponat.*

1419, Maii 1, Florentiae.

Beatissime pater. Exponitur S. V. pro parte devotorum vestrorum rectoris et Universitatis studii Parisiens., quod licet in elargiendis Universitatis hujusmodi suppositis (postquam per scientiarum acquisitionem eorum cursum, ut bravium pertingant et in facultatibus quibus studuerunt licencie graduumque sortiantur honores, feliciter consummaverunt)

licencie et graduum honoribus hujusmodi presencia et auctoritas cancellarii ecclesie Parisiensis succedere debeant omnimode profuture : instanti tamen tempore modernus ejusdem ecclesie cancellarius se hujusmodi Universitati personaliter non exhibendo partes declinat alienas, etiam super eo quod brevis saltem temporis spacio per se officium cancellariatus studii reget et exercebit ejusdem, spe solida nullatenus subsistente. Unde super hoc alterius, quod absit, provisionis ope protracta incommoda gravia dispendiaque plurima subsequi possent in studio memorato, ipsique rector et Universitas de industria, legalitate quoque et experientia devoti oratoris vestri Johannis Breviscoxe, decani facultatis theologie ac magistri in artibus, quod hujusmodi officio laudabiliter fructuose quoque preesse debeat, singulariter refecti, illum prefici exposcant (*sic*), eidem supplicantes tam humiliter quam devote quatenus eis super hiis paterno consulentes affectu dictum Johannem, donec et quousque ipse modernus cancellarius se hujusmodi regendo et exercendo officium inibi personaliter contulerit, in cancellarium Universitatis ejusdem constituere et deputare ac sibi officium ipsum per eum etiam cum facultate plenaria dicti studii cancellariis de jure vel consuetudine attributa regendi et exercendi committere ac hujusmodi facultatem plenariam in eum interim transferre dignemini. Non obstantibus constitucionibus et ordinacionibus apostolicis ac aliis contrariis quibuscunque cum clausulis oportunis. — Fiat, donec cancellarius dederit locumtenentem, qui primo requiratur ad dandum. O. — Dat. Florentie kal. Maii, anno secundo.

Reg. Suppl. Mart. V, nº 121, fol. 123 Vid. supra nº 2106.

2133. *Fr. Petrus de la Barrera, Ord. Min, qui in Universitate Paris per biennium cursus suos peregit et libros Sententiarum Tolosae ordinarie in scholis S. Saturnini legit, supplicat Martino V, ut sub aliquo in quodam studio generali licentiam et magisterium theol. recipere valeat, cum « propter guerras et dissensiones que in partibus Gallicanis ac civitate Paris. vigent » Parisios accedere non possit.* Fiat. O. — Dat. Florentie vij kal. Junii, anno secundo

1419, Maii 26, Florentiae.

Reg. Suppl. Mart. V. nº 122. fol. 85

2134. *Universitas Paris per suos nuntios se regi commendat, ut privilegia confirmentur*

1419, ante Junii 12, Parisiis.

Tres hault, tres puissant et tres redoubté prince, nostre souverain seigneur et père, vostre devote fille et les suppoz d'icelle tres humblement se recommandent à vostre haulte et souveraine majesté royal, en lui suppliant que elle et ses dis suppoz vueille avoir pour especialment recommandés au regard des privilèges, franchises et libertés à eulx octroiez par vos predecesseurs de sainte memoire les roys de France, esquelz sont de present lesdis suppoz si grandement traveilhés que ladicte vostre fille est en voie d'estre du tout dissipée

et desolée, se par vostre grace especiale n'y est briefment pourveu, comme naguerez vous avons escript, et plus expressement vous exposeront noz feaulx messagers maistre Pierre aux Bœufz, docteur en theologie, et Nicole de La Loge[1] docteur en decret, lesquelz vous plaise benignement oir en adjoustant foy et creance ad ce que vous diront, exposeront et supplieront de par vostre dicte fille. Tres hault, tres puissant, etc., Dieu par sa sainte grâce vous doint bonne vie et longue. Escript.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris, M 65ᵇ, nº 86 (olim A. 3 ppp) — Haec epistola intime connectitur cum litteris regis Jun 12, in quibus ex epistola Universitatis supra edita aliqua sententia affertur. Bul., V, 341, citat ut legatos Universitatis Johannem Pulchripatris et Eustachium de Pavilliaco. Sed ex ipsa epistola apparet, Universitatem pluries regi de hoc negotio scripsisse.

1. I. e. Nicolaus de Logia, prior de Pontibus.

2135. *Carolus VI, querelis Universitatis Paris. commotus, consiliariis parlamenti, praeposito Paris aliisque officiariis scribit, se magistros, scholares et supposita Universitatis per litteras an 1418, mense Octob., datas immunes declarasse excubiarum, gueti, custodiae portarum et quorumcumque impositorum. Nihilominus in hoc a quibusdam officiariis molestatur Universitas,* « parquoy elle est en voye de sa totale discipation et desolation, se par nous ne lui est sur ce pourveu ». *Propterea rex Universitatem, petente etiam duce Burgundiae, noviter in dictis privilegiis conservat.* Donné à Pontoise le xijᵉ jour de Juing. l'an de grace mil CCCC et dix-neuf, et le xxxixᵉ de nostre règne. « Reçeu avons la complainte »

1419, Junii 12, Pontisarae.

Originale in Arch. Univers Paris., thec. II, A 5. ee Restat taeniolum. — *Rec. des privil. de l'Université de Paris*, p. 92 sq. *Ordonn. des rois*, XI, p. 6. — Jun. 23 et sqq Universitas postulavit ut hae litterae in curia parlamenti registrarentur et publicarentur et deinde sibi restituerentur. Parlamentum non obedivit, publicatio earum commotionem Parisiis generare potuisset. Jun. 30 ibi rectore aliisque Universitatis praesentibus praepositus mercatorum et scabini, procurator regis, cives Paris. se opposuerunt Universitati. Non solum Jul 4 (Arch. nat. Paris., X^{1a} 1480, Bul., V, 341 sq), sed Novemb 14 nondum « leurs lettres arrestéez et estans par devers la court », obstantibus procuratore regis et praeposito mercatorum, obtinere satisfactionem Universitas potuit (X^{1a}, 1480, fol. 200) Sed an 1424 nondum litterae restitutae et registratae erant Vid. infra.

2136. *Officialis Paris. atque Jacobus Ymer, licent in decr., vicesgerens episcopi Bellovacens.*[1], *conservatoris privil Univers Paris, publicant Jul 18 litteras Ludovici episc. Magalonens., vicecamerarii papae, an 1419, Maii 6, in quibus scribit Johannem Bouron*[2], *abbatem S. Germani, asseruisse, quod Urbanus V summam pecuniae debitam 8000 flor. auri in promotione pro communi servitio solvendam ad 4000 diminuisse*[3] *Inspiciatur bulla Urbani V praesentibus Johanne episcopo Bajocensi, mag Petro Cauchon, Guillelmo Intrantis, Nicolao de Savigniaco, licentiatis in utroque jure, Jacobo Couillardi, et collectoribus et subcollectoribus. Revera in parqueto superiori curiae Parisiens. Julii 18 bulla Urbani V an. 1363, Febr. 27, perlegebatur et transcribebatur.*

1419, Julii 18, Parisiis.

Arch. Vat., Divers. Cameral., Mart. V, nº 5, fol. 176ᵇ-181 Oblig nº 55, fol. 109ᵇ sqq Supra posita sufficiant quantum documenta ad Univers. Paris pertinent.

1. Bernardi de Chevenon. — 2 Praepositum de Anthoniaco, confirmatum a Martino V an. 1419, Mart. 6 (Reg. Lat. Mart. V, an. 2, lib. 32, fol 230). — 3. Haec reductio affertur, et quidem ex eodem fonte « Divers. Cameral. » in libro taxarum ap. Dollinger, *Materialien z. Gesch. d. 15 u. 16 Jhs.*, p. 181.

2137. *Carolus delphinus Universitatem Paris. litteris clausis informat, quomodo Johannes dux Burgundiae, dum ipsi contumelias injuriasque inferre vellet, a servitoribus regis sit occisus*[1]. *Hostibus regis et suis acriter obsistatur, suumque adjutorium amicis promittit Propositum suum est conservare pacem.* Escript à Monstereau où fault Yonne le xj[e] jour de Septembre Ainsi signé : CHARLES ALAIN « Nous tenons »

1419, Septemb. 11, Monasterolii.

Arch nat. Paris., X[1a] 8603, fol. 55[b]. — Integer textus ibidem non exstat, sed ad litteras ejusdem temporis notae scriptas « A nos chiers et bien amez les prevost des marchans, eschevins et bourgois de la ville de Paris » (quas vid. ap. PLANCHER, *Hist. gén de Bourgogne,* III, Preuves, p. 310, n° CCCIX, *Chron. de Monstrelet,* III, p. 352) adjungitur « Item en pareille substance et dudit jour a escript lettres closes ledit dauphin a l'Université de Paris, fors qu'il y a au-dessus escript De par le regent du royaume daulphin, etc., et signé comme les dessusdites ». Proinde eae etiam idem initium quod caeterae habebant Ad haec vid. infra n° 2143, not.

1. Septemb. 10, in loco Montereau-faut-Yonne. Vid. *Auctar.,* II, p. 267, 33 sqq., et not. 5

2138. *Articuli communes ad rotulum secundum minus principalem Universitatis Paris*

1419, Septemb. 12, Florentiae.

Primo igitur dignetur S. V. presentem rotulum et contenta in eo solito more sue clementie benigne recipere et defectus tam juris quam facti ac ignorancie (*sic*), si qui sint in eo, misericorditer supplere.

Item dignetur S. V. omnibus et singulis magistris et doctoribus et graduatis in presenti rotulo contentis et descriptis concedere facultatem eligendi quocienscunque voluerint confessorem ydoneum, *etc. ut fere supra* p. 75. — Fiat de officio pro omnibus, et de absolutione pro nunciis. O. — Dat. Florentie pridie idus Septembris, anno secundo.

Item cum tempore date presentis rotuli a S. V ut speramus obtinende nonnulli de magistris et dictis in eodem rotulo descripti magistri, doctores aut alias prout in eorum supplicationibus nominantur graduati, prebendati aliisve sacris ordinibus constituti aut alio quocunque prerogativarum genere minime fuissent aut essent prout sunt tempore presentationis ejusdem, dignetur E. S. V. decernere gratias in eodem rotulo sibi concedendas et litteras inde conficiendas perinde quoad eorum totalem effectum valere, ac si tempore date hujusmodi rotuli fuissent in hujusmodi gradibus, *etc.* — Fiat per vicecancellarium pro indigentibus. O. — Dat. Florentie pridie idus Septembris, anno secundo.

Item quod omnes et singuli magistri, doctores et graduati in presenti rotulo contenti, quibus per E. S. fuerint in hoc rotulo gratie concesse de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura etiamsi canonicatus, *etc. ut* p. 74 sq. — Fiat. O. — Dat. Florentie pridie idus Septembris, anno secundo.

Item quod in assecutione eorum beneficiorum quorumcunque, qualiumcunque et ubicunque locorum consistentium vigore gratiarum in presenti rotulo concedendarum magis

graduatus in hac Universitate Parisiensi minus graduato in eadem preferatur, *etc.* — Fiat. O. — Dat. Florentie pridie idus Septembris, anno secundo.

Item dignetur E. S. cum non habentibus etatem ad beneficia cum cura, dignitates vel personatus, administraciones aut officia obtinenda, de tribus annis dispensare.. — Fiat pro omnibus. O. — Dat. Florentie pridie idus Septembris, anno secundo.

Reg Suppl. Mart. V, nº 127, fol. 93b. In margine « Prerogative et facultates magistrorum et doctorum Universitatis studii Parisiens. » Bibl. Vat., ms. lat. nº 4990, fol. 163.

2139. *Martinus V an. 1419, Septemb. 15, in libro cancellariae inscribi fecit privilegium (sub Johanne XXIII « Articulum Vum » vocatum) pro magistris omnium facultatum in rotulo primo Universitatis Paris adductis et a papa sub iv kal. Febr an. primo (1418, Jan 29) signato, ut scil. quoad exspectativas tunc in Universitate praesentibus « hac vice dumtaxat » nemo praeferatur, quibusdam tantum exceptis.*

1419, Septemb. 15, Florentiae.

Bibl. Vat., ms. lat. 4990, fol. 162. BUL., V, 326. Ad haec vid. OTTENTHAL, *Regulae cancellariae apost.*, p. 208 sq., nº 99. — Certe privilegium jam prius a Mart. V concessum est. Eaedem fere personae, quandoque in diverso numero, sicut olim a Johanne XXIII, excipiuntur. Vid. nº 1925. Mart. V, Octob. 2, insuper declarat, quod cardinalibus nullum praejudicium generetur (OTTENTHAL, l. c., nº 103); an 1420, Jan 12, concedit, ut non solum singuli 30 familiares domestici continui commensales singulorum cardinalium, sed insuper 30 personae tam familiares quam aliae dilectae personae cardinalium excipiantur (OTTENTHAL, nº 104). Multa dubia postea quantum ad id privilegium exorta sunt velut quantum ad privilegium ni sequentis

---

2140. *Universitas Paris Martino V supplicat pro absentibus in rotulo primo principali descriptis.*

1419, Septemb. 26, Florentiae.

Sanctitati V. supplicat humiliter devota filia vestra Universitas Parisiensis quatinus magistri absentes ejusdem Universitatis in primo et principali rotulo descripti, sub data quarto kal Februarii pontificatus vestri anno primo signato, gaudeant et uti valeant omnibus prerogativis et concessionibus per E. S. datis et dandis magistris presentibus dicti rotuli sine tamen prejudicio ipsorum presencium. — Fiat pro omnibus. O. — Dat. Florentie sexto kal. Octobris, anno secundo.

Reg. Suppl. Mart. V, nº 127, fol. 84b Cf. etiam nº 165, fol. 292. — Agebatur praesertim de privilegio an. 1419, Septemb. 15, registrato, ut eis in assecutione beneficiorum nemo, paucis exceptis, praeferretur. Pro hoc privilegio, v. g. anno eodem, Haymo Kerredan, mag. art., in rotulo primo ut absens relatus (Reg. Lat. Mart V, an. 2, lib. 35, fol. 2), an. 1424 Johannes Prigentius, mag. art. (Suppl. Mart V, nº 165, fol. 292), an. 1425 Johannes Morini, presb Sagiens dioec., mag. art et Johannes Fleurie, mag. art. et bacc. theologiae (ibid , nº 176, fol. 282), etc. An 1432 Michael Sutoris, Rotomag. dioec., mag. art., et Johannes de Alreyo similem gratiam obtinuerunt (Reg. Lat Eugenii IV, an. 1, lib. 2, fol. 77b et 304b), et sic alii.

2141. *Septem ambassiatores Universitatis Paris. ad curiam Rom. cum rotulo secundo, minus principali*

1419, Septemb 26, Florentiae.

Pro vij ambaxiatoribus Universitatis studii Paris. Beatissime pater, cum S. V. devotis oratoribus vestris Thome Hobe, Radulpho Rousselli, Petro Bernicoti, Johanni de Bellomonte, Johanni Chuffart[1], Guillelmo Euvrye et Henrico de Gorkan[2], pro parte Universitatis studii Parisiensis ad sedem apostolicam pro presentacione rotuli ipsius studii destinatis, gratias expectativas sub data vij kal. Februarii pontificatus vestri anno primo de beneficiis ecclesiasticis sub diversis formis duxerit concedendum ...., dignetur E. S. V. eisdem et eorum cuilibet concedere et indulgere quatinus quoad effectum totalem gratiarum predictarum .... omnibus et singulis prerogativis, privilegiis, favoribus, antelationibus et concessionibus quibuscunque concessis aut concedendis in assecucione beneficiorum in quibus vigore hujusmodi gratiarum ipsi seu alter eorum jus habere pretendit aut pretendunt seu in futurum pretendent, uti et gaudere possint et valeant, quibus uti et gaudere auctoritate apostolica a S V. concessum est vel concedetur in futurum magistris in rotulo principali ipsius Universitatis inscriptis et per ipsam Universitatem pro presentibus sine fraude reputatis, quoad assecucionem beneficiorum que vigore gratiarum eis in rotulo predicto factarum expectant seu in futurum expectabunt, ac si prefati ambassiatores predictas suas gratias de predicto rotulo Universitatis et sub data ejusdem levassent ... — Fiat ut petitur pro omnibus. O. — Dat. Florencie sexto kal. Octobris, anno secundo.

Reg. Suppl. Mart. V, nº 127, fol. 284^{b}. — Post Febr. 11 (vid *Auctar.*, II, p. 263, 6, 42), vel saltem circa Martii 15 (cf nº 2127), profecti sunt Florentiam. Inter ambassiatores (ibid., nº 127, fol 268) refertur etiam Robertus Hodenguel.

1. Nemo, nec etiam Tuetey in ed. *Journal d'un bourgeois de Paris,* hactenus narravit, Johannem Chuffart tunc nuntium fuisse ad curiam Romanam, et absentem a civitate Parisiensi minimum per octo menses Nam Joh Chuffart Octob. 29 etiam ut ambassiator et nuntius Universitatis Paris. in curia Rom. canonicatum Tornacens. petit (Suppl. Mart. V, nº 128, fol. 163^{b}), caeterique etiam ambassiatores tunc nondum curiam reliquerunt Et nihilominus auctor ejusdem libri *Journal*, p. 122-135, tam accurate omnia describit, quae Parisiis illo tempore intermedio evenerint, ut sicut testis oculatus aestimari debeat, nec tamen unum verbum intromittit de quodam itinere in Italiam Potestne auctor libri idem esse ac Johannes Chuffart? Ast non modo tunc munere legati functus est Johannes Chuffart, sed pluries, ut infra videbimus. — 2 I. e. « Gorinchem ».

2142. *Mag Radulphus Rousselli, nuntius Universitatis Paris., petit ut doctoratum in legibus in curia Rom. recipere possit, non Aurelianis.*

1419, Octob. 15, Florentiae.

Beatissime pater, cum devotus vester Radulphus Rousselli, presbyter Constantiens diocesis, decretorum doctor et in legibus cum rigore examinis licentiatus decanusque facultatis decretorum studii Parisiensis et pro ejus parte nuncius seu ambaxiator ad vestram B ad presens destinatus, cupiat etiam in hujusmodi legibus doctoratus insignia recipere, quod sine provisione vestre S. alibi quam in studio Aurelianensi fieri non potest, obstante jura-

mento per eum in adeptione gradus licentie hujusmodi prestito, de recipiendo videlicet doctoratum in eisdem legibus alibi quam in dicto Aurelianensi studio etiam sub doctore sub quo inibi licentiatus extitit, dignetur S. V. juramentum omnino relaxando eidem Radulpho concedere quod ipse sub reverendissimo in Christo patre domino patriarcha Constantinopolitano[1], utriusque juris doctore, insignia doctoralia in eisdem legibus valeat in presenti curia recipere idemque patriarcha illa sibi auctoritate apostolica impendere libere possit. . — Fiat, salvo jure aliorum. O. — Dat. Florentiae id. Octobris, anno secundo.

Reg Suppl. Mart. V, nº 128, fol. 213. Bulla de hoc exstat in Reg. Lat. Mart. V, an. 2, lib. 3, fol. 276.

1. Johanne de Rupescissa.

2143. *Universitas Paris respondet ducissae Burgundiae; eam hortatur ad ulciscendam occisionem ducis promittitque se scripturam ad papam, cardinales, reges et principes, Universitates et civitates.*

1419, Octob. 16, Parisiis.

Tres haulte et excellente dame, nous avons receu vos pieuses et douloureuses lettres escriptes le 7 jour d'Octobre, et nulles autres, contenans le tres horrible et détestable meurtre perpetré et commis en la personne de feu tres hault et puissant prince le duc de Bourgongne, comte de Flandres, d'Artois et de Bourgongne, votre tres chier et tres amé seigneur et epoux, et notre singulier defenseur et protecteur, à qui Dieu par sa sainte grâce face doulce mercy à l'âme, dont nous sommes tant dolens et marris que plus ne povons estre, ne plus grant tristèce ne nous povait en ce monde venir que d'avoir perdu par si faulse et mauvaise trayson le prince de ce siècle, lequel après le roy nostre souverain seigneur tous les temps de sa vie plus nous a et cheris et amez, qui toujours s'est traveillé de nous garder, secourir et maintenir en nos libertez et franchises, en qui principalement avions ferme esperance d'avoir paix à la tuition et conservation de ce royaulme. Sy en devons bien avoir douleur et deplaisance, et non pas nous tant seulement, mais un chascun qui aime le bien et l'onneur du roy et de sa seigneurie.

Mais tres noble et puissant dame, il n'est pas temps de pleintes, de lermes, ne de pleurs; ainçois est besoing de labourer, traveiller et pener à la reparation du tres enorme et cruel meurtre, à laquelle tout prud'homme se doit emploier de tout son cuer et de toute sa puissance, et resister à la mauvaise et dampnable entreprinse de crueulx et desloyaulx meurtriers. Et quant est de nous, tres excellent dame, nous sommes en ferme propos et volenté de toutes les manières que faire le pourrons selon nostre etat et profession, soit en predications, en lettres missives à nostre S. Père le pape, au s. collège des cardinaulx, à roys, ducs, à princes, estudes, au[x] communautés, et à brief dire en toutes les manières que on pourra penser et adviser estre proffitables au bien et à l'onneur du roy, de son royaulme, de vous et de la cause. Et tel a esté nostre deliberation prinse d'un commun

accord et consentement, sans ce que aucun de nous y contredeist. Sy en ferons tant au plaisir de nostre seigneur que le roy, vous, vostre fils[1], vos parents et amis et tous preudommes en seront bien contens.

Tres haulte et puissant dame, nous nous recommandons à vous tant humblement que faire le povons, et vos supplions tres affectueusement que vous nous ayez toujours pour recommandez et que envers vous et vostre tres cher et tres amé filz trouvons telle grâce et amour comme avons toujours fait envers feu nostre tres chier et tres amé seigneur vostre dit seigneur et epous; et nous mandez et commandez tous vos bons plaisirs, et nous les accomplirons de tout notre pouvoir à la volenté du roy, de vous et de tous vos bienveuillans. Le benoist S. Esprit vous doint bonne vie et longue et accomplissement de tous vos bons dessirs.

Escript à Paris en nostre congregation generale solemnelment celebrée à S Maturin le 16 jour d'Octobre.

Vos humbles et bienveuillans les recteur, docteurs et maistres de l'Université de Paris.

(Labarre), *Mém. pour servir à l'hist. de France et de Bourgogne*, I, p. 304, e Chamb. des comptes de Dijon, layette de la mort du duc Jean, cote 7. *Minuta* in quibusdam differens pro fine hujus epistolae invenitur in Arch. nat. Paris, M 65b, nº 71 (olim A. 3. zz) : « A la duchesse de Bourgogne. Et pour respondre a vos derraines lettres, nostre tres redoubtée dame, nous savons bien que ce n'est pas novel que les faulz, maulvés et detestables murdriers pallient et colourent leur enorme et detestable mauvetié et intencion. Quar la journée mesmes que le dit detestable omicide fust perpetré en la personne de feu nostre dit seigneur de Bourgogne, rescripsirent certaines lettres pardeça[2] contenans pluseurs semblables palliations et mensonges à ceulx qui sont contenus en la cedule, que nous avés envoyée, pour seduire et decevoyr la noble cité de Paris qui tousjours a tenu, come verité est et come il a monstré jusques à la mort, que feu nostre tres redoubté seigneur eust tres bonne voulenté au roy, à son royaulme et à la conservation de la chose publique. Et pour cause nous souffisamment informés de la verité du piteulz cas advenu, sommes determinés de rescripre à roys, princes, estudes, cités, villes, communaultés, tant de ce royaulme comme d'aultres, à qui nous cuiderons que nos lettres puissent parvenir et proufiter, pour les informer de la verité dudit detestable murdre et du bon propos et voulenté que feu nostre tres redoubté seigneur a tousjours eus au roy, à son royaulme et au bien de la chose publique »

1 Philippus. — 2. Vid. Beaucourt, *Hist. de Charles VII*, t. I, p. 180, et supra, nº 2137, epistolam Caroli delphini Septemb. 11. Nuntius occisionis ducis hac die Parisios venit (Douet-d'Arcq, *Choix des pièces*, etc., I, 404). Litteras ejusdem delphini mens. Decemb. ad Parisienses missas hi lacerarunt Vid. Beaucourt, *Hist de Charles VII*, t. I, p. 194 sqq. Ut e superioribus aliisque conjiciendum, Universitas Paris. cum multis aliis Carolum delphinum participem occisionis ducis Burgundiae opinata est.

2144. *Universitas Paris. promittit ducissae Burgundiae viduae, se ei auxiliaturum ut occisio ducis Burgundiae puniatur.*

1419, post Octob. 16, Parisiis.

A tres haulte et excellente dame la duchesse de Bourgogne, contesse de Flandre, d'Artois et Bourgogne, nostre tres chière et honnorée dame.

Par les lettres qu'il vous a pleu à nous envoyer, tres haulte et excellant dame, nous avons apperceu vostre bonne et entière voulenté, que nostre Seigneur Jhesu Crist vueille maintenir et conduire à telle et si bonne fin comme vous et tous voz bienvueillans le desirent, dont nous vous remercions tant et si grandement que faire le povons, car nulle

chose ne nous peut venir à grenieur joye et plaisir que tousjours ouyr et savoir la haultesse et puissance de vous et de vostre filz estre employées au bien et affaires de nostre tres redoubté et souverain seigneur le roy et à la conservation de la chose publique de son royaume Et par ycelles lettres, tres haulte et puissant dame, nous priés et requerés que vueillons continuer et perseverer en nostre bon propos et voulenté en aidant et confortant vous et vostre dit filz en la poursuite de la reparacion du dampnable et enorme murdre perpetré en la personne de feu nostre tres redoubté seigneur le duc de Bourgogne, que Dieu absoulle Et quant à ce, vueillés estre certaine, tres haulte et puissant dame, que tousjours serons en bonne et ferme voulenté de la pourchasser et de vous ayder en toutes les manières qui nous seront possibles et utiles selonc nostre estat et profession. Et à cecy faire nous induisent equité et justice, à quoy tous preuxdommes se doyvent exposer et employer de toute leur puissance Et telle a esté nostre deliberacion prinse d'un commun acort sans que aucun y contredist, comme plus à plain vous avons signifié par nos aultres lettres que vous avons escriptes[1]. Tres haulte et puissant dame, nous nous recommandons à vous tres affectueusement....

Minuta chartac in Arch. nat Paris , M 65b, n° 49 (olim A. 3. aa).

1. Scil. Octobris 16. Vid. supra n° 2143.

2145. *Bartholomaeus Scalae Ord. Praed , provectae aetatis, conventus Niciens provinciae Provinciae, qui cursus debitos in liberalibus artibus in s pagina perfecit, Montispessulani Bibliam legit et deputatus est ad legendas Sententias Parisiis et habilitatus est ibid. pro magisterio suscipiendo, supplicat Martino V, ut in Rom. curia sub magistro s palatii gradum magisterii suscipere possit* — Fiat juxta morem studii in curia Rom O — Dat Florentie xiij kal Novembris, anno ii

1419, Octob. 20, Florentiae

Reg. Suppl. Mart. V, n° 129, fol 13 Epistola super hoc confecta ap Ripoll, *Bull. Ord Praed.*, II, p. 563.

2146. *Duo ambassiatores Universitatis Paris ad curiam Rom rotulum licentiatorum et baccalareorum facult decretorum praesentant*

1419, Octob. 30, Florentiae.

Beatissime pater, S. V. devotis et humilibus vestris Johanni Basseti[1] etiam magistro in artibus et Johanni Monachi in decretis cum rigore examinis licentiatis, qui ad E S. pro parte licentiatorum et bacallariorum facultatis decretorum Universitatis studii Parisiensis ambassiatores accesserunt eorumque rotulum E S presentarunt, gratias fecit expectativas ad duo beneficia, etc , prout in eorum supplicationibus desuper per E S. signatis plenius continetur.... Supplicant E S. prefati duo ambaxiatores, quatinus ad cujusvis dubietatis tollendum scrupulum dignetur S. V. decernere atque declarare, dictos duos licentiatos ambaxiatores perinde esse et teneri ac haberi censerique debere ac qui consuetos et ordi-

narios rotulos praesentarunt.... — Fiat sine prejudicio aliorum scriptorum in rotulo Universitatis. O. — Dat. Florentie tercio kal. Novembris, anno secundo.

Reg Suppl Mart V, nº 129, fol. 241.

1. Vid. infra nº 2159.

2147. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1419-1420.*

1419, Novemb 4, Parisiis.

Anno Domini 1419 fuerunt proclamati ad legendum magistri qui secuntur et incepe-runt suas lectiones ordinarias quarta Novembris dicti anni :

Thomas de S. Petro.	Henricus Dougny.	Petrus Bernicoti.
Guill. de Camera	Droco Decani	Petrus Brachii
Joh. Comitis[1]	Joh Basin	Johannes Juvenis
Joh. Tanquart	Petrus Cardonnelli.	Robertus Poitevin.
Joh. Bellardi	Joh de Pisis	Johannes Boecii de Dacia. [15]

Comment. fac. med., I, p. 236. — Eodem die Robertus Poitevin decanus electus est.

1. Ultimum comparet inter regentes. In eisdem Comment (p. 248) legimus · « Die decima Decembris [1420] celebratum fuit servicium mortuorum in S. Maturino pro mag Johanne Comitis qui nichil dimisit facultati, nec facultas ab exsecutoribus aliquid obtinere potuit ». Ipsi fortasse tribuendae *Annotationes in Hippocratem* quas servat ms. latin. 7079 Bibl. nat. Paris.

2148. *Cum Capitulum generale Ord. Praedicat. Friburgi*[1] *Basileens. dioec. celebratum statuisset, ut omnes fratres Ordinis, magistri vel licentiati in theol per saltum aut quovis modo sua lectura non completa in aliqua Universitate, pro non magistris et licentiatis haberentur, Leonardus Statius de Florentia, magister generalis, Martino V supplicat, ut hoc statutum confirmet.* — Fiat quod non haberentur pro graduatis, nisi fecerint cursus suos O — Dat Florentie duodecimo kal Decemb , anno secundo

1419, Novemb. 20, Florentiae.

Suppl. Martini V, nº 130, fol 225. Epistola Martini V de hoc exstat ap. Ripoll., *Bull. Ord. Praed.*, II, p. 569.

1. Sed nusquam ut scimus istius Capituli mentio fit. In Suppl omittitur nomen, sed exstat in epistola.

2149. *Universitas Paris. instigat ducissam Burgundiae viduam, ut non desistat occisores ducis punire, desinat timere ne ii Parisios intrare possint, civitas bene custoditur.*

1419, post Decemb. 2, Parisiis.

Tres haulte et tres puissant dame, nous nous recommendons à vous tant humblement et affectueusement comme plus le poons. Tres haulte et tres puissant dame, nous avons receu de part vous ii paires de lettres, les primières escriptes le xxixe jour de Novembre, et les secondes le ij^{e} de Decembre, par lesquelles il vous a pleu à nous escripre de vostre noble estat, de vostre bon et perseverant propos de poursievir par toute voie raisonnable

la reparacion du tres horrible et tres dampnable cas avenu en la personne de tres noble memoire feu nostre tres cher et tres redoubté segneur le duc de Bourgogne vostre espous, auquel Dieu pardoint; pour lesquelz choses nous vous remercions tant comme nous poons. Et quant aus empechemens de vostre venue, nous savons que les adversaires ne cessent ne nuit ne jour et que par toutes voies et manières il troubleront vostre poursieute tant comme ilz porront. Et pour ce nous ne nous esmervellons mie se vous en avés aucune retardacion, mais loons vostre bonne provision. Vray est que supposée bonne garde et resistence par dela à l'encontre de leur entreprinse, vostre venue et la venue de très noble et poissant segneur nostre tres cher et tres redoubté seigneur le duc de Bourgongne[1], vostre filz, sera moult pourfitable, par laquelle les cœurs de vos bons amis et aliés croiteront en bonne esperance, les vacillans et enfermes se arreteront et fermeront, et la hardièce oultrecuidie des anemis du roy nostre tres redoubté et souverain seigneur et de vous sera amendrie et reprimée. Nous vous remercions en oultre du bon advis lequel vous nous avez envoié, pour quoy veullés savoir que sur ce nos segneurs du Conseil, les bons bourgois et habitans de la bonne ville de Paris ont mis si bon remède, mettent et meteront, se Dieu plaist, que la bonne ville sera bien gardée et que les traitres decherront de leur entreprinse. Tres noble et tres haulte dame, nous prions Dieu devotement que il vous doint si bon conseil et si bonne aide que vous puissiés venir à fin desirée de vostre juste poursuite à l'onneur de Dieu, de saint esglise, du roy nostre tres redoubté et souverain seigneur, de vous et de tout le roiaume

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris, M 65^{b}, n° 47 (olim A. 3. y).

1. Philippi, filii Johannis occisi.

2150. *Facultas medicinae statutum antiquum de examinatoribus baccalareorum in medicina, quo neque distinguerentur nationes, neque acceptarentur personae, observandum deliberat.*

1419, Decemb. 23, Parisiis.

Anno 1419, die sabbati 23ª Decembris, post missam facultatis fuit facultas congregata .. ad eligendum examinatores pro scolaribus volentibus intrare examen pro baccallariatu. Fuit lectum statutum de modo eligendi examinatores in quo habetur sic in forma : « modus autem electionis talis debet esse, quoniam duo antiquiores magistri et duo juniores in congregatione ad hoc facta presencialiter existentes post illos qui in alia electione intraverunt, jurabunt in presencia facultatis, quod quatuor examinatores eligent quos crediderint sufficientes ad examen, non distinguendo naciones nec acceptando personas, nec aliquem eligentium eligent illa vice ».

Quo statuto sic perlecto, visum est magistris concorditer quod licet antea non fuerit observatum, et male, tamen propter servare juramenta nostra, et quia videtur satis ratio-

nabile, visum est, inquam, eis quod debebat teneri Et ita illo tunc intraverunt magister Guillelmus de Camera et magister Joh. Tanquardi antiquiores, et magister Petrus Cardonnelli et ego Robertus Poitevin juniores Et elegerunt examinatores quatuor, scilicet magistros Johannem Bellardi, Droconem Decani, Johannem Basin et Johannem Boecii de Dacia

Comment. fac. med., I, 238. — BUL., V, 861.

2151. *Deliberatio facultatis medicinae quod in kalendario facultatis ad festa S. Antonii*[1], *S Romani*[2] *et S. Yvonis*[3] *scribatur* · non legitur, *ut nuper in congregatione Universitatis conclusum erat.*

1420, Januarii 27, Parisiis.

Comment fac. med., I, p. 238.

1. Januarii 17. — 2. Octob 23. — 3. Maii 19.

2152. *Facultas medicinae magistros absentes qui fuerant in curia Romana tunc inhabiles ad examen licentiandorum, quanquam regentiam non perdant, judicat.*

1420, Februarii 19, Parisiis.

Die 19ª Februarii fuit congregata facultas medicine, ut moris est, aput Sanctum Maturinum super duobus articulis : primus ad admittendum vel refutandum baccallarios pro adepcione licencie et ulterius procedendum prout videretur expediens ad expedicionem licencie eorum. Et quoad istum articulum fuit lectum statutum super regencia magistrorum ydoneorum ad habendum baccalarios. Super quo fuit de duobus difficultas; primo an absentes qui fuerant in curia Romana essent ad hoc habiles, super quo dictum fuit quod non, eo quod pro nunc non residebant in curia Romana et defecerat eorum legatio; non volebat tamen ex hoc ab eis removere regenciam, sicut eciam dicit idem statutum. Secundo fuit difficultas de magistro Guillelmo de Camera qui occasione processionum Universitatis non potuerat ordine suo disputare *de quolibet,* et fuerunt ille processiones die veneris ultima[1] ante carnisprivium, et potuisset diebus mercurii et lune precedentibus disputare, super qua difficultate nichil fuit conclusum, sed relinquebatur usque ad aliam congregationem que fieret cum cedula.

Comment. fac. med , I, p. 230.

1. Febr 16

2153. *Fratres Marchi et Johannes de Liçarraga Ord Praed. conventus Pampilonens diu in Universitate Paris in facultate theol studuerunt, cursusque suos usque ad magisterium compleverunt. Cum autem « propter guerras in regno Francie vigentes » sine gravi personarum suarum periculo et expensis valde sumptuosis ad Paris Universitatem accedere pro suscipiendo magisterium non possint, supplicat Carolus Navarrae rex Martino V, ut facultatem recipiendi magisterium sub aliquo magistro eis donet* — Fiat ut petitur pro utroque O — Dat Florentie sextodecimo kal Martii, an tertio

1420, Februarii 24, Florentiae.

Reg. Suppl Mart. V, nº 134, fol. 76ᵇ.

2154. *Licentiati in facultate medicinae an 1420 a Petro de Dierreyo, absentibus Joh. Gerson cancellario et Gerardo Macheto subcancellario*

1420, Febr. 19-Mart. 16, Parisiis.

Die 19a Februarii 1419 fuerunt presentati dicti quatuor baccallarii[1], ad suscipiendam licentiam domino vicegerenti domini cancellarii scilicet magistro Petro de Dyareyo[2], in absentia domini cancellarii magistri Johannis de Jarson et magistri Gerardi Macheti subcancellarii; quos recepit gratanter et se obtulit ad eorum licenciam et expedicionem laboraturum.

Et ipsos quatuor licenciavit préfatus magister Petrus de Dyareyo solempniter, presentibus pluribus abbatibus et quamplurimis magistris in theologia, in decretis et medicina, necnon et in artibus et aliis in magno numero, die 16a Martii 1419 in aula domini episcopi Parisiensis secundum ordinem qui sequitur :

1us Mag Johannes Costerelli[3], Gallicus.
2us — Guillelmus Dyonisii, Gallicus
3us — Thomas de Vanevelt, Alemannus[4].
4us — Johannes Helycant, Picardus.

Comment. fac. med., I, p. 239.

1. Ii qui infra nominantur. — 2 Ex quo liquet, tunc minime Johannem Breviscoxae semper licentiam dedisse. — 3. Seu « Costereau », medicus Philippi ducis Burgundiae. Vid. (LABARRE), *Mém pour servir à l'hist. de France et de Bourgogne*, II. p. 227. — 4. De eo saepius in *Auctar.*, II.

2155. *Universitas Paris. petente Carolo VI mittit Trecas quosdam magistros qui consilium auxiliumque conferant.*

1420, circa Martii 21, Parisiis.

Tres haut et tres excellent prince, nostre tres souverain seigneur, nous nous recommendons tres humblement à vous. Tres haut et tres excellent prince, nostre tres redouté et souverain seigneur, il vous a pleu à nous mander tant par vos lettres comme par vos legas qui sont venu[z] par deça, que nous envoiissiesmes par devers vous à Troyes aucunes notables personnes de nos supposts, avec lesquelles vous avés à traitier pour aucunes choses touchant le bien de ce royaume. Et pour ce .. nous envoyons par devers vous et avons esleu honorables et discrètes personnes maistres Thomas le Moine[1] et Jehan de Boiry, maistres en ars et docteurs en theologie, qui de ci vont par delà et aveuc euls honorables hommes et saiges maistres Jehan Manson, maistre en ars et docteur en theologie, vostre confesseur[2]; Pierre Cauchon, maistre en arts et licencié en decret, maistre de vos requestes; Jacques Sacquespée, maistre en ars et docteur en medicine; Jehan Beaupère[3], licencié en theologie, et Guillaume Euvrie, maistre en arts et bachelier en theologie, pour estre et assister, donner conseil et aide et diligence à tout ce que il vous plaira à eulz

commender Pourquoy, nostre tres redouté et souverain seigneur, nous vous supplions qu'il vous plaise à les recevoir benignement et à eulx feablement communiquer vos bons plaisirs, et en outre adjouster foy à tout ce qu'il vous exposeront de nostre partie ... Escrit...

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris, M 65^{b}, nº 99 (olim A. 3. eeee). BUL., V, p. 343. — Supra non agi videtur de conventu Trecensi Maii 21, quando scil. Henricus V rex Angliae tractatum, quo regnum Franciae in potestatem suam venit, subscripsit (quamvis tunc etiam illuc ambassiatores mitterentur), sed de conventu Trecensi in fine Martii et principio April. celebrato, quo de illo tractatu ineundo Trecis disserebatur. April. 29 enim ambassiatores regis Franciae per mag. Joh. le Clerc in camera parlamenti coram comite S. Pauli, rectore et deputatis Universitatis Paris et magna multitudine consiliariorum et civium Paris. enarraverunt quae circa hoc negotium post adventum ducis Philippi Burgundiae in villa Trecensi (Martii 21) facta fuerint, « en laquelle ville le roy avoit mandé et fait assembler plusieurs barons, nobles, prelas, conseillers et aultres personnes notables, procureurs ou ambassadeurs des communautés et bonnes villes de son royaume ». In quorum praesentia (pergit Le Clerc) dux Burgundiae per suum cancellarium episcopum Tornacens. exposuit, quid consentientibus consiliariis regis aliisque hactenus fecerit et tractaverit cum rege Angliae ad pacem et societatem duorum regnorum Franciae et Angliae ineundas, ut malis futuris obviaretur. Hunc tractatum, dixit, regi proposuit ut is approbaret. Hac expositione finita (ait Le Clerc), rex, regina, barones aliique tunc Trecis congregati consenserunt, ut quilibet subditorum esset solutus fidelitate praestita erga filium (Carolum) regis, « qui se dit dauphin » eique adhaerentes, approbaruntque tanquam necessarium tractatum ducis cum rege Angliae, adjunctis quibusdam modificationibus[4], ad quas rex Angliae etiam consentiret (Arch nat., X^{1a} 1480, fol. 213^{b}-214, FÉLIBIEN, *Hist de la ville de Paris*, IV, p. 582 sq.). Maii 20 rex Angliae Trecas intravit (vid. *Auctar.*, II, p. 273, not 1) Philippus dux Burgundiae Decemb. 2 Atrebate et Decemb. 25 an. 1419 Rotomagi cum rege Angliae de rebus ab ipso postea in conventu Trecensi propositis tractaverat (vid BEAUCOURT, *Hist. de Charles VII*, t. I, p. 323), Februarii 1420 curiam parlamenti, semper praesentibus rectore et deputatis Universitatis, de his informaverat (Arch. nat., X^{1a}, 1480, fol. 205).

1. Seu Thomam Monachi, presb. Constant. dioec., qui an. 1419, Nov. 15, adhuc ut bacc. formatus in theol affertur (Suppl. Mart. V, nº 130, fol. 76). Vid de illo supra p. 107, not. 3. — **2.** Id refertur ad Johannem Manchon. — **3.** Seu « Pulchripatris » Vid. de illo p. 89, not. 15. — **4.** Utique hoc April. 9 evenit. Cf. RYMER, *Foedera*, IV, parte 3^{a}, p. 164.

2156. *Licentiati in facultate decretorum.*

1420, Martio-April. 3, Parisiis.

Inceptum fuit examen licencie anno Domini millesimo CCCC^{mo} XIX°, in mense Marcii. Sequitur ordo bachalariorum admissorum ad licenciam anno predicto, Joh Guarini existente decano :

Johannes Chevroti[1],	sub domino	Johanne Vipardi[2]	
Frater Theobaldus Olearii,	—	Joh de Crepone	
Frater Simon Chesnel,	—	Joh Guarin	
Johannes Amioti,	—	abbate S Crispini Suessionens	
Nicolaus Paris,	—	priore de Pontibus[3]	
Frater Joh. Reynerii,	—	abbate S Crispini Suessionens	
Clemens Amici,	—	Joh Guarin	
Johannes Perrini,	—	Joh de Crepone	
Johannes Blasii,	—	abbate S Crispini Suessionens	
Johannes Courtini,	—	Joh. Vipardi	
Frater Petrus Guilhebaudelli,	—	priore de Pontibus	
Laurentius de Busco[4],	—	Joh. de Crepone	
Hubertus de Prenode,	—	Joh Vipardi.	
Johannes Columbelli,	—	Joh Guarin	[14]

Item predicti bachalarii domino subcancellario[5] Parisiensi in presentia quamplurimorum dominorum meorum doctorum per me Johannem Guarin fuerunt presentati, et iij[a] die Aprilis ante Pascha prenominati fuerunt licenciati.

Memor. fac. decr., I, fol. 48.

1. An. 1421, ut opinamur, cum esset rector Universitatis et jam licent. in decr. et « nunc et ab anno citra in facultate decret. lectionem matutinam et ordinariam legit », Universitas pro illo papae supplicat de aliqua provisione et favore, quia « biennio vel eocirca interruptionem sui studii passus propter temporum difficultatem supplicationem in rotulo nostro vestre sanctitati transmisso non habet insertam » (Arch. nat Paris , M 65[a], n° 67). Eodem anno, Jun. 27, a papa aliud beneficium praeter paroch. eccl. de Chibleyo Bisuntinens. dioec. obtinuit (Suppl. Mart V, n° 150, fol. 197, cf. n° 172, fol. 271). Junio-Octob. videtur fuisse rector Universitatis. Certe an. 1418-1419 absens fuit apud Pruvinum (Mem. fac. decret., I, fol. 45). An. 1433, Junio, post mortem episcopi Tornacens. Johannis de Thoisy, dux Burgundiae suo consiliario Johanni Chevrot, archidiacono Vulgassini Rotomag., sedem Tornacens. reservavit, sed Eugenius IV mense Novemb., ad eam episcopum Ambianens Joh. de Harcourt transtulit Inde irae ducis Burgundiae, qui suis subditis prohibuit ne Johannem de Harcourt agnoscerent, et redditus episcopatus retinuit. Papa coactus Johannem de Harcourt Narbonam transtulit, et Joh. Chevrot an. 1436, Nov. 5, in episc Tornacens. elegit (Oblig. n° 66, fol. 30) Fusius omnia narrantur in *Chron. de Monstrelet.*, V, 58 sqq. — 2. Ultimo an 1420 nominatur. 1421, Novemb. 28, jam defunctus erat, et Universitas pro illo servitium faciebat (Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 4) — 3. Nicolaus de Logia. — 4. Tempore processus Johannae d'Arc, ipse fuit, sicut Johannes Columbelli, advocatus curiae eccles. Rotomagens. Vid. BEAUREPAIRE, *Notes sur les juges*, etc., *du procès de Jeanne d'Arc*, p. 97-98 — 5. Seu potius vicesgerenti, Petro de Dierreyo. Vid. supra n° 2154.

2157. *Universitas Paris « eximie generositatis ac perlustris dominationis prepotenti principi ac domino Brabancie et de Lemburgo* (sic) *duci, comitique Hannonie, Hollandie et Zelandie sacrique imperii marchioni », Johanni IV recommendat Johannem de Wermer, in art. mag , nationis « Alamanie » procuratorem, a septennio studentem theologiae, cui in patria Hollandiae patroni ecclesiae curatae de Wermer de praefata cura providerunt, conservet patronos in suo jure* Datum Parysius, etc. « Illustrissime princeps Vestrorum progenitorum ».

1419, Decemb. 16-1420, April. 7, Parisiis

Minuta chartac in Arch. nat. Paris., M 65[b], n° 72 (olim A. 3 aaa) — Johannes Wermer illo solum tempore procurator nationis Aleman. fuit.

2158. *Carolus VI ad praepositum Paris aliosque justiciarios exponit querelam Universitatis Paris , quod, quamvis magistri et supposita per privilegia regia sint liberi ab omnibus impositionibus, a gueto et custodia portarum, nihilominus a duobus circiter annis per quartenarios, etc., civitatis Paris. obligantur facere guetum die noctuque, et obsistentes poena pecuniaria puniuntur Jam studium « par le fait de guerres et mortaletez qui ont esté à Paris, est tres grandement diminué ». Supponuntur etiam impositionibus. Rex supposita et vere studentes noviter eximit, adhibeatur fides litteris certificatoriis rectoris, et poena pecuniaria singulis restituatur* Donné à Paris le xviij[e] jour de mois Avril, l'an de grace mil CCCC et vint, et de nostre regne le xl[e]. « Nostre tres chière »

1420, Aprilis 18, Parisiis.

Originale in Arch. Univers. Paris , thec. II, A. 5. ff., et litterae insertae epistolae Caroli VI, April. 25 (A 5. gg). — *Recueil des privileges de l'Université*, p. 93. *Ordonn. des rois*, XI, p. 80. — April. 25 Carolus VI easdem litteras epistolae ad praepositum Paris. inserit, eidem injungendo, ut litteras ante duos annos editas « en laz de soye et cire verd, par lesquelles .. nous leur avons confermé, ratiffié et approuvé leurs privileges, franchises », *etc.*, ad requestam Universitatis tandem publicet « Nostre tres chere ». Originale in Arch Univers. Paris., thec II, A. 5. gg. — *Titres, chartes, lettres patentes de roys de France ... concernant . . l'Université de Reims* (1718), p 45. Deinde in duobus impressis ut supra.

2159. *Mag. Johannes Basseti Martino V supplicat, ut in officio notariatus conservatoris privilegiorum Universitatis confirmetur.*

1420, Maii 27, Florentiae.

Pater sancte. Pridem officio scribanie sive notariatus curie conservatoris privilegiorum Universitatis studii Parisiens. tunc certo modo vacante ...., Petrus[1] episcopus Silvanectens. dictorum privilegiorum conservator[2] illud officium ... Johanni Basseti[3] magistro in artibus et in decretis licentiato cum suis juribus, oneribus et emolumentis universis commisit seu contulit regendi, exercendi, tenendi et etiam gubernandi, quarum quidem commissionis seu collationis vigore ipse Johannes dictum officium extitit assecutus. Supplicat igitur S. V. prefatus Johannes quatenus commissionem sive collationem hujusmodi et quecumque inde secuta, rata habentes et grata, confirmare ac de dicto officio, cujus emolumenta sive fructus, etc , ducentorum francor. monete illarum partium valorem annuum non excedunt.... providere dignemini ... — Fiat. O. — Dat Florentie vj kal. Junii, anno tertio.

Reg. Suppl. Mart V, n° 137, fol. 194.

1. Petrus de Chissey, monachus monast. Cluniacens , episc. ab an. 1418, confirmatus an. 1419, Sept 6 (Reg. Lat. Mart. V, an. 2, lib. 32, fol. 260). — 2. Bernardus Chevenon, episcopus Bellovacens., qui ante id tempus conservator fuit (vid. n° 2136), anno eodem, Febr. 16, defunctus est. Ad haec vid. supra n° 1958, not. — 3. Vid. de illo supra p. 102 et p 306, not 23.

2160. *In camera parlamenti « le recteur et maistres de l'Université de Paris » cum solitis consiliariis, praeposito mercatorum et scabinis, praelatis aliisque ecclesiasticis coram praesidente et ambassiatoribus regis Angliae congregati, jurant se observaturos* tractatum pacis Trecens , *quo inter alia Carolus delphinus e successione regis excludebatur, et rex Angliae vivente Carolo rege regens regnum, ipso defuncto rex Franciae statuebatur*

1420, Maii 30, Parisiis.

Arch. nat. Paris , X1a 1480, fol. 216 FÉLIBIEN, *Hist. de la ville de Paris*, VI, 584. — Jam April. 29 rector et deputati Universitatis in camera parlamenti praesentibus ambassiatoribus regis Franciae tractatui adhaeserunt (vid. FÉLIBIEN, l c. p. 583, et supra n° 2155, not.).

2161. *Junii 3* tractatus pacis *publicatus est in praesentia trium facultatum theol , decret et medicinae in capitulo S Mathurini congregatarum, et juratus per singula supposita, Junii 4 vero in praesentia rectoris, quatuor procuratorum et suppositorum quatuor nationum in ecclesia S Juliani existentium, et juratus per singula supposita*

1420, Jun. 3, 4, Parisiis.

Ord. donn. des rois, XI, 90. — Mox « omnes scholastici, si ad gradum aliquem in quacunque facultate promovebantur, inter alia in manu rectoris Universitatis hujusmodi pacem se servaturos sacramento firmare adigebantur » (*Thomas Basin Hist. Caroli VII et Ludov. XI*, ed. QUICHERAT, I, p. 36 Cf. *Auctar.*, II, p. 303, not 7.

2162. « *Epistola magistri Alani [Chartier] ad Universitatem Parisiensem* » *de malis in Francia vigentibus et de vera pace ab Universitate procuranda.*

An. 1420, post Junii 4.

Alma mater, fecunda filiis et copiosa discipulis, nature lex instituit et equitas suadet ut repetant proprios queque recursus redituque suo singula gaudeant. Hoc me preceptum monuit, ipsa excitavit obligatio, ut presentem epistolam scriberem ac in matris reflecterem gremio, quam ab ipsa suscepi professionem veritatis. Graves, equis invisas oculis, animisque molestas angustias, quibus hoc memorabile regnum concutitur, licet narrare lacrimis sit incitamentum, etiam et supervacuum videtur Nam hec in fabulam regnis exteris et in nostrum obprobrium horrenda recitatione vilescunt. Nimisque (proth dolor), nimis cognita res est, utinamque perpetuo silentio tegeretur, nostramque ad hoc verteretur sollicitudo, ut consulta[1] pace, restaurata fama, et virtutis ope renascente, in primeve felicitatis tempora respiraremus!

Sed quam, pia mater, expectabimus[2] vocem, que pacem hortetur, que communem causam et publicas querimonias efferat[3] in lucem? Cui aures prebebit vaga atque dispersa populi in alterutrum exasperati moltitudo, ut concordia invicem mansuescat? Si tacueris, quis loquetur? Si hanc aut illam partem pertimescas[4], quis audebit? Si neglexeris, quis hortator sedulus remanebit? Vides hostiles impetus antique inimicitie irruentes, vides intestinos impetus et furores induratos, ita ut in nobismetipsis seviamus Que virtus, queso, aut que potestas intus impugnata[5] aut oppressa externis perdurabit? Non hostes verbales, sed comune bellum[6]; exterum hostem intus, ac ex interioribus nostris exteriores habemus. Intuere quam longe distent bellorum pacisque tempora, quantaque morum sit rerumque disparitas, pacem bello commutare. Recordare cum per pacificata tempora apud te studia propagarentur litterarum, quasi aurea secula dies illas prosperari, elucescere[7], doctrinas fidem exaltare et universum per orbem palmites tue gloriose fame dilatatos remotis nacionibus emisisse nitorem. Nunc sub amara paupertate, metu, angustia, antiquorumque hostium servitute variisque doloribus uteri tui genitura huc et illuc spargitur tanquam navis tempestate fracte superlectilis, que variis in littoribus pellitur lacerata; et que apud te remansit pars[8] venerabilis, quamquam non dejecta manet, afflicta tamen pio cogitur affectu maternos[9] planxisse dolores. Unde dolor ille tuo adeo cordi constrictus est, ut non aliquo spiraculo foris appareat, planctusque non querulosos, sed rei officiosos educat, cui et si non succurrant, tamen condoleant audientes. Sed si proprio dolore postposito publicum preponderares, si eversam rempublicam attenderes, ubi leges, que, cum inter arma silent, inter hec tam crudelia obmutescant, ubi fas, ubi rectum? Videre michi videor regni polliciam quasi ad contrarias leges moresque repugnantes commutatam, cum pro mansuetudine feritas et pro animositate in hostes pusillanimitas obrepserit. Timeo

equidem ne sit manus Dei super nos et peccatis nostris, que passi sumus, nos juste mereamur.

Attamen, cum flagellaret olim Dominus populum suum, postea suscitabat in eis virum, in cujus manu salutem restauraret, et revertebatur populus ad percutientem. Quod si venturum sit ut speramus, spes tamen que differtur affligit animam[10]. Non longa mora est, ut pestis aut in convalescentiam vertatur aut in interitum

Sed si salvos nos optamus, consilio opus est, ut amaras etiam potiones absque gustus attentione pro nostra salute [h]auriamus, ne regem nostrum serenissimum ejusque unicum heredem, quem nobis Dominus preservavit[11], opprimi nostris in oculis, et nos in servitutem hostilem redigi contingat, natalemque locum, cui vires et defensionis robur debemus, superba videamus hostilitate calcari, que nostra in perditione glorietur. O perditissima tempora! o infelicissima et semper deflenda contagio[12], que tam celebris tamque illustris regni gloriam deturpat[13] perfuditque decorem, ut non a regni institutione tanta legatur.

Recordare, mater pia, sicut filiorum uteri tui et posteritatis tue, sic et patrum atque fundatorum tuorum, qui te in hujus regni centro in pinguedine terre plantaverunt, radicesque dederunt extendere, propugnaculaque previlegii ac defensionis munimenta tibi perpetuo statuerunt, ut nullis oppressa fecundius semen pullulares veritatis. Hec eadem domus, una progenies; quod a patribus datum est filii duratione firmaverunt, unaque et eadem tui dilectio a patribus filiis hereditario more relicta est. Redde vicem, tanta tamque longa beneficia recogita, ut non adverso tempore marcescant; illas parciales et affectatas[14] imaginationes, quas ficta sub pace longe nimis quesivimus, jam res ipsa nos urget relinquere. Tantum pax vera, non suspecta, non singularium[15] sed nostrarum animarum nostreque salutis preservativa queratur! Hec est morborum medicina nostrorum, si in verbo veritatis, in longanimitate, et in caritate non ficta mentes placatas alliciat. Hii te decent labores, hec tue fragilitati verba et incitamenta conveniunt Ut pacem suadeas, age quod neminem [ut] puerum[16] egisse pudebit, et tue proli[17] tuitione pacis consule; cunctis commoneas quod cunctis optandum est, neminique dedecentem et omnibus utilem pacem perquire. Quod utinam expleas ad gloriam tibi cum fructu, nostramque salutem, concedente pacis actore, qui te dirigat felicibus incrementis. Amen.

Bibl. Ricard. Florentiae, ms 443, fol. 54. — Ex alio fonte ed. epistolam. A. DUCHESNE, *Œuvres d'Alain Chartier* (1617), p. 490. — Epistola scripta est postquam Universitas Paris. paci Trecensi juravit Cf. DELAUNAY, *Etude sur Alain Chartier*, p. 55 sqq.

1. Ed « consiliata ». — **2.** Ed « exquiremus ». — **3** Ed « afferat ». — **4.** Ed. . « extimescas » — **5.** Ed « expugnata ». — **6.** Ed « sed eo minus ». — **7.** Om. ed. — **8.** Ed. « pax ». — **9** Ed. « maturos » — **10.** *Prov.*, XIII, 12. — **11.** Ed « reservavit ». — **12.** Ms. « contagia ». — **13.** Ms. « deturpant » — **14.** Ed « affectas » — **15** Ed. « singulariter » — **16.** Ms. « pueri » Ed. : « plura ». — **17.** Ed. « prolis .. pace »

2163. *Natio Gallicana Universitatis Paris. ad Philippum ducem Burgundiae, et, ut opinamur, ad Eustachium de l'Aître, cancellarium Franciae, pro Guillelmo de Brossis.*

1419, Septemb. 10-1420, Jun. 14, Parisiis.

1. Tres excellent et tres puissant prince, nous nous recommandons à vostre seignourie tant humblement que faire povons. Et pour ce, tres noble prince, que nous desirons vous infourmer à certain de ceulx qui ont esté en nostre Université tousjours loyaulx et vrais serviteurs de bonne recordation Phelippe vostre grant père et aulsy de vostre père, ducs de Bourgogne, dont Dieu ait les âmes, nous vous certifions que nostre suppot maistre Guillaume de Broces maistre ès ars et licencié en droit canon, a par loing temps bien et loyaument servi et en grant familiarité vostre dit grant père le duc Phelippe et depuis a esté tousjours tant en nostre Université que dehors pour le bien et honneur de la chose publique et de vostre père, pour laquelle occasion a souffert tres grant pertes et dommages et a esté plusieurs fois mis hors de Paris et exposé à tres eminens perilz de mort. Et avec ce, en servant au bien commun, nous a fait pluseurs grans et agreables services comme en office de recteur, legacions et autrement. Nientmains il est tres petitement pourveu en saincte eglise; pourquoy vous supplions, tres noble et tres puissant prince, que pour la consideration dez choses dessus dictes vous le veulliés avoir especialment recommandé et lui donner faveur et aide vers tous seigneurs dont il vous suppliera. Tres noble et tres puissant prince, nous prions le Saint Esperit que il veulle guarder vous et vostre haulte seignourie. Escript, etc.

2. Venerabilis et egregie vir, cognoscimus tantam inesse vobis virtutem tantamque benignitatem atque ad supposita nostra benivolentiam, ut etiam cura reipublice vestris imposita humeris[1] vos non retardet, quominus de nostrorum provisione suppositorum curetis Propterea vestre reverencie pro supposito nostro magistro Guillermo de Brocis familiarius scribimus, pro cujus commendatione scribit alma mater Universitas excellentissimo ac potentissimo principi domino duci Burgundie in forma que sequitur : « Tres excellent, etc. » Vos itaque rogamus, cum personam ex maxima familiaritate optime noveritis, labores ipsius, dampna, afflictiones, expulsiones atque mortis plurima pericula sciveritis, eam dominis et precipue prefato domino commendare velitis, litteras presentando atque alia pro ipso procurando, que sue sint promotioni profutura. Et si que vos vultis prosequi, semper erit natio votis vestris obsequi promptissima, que de tanto alumpno suo merito gloriatur. Summa Trinitas vos conservare dignetur feliciter Scriptum...

Minuta chartac in Arch. nat. Paris., M 65^{b}, n° 102 (olim A. 3. hhhh). — Ibid., 65^{a}, n° 19, minuta epist. Universitatis ad papam, in qua dicit schismate durante Guillelmum bis fuisse rectorem Universitatis, « qui multos angores, sollicitudines plurimas, nocturnos diurnosque metus ob pacem ecclesie procurandam perpessus est ». Commendat papae eum, principum Burgundiae et Borboniae familiarem, pro beneficio obtinendo. BUL. eum in Elencho rectorum ne semel quidem affert.

1 Opinamur hic agi de Eustachio de l'Aître, cancellario Franciae ab an. 1418, Jun. 12, et defuncto an. 1420. Jun. 14.

2164. *Facultas medicinae in capitulo S Maturini beneficium quoddam vacans pro magistro Petro Bernicoti petit, quem decanus facultatis*[1] *in congregatione Universitatis praesentavit. Quod cum rectori a caeteris facultatibus datum esset, jura fac. med reservantur. Praesentes fuerunt Guill de Camera, Joh. Richardi, Joh Bellardi, Guill Nepotis, Joh. Boetii, Joh. Avantage, Thomas de Vanevelt, Joh Hynault*[2] (sic)

1420, Julii 21 sq., Parisiis.

Comment fac med., I, p 242. *Mém. hist sur les bénéfices*, p. 138. Bul., V, 347.

1. Robertus Poitevin — 2. I. e. Helicant.

2165. « *Secuntur instructiones quas per mag Philippum Marescalli, procuratorem nationis Francie, et per Joh Basseti, promotorem Universitatis, ad dominum nostrum regem*[1] *[Franciae] destinatas, observare habebunt.* ».

1420, Maii 30-Aug. 21, Parisiis.

Primo ex parte dicte Universitatis requirent magistrum Petrum Cauchon vicedominum Remensem, magistrum Guillermum Eu[v]rie, ac etiam quosvis alios prefate Universitatis juratos, quatenus litteras Universitatis presentent domino nostro regi et dominis regi Anglie et duci Burgundie[2].

Item habeat dictus dominus vicedominus seu prefatus magister Eu[v]rie exponere domino nostro regi et ceteris dominis desolationem Universitatis in suppositis et privilegiis, specialiter in custodia portarum, excubiis murorum horis nocturnis et aliis exactionibus quamplurimis.

Item quod dominus regens, egregie auctoritatis princeps, dominus rex Anglie velit providere Universitati pro suppositis suis beneficiatis in Normania, quatenus illi, qui tenuerant partem domini nostri regis Francie et illustrissimi principis domini ducis Burgundie, gaudeant plene beneficiis suis et patrimoniis in ducatu Normanie et partibus circumvicinis, ac deinceps fructus inde perceptos, sive sint collegia vel supposita particularia, et hactenus percipiendos seu levandos in antea, possint plene percipere, ut juris est, moram in studio trahendo continuam.

Item quod dictus rex Anglie tradere velit unam litteram generalem super premissis pro omnibus suppositis Universitatis, qui juraverunt conformiter ad tractatum.

Item quod super premissis hujusmodi ac etiam juramento fideliter prestitis, ut prefertur, credatur sigillo rectoris, qui super hoc fidele testimonium habebit per[h]ibere.

Item et quod prefatus dominus regens, dominus rex Anglie, velit concedere et permittere jurisdictionem conservatoris privilegiorum, tam apostolicorum quam regalium, exerceri in dicto ducatu Normanie et locis circumvicinis, prout hactenus observatum est, et de hoc habere litteras dicti domini regentis.

Item et quod dignetur etiam scribere domino nostro summo pontifici pro articulis et prerogativis rotuli dicte Universitatis obtinendis.

Item et de permutationibus factis de beneficiis in Normania, quod sortiantur suum effectum, etc.

Minuta chartac in Arch. Univers Paris., thec I, A. 1 q. Bul., V, 346.— Ut e principio liquet hae instructiones ante promotionem Petri Cauchon ad sedem Bellovacens. (Aug. 21), sed post conventum Trecens., scriptae sunt.

1. Vox « regem » add. sup. lineam. Revera missi erant etiam ad ducem Burgundiae et imprimis ad regem Angliae. — 2. Quas epistolas vid. in nº sequenti.

2166. *Universitas Paris ad regem Angliae, regem Franciae et ducem Burgundiae suos nuntios mittit super conservatione privilegiorum et beneficiis.*

1420, Maii 30-Aug. 21, Parisiis

1 [Ad regem Angliae]

Tres hault et tres excellent prince, nostre tres redoubté seigneur, nous nous recommandons tres humblement à vostre roial magesté, à laquelle plaise savoir que pour le grant et parfait desir que nous avons de estre certifiez du tres noble estat de la santé . . . du roy nostre souverain segneur et de vous, nostre tres redoubté segneur, et aussi du bon avancement des besongnes de ce roiaume, nous [envoions presentement] par devers le roy nostre dit segneur et par devers vostre roial magesté nos tres amés et fealx suppostz[1], maistres Phelippe Mareschal, maistre en ars, bacheler en decret, procureur de la nation de France, et Jehan Basset, procureur de nostre Université, maistre en ars et licencié en decret, ausquelz, tres hault et tres excellent prince, nostre tres redoubté segneur (pour ce que nous avons esté veritablement informez à pluseurs fois et recemment par nos ambassadeurs, qui ont esté à la convention celebrée à Troiez, de la singulière et parfaite volenté et noble affection que vous avez à la conservacion [et accrois]sement et essaucement de ceste estude, pour la reverence de Dieu, pour le tres precieulz tresor de s[cience] conserver et par especial [la lumière] de la foy catholique, à laquelle ensegner, deffendre et precher toute ceste estude principalment est convertie et ordonnée), nous avons enjoint de vous exposer de par nous nos humbles requestes pour trois choses necessaires à la conservacion de ichelle La première touche nos privilèges; la seconde, les revenues tant en benefices comme en patrimoines, lezquelz les collèges et maistres et escoliers en ceste estude [ont] en vostre pais de Normendie et ès lieus voisins; la tierce, la provision de nos suppos ès benefices de saincte esglise. Pour quoy, tres, etc., vous supplions tres humblement que il vous plaise de vostre benigne grace ouir nos dis supposts [en ce que] de par nous il vous exposeront, et en oultre essaucier la bien humble supplicacion laquelle ilz vous feront pour nous. Finablement, tres hault [et tres puissant prince], tres humblement que il vous plaise avoir nostre estude en vostre piteuse et gracieuse memoire. ..[2]. Tres, etc , nous prions Dieu devotement qu'il vous doint vie [et] p[ovoir] de parfaire et conduire ce que vous .... de Dieu à la glorieuse renommée de vostre roial magesté et au sauvement de vostre ame.

2 [Ad regem Franciae]

Tres hault et tres excellent prince, nostre tres redoubté et souverain segneur, nous nous recommandons tres humblement à vostre roial majesté, à laquelle plaise savoir que pour le ardant et parfait désir que nous avons tousjours de estre certifiez de vostre tres noble estat, de vostre bonne santé et de la prosperité et bon avancement de vos affaires, nous envoions presentement par devers vostre roial excellence et majesté nos suppotz[3] ausquelx (pour ce que nous savons certainement, nostre tres redoubté et souverain segneur, que vous avés eu tousjours douls et piteus regars envers nous, comme vray père envers sa tres loiale et tres devote fille et que vous avés tousjours volu nostre conservacion et acroissement pour la reverence de Dieu, pour le tres precieulx tresor de science garder et la lumière de la foy catholique nourrir en vostre bonne cité de Paris) nous avons enjoint que ilz vous exposent de par nous nostre estat et vous presentent aucunes humbles requestes sur aucuns poins necessaires à la restauration et reparation de l'estude, qui est près desolée et destruite, se par la providence de Dieu et vostre benigne grâce ni est briefment pourveu Pourquoy, tres excellent, etc., nous vous supplions tres humblement que il vous plaise benignement recevoir nosdiz suppostz et adjouter foy à ce que il vous exposeront de par nous et benignement comme vous avez acoustumé otroier et essaucier les piteuses et humbles requestes lesquelles il vous presenteront par nous. Tres, etc., nous prions Dieu de nos cœurs que il vous doint grâce de gouverner vostre tres noble roiaume à son benoit plaisir, à la consolacion et exaltacion de vostre peuple et au salut de vostre âme.

3. [Ad Philippum ducem Burgundiae]

Tres hault et excellent prince, tres humble recommendacion devant. Nous envoions presentement nos feaulx et tres amés suppostz[4] par devers le roy nostre sire, par devers le roy d'Engleterre et par devers vous nostre tres redoubté segneur, premierement pour estre certainement informez de ce qui estoit de la sancté et bonne prosperité du roy nostre dit segneur et du vostre, duquel nous desirons tousjours avoir bonnes et joieuses nouvelles, et en oultre pour exposer aucunement nostre estat au roy nostre sire, à nostre tres redoubté segneur le regent et à vous[5].... Pour ce que nous avons tres parfaite fiance en vous, comme avons eu en feu de tres noble memoire vostre père, à qui Dieu pardoint, nous recourons finablement à vous en vous suppliant tres humblement que vous veullés de vostre benigne grâce avoir benignement nosdis suppostz, adjouter plaine foy à ce que il vous exposeront et essaucer ès humbles requestes lesquelles il vous feront de par nous. Tres, etc., nous prions Dieu, *etc.*

Minuta chartac. pessumdata in Arch. nat. Paris., M 65^{b}, n° 46 (olim A. 3. x). Hae epistolae ad num^{um} 2165 referuntur.

1. Prius unice scriptum erat nomen Johannis Beaupère, mag. in art. et lic in theol. Duo nomina substituta sunt in 49.

imo margine, ut in tres epistolas loco opportuno insererentur. — **2.** Deinde cancellata est una sententia qua ambassiatores Thomas le Moine ac Johannes de Boiry nominabantur. — **3.** Ut supra nomen Johannis Beaupère cancellatum est et duo alia addita sunt. — **4.** Hic etiam eadem supposita quae supra inserenda. — **5.** Sequitur de destructione studii, ut in epist. 2ª.

2167. *Universitas Paris consolatur tam cives Bellovacenses, quam decanum et capitulum Bellovacens de morte Eustachii de Atrio Annuntiat eis gaudium magnum, scil. quod rex, regens regni et dux Burgundiae scripserant, ut solus mag. Petrus Cauchon, quem Universitas maximis laudibus extollit, sedi Bellovacensi praeficiatur Capitulum in ipsum conveniat*

1420, Junii 18-Aug. 21, Parisiis.

1 A tres honnorables et grans amis les maire, eschevins, bourgois, manans et habitans de la bonne ville de Beauvoiz

Tres honorables et grans amis, salut et dilection. . [Nous avons] entendu veritablement que maistre Eustace de L'Aître chancellier de France et eslevé en evesque[1] et pasteur de l'eglise de Beauvaiz, come il a pleu à Nostre Seigneur, est trespassé de ce siècle, auquel Dieu face vray pardon par sa saincte misericorde, pour le trespas duquel (tout ainssi comme par son election nous avions eu grant liesce, pour l'esperance du bien que nous esperions que il vous en venist) aussi sommes cheuz en anxieté et tristèce et avons compassion avec vous de ceste adversité. Et pour ce, tres honorables et grans amis, que il est neccessité de pourveoir à vostre eglise et que vous avez autrefoiz en ce cas receu benignement nostre conseil, nous, qui vous veons en ceste perplexité, ne vous voulons ne devons pas substraire nostre advis tel que Dieu nous a donné en ceste matière, pour vous donner voie par laquelle vous aiez pasteur bon et sage, par bonne concorde et union avec noz souverainz, et soubs lequel vous puissiez vivre paisiblement. Nous sommes informés par les lettres du roy nostre sire et par gens dignes de foy que le roy nostre dit seigneur, monseigneur le regent et monseigneur le duc de Bourgogne avec tout leur conseil ont concordaument conclu supplier à nostre tres saint père que il provienne maistre Pierre Cauchon, maistre des requestes du roy, à la dicte eglise de Beauvaiz et nul aultre. Et nous semble que nostre dit saint père, tant pour la congnoissance de la grant discretion et science que il a veu et congneu par experience en la personne dudit maistre Pierre, come en la contemplacion de la prière de noz diz seigneurs, sera tres enclin à lui commettre ledit eveschié[2]. Et des choses serés plus à plain informez tant par le pourteur de ces presentes, come par les lettres du roy nostredit seigneur et de noz seigneurs dessusdiz le regent et le duc de Bourgogne Pourquoy il nous semble estre expedient et de ce vous enhortons, que en vous conformant à la voulenté de nostre tres souverain seigneur le roy, du regent et de monseigneur de Bourgogne, vous veulliez avoir ledit maistre Pierre pour recommandé et lui baillier faveur et aide, tel comment vous pourrés selon Dieu et vos consciences en ceste matière, car il est très prudent et tres benigne personne et homme de grant clergié. Et ce nous vous escrivons sanz entendre amendrir l'onneur et auctorité des notables hommes maistres en theologie et aultrez de nostre Université, qui

sont du chapitre de l'eglise de Beauvaiz, desquielx nous voudrions le bien et la promocion come ilz en sont dignes; maiz nous parlons singulierement pour la personne dudit maistre Pierre Cauchon, tant pour la notableté de lui come pour la termination des seigneurs dessusdiz en sa personne en faveur de concorde, paix et unité, de laquelle nostre seigneur vous doint perpetuelment joir par sa sainte garde. Escript...

Vos bienveillans les recteur, docteurs et maistres de l'Université de Paris.

2. Egregiis atque carissimis viris decano et capitulo ecclesie Belvacensis

Egregii atque clarissimi viri, post caritative salutationis ac sincere dilectionis oblacionem Nos fidedignorum relatu cognovimus magistrum Eustacium de Atrio cancellarium Francie et nuper electum in episcopum Belvacensem viam universe carnis ingressum fuisse, cujus anime Deus misericorditer propicietur, super cujus flebili morte non solum vobis, quorum ipse futurus erat dulcissimus pastor, verum etiam universo huic regno, tante probitatis viro orbato, condolemus. Quia tamen Altissimo, sub cujus nutibus nostre labentis vite momenta decurrunt, ita placuit, novus vobis labor agrediendus novaque vobis ac ecclesie vestre prospiciendi solicitudo suborta est; et quia vestre caritates alias in celebratione vestre electionis qualecumque consilium nostrum non repulerunt, sed potius acquieverunt eis que in sinceritate cordium nostrorum pro honore et utilitate tante ecclesie suadebamus, vobis etiam [h]ac vice conabimur pro viribus salubre consilium prout tenemur dare et quale poterimus ferre auxilium. Scitis equidem quomodo propter mortalium ambitionem in hoc casu sepe solent exoriri magne turbationes et varie animorum sententie fraternam caritatem et dilectionem nonnunquam dissolventes, ad hec omnia sedanda capescenda est via facilior et brevior per quam omnium vota concordius in unum veniant. Ecce, viri percelebres, sicut per litteras regias et vera et fideli relatione accepimus : dominus noster rex, dominus regens, illustrissimus princeps dux Burgundie etiam, ex consilio certo unanimiter concluserunt scribere et de facto scripserunt sanctissimo domino nostro super promotione venerabilis et circumspecti viri magistri Petri Cauchon, concanonici vestri, ad prefatum episcopatum Belvacensem, quorum precibus idem dominus noster sanctissimus, ex multo tempore cognoscens prefati magistri Petri prudentiam et scientiam, ad memoriam etiam reducens innumeros labores quos in diversis legationibus dum pacis ecclesie materia tam in Consiliis generalibus quam ceteris conventionibus legatorum Francie ad omnes fere totius orbis partes missorum tractaretur, faciles prebebit aures. Quocirca expeditissimus modus vos atque vestrum celebre collegium absolvendi ab omnibus discordiis et difficultatibus, que in electione novi pastoris emergere possent, esset judicio nostro, ut in illum conveniretis, quem tanta tantorum principum concordia peti et a domino nostro sanctissimo postulari videtis, precipue quia ipse homo benignus et dulcis, magne ymo egregie circumspectionis ac scientie, regi domino nostro, principibus ac toti consilio regio acceptus. Scimus utique, viri honoratissimi, in venerabili collegio vestro

multos magne auctoritatis, multa prudentia atque scientia preditos viros, etiam alumpnos nostros, quorum meritam exaltationem nos materno affectu desideramus et quorum promotioni quicquid in nobis est impendere vellemus; sed quia res ista unum dumtaxat requirit, illum specialius designamus illique manus promotrices prebemus, quem propriorem pontificali gradu attingendo tam ex merito quam rerum dispositione judicio nostro cernimus. Nos igitur, sapientissimi ac precellentes, vestras caritates obnixe deprecamur et easdem in Domino hortamur, quatenus vos conformando deliberationi regis, principum ac totius consilii regii, quantum secundum Deum et conscientias vestras poteritis, sive per viam electionis, si quam celebrare intenditis, sive per modum gratiose recommendationis vestra pro parte domino nostro sanctissimo fac[i]ende, prefato magistro Petro benignum favorem prebeatis, paci et tranquillitati ecclesie vestre et totius patrie eidem subjecte propendentes, qua pace vos frui perpetuo concedat Deus pacis et dilectionis. Scriptum Parisius in congregatione nostra generali apud Sanctum Maturinum celebrata die ... (*sic*).

Vestri rector et Universitas studii Parisiensis

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65[b], n° 64 (olim A. 3. qq). — Vid. notas. Quantum ad Petrum Cauchon, mag. art et licent. in decret., vid. supra p. 90, not 21 Ex his magis quam e quibusdam prioribus documentis patet intima necessitudo inter Universitatem Paris. et Petrum Cauchon, per quam non pauca in processu contra Johannam d'Arc explicantur. Caeterum vid. BEAUREPAIRE, *Notes sur les juges ... du Procès de Jeanne d'Arc*, p 12 sqq. At non id singulare judicandum, quod Cauchon an. 1423 conservator privilegiorum Univ. factus sit; namque episc. Silvanectensis, conservator privilegiorum (vid. n° 2159) jam an. 1422 exeunte defunctus erat, et officium conservatoris ad episcopos Belvacensem Meldensemque etiam pertinebat. Meldensis vero, Robertus de Girême, tunc eligi non potuit, ab Anglis enim captus in Angliam captivus deductus est. Vid. *Journal d'un bourgeois*, p. 170, RIMER, *Foedera*, IV, parte 4[a], p. 105 Caeterum vid. infra an. 1433, Dec. 22

1. Eum Universitas Paris. an. 1411 in episc. (Paris.) proposuerat. Vid. supra p. 222. An. 1420, exeunte Aprile, electus erat in episc Bellovacens (*Gall. christ.*, IX, 757, P. ANSELME, *Hist. généal.*, VI, p. 379 sq.), sed cum Jun. 14 Senonis diem supremum obiisset, nondum a papa confirmatus erat neque sedem episcopalem occupaverat. Cf. de eo TUETEY in *Journal d'un bourgeois*, p. 43, not. Jun. 18 nuntius mortis Parisios advenit (ibid.) — 2. Revera anno eodem, Aug. 21 (die mercurii, 12 kal Sept.) Martinus V eum promovit (XII, 121, p. 132). Dux Burgundiae cum comitatu assistebat, quando Januarii 12 urbem Bellovacens solemniter ingressus est (*Chron. de Monstrelet*, IV, 23, ubi tamen perperam vocatur doctor theol.).

2168. *Universitas Paris. severe increpat officialem Paris, qui per tredecim menses unum suppositum Universitatis in carceribus detinuit, et restituere noluit*

1419-1420, Augusti 31, Parisiis.

Non sumus nescii, venerabilis doctor, quanta neccessitudine quantisque vinculis honori nostro ac suppositorum nostrorum vite et saluti estis obligatus et obstrictus, qui in alma matre tot honorum, tot gestorum, tot graduum insignia suscepistis Hec tanta et tam grandia sunt, ut si nullis essetis jurisjurandi sacramentis adactus et devinctus, tamen a vice gratitudinis natura tante conjunctionis exorbitari non sineret. Quo magis miramur vos, ista perfectissime cognoscentem, magistrum Rogerum Bette[1] in artibus magistrum et decretis bachalarium, et dum a nobis discessit in egregia decretorum facultate pro adipiscenda licentia continuo legentem, ob unicum pium casum in ar[c]tis cecisque carceribus tres-

decim[2] mensibus detinuisse. Non ambigimus vos non ignorare privilegia nostra, pro quibus etiam ex debito juramenti dudum strenue pugnavistis. Et quid cause subesse potuit, quod scolarem nostrum, quem scivistis fore talem, nobis non restituistis? Si illi qui privilegia nostra tutari debent sunt eversores, quid exosi facient et infesti? Si illi qui ea juraverunt frangunt et violant, quid extranei facient et adversarii?.... Non feremus, domine officialis, non patiemur. Propterea vos rogamus atque requirimus, ut ipsum juxta nostrorum privilegiorum tenorem sub cautione juratoria expediatis; alioquin ad fortia remedia et acerba nostram severitatem convertemus[3].... Scriptum, etc., Parisius in nostra congregatione generali apud Sanctum Maturinum solenniter celebrata die ultima mensis Augusti.

Rector et Universitas studii Parisiensis.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 83 (olim A. 33. g).

1. An. 1417, Jun. 9, affertur (Tornacens dioec.) Parisiis legens in scolis magistri Johannis de Crepone primo anno et pro primo volumine, et legens 4tum lib. Decretal. (Mem. fac. decret., I. fol 25b), an. 1418, Mart. 30, pro sec an. et prim. lib. (fol. 36b) — 2. Prius scriptum erat « viginti duobus ». — 3. I. e. per cessationem a lectionibus, ut Universitas alias officiali Paris., qui Egidium Malihospitis, in utroque jure licentiatum, in carceribus retinebat et restituere nolebat, minabatur, adjungendo « si altius procedere ceperimus, cum justa pena luenda fuerit, sero veniet penitendi locus » (Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 86, ad Jun. 13).

2169. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1420-1421.*

1420, Novemb. 5, Parisiis.

Anno Domini M° CCCC° XX°, die martis quinta Novembris post festum Omnium Sanctorum, magistri quorum nomina subscribuntur inceperunt lectiones suas ordinarias pro regencia tocius anni, exceptis magistro Johanne Cotarelli et Thoma de Vanevelt, qui reputati sunt regentes condicionaliter[1], ut patet scriptum immediate suprapositum :

Guillelmus de Camera	Johannes Avantage
Johannes Tanquart	Robertus Poitevin
Joh Belardi	Johannes Boecii de Dacia
Jacobus Saquespée	Johannes Cotharelli
Henricus Dougny	Guillelmus Dyonisii
Joh Basin	Thomas de Vanevelt
Petrus Cardonelli	Johannes Helicant.
Petrus Bernicoti	[15]

Comment. fac. med., I, p. 244. — Nov. 2. decanus fac. med. electus erat Guillelmus Dyonisii.

1. In congregatione Nov. 20 magistri congregati ordinarunt quod ambo « essent regentes, dum tamen quantocius venerint Parisius, infra octo dies post sui adventus habeant disputare loco disputationis obmisse et postmodum in suo ordine, alioquin predicti duo magistri nullatenus regentes reputentur »

2170. *Facultas medicinae magistro Adam Danremi prosequenti quemdam cabusatorem villae Remensis se adjungit.*

1420, Decemb 29, Parisiis.

Die xx^a nona mensis Decembris fuit congregata facultas apud Sanctum Maturinum per bedellum, ut moris est... Supplicavit magister Adam Danreni[1] quatenus facultas se vellet secum jungere ad prosequendum quamdam causam pendentem in parlamento inter dictum magistrum et quendam cabusatorem ville Remensis, et dicta die facultas bene consulta et bene informata de causa dicto magistro se adjunxit, et terminata fuit causa per mortem illius cabusatoris.

Comment. fac. med., I, p. 248.

1 Distinguendus a Johanne Donremi, contra quem facultas an. 1426 processum intendit.

2171. *Magister Johannes Barre, exercens officialatum jurisdictionis (Joh. Gersonis) cancellarii absentis, ante Capitulum Paris vocatur, querentibus magistris regentibus scholas quae sunt ad collationem cancellarii, ex eo quod eos cogere vellet ad exhibendum litteras suas sub poena excommunicationis, quod non est consuetum, respondit se solum locutum esse cum uno magistro in vico de Quinquempoit commoranti ut ipse reciperet submonitorem sufficientem ad instruendum pueros de quibus habebat magnam multitudinem, et hoc fecerat petentibus quibusdam vici burgensibus; tamen non volebat Capitulo displicere*

1421, Januarii 17, Parisiis.

Arch. nat. Paris., LL 112 (olim 215), p 309. — Supra agitur de parvis scholis (de quibus *Chartul.*, III, n° 1237, p. 52, not., 289, 658), quae ad collationem cancellarii, non cantoris, pertinebant. Eas, absente cancellario Joh. Gersone, Capitulum conferebat, ut saepius in dicto fonte legitur. Sic etiam bursas collegii de Albuzone (v. g an. 1424, Febr. 28, Martii, 1; LL 112, p. 437) aliorumque collegiorum pro cancellario Capitulum dabat Vid. infra n° 2232.

2172. *Deliberatio nationis Gallicanae de modo ponendi ordinem in collatione beneficiorum spectantium ad dispositionem Universitatis, ne quaelibet facultas alternis vicibus jus idem habeat ad beneficia vacantia praesentandi.*

1421, Februarii 26, Parisiis.

Anno Domini 1420, die 26 mensis Februarii, apud Sanctum Maturinum hora octava de mane fuit celebrata congregatio nationis Francie super tribus articulis; in qua quidem congregatione fuerunt convocati magistri in theologia, decretis et medicina et omnes alii magistri de natione. Primus articulus fuit super aliquibus tangentibus honorem et utilitatem nationis; secundus fuit ad disponendum de pecuniis nationis; tertius fuit super supplicationibus et injuriis. Quantum ad primum articulum explicui in natione, quod venerabilis et circumspectus vir magister Guillelmus Erardi, magister in artibus et baccalarius in theologia, tunc rector in Universitate Parisiensi, fuerat requisitus per facultates theologie, decretorum et medicine et per nationes Picardie, Normanie et Anglie, quod ipse poneret in deliberatione Universitatis et faceret articulum specialem de modo ponendi ordinem in

collatione beneficiorum spectantium ad dispositionem Universitatis, et exposui in natione quod hoc facere esset in prejudicium facultatis artium, quia sunt plura supposita in ea quam in toto residuo Universitatis; hoc etiam esset in prejudicium nationis Francie, quia sunt quinque in ea provincie : Parisiensis, Senonensis, Remensis, Turonensis et Bituricensis; in quarum qualibet fere sunt tot supposita quot sunt in aliqua aliarum nationum. Etiam patres nostri temporibus retroactis nichil in hoc innovaverunt, sed semper remansit collatio, presentatio ac omnimoda dispositio istorum beneficiorum ad totam Universitatem. Quare quoad hoc concorditer conclusit natio se opponere in casu, quod dominus rector atque Universitas vellet ponere ordinem, et protestabatur natio de appellando, et in hoc capere casum novitatis. Verum, ut semper servetur unio et concordia inter nationes et facultates, advisate sunt quedam modificationes, quibus concessis per Universitatem de facile condescendet ad velle poni ordinem in beneficiis, alias non

Quarum modificationum prima est, quod quelibet natio equipolleat cuilibet facultati, ita quod ubi facultates superiores haberent tria, facultas artium haberet quatuor.

2ª Quod ex parte Universitatis deputentur septem, de qualibet facultate et natione unus, qui jurabunt in presentia Universitatis presentare illum Universitati, quem secundum conscientiam suam scient esse pauperiorem, magis indigentem et magis idoneum in illa facultate aut natione, cujus debebit esse[1] ordo vel turnus.

3ª Quod ille sic presentatus juret quod nec in patrimonio, nec benificio habet ad exponendum ultra summam 40 librarum in portatis.

4ª Si contingeret rectorem, qui tunc esset, tempore vacationis beneficii esse pauperem, nullum aut modicum beneficium habentem, illi septem deputati presentabunt ipsum Universitati, salvo turno vel ordine facultatis aut nationis.

5ª Quod nullus et idem possit habere simul aut successive duo beneficia sibi collata per Universitatem.

6ª est quod, si contingat aliquem de facultate artium habentem beneficium Universitatis, transire ad aliam facultatem superiorem, eo tunc facultas ad quam transit, privabitur suo turno *[Nec Universitas, nec natio has modificationes concesserunt.]*

BUL., V, 347, e Lib. procur nat Gallic. *Mém. hist. sur les bénéfices*, p. 139, ubi ad Febr. 25.

1. BUL. « esset. »

2173. *Cum in ordine Praedicatorum plures sint Parisiis licentiati in theologia, qui tamen propter « guerras » aliasque calamitates in regno Franciae vigentes doctoratus honorem Parisiis suscipere nequeunt, Leonardus Statius de Florentia, magister generalis, Martino V supplicat, ut tribus licentiatis theol doctoratus honorem in Capitulo generali Metensi impendere possit* — Fiat de uno, si fecit cursus suos, nec sit contra reformationem [Ordinis] O — Dat. Rome apud S Petrum sextodecimo kal April., anno quarto

1421, Martii 17, Romae.

Reg. Suppl. Mart. V, nº 144, fol. 67ᵇ.

2174. *Supplicat Martino V Carolus delphinus Viennensis « regnum Franciae regens », ut suus secretarius Theobaldus de Lucé, in utroque jure licentiatus, archidiaconus de Passayo, Cenomanens. dioec., qui Parisius in decretis et Andegavis in legibus licentiae gradum susceperat, atque in eisdem Universitatibus juraverat se nunquam in aliquo jurium gradum doctoralem suscepturum alibi quam in Universitatibus antedictis, « obstantibus guerris regni Francie » hujusmodi gradum doctoratus in utroque jure vel altero ipsorum in Universitate quam duxerit eligendam suscipere valeat libere et licite* — Fiat O. — Dat. Rome apud Sanctum Petrum vj kal. Maii, anno iv.

1421, Aprilis 23, Romae.

Reg. Suppl. Mart. V, nº 144, fol. 234. Epistola de hoc Reg. Lat. Mart. V, an. 4, lib. 48, fol. 153^{b}. — An. 1433, Martii 6, Theobaldus Lucé, jam juris utriusque doctor, factus est episcopus Malleacens. (Arch. Vat., XII, 121, p. 281).

2175. *Petrus de Sacco de Verona, mag. in art. et baccal. in theol. Paris., qui « obstantibus guerris et pestibus (proch dolor!) in regno Francie vigentibus nondum potuit in sacra pagina cursus suos consummare », petit a Martino V, ut post quinquennium solum, quamvis rector paroch. eccl. Montisguiscardi Tolosan. dioec., ad sacros ordines possit promoveri.* — Fiat. — Dat. Rome ap. S. Petrum iv kal. Maii, an. iv.

1421, Aprilis 28, Romae.

Reg. Suppl. Mart. V, nº 144, fol. 237. Vid. ibid. fol. 7. — An. 1415 cum Johanne Fusoris et Reginaldo du Montet in carcerem conjectus est propter commercium librorum cum Anglis. Ad haec vid. supra nº 2045, et A. DE CHAMPEAUX et P. GAUCHERY, *Les travaux d'art exécutés pour Jean de France duc de Berry*, p. 124 sqq., ubi, quae hactenus de Petro nota erant, collecta sunt. Supra inscripta et sequentia ignota erant. Cum natione Italus esset, timuit, an. 1428, ne propter supra dictam ecclesiam in partibus Franciae sitam vexationes subiret, nec ei servire posset; proindeque illam resignavit (Suppl. Mart. V, nº 223, fol. 199) et petiit canon. eccl. Civitatis Austrie Aquilegens. dioec. (nº 216, fol. 277^{b}), et an. 1431, semper baccal. theol., archipresbyteratum Omnium Sanctorum Veronens. (Suppl. Eug. IV, nº 254, fol. 78 in parte 2^{a}). Pluries de ipso in Suppl.

2176. *Assignationes baccalareorum per Capitulum generale Ord. Praedicatorum in studio Parisiensi.*

1421, circa Maii 11, Metis.

Conventui Parisiensi provintie Francie assignamus ad legendum Sententias pro forma et gradu magisterii pro anno immediate sequenti intraneis debito fratrem Lambertum de Campo, cui substituimus fratrem Nicholaum de Roteria[1], et fratrem Michaelem Xatell[2] provintie ejusdem. Pro loco vero extraneis debito pro eadem forma et gradu magisterii Sententiarum assignamus fratrem Simonem de Laude, cui substituimus fratrem Thomam Ligneii de provintia Anglie, pro secundo vero dictum fratrem Thomam Ligneii, cui substituimus fratrem Guillermum Edelie[3]. Ad legendum autem Bibliam pro duobus annis immediate sequentibus assignamus fratrem Johannem Sarraceni, cui substituimus fratrem Johannem de Valle provintie Francie, conventus Bituricens., pro annis autem aliis duobus immediate ad predictos annos sequentibus ad similem lecturam Biblie assignamus fratrem Petrum[4] Petri de conventu Ruppellensi, cui substituimus fratrem Nicholaum Jaube[r]ti de conventu Verdunensi.

Fragmenta Capit. general. Ord. Praed. ad ipsum Ordinem pertinentia.

1. Ms. « Roqueria ». Significatur « Rotiere » (Aube). — 2. Seu « Catel » = « Çatel ». — 3. Seu « Adelie ». — 4 Ms. « Johannem ». Sed vid. infra an. 1427, Septemb.

2177. *Novus praepositus Paris., Petrus de Marigny, jurat coram Universitate juramenta noviter extracta e privilegiis Universitatis per procuratorem nat. Gallic. Petrum Maugerii.*

1421, Maii 30, Parisiis.

Bul., V, 348, e Lib. proc. nat. Gallic.

2178. *Mandata Universitatis Paris. pro suis legatis Rotomagum ad Henricum regem Anglorum, regentem Franciam, missis. De magistro linguae hebraicae.*

1421, Junio, Parisiis.

Secuntur instructiones quas magistri Johannes Basseti, magister in artibus et licentiatus in decretis, ac promotor Universitatis Parisiensis; Johannes de Fonte, magister in artibus et bachalarius in decretis, ordinati ad exequendum contenta in primo articulo; et Guillelmus Guignon, magister in artibus, licentiatus in legibus et bachalarius in decretis; Petrus Amioti[1], magister in artibus et licentiatus in jure canonico, ambassiatores ejusdem Universitatis ad serenissimum ac victoriosissimum principem dominum regem Anglie heredem et regentem regni Francie, destinati, observare habebunt.

Primo, quam primum venerint Rothomagum, convocabunt supposita Universitatis[2] et exponent eis causas sui adventus, ipsos requirendo, ut prestent in prosecutione tangentium Universitatem consilium et amicitiam et decentem assistenciam pro honore Universitatis; et de convocando eciam per juramentum supposita nostra quotiens oportunum videbitur, damus predictis ambassiatoribus nostris facultatem.

Item, quam primum poterunt, in decentibus habitibus et congrua comitiva, accedent ad presentiam domini regentis, et prestabunt sibi litteras, humiliter supplicantes pro expeditione articulorum sue serenitati presentatorum.

Item, similes facient diligentias apud dominum cancellarium Normannie[3], dominum Roffensem[4] et omnes super his commissos, et apud omnes qui poterunt facta Universitatis promovere.

Item, qualecumque responsum habuerint cito rescribent, et si contingeret quod expeditionem aliquorum articulorum concessam habeant et non aliorum, vel unius partis articuli et non alterius partis, ne talis acceptatio vel receptio prejudicium parere possit in futurum, celeriter rescribent, ut super hoc Universitas suam habeat deliberationem.

Item, quod prefati ambassiatores taliter se habeant quod Universitas in personis ipsorum de zelo rei publice et omni honestate recommendetur.

Item, cum ex antiqua ordinacione debeant esse in Universitate doctores Hebrei et Greci[5], et de presenti solum sit unus doctor Hebreus, qui propter iniquitatem temporis vix potest victum et vestitum honeste continuare, explicetur domino regenti, quod super

his universalis ponatur provisio; et cum pro speciali provisione serenitas domini regentis ordinaverit et disposuerit in Corbolio, quod dicto doctori et magistro, Paulo de Bona Fide[6], expedirentur centum franci, et super his non receperit nisi quinquaginta francos, dignetur sua serenitas jubere, ut residuum dicto doctori expediatur; atque sibi solide provideatur in futurum.

Item, cum in passagiis, portibus, pedagiis, tam aquis quam terra, multa impedimenta fuerint prestita privilegiis Universitatis, quod dignetur sua serenitas, quamvis non sit expressum particulariter in articulis sue majestati porrectis, providere ut in omnibus locis regni, tam super mare quam super flumina, quam eciam in urbibus et aliis locis, libere et sine quacumque exactione transire valeant Universitatis supposita et eorum familiares atque servitores, cujuscumque status fuerint, cum vectura quorumcumque bonorum ad alimenta et statum studentium pertinencium

Minuta chartac. in Arch. Univers. Paris., thec. I, A. 1. 5. In ima parte chartae legitur « Domino abbati de Bellobecco [Egydio de Duremort] quatenus facta Universitatis apud regem, regentem Francie et legatos conferat, etc ». — JOURDAIN, nº 1167. — Si haec legatio revera evenit, tunc potius ad mensem Junium quam ad Januarium an. 1421 pertinet, cum rex Angliae ante mensem Januar Parisiis esset, post Januarium vero absens. et quidem in Anglia, unde mense Junio in Franciam, imprimis Rotomagum, reversus erat (vid *Chron. normande de Pierre Cochon*, ed BEAUREPAIRE, p. 286).

1 Idem canonicatum et archidiac in eccl. Bituricens. an. 1427 petiit (Suppl Martin. V, nº 204, fol. 59). Postea an 1432, Oct. in Romana curia causarum palatii apost. procurator (Suppl Eugen. IV, nº 273, fol. 177b). — 2. I. e quae Parisiis magisterium receperunt et Rotomagi commorati sunt. — 3. BEAUREPAIRE, *Notes sur les juges de Jeanne d'Arc*, p. 106, designat ut cancellarium Normanniae episcopum Cicestrens. — 4. Thomam Brown, abbatem monasterii B. Mariae extra muros Eboracens. O. S. B., episcopum ab an. 1421, April 7 — 5 Lectio parum certa, cum charta evanida et hoc loco lacerata sit. JOURDAIN « plures sancti » pro « hebrei et greci ». — 6 Vid. de ipso infra nis 2186, 2236.

2179. *Natio Gallicana Universitatis Paris deliberat ad regem Angliae mittendos esse ambassiatores, ut ab ipso quosdam favores quoad beneficia et cancellariatum obtineant*

1421, Augusti 5, Parisiis.

Die martis 5ª mensis Augusti ex consilio deputatorum Universitatis et eorum conclusione congregavi nationem super tribus articulis. Unus articulus fuit in duobus punctis, quorum unum erat super privilegiis Universitatis prosequendis erga dominum regentem[1]; 2um erat super provisione advisanda in officium cancellarii pro licentiis superiorum facultatum. Secundus articulus fuit similiter in duobus punctis; 1um super rotulo destinando prelatis Francie pro provisione magistrorum Universitatis noviter concluso per Universitatem; 2um super uno rotulo expediendo quem habet penes se dominus Dionysius de Sabrevois[2], concluso per Universitatem post confectionem rotuli principalis Tertius articulus communis super supplicationibus et injuriis.

Quantum ad 1um articulum et ad 1um punctum secundi articuli placuit nationi consilium et advisamentum datum per deputatos, quod scilicet littere continentes ista tria puncta destinarentur per matrem Universitatem domino regenti, et quod ea haberet prosequi diligenter nuncius specialis et ambassiator Universitatis ibi destinandus ad obsidionem ante

villam vocatam Dreux[3], scilicet dominus antiquus rector mag. Petrus Mauricii, qui ibi destinabatur ad prosequendum unum rotulum pro illis de partibus Normanie, etc. Et quod ipse haberet bonas instructiones super illis tribus punctis et haberet nomine Universitatis petere ab ipso domino regente :

1° Quod sibi placeret eximere supposita Universitatis ab istis marcis argenti[4] et aliis exactionibus, secundum suorum privilegiorum tenorem, aut saltem dare suspensum usque ad adventum suum Parisius. Et de hoc peteret ipse nuncius et procurator litteram patentem.

2° Quod ipse dominus regens scriberet domino nostro summo pontifici conformiter ad Universitatem, quod vellet providere Universitati de licentiis conferendis in modum, in quem Universitas supplicabat et scribebat sue Sanctitati[5]. Et de isto ipse dominus antiquus[6] afferret litteras clausas ejusdem domini regentis.

3° Quod ipse dominus regens omnibus et singulis prelatis Francie scribere vellet, quod attento quod eis incumbebat virtute alternative conferre mediam partem beneficiorum, quodque super totalitate consueverat Universitas providere, pro cujus suppositis ipsa beneficia fundata sunt specialiter, scilicet pro viris studiosis; attenta etiam desolatione ipsius Universitatis et quod propter penuriam et caristiam temporum notabiles magistri cotidie recedere coguntur : ipsi domini prelati providerent ipsis magistris et suppositis antedictis. Et quoad punctum istud voluit natio quod quilibet magister afferret suam supplicationem procuratori nationis, et eas procurator in uno rotulo scriberet, in cujus capite scriberetur procurator, et consequenter decani et magistri secundum ordinem provinciarum; et quod illo rotulo adjuncto rotulis aliarum facultatum et nationum, secundum quod per Universitatem fuerat conclusum, dividerentur sic inscripti secundum numerum prelatorum, et cuilibet prelato assignarentur, vel nominarentur per Universitatem duo vel quatuor aut plures, secundum quod expedire videretur deputatis; et quod illi assignati mitterentur assignato suo prelato in una littera clausa Universitatis recommendatoria eorundem, et cum litteris domini regentis, haberenturque et procurarentur littere clause, vel patentes domini nostri regis per suum magnum consilium passate super eadem provisione in forma satis compulsiva, bona et honesta, advisanda per deputatos, ad destinandum ipsis prelatis una cum ipsis litteris antedictis. Quarum litterarum patentium quilibet habere poterit unum scriptum seu transcriptum ad monstrandum suo prelato, vel unam litteram clausam.

Voluit insuper natio quod ipsi deputati potestatem haberent mutandi collationes magistrorum inrotulatorum ubi plures concurrentie essent, et nominavit natio deputatos mag. Guillelmum de Brocis, mag. Johannem Chevroti et me[7]. Et voluit quod nulli alii vocem haberent pro natione in materia ista propter discordias vitandas. Ordinavit insuper natio et voluit quod ego suus procurator positus essem in capite rotuli, sicut consuetum est; et quod ad duos prelatos quos eligerem et ad duas collationes essem recommendatus et aliis prelatis, proviso quod quando unum essem beneficium assecutus virtute hujus nominationis, quoad aliud assequendum aliis magistris prejudicium non afferrem.

De secundo rotulo parvo voluit natio quod pro nunc non expediretur, sed exspectaretur Concilium generale, et quando ibi fiet rotulus pro tota Universitate. Et voluit natio quod pecunie restituantur magistris inscriptis ipsi rotulo, et quod mag. Dionysius de Sabrevois eas de facto ponat in manus domini procuratoris ad ipsam restitutionem faciendam.

Quantum ad 3um articulum supplicavit dominus rector[8] quod ad duos prelatos et unum capitulum nominaretur, hoc proviso quod quando unum beneficium esset assecutus, aliis prejudicium non afferret; que supplicatio concessa est.

Bul., V, 348-360, e Lib. proc. nat. Gallic.

1 I. e. ad Henricum regem Angliae. — 2 Bul. « Sabreneto ». De isto nomine vid *Auctar.*, II, p. 517, not. 2. — 3. Per Henricum regem Angliae Jul. 18 obsessa, se dedidit Aug 20 Petrus Mauritii recepit a facultate theol pro hac legatione ad regem, Octob. 10, libr. 5 (Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p 2). — 4 Vid. n^{um} sequentem. — 5. Cum Johannes Courtecuisse an. 1421, Jun. 16, a Martino V in episcopum Paris. confirmatus esset (Reg. Lat., an. 4, lib. 57, fol. 64), quamvis non ab Henrico, regnum Franciae regente, approbatus (vid. *Mém. de la soc. de l'hist. de Paris*, IX, p 131 sqq.), Universitas in absentia Johannis Gersonis, cancellarii, alio magistro pro licentiis dandis egebat. Propositus est Reginaldus de Fontanis, confessor regis, qui Anglis acceptus erat. Jam an 1422 officio cancellariatus apostolica auctoritate fungebatur (vid. *Auctar.*, II, p. 288, 36 et not. 5, et infra nº 2189). — 6. I. e. antiquus rector Petrus Mauricii, a Martii 24 usque ad Jun 23. — 7. Petrum Maugerii, procuratorem nationis. — 8. Rector a Jun. 23 usque ad Octob. 10 fuit mag. Petrus de Credulio, ut conjicimus e ms. lat. 5494, p. 2. Revera eodem anno duo beneficia, ad collat. S. Germani Autissiod. et S. Dionysii, petiit (Suppl Mart V, nº 150, fol. 41^b).

2180. *Universitas Paris. ad quemdam principem (verisimiliter ducem Burgundiae), ut pro se preces interponat apud regem Angliae.*

1421, circa Aug. 5, Parisiis.

Sinceros affectus, piissimam curam, durosque labores, quales habet mater ad filios, illustrissime princeps, pluries pro vestra obsequiosa Universitate studii Parisiensis susceptos jugiter in memoria servamus, nec ulla umquam nostris e cordibus delebit vetustas[1], super quibus gratiarum actiones, quales possumus, agimus vestre serenitati. Verum[2] ne nos aut octium molliat aut forte nostrorum suppositorum liberalia ingenia nimia felicitate lasciviant, omni parte premimur vectigalibus et exactionibus, et que libera fuerat a diebus antiquis, privilegiis summorum pontificum et regum Francie utrinque pluries confirmatis, nunc facta est sub tributo[3]; non enim aliter a suppositis nostris in ducatu Normannie et officiariis Parisius marche argentee quam a vulgo exiguntur, ita ut jam impletum sit illud propheticum : « et erit sicut populus sic sacerdos[4] », et, quod cum gravi gemitu cordis recolimus, durius cum eis agitur quoniam ultra hec petuntur cum omni instantia et decime. Sic post indicibiles calamitates residuum quod illis superfuerat comedit brucus, et residuum bruci comedit locusta[5], et penuria rei familiaris studium deserunt et disperguntur in capite omnium platearum. Magna est prorsus contricio nostra, ingens plaga et intollerabilis dolor, quibus nisi regia majestas potentissimi domini regis Anglorum occurrerit, actum erit de nobis et cito irreparabiliter extinctum nomen Universitatis studii Parisiensis, in quantam jacturam regni, vos ipse videritis, inclite princeps. Quocirca per viscera misericordie Jhesu Christi caritatem vestram humiliter precamur et oramus ut apud dominum

regem regentem et heredem Francie litteras impetrare dignemini, dirigendas domino cancellario Francie[6], necnon et reverendo in Christo patri domino cancellario Normannie, ut ab his molestiis marcharum et decimarum vexari nos non permittant et in libertate patribus nostris concessa vivamus, studio divinorum pariter et humanorum insistentes, in quibus nobis largiemini subsidium neccessarium et donum singulare, et jussis vestris jam paratissimos constituetis obligatiores, offeretisque Deo gratum obsequium, qui domini regis Anglie et vestri status et opera feliciter dirigat ad vota. Scriptum Parisius in nostra congregatione generali.

Minuta chartac in Arch. nat. Paris, M 65[b], n° 39 (olim A. 3. o). — Ut Juvenal des Ursins in *Hist. de Charles VI*, ed GODEFROY, p. 385, narrat, Universitas jam an. 1420, Decemb., regi Angliae supplicaverat ut ab illa impositione « de marc d'argent » liberaretur, sed magistri, ut scribit, vix carcerem effugerunt. Si temporis nota a Juvenale recte assignaretur, quomodo Universitas anno 1421, Aug. 5, ut e documento praecedenti liquet, ausa est abolitionem novae impositionis iterum a rege Angliae petere? Opinamur factum Juvenalis ad an. 1421 referendum esse. Etiam in *Journal d'un bourgeois*, p. 161, de illa marcha argenti ad an. 1421 scribitur, et in Arch. nat. Paris, LL 112, ad annum sequentem etiam agitur

1. E quo liquet epistolam non ad ducem Bedfordiae directam esse, a quo Universitas Paris. hactenus nihil commodi accepit. — **2.** Pro sequentibus usque « exactionibus » a tergo scribitur « Verum ut nostras oppressiones atque graves molestias, que nobis presencialiter imponuntur, vestre illustri serenitati paterneque caritati fiducialiter exprimamus, ecce jam omni ex parte angariis premimur, vectigalibus atque exactionibus undique angustiamur » — **3.** *Thren.*, I, 1. — **4.** *Isai*, XXIV, 2, *Oseae*, IV, 9. — **5.** Cf *Joel.*, I, 4. — **6.** Johanni le Clerc.

2181. *Capitulum generale Cisterciens. deplorat ruinam et desolationem Collegii S. Bernardi Paris*

1421, Septemb 12, Cistercii.

Generale Capitulum inenarrabili gemitu sollicitam mentis attollens indaginem ad Collegium S[ti] Bernardi Paris., quod ante non multos hos dies fuerat Ordini sapientie fons, rutilus sol tetra diluens ignorantie, publici boni Ordinis columen egregium, radix sancta, ... nunc autem miserabili collaptione prostratum, adeo, ut firmitas edificiorum fundamentalia petat jura proventuum, aboleantur memorie, sanctuarium stillicidia cavent, penetrent imbres, diruant venti, cultus sacer cesset in sanctuario, in scola scolastici actus, in studiis studendi fructus et usus, quoniam deserta personis est, et absque (parum abest) habitatore domus illa celebris, in qua pridem Ordinis monasteria variarum undique nationum et regni presertim Francie scolarium multitudinem copiosam educare solita erant, donec dissidiosa belligerentium immanitas ad consumptionem ea vel eorum diriperet et vastaret Exitialem hanc et pernitiosam Ordini nostro plagam indefessis conatibus et irrequieto spiritu inardescit idem Capitulum salubribus restaurare curationum antidotis, pristinam quoque membrorum dicti studii redintegrare compagem et harmoniam in personis, gradibus edibusque.. .[1].

Constitut. et Capp. general. Cisterc in Arch. status Luzern., n° 544, p. 277. Deest ap. MARTÈNE-DURAND, *Thes. nov. anecd.*, IV, 1566, ubi solummodo, ut tres abbates infra in not. 1 nominati studium reforment.

1 Unde abbates Cistercii, Pontigniaci et Claraevallis inducuntur providere, ut scholares mittantur et ut monasteria contribuant ad aedificiorum collegii ruinosorum reparationem, auxilium Universitatis, papae, regis, aliorumque imploretur.

2182. *Sententiarii et Biblici Parisius*

1421, Septemb., Parisiis.

Anno xxj° legentes Sententias :

Fr Johannes de Abbacia, xxiiij sol.
Mag Andreas Gareti, xxiiij sol
— Girardus Gouron, xxiiij sol.
— Paulus de Sclavonia[1], xxiiij sol.

Fr Lambertus de Campo, Predicator, xxiiij sol
— Johannes Fabri, Augustin , xxiiij sol
— Prigencius Burga, Predicator, xlviij sol[2]
[7]

Secuntur biblici[3] :

Fr Johannes Saraceny, Predicator, xx sol
— Jacobus Carpentarii, Minor, xx sol

Fr Bardinus Sampsonis[4], Carmelita, xx sol
[3]

Primo recepi[5] a mag. Stephano Colleau die iiij^a Septembris pro primo cursu [Biblie] sub mag. Joh. Pulcripatris xx sol.

Item recepi in moneta nova a fratre Petro de Goultechele, de Ord. Fr. Min., pro lectura Sententiarum xxiiij sol

Item a fratre Johanne Gravestaing, Ord. Pred., xlviij sol.[2].

Item a magistro Johanne Potage pro primo cursu xx Ma[r]tii, xx sol., et incepit sub domino Sancte Genovefe[6].

Somma totalis de receptis in debili et forti moneta : xviij lib , iiij sol. par.

Bibl. nat. Paris , ms. lat. 5494 (*Lib. majoris bedelli facult theol.*), p. 1-2. — De libro isto, scripto a Johanne Vachereti, bedello fac. theol., vid. *Introductionem* Bedellus, ut in praefatione scribit, compotum fecit a die quarta Septembris usque ad tertiam Novembris, « in qua die fuit moneta nova proclamata » De hac moneta vid. Tuetey in *Journal d'un bourgeois*, p. 158, not. 2.

1. Seu Paulus Nicolai, Zagrabiens. dioec , de quo in *Auctar.* II, et infra. — 2 48 sol. ille solvere debuit, qui auctoritate apostolica Sententias legebat, quia extraordinarius ad duplum obligatus erat. — 3 Vid *Chartul.*, II, Index. Biblici solum e quatuor Ordinibus Mendicantium et ex Ord. Cisterc. erant, et Bibliam per duos annos legere debebant. — 4. Ms. : « Censonis ». An. 1435 in Concil Basil. ut mag. theol. fuit. Cf. *Mon. Concil. gen. saec XV*, t II, p. 784. — 5. Scil. major bedellus facultatis theol., Johannes Vachereti. — 6. I e. sub abbate Radulpho Mareschalli

---

2183. *Magistri regentes in facultate theologiae*

1421, Septemb., Parisiis.

Secuntur nomina magistrorum nostrorum regentium, pro quibus recepi a bachalariis actu legentibus Sentencias et Bibliam :

Primo pro domino episcopo Parisiensi Johanne Breviscoxe, decano facultatis.
Pro mag Petro de Diereyo
— mag Johanne de Tressis[1].
— dom abbate S. Genovefe[2]
— confessore domini nostri regis[3].
— mag. Rolando Barguenel.
— mag. Guillelmo Pinguisavis.

Pro mag Petro Mugecii
— mag Johanne Saunerii
— dom priore Alborum Mentellorum[4]
— mag Johanne Pulchripatris
— mag Thoma Monachi
— mag Egidio Carrelarii[5]
— mag Rogero de Gaillon.
— mag. Philippo Molet.

Pro dom de Pruliaco[6].
— mag Guillelmo Bouticoulli
— mag Richardo Cristell[ari]i.
Pro mag P[etro] ad Boves[7]
— mag Johanne de Vernone
— mag. Aug[ustino] Zenobi [21]

Bibl. nat Paris., ms. lat. 5494 (*Lib. bedelli*), p. 8.

1. « De Trecis », seu « Halboud », tunc ministro S. Maturini Paris., ab an. 1422 majore ministro Ord S. Trinitatis (vid. *Gall. christ.*, VIII, 1740). In ejusdem camera magistri pluries erant congregati. — 2. Semper adhuc Radulpho Marescalli. — 3. Reginaldo de Fontanis. — 4. Paris., Ord S Guillelmi. Tunc prior fuit Johannes Trolehan. — 5. Seu « Carlerii ». — 6. Johanne de Roseyo, abbate de Pruliaco, Ord. Cisterc., dioec. Senonens., ab anno 1419, Jul. 31, jam mag. theol (Arch Vat., XII, 121, p. 121). — 7. Ultimo hic famosus Minor affertur, postea Jacobus Textoris regens fuit. An. 1425, Jun. 15, pro defuncto Petro ad Boves servitium celebratum est (ms. 5494, p. 49).

2184. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1421-1422*

1421, Novemb., Parisiis

Anno et die supradictis inceperunt lectiones suas pro regencia totius anni, exceptis magistris Johanne Avantage et Johanne Cotaralli[1] qui pro tunc serviebant domino duci Borgundie, qui fuerunt reputati presentes et regentes per facultatem, dummodo disputarent suo ordine per se, hoc est in propria persona, nec per procuratorem hoc faciant, hii qui secuntur magistri. [*Iidem qui an.* 1420, *exceptis* Joh. Basin, Petro Bernicoti, Joh. Boecii de Dacia. *Adduntur* Droco Decani, Petrus Brachi] [14]

Comment fac. med., I, p. 250. — Nov. 8, Guill. Dyonisii continuatus est in decanum.

1 I. e. Costereau.

2185. *Archiepiscopus Senonens*[1] *et capitaneus Senonens. accusant Robertum Faudin suspectum in materia fidei, « et de hoc erat fama et scandalum », et jam per annum remansit sub sententia excommunicationis, ideoque archiepiscopus contra ipsum processit, « ex causis predictis que sapiunt heresim, c'est assavoir ou regard dudit excommuniment et ou regard de l'infraction et roupture des bulles apostoliques ». Robertus propterea ad parlamentum appellavit Inquisitor haereticae pravitatis protestatur asserendo, cognitionem de materia fidei ad Ecclesiam pertinere. Idem dicunt rector*[2] *et deputati Universitatis Paris., et insuper exponunt, « que assez tost après son entrée en son dyoc et en la cité de Sens il (archiepiscopus) ammonesta ses subgiez ainsi que Moyses les enfans de Ysrael et les ammonesta doulcement », etc Propterea curia parlamenti remittat causam omnino ad archiepiscopum et jurisdictionem ecclesiasticam.*

1421, Decemb. 22, Parisiis.

Arch. nat Paris., X1a 4793, fol. 122b. — An. 1422, Febr 20, curia proposuit pronuntiare, ut Robertus Faudin inquisitori traderetur (X1a 1480, fol 247). Sed Maii 8, archiepiscopo Martii 13 defuncto, magister Hebert Camus, procurator Universitatis, post congregationem Universitatis in camera parlamenti dixit, Universitatem non esse contrariam elargitioni Roberti prisionarii, « en baillant bonne et souffisant caution d'ester à droit pardevant l inquisiteur « (ibid., fol. 251b). Maii 13 Johannes Sarrasin, vicarius prioris conventus S Jacobi Ord. Praed., et Lambertus du Camp, baccalareus theol. in dicto conventu interrogati sunt, numquis esset vicarius inquisitoris absentis. Maii 15 Robertus elargitus est (ibid., fol 251b).

1. Henricus de Savoisy. — 2. Tunc Johannes Johannis.

2186. *Universitas Paris. ad quemdam praelatum, ut Paulo de Bona Fide, mag in linguis Hebraea et Chaldaea, summa 100 francorum solvatur eique de proventibus episcopi Paris certa « quota » septimanatim percipienda assignetur*

An. 1421 exeunte, Parisiis

.... [Anglie] rex dominus noster pietatis intuitu per suas patentes litteras a suo consilio [ad] .... et generales financiarum commissarios expeditas magistro Paulo de Bona Fide, in linguis Ebrea et Caldea doctori peritissimo, largitus est sommam centum francorum auri[1] ad ipsius in studio nostro, cui plurimum deserviebat, substentationem; quam summam, [lice]t multos dies ad ipsius prosecutionem impenderit, numquam potuit obtinere; propter quod egestate compulsus est annum et amplius fuisse absens a nobis [I]t[a]que nos, tam propter christiane religionis reverenciam, ad quam vir tantus, ex judaismo conversus, non sine magno probro christicolarum [m]endicat, eidem visceraliter compatimur, vestre reverentie totis affectibus supplicamus, quatenus prefatum donum una cum litteris doni alias, ut scitis, in cancellaria perditis, renovari per regiam munificentiam procurare dignemini. Amplius, quoniam idem magister Paulus cum uxore et parvulis nec victum habent nec vestitum, aut aliud unde sue possint inopie subvenire, et idcirco sit eisdem neccessaria presentissima provisio, alioquin penuria confecti co[gere]ntur in medio nostri deficere; rationabiliter de proventibus ecclesie Parisiensis ad dominum episcopum pertinentibus, qui magna pro parte in pauperum alimoniam et, juxta Clementinam[2], in quatuor dictarum linguarum doctorum sustentationem debent cedere, aliqua quota hebdomadatim percipienda ex ordinatione ejusdem domini nostri prefato Paulo posset assignari, quousque temporibus in melius commutatis alius sui status ac pauperis vite continuande modus apparebit, Altissimo providente, qui illos abunde remunerat, quos cognoscit s[edulo] egenos et pauperes intendere. Vestram itaque reverentiam obnixe deprecamur, quatenus vel his vel aliis mediis, que vestra maxima discretio excogitare poterit, aliquod caritativum subsidium prefato magistro Paulo procuretis, pro quo et aliis vestre benigne compassionis officiis mercedem perpetuam percipietis. Datum, etc.

Minuta chartac pessumdata in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 123 (olim A. 33. bbb) Quantum ad temporis notam vid. not. 1. — De illo magistro, converso a judaismo, jam ad an. 1413 in Universitate agitur (vid. *Auctar.*, II, p. 158, 6), et postea saepius. Semper in miserabili statu vivebat. Jourdain in *Revue des sociétes savantes*, 1863, p. 350 (et iterum in *Indice chronol*, p. 246, not 1) edidit litteras Universitatis ad civitatem Bisuntinam, in quibus eum, qui « a compose en ébrieu certain notable livre sur nostre foy, lequel a intention de faire translater en langue latine de par delà », i. e. per unum civitatis Bisuntinens., civibus, ad quos venit, commendat.

1. Ut e mandatis Universitatis Paris. (supra nº 2178) liquet, Henricus rex Angliae e Corbolio ordinavit pro Paulo de Bonafide 100 francos auri. Henricus an 1420, inter Novemb. 17 et Decemb. 1, Corbolii fuit, dum a Meloduno Parisios provectus est (vid. *Chron de Monstrelet*, IV, p. 15, *Journal d'un bourgeois*, p. 144). Proinde haec epistola ad annum 1421 post mensem Novemb. pertinet. — 2. Vid. *Chartul*, II, nº 695, et quantum ad episcopum Paris, vid. ibid. nis 777, 857.

2187. *Facultas medicinae petitioni mag Guillelmi de Camera, qua prandium a baccalareis oblatum in domo antiquioris examinatoris teneretur, non annuit, dummodo in loco honesto celebretur.*

1422, Martii 2, Parisiis.

Die 2ª mensis Martii fuit congregata facultas medicine per bedellum cum cedula, ut moris, apud Sanctum Maturinum.... Fuit supplicatum per magistrum Guillelmum de Camera quod cum ita esset, ut scolares qui fuerunt admissi pro examine particulari bacalariatus, ipsis temptatis examinatis et facultati presentatis et admissis ad lecturam, tenerentur suis examinatoribus prandium dare, dicebat dictus de Camera ipsos examinatos in domo sua, tanquam in domo antiquioris temptatoris, prandium debere celebrare, supplicans quatenus ad hoc per facultatem cogerentur.

Ad que dicit facultas .... quod predicti examinati et admissi, ubi vellent prandium suis examinatoribus ad suorum libitum prestarent ..., quod prandium in taberna publica hoc anno fuit factum. Acta sunt hec in presentia magistrorum Guillelmi de Camera, Joh. Tanquardi, Joh. Belardi, Jacobi Saquespée, Droconis Decani, pluriumque aliorum magistrorum.

Comment. fac. med , I, p. 253.

2188. *Licentiati in facultate theologiae.*

1422, Martii 6, Parisiis.

Die vjª Marcii fuerunt licentiati :

Mag Jacobus Testoris[1], Minor
Mag. Johannes Soquet.
Fr. Jacobus Mercerii[2], Predicator.
Dom Egidius Remondi, religiosus S. Dionisii
Fr Petrus Valetot
Mag Johannes Baligam[3].
Fr. Johannes David[4], Ord Carmelit.
Fr. Yvo Eveny, Predicator[5].
Fr. Albertus Fabri[6]
[9]

Bibl. nat. Paris , ms. lat. 5494 (*Lib. bedelli facult theol*), p. 8, e quo ms. lat. 5657ª, fol. 16, sed omisso ultimo.

1. Qui vocatur etiam « de Turonia », « Touraine », de quo saepius infra. — 2. Fuit post Petrum de Barra, an 1430, provincialis Franciae — 3. Seu « Belligan », « Baligant », « Balliguen ». Cum esset adhuc baccalareus theol , circa vel ante an 1413, Universitas eum commendavit cuidam principi, verisimiliter Carolo duci Aurelianensi (cujus patris Ludovici secretarius fuit), ut obtineret capellaniam in ecclesia S. Nicolai in civitate Sedan (Arch. nat Paris , M 65ᵇ, nº 45). An. 1413, Dec., litigavit in parlamento, adjuvantibus archiepiscopo Rotomag. et Universitate Paris., contra quemdam J. de Limare (X¹ª 4790, fol. 13ᵇ). Ad an 1424, Septemb., leprosus, omnibus curis et beneficiis renuntiare coactus est (Suppl. Mart. V, nº 171, fol. 231). — 4. Omnes praedicti eodem anno inceperunt et magistri facti sunt, ut scribitur ms. 5494, p. 10, ubi adjungitur mag. Jacobus Ligatoris. — 5. « Magistratus » an. 1424, Jan. 28 (l. c., p. 19). — 6. Licentiatus Decemb. 15 an 1422 (p. 17).

2189. *Licentiati in facultate medicinae.*

1422, Martii 20, Parisiis.

Die xxª mensis Martii fuerunt licentiati ... in aula domini episcopi Paris., ut moris est, et hoc per dominum confessorem regis mag. Reginaldum de Fontanis nuncupatum, in

sacra pagina professorem, auctoritate apostolica commissum ad licentias Parisius prestandas ipsius sedis apostolice mandato, loco Johannis Jarson ... abscentis. Qui quidem confessor lepide, laudabiliter honorifice que[1] scientifice ipsos quinque licentiavit ... secundum ordinem qui sequitur :

1us Magister Johannes Colini, Gallicus
2us — Exstachius Carculi[2], Picardus.
3us — Johannes Warini, Gallicus
4us Magister Petrus de Chaciaco, Gallicus
5us — Egidius Caniveti, Picardus.
[5]

Comment. fac med., I, p 254.

1. Notandum ea tempestate enclіticum « que » tanquam « et » usurpari. — 2 Seu « Calculi », qui an. 1431, Jan., ut physicus ducissae Burgundiae affertur (Suppl. Mart V, nº 258, fol 107b).

2190. *Universitas Paris. Deo gratias agit quod Henricus rex civitatem villam Meldensem e potestate Francigenarum eripuerit. Solemnis processio et sermo apud S. Catharinam proponitur*

1422, Maii 10, Parisiis.

Auctar., II, p. 288, 20 sqq. — Rex et regina e Meldis miserunt litteras ad Universitatem (Bibl nat., ms. 5494, p. 15). Aug. 13 Universitas celebravit missam de Spiritu sancto, inter alia pro prosperitate militiae et exercitus regis atque regis Angliae et ducis Burgundiae (ibid.), qui pugnabant contra Carolum VII ejusque fautores.

2191. *Simon de Champluisant, praepositus Paris., notum facit mag Guillelmum de Camera, natu majorem, mag. in medicina, reginae physicum, vendidisse nationi Franciae murum qui inter hortum domus suae, in vico Garlandiae sitae, ac magnas scholas praedictae nationis constructus erat.* « Savoir faisons que par devant Helie Prestic et Giles Hanage clers notaires jurés du roy en son Chastellet »

1422, Julii 21, Parisiis.

Vidimus, vetustate tritum, insertum litteris Symonis Morhier praepositi Paris. datis an. 1427 die martis Martii 4, in Arch. nat. Paris., M 70, nº 37.

2192. *Mandata ab Universitate Paris tradita nuntiis suis ad regem Carolum, ad regem Angliae et ad ducem Burgundiae pro conservatione privilegiorum Universitatis*

Ante 1422, Aug. 31, Parisiis.

Secuntur ea que habent prosequi magistri Johannes de Bouesgue, elemosinarius Fiscanensis, et Eustatius de Mesnillo, in sacra pagina professores, nuncii studii Universitatis Parisiensis, profisciciturі (*sic*) ad dominum nostrum regem, gloriosissimum et invictissimum principem dominum regentem, heredem Francie, ac potentissimum, illustrissimum principem, dominum ducem Burgundie.

Primo, quod Universitas habeat unam litteram generalem a rege Anglie, pro omnibus scilicet collegiis et suppositis Universitatis, tam beneficia, hereditagia, redditus, quam patrimonia habentibus, de quorum scolari[ta]te et juramento prestito constabit per sigillum

domini rectoris, ut scilicet gaudeant perpetuo suis beneficiis, fructibus eorum, redditibus et patrimoniis pacifice et quiete; et habeatur dicta littera sine expressione nominum, attenta temporis malicia, propter quam multi scolares absentes nunc sua nomina deferre non valerent; et multis motivis, declarandis per dictos nuntios Item, et quod provideatur tam collegiis quam suppositis Universitatis beneficiatis in dicto ducatu[1]; quod non perdant fructus qui sibi debebuntur in instantibus festis beatorum Michaelis et Remigii

2° Quod supposita dicte Universitatis eximantur ab excubiis, nocturnis pariter ac diurnis, et a custodia portarum; alias saltem fiat provisio pendente tempore; et quod recuperetur littera per illos de curia parlamenti detenta[2], et declaretur bene modus detentionis.

3° Quod conservatores valeant suam jurisdictionem exequi, tam in ducatu Normanie quam in aliis locis conqueste regis Anglie, attento quod privilegia Universitatis pro majori parte sunt papalia, et concessa a summis pontificibus, quibus quilibet catholicus tenetur obedire[3]

4° Quod permutationes facte, tam in curia Romana quam extra, a tempore descensus domini regentis in Normanniam, suum plenum, tam in Normannia quam [in] partibus circumvicinis, ac etiam in toto regno Francie, sortiantur effectum, quibuscumque in contrario factis non obstantibus

Primo, presentabunt litteras Universitatis, ètc., prefato domino duci Burgundie, exponendo credentiam suam, et suppliciter ipsum exortando, quatenus Universitatem in petitis dignetur habere recommissam, et intercedere apud dominum regentem pro celeri et utili eorum expeditione.

Item, ad idem presentabunt, etc , reverendissimo in Christo patri domino archiepiscopo Cantuariensi[4], singulariter super alias propositis coram eo per dominum rectorem et deputatos, sicut benigniter se obtulit

Item, presentabunt litteras domino Johanni de Saux, domino de Curtivron, domini nostri regis ac domini ducis Burgundie consiliario precipuo

Item, domino Philiberto, Dei gratia episcopo Ambianensi[5]. Item reverendo patri et domino episcopo Belvacensi[6] Item magistro Johanni Dole[7], consiliario regis.

Item, presentatis illis litteris et facta supplicatione omnibus predictis dominis, quod velint interesse in presentatione litterarum presentandarum ex parte Universitatis metuendissimo domino, domino regenti, adire majestatem regiam ipsius domini regentis et sibi presentare litteras Universitatis cum expositione credentie, per modum qui sequitur :

Primo, recommendare multum humiliter Universitatem domino regenti; sibi regratiari, quod placuit sue majestati providere multis suppositis ejusdem de beneficiis, et ostendere, quod vix poterit provideri eisdem, nisi per gratiam sue majestatis et regencie.

Minuta chartac. in Arch. Univers. Paris., th°c. I, AA. 1. — JOURDAIN, n° 1166, ad an. 1420. Partim BUL., V, p. 361,

ad an. 1425 — Haec mandata certe non sunt data ante an. 1421, Jan 12, cum Petrus Cauchon civitatem Bellovacens. ingressus est. Mense Jan. rex Angliae Rotomagi morabatur. Sed tunc dux Burgundiae non cum ipso erat. Hoc evenit Jun.-Julio (cf. *Chron. de Monstrelet*, IV, 47 sq.). Deinde pluries simul fuerunt, at non in Normannia Difficile dictu ad quam tempestatem ea mandata pertineant. Certe ante an. 1422, Aug. 31, quo rex Angliae defunctus est, scripta sunt.

1. Normanniae — **2.** Vid. supra ad an. 1419, Jun. 12. — **3.** Hucusque BUL — **4.** Henrico Chicheley, ab an. 1414, April 27. — **5.** Philiberto de Montejoco, qui cum esset archidiacon. de Pontivo, a Mart. V factus est episc. Ambianens. an. 1418, Novemb. 7 (Arch. Vat., XII, 121, p. 110), dum a capitulo Ambianensi Joh de Haricuria electus esset. Ambo litigabant, donec Mart. V an. 1424, Maii 10, Philibertum ad Constantiens. sedem transtulit, et Johannem de Haricuria in sede Ambianens. confirmavit (Reg. Lat. Mart. V, an. 7, lib prov , fol. 83) Fuit e parte Burgundorum et regis Angliae, qui eum an 1420 in episc. Paris. designarunt, licet sine fructu (cf *Mém. de la soc de l'hist. de Paris*, IX, p. 117 sqq.) De Philiberto vid. TOUSTAIN DE BILLY, *Hist eccl du dioc. de Coutances*, II, 213 sqq. — **6.** Petro Cauchon. — **7.** Vid. de illo TUETEY in *Journal d'un bourgeois*, p 161, not 2.

2193. *Cursores in facultate theologiae.*

1422, April-Septemb.

Secuntur recepte de post compotum :

Primo recepi a magistro Nicholao Amici pro secundo cursu xx sol

Item die vj^{a} Apprilis [incepit 1um cursum] mag Joh. Barnage, xx sol

Item viij^{a} Junii incepit primum cursum mag Johannes de Gomonte sub mag Johanne Almaris, xx sol.

Item ix^{a} ejusdem mensis incepit primum cursum mag. Johannes de Germigny sub domino Sancte Genovefe[1], xx sol

Item incepit secundum cursum mag. Matheus Souchon, die quarta Julii, sub mag. Johanne Saunerii, xx sol.

Item die xvij^{a} Augusti pro secundo cursu mag. Dionisii de Sabrevois[2], xx sol

Item die x^{a} Septembris mag. Johannes Gaudri pro primo cursu sub domino abbate Sancte Genovefe, xx sol.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 9. — Supra posita ut specimen pro dispositione cursorum annorum sequentium haberi possunt.

1. Radulpho Marescalli. — **2** Ms · « Sabrunes ». De nomine vid. *Auctar.*, II, p 517, not 2.

2194. *Sententiarii et Biblici Parisius.*

1422, Septemb., Parisius.

Secuntur nomina bachalariorum qui inceperunt Sententias anno CCCC° XXII° :

Fr Johannes Triparii, Carmelita, xxiiij sol
Mag Matheus Souchon, xxiiij sol
— Johannes Le Galois, xxiiij sol
— Dionysius de Sabrevois[1], xxiiij sol.
Dom. Johannes Gaucherii abbas de Vallibus de Serneyo[2], xxiiij sol.

Fr Guillelmus Adelie[3], Predicator, xxiiij sol
— Lucas Franciscy de Asisio, Minor, xxiiij sol
— Jeronimus de Viterbio, Augustin , xxiiij sol
— Petrus de Salis, Predicator, legit Sententias per bullam, xlviij sol.[4]

[9]

Biblici :

Fr. Martinus de Colon[i]a, Minor, xx sol — Johannes Barat, Carmelita, xx sol.

Fr. Robertus de Porta, frat Heremit S Aug, xx sol.[5]. [3]

Bibl nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 9.

1. Ms « Sabruvais ». — 2. Dioec. Paris, Ord. Cisterc. In *Gall. christ*, VII, p. 893 : « de Gallardone ». Desideratur in Arch. Vat. — 3. Seu « Adelis », « Edelie ». — 4. Exstat in fine biblicorum. Legebat Sententias in scholis secundis seu parvis, seu, ut etiam dicebatur, in schola minori. Ad haec vid. supra n^{is} 2037, 2038. Et sic de sequentibus, qui auctoritate apostolica legerunt. Cf. n° 2182, not. 2 — 5. In ms^{to} ad Octob. 15 (p 17).

2195. *Magistri regentes in facultate theologiae Parisiensi.*

1422, Septemb., Parisiis.

Secuntur nomina magistrorum regentium pro quibus recepi a b[achalariis] qui legunt Sentencias :

Primo pro dom decano nostro Johanne Breviscoxe[1], [*etc ; sequentes usque ad* Joh Saunerii *ut an* 1421, *deest* Petrus Migetu; *additur* Guillelmus Bouticoul]
Mag Johanne de Vernone
— Extacio de Mesnillo.
— Johanne Trolehen de Albis Mentellis
Dom priore de Caritate[2].
Mag Johanne Pulcripatris
— Thoma Monachi
— Egidio Caulerii[3].
Mag. Johanne Darques
— Rogero de Gaillon
— Philippo Molet
Dom abbate de Hotam[4]
Mag Richardo Cristellarii
— Jacobo Testoris
— Johanne Soquet
— Egidio Remondi
— Johanne Baligam.
— Petro Valetot.
[26]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p 11.

1. Eodem anno, Jun. 12, ad sedem Gebennens. translato, et Johanne de Rochetaillée, patriarcha Constantinopolit., in episcopum Paris instituto (Reg. Lat. Mart. V, an. 5, provis., fol. 46, 49; *Gall christ.*, VII, instrum., n° 170). Nuntius translationis Jul. 24 jam Parisiis fuit (*Mem. de la soc de l'hist. de Paris*, IX, p. 146). Johannes Breviscoxae Parisiis remansit, et solum Octob. 22 Gebennas intravit (*Gall. christ.*, XVI, 437). Anno sequenti, Martii 4, defunctus est. Facultas theol. solum an. 1424, Martio, servitium in ecclesia pro ipso annotat (ms lat. 5494, p 43). — 2. Johanne de Vincellis, Cluniacens., de quo n° 1940. — 3. I. e. Carlarii seu Carlerii. — 4. Difficile dictu, quaenam abbatia hic designetur.

2196. *Juramenta herbariorum seu apothecariorum Parisiensium coram facultate medicinae*

1422, Octob 2, Parisiis.

Die secunda mensis Octobris fuit congregata facultas medicine, ut moris est, per bedellum cum cedula apud Sanctum Maturinum super duobus articulis. Primus fuit ad audiendum juramenta herbariorum prestanda coram tota facultate ... Vocati fuerunt omnes herbarii Parisius existentes qui juraverunt in modum qui sequitur.

Primo juraverunt quod habebunt *Cinonima*[1] correcta et *Circa instans* Platearii.

2° Quod habebunt pondera meliora justa et vera a libra usque ad scrupulum,

3° Quod non ponent in suis clisteribus aliquam medicinam cujus virtus sit exalata vel corupta.

4° Quod non ponent unam medicinam pro alia in aliqua recepta, nisi de consensu magistri receptam ordinantis, ymo facient secundum receptam per magistrum ordinatam, et si herbam vel medicinam in recepta positam non habeant, refferrent magistro ordinanti ut circa hoc provideat.

5° Quod non dabunt nec permittent dari ſ ienter aliquod clisterium nec aliquod aliud medicabile, nisi ad hoc habeant receptam ab aliquo magistro specialiter ordinatam nec de suo libro receptam capient nisi de consensu speciali magistri receptam qui prius ordinavit.

6° Quod non recipient receptam ab aliquo cabusatore, nec ab aliquo alio nisi sciant ipsum clericum graduatum fore Parisius aut alibi in studio generali, vel saltem per facultatem medicine Parisius approbatum.

7° Quod non recipient clericum[2] nisi sciat intelligere, loqui et scribere latinum et gallicum, et antequam ipsum recipiant, tenebitur jurare omnia predicta juramenta.

8° Quod omnia predicta juramenta facient a suis uxoribus, nunciis, clericis, pedicecis pro posse inviolabiliter observari.

Acta sunt hec in presentia magistrorum Guillelmi de Camera, Johannis Tanquardi, Johannis Bellardi, Jacobi Saquespuée, Anrici Dougny, Droconis Decani, Roberti Poytevi[n], Johannis Colini, Exstacii Carculi, Johannis Varini et mei decani, die predicta anni Domini M CCCC XXII, in mense Octobris.

Comment. fac. med., I, p. 255. — Ordinationem prope similem vide in *Chartul.*, II, p. 268. Eadem juramenta praestiterunt posterius herbarii, v. g. 1438, Maii 9 (Comment. fac. med., II, p. 20).

1. I. e Synonyma Simonis Januensis. — 2. I. e. coadjutorem in apotheca.

2197. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1422-1423.*

1422, Novemb. 3, Parisiis

Anno Domini M° CCCC° XXII°, tercia die Novembris, fuerunt proclamati magistri qui secuntur pro regencia tocius anni :

Guillelmus de Camera	Johannes Avantage	
Joh Tanquart	Joh Coterelly	
Joh Belardi	Guill Dyonisii	
Jacobus Saquespée	Thomas de Vanevelt	
Henricus Doigny	Johannes Helicant	
Droco Decani	Johannes Collin.	
Petrus Cardonnelli	Eustacius Calculi	
Petrus Brachii	Johannes Warini	
Bernardus Nivardi	Petrus de Chassiaco	[18]

Comment. fac. med., I, p 257. — Nov. 7, Bernardus Nivardi electus est decanus.

2198. *Jacobus Galet, rector Universitatis Paris., mandat ut omnes jurati et non jurati Universitatis conveniant, associaturi corpus defuncti regis Franciae.*

1422, Novemb 9, Parisiis

Nos, Jacobus Galet, rector Universitatis magistrorum et scolarium Parisius studentium, ex deliberatione ejusdem Universitatis mandamus et precipimus omnibus et singulis suppositis ejusdem Universitatis, tam juratis quam non juratis, cujuscumque status, preeminentie, gradus aut conditionis existant, quatenus per sua juramenta et sub penis privationis et resecationis, hodie hora xij^a^ precise compareant in habitibus decentibus apud Sanctum Maturinum ituri processionaliter apud ecclesiam Beate Marie, et exinde, die scilicet hodierna, ad domum Sancti Pauli associaturi corpus deffuncti nuper christianissimi principis domini nostri regis usque in ecclesiam predictam. Durantibusque solemniis obsequiorum unusquisque preces pias et orationes effundens ad Dominum, devote nobiscum maneat in ecclesia memorata. Necnon eisdem peractis obsequiis, die scilicet crastina, una nobiscum eorum quilibet processionaliter incedat ordine suo usque ad locum extra hanc urbem Parisiensem statutum[1], sub penis antedictis, quas eadem Universitas exequi faciet et conclusit in hujus mandati contemptores seu non obedientes eidem. Et neque die ista ultra nonas, nec die crastina aliqua hora legetur[2] In ... (*sic*).

Minuta chartac. in Arch. nat Paris., M 65^a^, n° 28. — Octob. 21 Carolus VI defunctus est in palatio S. Pauli (cf. *Auctar*, II, p. 292, 18, Vallet de Viriville, *Chron de Charles VII*, t. I, p 3, not. 1 « Octob. 22 »), Novemb. 9 post meridiem corpus portatum fuit ad Nostram Dominam (*Rel. de Saint-Denys*, VI, 488; *Journal d'un bourgeois*. p. 180 « lundi », i. e. Novemb. 9), Novemb 10 ibidem missa celebrata, posteaque corpus ad S Dionysium ablatum (vid. ibid. et *Chron. de Monstrelet.*, IV, 121 sq.), die mercurii Novemb 11, inhumatum est (l. c.).

1. Usque « *la Croix aux fiens* ». Vid. *Rel. de Saint-Denys*, VI, p. 490 — 2. In margine additur « et die tertia, hora septima de mane »

2199. *« Sequitur ordo quem tenet Universitas in delatione corporum regum Franciae »*

Circa an. 1422, Parisiis.

Die celebrationis vigiliarum pro remedio anime christianissimi principis defuncti *talis* regis Francie, congregari debet Universitas in S Maturino aut alio loco citra pontes; et ibi comparere debent omnes magistri, doctores, scolares, tam jurati quam non jurati, vocati per cedulas rectoris, valvis ecclesiarum affixas, habituati capis doctoralibus, houssiis et aliis indumentis scolasticis, ituri processionaliter obviam corpori defuncti regis. Qui quidem rex, si Vicenarum nemore decesserit, et corpus allatum fuerit ad ecclesiam S Anthonii de Campis, levandum per episcopum Parisiensem et suos de ecclesia Parisiensi, tunc Universitas ibit obviam corpori usque ad unam crucem, que est quasi media inter dictam ecclesiam S. Anthonii et Castrum quod *Bastillia* nuncupatur, reversura processionaliter cum ecclesia Parisiensi ad eamdem ecclesiam. Si autem rex Parisius decesserit

et in S. Paulo, tunc Universitas obviam ibit corpori usque ad conum vici S. Pauli, et ibi stabit rector cum suis de Universitate, expectans defuncti corpus. Quod dum intraverit vicum S. Anthonii, rector et sui tenentes unum latus, episcopus Parisiensis, alii prelati, domini ecclesie Paris. et ceteri viri religiosi per episcopum vocati, tenentes aliud latus, progredi processionaliter incipient ad ecclesiam Paris., ducentes corpus, quod erit quasi medium inter episcopum Paris. et Universitatem Paris. Nec debent aliqui mediari inter episcopum et ipsum corpus in latere episcopi, et inter rectorem et corpus ex alio latere, nisi prepositus Paris., qui cum virga in manu est ante corpus in medio vici. Et debet rector Universitatis esse semper oppositus episcopo Paris. in suo rengo, et similiter episcopus rectori. Et si contingeret multos prelatos illinc adesse pontificalibus indutos, hii omnes tenere debent latus episcopi, et esse oppositi doctoribus in theologia, et nunquam rectori. Qui quidem prelati si abessent, habentes in ecclesia Paris. dignitates locum absentium prelatorum tenerent oppositum magistris in theol., et nunquam rectori. Episcopus autem Paris., qui ibi ecclesiam representat et suum exercet pastorale officium, corpus defuncti levat et ipsius ductor est principalis, latus dextrum habere pretendit. Rector autem cum suis, propter legitimas et rationabiles causas id idem pretendentes, ad vitandum discordias, scandala et lites, sepe latere contentantur sinistro, honoris causa potius quam juris rigore deferentes pontifici. Domini de curia parlamenti, dum corpus per vicos defertur, ipsum corpus stipant utrimque, domini de sanguine regis sequuntur corpus. Duo de presidentibus parlamenti, prepositus mercatorum et unus scabinorum ville tenent pallium.

Dum corpus quiescit in ecclesia Paris., canonicis officium celebrantibus, domini de sanguine regis tenent sedes lateris dextri versus navim ecclesie, dominus cancellarius Francie, domini presidentes et alii domini officiarii regis tenent sedes sinistri lateris oppositas sedibus dominorum de sanguine regis. Episcopus autem Paris. tenet cathedram suam, que est prima in latere dextro versus altare : episcopi qui eum associaverunt, tenent idem latus contigue ad ipsum. Rector autem tenet primam cathedram in latere sinistro versus altare, que est sedes cancellarii ecclesie Paris., alias sequentes cathedras usque ad numerum quasi xij^cim^ tenent magistri in theol., doctores in decretis, magistri in medicina et quatuor procuratores quatuor nacionum, scil. Francie, Picardie, Normannie et Anglie. Canonici ecclesie Parisiensis habentes dignitates in eadem tenent sedes seu cathedras medias in utroque latere.

Item in ducendo corpus regis per vicos et plateas fiunt in sublevamen portitorum corporis defuncti stationes plures. Quo sic stante, episcopus Paris. associatus quibusdam accedit ad corpus, et ibi pias orationes et suffragia fundit ad Dominum pro remedio anime defuncti. Pendente tempore rector stare debet, et dum episcopus dictis orationibus redierit ad locum suum, progredi debent processionaliter ut prius. Corpore tandem extra portam S. Dionysii devecto, et usque ad leprosariam, potest Universitas reverti. Si autem velit ultra progredi, scil. usque ad capellaniam S. Dionisii aut ultra, potest, et ad hoc est libera.

neque ipsa artatur, tenetur, seu obligatur conducere corpus usque ad certam distantiam, uti ecclesia Paris. que ad hoc obligatur.

Bibl. Carnotens., ms. 595 (Cod. Harcur.), fol. 163b. — Bul., *Remarques sur la dignité du recteur*, p. 69, e Registro Castelleti (Arch. nat., Y 6', fol. 46b), cum nonnullis mendis et omissionibus. — Opinamur documentum compositum esse circa tempus mortis Caroli VI. Tempore Johannis et Caroli V defunctorum res nondum definiebatur (vid. *Chartul.*, III, n° 1293, et p. 297, not. 5). Quin autem morti Caroli VII documentum tribuas impedit scriptura in codice adhibita, illa aetate antiquior.

2200. *Novemb. 19 in curia parlamenti, congregatis ejusdem praesidibus, episcopo Paris., rectore ac deputatis Universitatis Paris., etc., dux Bedfordiae sedem primi praesidentis occupavit et cancellarium Franciae jussit recitare quomodo, mortuo Carolo VI, e foedere Trecensi Henricus VI, filius defuncti Henrici V, rex Franciae Angliaeque unice sit agnoscendus, Carolus vero dictus delphinus [Carolus VII] regnandi jus perdiderit, cunctisque assistentibus fidelitas tractatui pacis iterum juranda. Quod et fecerunt rector deputatique Universitatis suo nomine, eisque cancellarius injunxit, « qu'ilz feissent assembler ladicte Université pour faire jurer touz lez autres suppostz d'icelle Université ».*

1422, Novemb. 19, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X1a 1480, fol. 262b. — Bibl. nat. Paris., ms. fr. 8427, fol. 76, e quo Jos. Stevenson, *Letters and papers illustr. of the wars of the English in France*, I, p. lxxvij, n° iii.

2201. *Universitas Paris. Martino V supplicat, ut mag. Johannem Nanton, decret. doctorem, in archiepiscopum Senonensem confirmet.*

1422, Octob., Novemb., Parisiis.

Tanta est, beatissime pater, sacrorum Consiliorum auctoritas, ut ipsorum universa humanorum ingeniorum genera sequi neccesse sit firmitatem, neque ulla est in terris tam grandis potestas, nec ullum tam excellens et admirabile genus inventionis, quod divino sacrarum sinodorum non regatur munere, quippe cum ab iisdem fontibus profluxerint quibus divina lex, quibus fides orthodoxa, quibus sacri codices, quibus demum cuncta super hominem collatá manaverunt. Idem enim sacer et inmensus spiritus ubique locutus, ubique operatus est. Propterea non ambigimus sanctam sedem apostolicam sanctiones generalium Conciliorum et potissime Constanciensis, quo vestra sanctitas curam beati Petri subiit pariter et cathedram in suo robore servatura, et eas maxime que ecclesiasticum regimen concernunt universum, inter quas non modicam partem obtinet legitimarum electionum confirmatio. Idcirco pro venerabili patre domino Johanne de Nanton abbate Sancti Germani Autissiodorensis[1], quem via Sancti Spiritus Senonense capitulum in suum elegit pastorem ...., pro expeditionis acceleratione humiliter et devote supplicaturi sumus[2]. Jam octavus mensis agitur ex quo vacavit Senonensis ecclesia, jure regalie omnia temporalia ipsius manu regia levantur, habet multos et importunos direptores, sed non habet suarum edium refectores[3]. Non potest sine gravi et importabili dampno in hac vacatione diutius consistere. Quod si ad personam habetur aspectus, est vir notabilitate vetusta, fama clarus ac religione celebris apud nos, lecturis et scolasticis exerciciis ita probatus, ut in egregium

decretorum doctorem eminenti scientia dudum evaserit. Apud suos vero ac in tota Senonensi provincia ita dilectus, ita gratus, ita reputatus, ut sub talis prelati regimen fortunatos se putent et felices futuros. Ad pedes itaque vestre beatitudinis devotis mentibus affusi humiliter supplicamus, ut suam celerem expeditionem non impediant rerum vertigines, non mutationes temporum .... Eamdem sanctitatem vestram conservare dignetur omnium dispositor Ecclesie sue sacrosancte.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 28. — Cum supra dicatur, Senonens. ecclesiam jam 8º mense vacare, et Henricus de Savoysy antiquus archiepiscopus, an. 1422, Martii 13, mortuus sit, epistola ad Octobrem vel Novembrem pertinet. — In eodem numº duae aliae minutae, una ad papam, altera ad cardinales, exstant de eodem argumento et pro eodem « emerito » facultatis decret., ubi etiam scribitur : « promotionis exspectatione Senonensis ecclesia jam per octo menses magnis dampnis afficitur ».

1. Ab an. 1409, Novemb. 13 (Arch. Vat., XII, 121, p. 18). Tunc celebre convivium post lauream acceptam in decretis celebrabatur (vid. *Gall. christ.*, XII, p. 396). — 2. Solum an. 1423, Jun. 26, a Martino V in archiepiscopum Senonens. confirmatus est (Arch. Vat., XII, 121, p. 164). — 3. Propter bella ecclesia cathedralis ruinosa erat. Vid. *Auctar.*, II, p. 608, 42.

2202. *Litterae credentiae pro duobus ambassiatoribus Universitatis ad ducem Glocestriae missis.*

1422, Decembris 3, Parisiis.

Illustrissimo ac potentissimo principi, domino duci Glocestrie[1].

Paci regnorum pariter et utilitati, illustrissime princeps, pro nostra vocatione studentes, ecce mittimus ad presentiam vestram delectos et perdoctos viros ambassiatores nostros magistros Johannem Pulchripatris sacre theologie professorem et Jacobum Sacquespée in medicina magistrum, quibus nonnulla domini nostri Henrici Dei gracia Francorum et Anglorum regis dominium atque ipsa regna tangentia commisimus, in conspectu vestro diligenter explicanda. Idcirco vestre dominationi supplicamus, quatenus in cunctis pro parte nostra dicendis prefatis ambassiatoribus nostris adhibere dignemini plenam fidem, ipsos benigni favoris et auxilii complexu habentes recommissos. Dominationem vestram conservare dignetur Jhesus Christus feliciter. Dat. Parisius in nostra congregatione generali apud Sanctum Maturinum solemniter celebrata die iijª mensis Decembris.

Benivoli vestri, rector et Universitas studii Parisiensis.

HEBERT[2].

Originalia pergam. duo in Arch. Univ. Paris., thec. II, AA. f., et thec. I, A. 1. c. — BUL., V, 361. — Ast Johannes Pulchripatris minime in Angliam venit. Cum de civitate Paris. ad civitatem Belvacens. transiret, in manus sceleratorum incidit, qui ei omnia abstulerunt, ipsum manu sua dextra mutilantes (cf. *Auctar.*, II, p. 306, not. 7, e Suppl. Mart. V, nº 170, fol. 80). Decemb. 12 loco ejus Guillelmus Euvrie electus et missus est (vid. infra). Facultas theol. Februarii 24 infelici Johanni Pulchripatris donum 22 franc. 8 sol. dedit (ms. lat. 5494, p. 23). Minime tamen contentus erat (vid. *Auctar.*, II, p. 306, 9).

1. Humfredo, fratri ducis Bedfordiae, administratori regni Angliae. — 2. Scriba Universitatis.

2203. *Litterae credentiae Universitatis pro ambassiatoribus ad Catherinam reginam Angliae.*

1422, Decembris 3, Parisiis.

A tres haulte, tres excellente et tres puissante dame, la royne d'Angleterre.

Tres haulte et tres puissante dame, nous envoyons de present par devers vostre tres noble seigneurie noz suppoz honourables maistres Jehan Beaupère docteur en theologie et Jaques Sacquespée maistre en medicine, pour aucunes choses touchans la seigneurie de nostre souverain seigneur Henri roy de France et d'Angleterre par la grâce de Dieu, et le bien de paix d'iceulx royaumes, et pour nous et nostre estat recommander et respondre aux tres gracieuses lettres qu'il vous a pleu à nous envoyer, desquelles nous remercions tant affectueusement que faire poons. Sy vous supplions, nostre tres redoubtée dame, que nosdiz ambassiateurs vueillés benignement ouir et adjouster pleine foy à ce qu'il ont à dire de par nous, en leur donnant aide et gracieuse faveur en toute leur poursuite. Tres haulte et tres puissante dame, le Saint Esperit vous vueille continuer en bonne prosperité au bien et utilité des deux royaumes et en la fin donner la joie pardurable. Escript à Paris en nostre congregation generale solempnelment celebrée à Saint Maturin, le iij^e jour de Decembre.

Vos humbles subgiez, les recteur, docteurs et maistres de l'Université de Paris.

Originale chartac. in Arch. Univ. Paris., thec. II, AA. n. — BUL., V, 360.

2204. *Litterae credentiae pro duobus ambassiatoribus Universitatis in Angliam missis.*

1422, Decembris 12, Parisiis.

Paci regnorum pariter et utilitati, reverende in Christo pater, pro nostra vocatione studentes, ecce mittimus ad presentiam vestram delectos et perdoctos viros ambassiatores nostros magistros Guillermum Euvrie[1] mag. in artibus, baccal. formatum in theologia ac decanum ecclesie Remensis[2], et Jacobum Sacquespée ..., quibus nonnulla (*etc. ut in docum.* n° 2202). Dat. Parisius in nostra congregatione generali apud Sanctum Maturinum solenniter celebrata die xij mensis Decembris.

Rector et Universitas Parisiensis.

HEBERT.

Originalia duo pergam. in Arch. Univ. Paris., thec. I, A. 1. d, et thec. II, AA. c. — An. 1423, Martii 30, duo ambassiatores jam reversi erant, et Guillelmus « Eyvrie » in congregatione generali « fecit relationem suam de Anglia ». April. 17 deputati « visitaverunt articulos apportatos per mag. Guillelmum Eyvrie de Tornaco » (Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 24).

1. Pro Johanne Pulchripatris missum. Vid. n° 2202, not. — 2. Quamvis Normannum. Vid. supra p. 100, et DELISLE, *Cab. des mss.*, I, p. 538 sq. Decanus ab an. 1420 (*Gall. christ.*, IX, 174).

2205. *Universitas Paris. mag. Reginaldum de Brabantia, mag. art. et in jure can. licentiatum, monasterii S. Petri curatum, commendat cuidam episcopo (verisimiliter Leodiensi), ne impediat quin fructus suos e dicto beneficio percipere possit.* Dat. in nostra congregatione generali apud S. Maturinum celebrata die ... anno Dom. 1422. « Si venerande in Christo pater ».

1422, Parisiis.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 103 (olim A. 33. dd).

2206. *Carolus VII, Francorum rex, parlamento Pictavensi mandat, ut franchisiae libertatesque Ecclesiae Gallicanae integrae maneant, neque aurum extra regnum Franciae auferatur, neque resignationum, bullarum, processuum a sede apostolica ortorum cura habeatur, quoties de electionibus, confirmationibus collationibusve beneficiorum agetur.* Donné à Bourges, le viijᵉ jour de Fevrier, l'an de grace mil IIIIᶜ vint et deux et de nostre regne le premier. « Nostre procureur general ».

1423, Februarii 8, Bituris.

Arch. nat. Paris., X'ª 8604, fol. 60. — *Preuves des libertés de l'eglise gallicane*, II, part. 3, p. 33; *Ordonn. des rois*, XIII, 22. — Pro *Chartul.* sufficiat id annotare : Martinus V Carolum VII antea et postea diversis modis admonuit, ut ordinationes an. 1418 (supra nis 2101, 2102), sicut ejus pater Carolus VI fecerat, revocaret. Sed tunc incassum. Vid. ad haec BEAUCOURT, *Hist. de Charles VII*, t. II, p. 313, 316 sqq.

2206ª. *Universitas pro prosperitate regis Angliae, ducum Bedfordiae et Burgundiae divina celebrat.*

1423, Februarii 13, Parisiis.

Die xiij Februarii in domo frat. Predicatorum in missa pro prosperitate regis, regentis, domini ducis Burgundie, [pro] offertoriis xij den.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 22. — Similia leguntur ad Febr. 19 (p. 23); an. 1425, Jan. 9 (p. 49).

2207. *Martinus V declarat, reformationes seu commutationes gratiarum et collationum, quas plures doctores Universitatis Paris. « propter divisiones et guerras vigentes » seu aliis ex causis « sub eadem tamen data » ut in primo rotulo, obtinuerunt, easdem omnino cum gratiis in ipso rotulo petitis, « et ab eis originaliter descendisse », habendas esse.* Publicata in cancellaria iij kal. Martii, an. vjº. « Cum nos dudum ».

1423, Februarii 27.

Cod. Vat. lat. 4990, fol. 170ᵇ.

2208. *Universitas Paris. fecit congregationem generalem, quando venit nuntius de occupato ponte de Meulan per Anglos.*

1423, Martii 4, Parisiis.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 23. — Francigenae se tradiderunt Martii 1 (vid. *Chron. de Monstrelet*, IV, p. 137 sqq.). Nuntius Martii 3 Parisios venit (Arch. nat., X¹ª 1480 fol. 270).

2209. *Mag. Thomas Monachi Ambianos ad conventum principum epistolas ex parte Universitatis Paris. duci Bedfordiae, duci Britanniae et comiti de Richemont scriptas portat, in quibus de societate inter Angliam et Franciam laetatur et de tristi statu Franciae ejusque inimicis deprimendis loquitur.*

1423, Aprilis 15, Parisiis.

1. [Johanni duci Bedfordiae.]

Tres noble et puissant prince, nostre tres chier et honoré seigneur, nous nous recommandons à vous tant et si humblement que plus povons, et loons Dieu et mercions de tous nos cueurs, qui après la longue affliction de son peuple a volu par sa bonté unir les cueurs et coraiges des tres nobles rois et reaulmes de France et d'Angleterre et des bons et loiaux subgets d'iceulx, a volu auxi vostre noble coraige esmovoir à soy joindre et unir avecques lesdis tres nobles princes à la conservacion de la chose publique de cest tres desolé royaume, et entretenement de ceste saincte et longuement desirée paix, comme nous a esté notablement exposé par vos sollemnes ambasseurs, lesquelx nous ont certioré de vostre desiré et joieux advenement à secourir à la desolation dudit royaulme, et de la bonne volenté qu'avez tousjours eu, avés et arés, se Dieu plait, au bien publique d'iceluy, dont nous nous fumes tant esjois, comme faire le devons et en remercions tres humblement à vostre noblesse, en vous suppliant que vostre sainte et juste volenté veuilliez tousjours continuer de bien en mielx à l'entretenement des choses dessusdites. Et en obtemperant à voz bonnes exhortacions, escrivons aux bonnes villes, cités et chastiaux et aultres notables communités de cest royaulme, cez tres joieuses novelles à leur consolation et à la confusion des ennemis [1]. Tres hault et puissant prince et nostre redoubté seigneur, se chose vous plait que nous puissions, commandés nous, et nous le complirons de tres bon cueur, ce sceit Nostre Seigneur qui veuille vostre noblesse conserver et garder comme de tous noz cueurs le desirons.

2. [Johanni V duci Britanniae.]

Tres [2] noble [*antea* hault] et puissant prince, nostre tres chier et honoré seigneur, nous nous recommandons tres humblement et affectueusement à vostre haultesse, et vous remercions dez grandez et benignez visitacion et consolacion que vous nous donnés presentement tant par vos tres aggreables lettres contenans creance, comme par la declaracion de vostre juste et sainte entention à nous exprimer bien solemnelment en exposant ladite creance par vos sagez, discrez et notables ambasseurs nommés ès dites lettres, ensemble par les lettres et ambasseurs de tres noble prince nostre singulier seigneur vostre frère le conte de Richemont et d'Ivry. Nous loons aussy et regracions Dieu nostre createur de tres humbles et devos courages, qui après la longue affliction de son pueple, causée par grant malice de l'ennemy encien de humaine nature, seminateur de discors ès cuers humains, a volu par grace divine unir les cuers et volentés des princes et subgiez de ces deux crestiens

royaumes de France et d'Angleterre, avec lesquelx en ensuivant moult raisonnablement feu nostre tres redoubté et souverain seigneur le roy de France de beneurée memoire (que Dieux absoille), vostre beau père et le nostre, et les autres princes du sanc royal de France, vous vous estez conformez benig[ne]ment et sagement, et, qui plus est, pour monstrer par effect la pure et loyale entention que vous avez eue tousjours au bien de ce royaume et avez de present à la bonne union, paix et transquillité d'iceluy, avez deliberé vous mettre briefment sus en armez à grande puissance, tellement que dedans la feste de la Purificacion prochaine serez pardessa à grant puissance prest à vous emploier sus les ennemis de cedit royaume pour icelle paix et transquillité acquerir et mettre en icelui, ainsi que par vosdites lettres et ambasseurs avons entendu certainement. Desquelles choses nous nous esjoissons habondamment en Dieu nostre sauveur, et pareillement sont tous les loyaux habitans de ce royaume qui ces choses scèvent, prians et supplians tres humblement la sainte Trinité que en ce saint propos vous doint bonne perseverance jusques à vraie consummation de ceste desirée paix. Et ces choses nous ferons savoir au peuple tres volentiers en nos sermons et predicacions, et aussy aux citez, villes et communitez de ce royaume, en les exortant à prier devotement pour vostre haultesse et pour vostres baronnie et armée. Tres hault et tres puissant prince, nous vous prions et requerons humblement et singulierement que selon vostre saincte et meure deliberacion et loyal propos dessusdit vous veillez continuer vostre dite entreprise pour le bien de ce royaume affin de icelui mettre en paix, comme dit est....[3]. Nostre tres chier et honoré seigneur, commandez nous toux vos bons plaisirs, car en iceulx nous sommez tousjours prestz de nous emploier diligemment. Ce scet nostre Sauveur et Createur, qui vous maintiègne en longue prosperité et finablement vous doint la joie perdurable.

3. [Arthuri comiti de Richemont.]

Tres noble et puissant seigneur, nous nous recommandons à vous tant et si humblement que faire poons, et plaise vous savoir que nous escripsons presentement à tres hault et tres puissant prince nostre tres chier et honoré seigneur le duc de Bretaigne vostre frère en la manière qui sensuit : « Tres hault, etc. » Et pour ce que nous savons certainement par la relation de vosdis ambasseurs que à prandre la conclusion, deliberacion et propos dessusdis vous avez tenu la main moult grandement au bien et entretenement de la paix, transquillité et union dessusdites, nous vous en mercions encore tres affectueusement, et vous supplions et requerons de entiers et loyaux courages que vos labeurs et diligences il vous plaise continuer à l'entretenement dez choses dessusdites, moult bien commenciéez par le moien de vostre noble et sage prudence, à la confusion de nos ennemis et au bien de ce royaume, comme de ce nous avons en vostre tres prudente noblesse ferme esperance. Et au surplus, affin que ces presentes lettres ne vous soient trop longues et ennuieuses, plaise vous à veoir en oultre nostre response, entencion et supplicacion par

nosdites lettres dessus escriptes. Et se pardessa il vous plaist nous commander aucune chose nous la acomplirons promptement de tous nos povoirs. Tres puissant prince, nostre chier et singulier seigneur, Dieu par sa sainte grace vous doint acroissement de prosperité longue et après ce felicité sans fin.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ᵇ, nº 53 (olim A. 3. ee). — Cum iis epistolis Thomas Monachi April. 15 « ad regale consilium Ambianis celebrandum » missus est, et recepit 100 sol. paris. (Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 25). Ambianis enim dux Bedfordiae, dux Burgundiae, Johannes dux Britanniae et Arthus comes de Richemont una inierunt foedus « à debouter les guerres hors de ce royaume, et le mettre en paix et transquillité ». (*Chron. de Monstrelet,* IV, 147).

1. Sub « inimicis » regni Franciae hic et postea imprimis Carolus VII intelligendus est. — 2. Ea epistola in *minuta* lineis transversis cancellata est. — 3. Sequuntur exhortationes ad pacem inter regem et principes duorum regnorum.

2210. *Alphonsus, rex Aragoniae, deplorat, quod in provincia Aragoniae nonnulli fratres Ord. Praed. qui non solum non compleverint, sed nec inchoaverint cursus suos et penitus ignari, auctoritate litterarum sedis apostolicae vel legatorum ad gradum magisterii in theol. promoti sint. Proindeque Martinus V statuit, quod nullus deinceps ex fratribus ibidem promoveatur, nisi prius vel in Rom. curia, vel Parisiis, Bononiae, Oxonii aut Salamanticae per quadriennium theologiam legerit ibique cursus suos compleverit et post rigorosum examen sufficiens declaratus fuerit.* Dat. Rome ap. S. Petrum xvj kal. Junii, anno sexto. « Inter ceteros ».

1423, Maii 17, Romae.

Reg. Vat. Mart. V, nº 354, fol. 263ᵇ. Luteran., an. 6, lib. 1, fol. 179ᵇ. Ripoll, *Bull. Ord. Praed.*, II, p. 622. — Nihilominus postea statutum id optimum non observabatur, et papa dispensavit, v. g. an. 1427 Laurentium Scopolat provinciae Aragoniae (Suppl. Mart. V, nº 201, fol. 238).

2211. *Johannes Daerling*[1]*, mag. in art., licentiatus in theol., Aberdonens. dioec., consanguineus regis Scotiae, qui Parisiis lecturas in Biblia et Sententias, diversasque responsiones atque sermones pro licentia requisitos ibidem peregit, « tamen causantibus turbationibus partium illarum gradus licentie non ibidem, sed postmodum in Rom. curia obtinuit », supplicat Martino V, ut nihilominus gratia exspectativa sibi antea concessa frui possit.* — Fiat. O. — Dat. Rome apud S. Mariam Majorem quarto kal. Julii, anno sexto.

1423, Junii 28, Romae.

Reg. Suppl. Mart. V, nº 162, fol. 64.

1. De quo in *Auctar.* II.

2212. *Angelus de Senis, minister general. Ord. Min., Martino V exponit, quod nonnulli sui Ordinis fratres, qui cursus suos in studiis generalibus non perfecerunt et minus idonei, ab ipso summo pontifice fictis et falsis suggestionibus licentiam recipiendi gradum magisterii theologiae sub diversis theol. doctoribus et cum privilegiis Parisiis magistratorum, obtinuerunt. Cum id in dedecus apostolicae sedis et Ordinis cadat, ab eodem pontifice facultatem petit, a biennio citra sic licentiatos cum sex magistris Ordinis examinandi insufficientesque a gradu magisterii suspendendi.* — Fiat, si non fecissent cursus suos per prius, quod possit examinare et suspendere. O. — Dat. Rome apud S. Mariam Majorem sextodecimo kal. Augusti, anno sexto.

1423, Julii 17, Romae.

Reg. Suppl. Mart. V, nº 162, fol. 265ᵇ. — Infra nº 2335 afferimus super hoc bullam posteriorem ad an. 1429, Decemb. 1. — Jam an. 1418 et 1421 in Capitulis generalibus Ord. Min. (Mantuae sub Antonio de Perreto, Forilivii sub Angelo de Senis, ministris generalibus) statuta de studiis edita sunt (*Analecta Francisc.*, II, p. 271, 276).

2213. *Universitas Paris. ad Imperatorem Romanorum Sigismundum, ut mag Paulo Nicolai de Sclavonia de aliquo beneficio in suo regno provideat.*

1422-1423, Augusti 4, Parisiis.

Cum res studiosorum virorum celebritate in sui regimine preditas felices fore, vestre celsitudinis perspicacitatem non latere animadvertimus, serenissime princeps, vestre providentie culmen dignam materiam obiciendo fidenter aggredimur, promotionem loquimur venerabilis discretique viri magistri P[auli] Nicholai, Zagrabiens. dioc., magistri in art. et bachalarii formati in theologia, presbiteri nostri dilecti. Qui dudum relicto nativo solo, parentum solamine assiduo ceterisque rebus, quibus hominum vita mundana abunde agi solet, ob virtutum scientiarumque amorem per tot terrarum spatia peragrans, nostre concionis limina ingressus, nulla temporum malitia aut diuturnitate devictus, in scolastico gignasio indefesso animo certando, ad predictos graduum honores gloriose perveniens, ad gradum licentie et magisterii theologice facultatis predicte continuo labore aspirat pervenire; quemque modo prehabito parvulum olim ad nos venientem gratum suscepimus, nostroque in gremio lacte discipline multiplicis educatum et jam in virum robustum provectum, gratiorem haberemus, eidem neccessaria decenter providentes, si vite hujus periodum inter nos transigere decrevisset. Verum, quia bona patrie auxisse eque virtutis fore non ignorans, propriis mavult quam alienis natalibus salutifere doctrine ymbrem ministrando vicem rependere, idcirco ipsum digne recommendantes vestre serenitati, omnes et singuli supplicamus, quatenus eidem de aliquo beneficio statui et graduum suorum dignitati congruo in vestro regno dignetur vestra imperialis majestas providere, quo pacto revera et nos ad vestre excellentissime dominationis obsequia reddideritis promptiores, et lucernam in domo Domini erigendo eidem rem gratissimam facietis. Quibus enim beneficentie affectibus sit occurrendum viro, qui quasi apis argumentosa e montibus, aut bonus mercator e regione longinca nave pecorum[1], humanarum divinarumque scientiarum ac virtutum mercibus onusta, ad patriam ditandam ac melliflui eloqui[i] divini verbi dulcedine perfundendam revertitur, vestra novit limpiditas.... Datum Parisius in nostra congregatione generali apud Sanctum Maturinum solenniter celebrata die quarta mensis Augusti.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65^{b}, nº 106 (olim A 3. mmmm). — Cum Paulus an. 1421, Septemb., Sententias legere inceperit, an 1422, Aug. 4, fortasse jam erat baccalareus formatus. An. 1424 vero, Maii et Junii, natio Anglicana opprobria a Paulo passa est et contra eum egit (*Auctar.*, II, p. 311, 4 sqq., 312, 33). Proinde epistola ad an. 1422-1423 pertinet. Revera an. 1424, Mart. 29, obtinuit gratiam exspectativam ad canonicatum et praebendam S Andreae Colon. et majorem praebendam S. Pauli Monasteriens. (Suppl. Mart. V, nº 254, fol 1, parte 3). An. 1425, Septemb 24, satis dives et bene beneficiatus pronuntiatur (*Auctar.*, II, 333, 25)

1. Charta « pectorum », unde nullus sensus eruitur.

2214. *Henricus VI, rex Franciae et Angliae, vetera Universitatis privilegia confirmat.*

1423, Augusti 13, Parisiis.

Henry, par la grâce de Dieu roy de France et d'Angleterre, au prevost de Paris et à tous noz seneschaulx, baillis, prevosts, vicontes, et autres noz justiciers, officiers et subgez, ou à leurs lieuxtenans, salut. De la partie de nos très chiers et bien amez les recteur, maistres et escoliers de nostre très chière et très amée fille, l'Université de Paris, nous a esté exposé en complaignant, que en plusieurs pais et lieux de nostre royaume de France, ilz sont par vous ou aucuns de vous molestez, troublez ou empeschiez en l'execution de leurs privilégez d'ancienneté à eulx octroiez, desquelx ilz ont joy notoirement et paisiblement par tant et tel temps qu'il n'est memoire du contraire, sans lesquelx ilz ne pourroient vaquer ne entendre à leur estude; lesquelles molestations, troubles et empeschemens redondent à leur très grand grief, prejudice et dommage; requerans sur ce nostre provision et remède; et pour ce, nous, ces choses considerées, et avec ce, les grans et innumerables biens et fruis, qui, tant en ampliation, accroissement et deffense de la foy catholique comme autrement, se sont ensuis et ensuivent de temps en temps, non seulement en nostre dit royaume de France, mais generalment en toute chrestianté, et les grans sciences, labeurs et diligences de nostre dicte fille et des supposts d'icelle; les voulans pour ce favoriser, en temps que selon Dieu et raison faire le povons, en ensuivant le traictié de la paix final, faicte entre noz très chiers seigneurs, ayeul et père, auxquels Dieu pardoint : par l'advis de nostre très chier et très amé oncle Jehan, regent nostre royaume de France, duc de Bedfort, avons osté et ostons de present lesdiz troubles et empeschemens, et voulons que lesdiz exposans joissent de leurs privilèges, selon la forme et teneur de la paix dessus dicte. Si vous mandons, commandons, et expressement enjoingnons, et à chacun de vous, si comme à lui appartendra, que lesdiz troubles et empeschemens vous ostez.... Donné à Paris, le xiiij[e] jour d'Aoust, l'an de grâce mil CCCC vint et trois, et de nostre règne le premier. — Par le roy, à la relation de monseigneur le regent de France, duc de Bedfort, MILET.

Originale in Arch. Univ Paris., thec. III, A 9 c. Deest sigillum. — JOURDAIN, n° 1177. — Aliud Originale ibid. A. 9. b, a tergo « Lecta, publicata et registrata in curia Parlamenti septima die Septemb an Dom. M CCCC XXIII° ». *Vidimus* ibid. A 9. d. Simonis Morhier, praepositi Paris., Aug. 28. Parte aversa diplomatis A. 9 c sic legitur « Publiées en jugement ou Chastellet de Paris .. . le lieutenant du roy, nostre sire, ou Chastellet present, etc., et plusieurs maistres, docteurs, escolliers et suppos de ladicte Université, presens en jugement, le samedi xxviij[e] jour d'Aoust mil IIII[c] XXIII ». BILLARD, BINEG. — In [ima parte legitur « Obtenta, registrata, lecta et publicata in rectoria mag. Johannis Le Moustardier Normanni », scilicet Aug. 28.

2215. *Cum Johannes Raffanelli, Ord. Min., Mariae reginae Franciae[1] capellanus et confessor, qui Parisiis Sententias legit ut ad magisterium promoveretur, gradum hujusmodi ibidem propter bella aliaque in istis partibus vigentia recipere non potuit, Martinus V ipse, « ut alios ad similia peragenda alliciat », Johanni, recepto prius ab eo fidelitatis juramento, « magisterii insignia et doctoratus gradum, manu propria suo capiti*

birretum imponendo et ad pacis osculum eum admittendo » confert eumque verum magistrum in theol. declarat. Dat. Rome apud S Mariam Majorem octavo kal Septemb , anno sexto « Digne studiorum labor ».

1423, Augusti 25, Romae.

Reg. Vat Mart. V, n° 354, fol. 248b; Reg. Lat. Mart. V, an 6, lib. 77, fol. 12b

1 I e Caroli VII uxoris. Ap. BEAUCOURT, *Hist. de Charles VII.* t II, p. 318, not. 1, Johannes « Rafanel » vocatur etiam confessor (Ludovici) regis Siciliae. An. 1425, Septemb. 5, factus est episcopus Abelonens., an. 1435, Septemb. 6, episc. Silvanectens. (cf. *Auctar.*, II, p. 669, not 6). An. 1429 Johannam d'Arc Chinone et Pictavis examinavit. Vid. infra n° 2369.

2216. *Robertus Poytevin, presbyter Paris., in art. et medic. magister et rector paroch. ecclesiae S. Bartholomaei Paris. et etiam de Parisiis oriundus ac in Universitate Paris gradum medicinae adeptus, atque Johannes, archiepiscopus Rotomagensis, supplicant Martino V, ut Robertus quoad vixerit valeat in studio Parisiensi in medicinae facultate regere, legere, docere, disputare libere et licite* — Fiat ut petitur O — Dat Rome apud Sanctam Mariam Majorem quinto id Septembris, anno sexto

1423, Septemb. 9, Romae.

Reg. Suppl. Mart. V, n° 163, fol. 122b

2217. *Cursores in facultate theologiae*

1422, Novemb.-1423, Aug., Parisiis.

Fr. Jacobus de Franchelains, prior de Purta, 18 Novemb. incepit 1um cursum, xx sol[1].

Mag. Joh Francihominis, 10 Mart (1423) 1um cursum

— Philippus le Vetu, 16 Mart. 1um curs.

— Joh. Boicervoise[2], 17 Mart. 1um curs.

— Guillermus Heuse[3], 20 Mart. 1um curs.

— Guillermus Guerardi[4], 31 Mart 1um curs

Mag Hugo Majoris, 15 April 1um curs

— Erardus Mariseti, archidiaconus de Flandria in eccl Morinensi, 5 Maii 1um curs

— Petrus Medici, 15 Maii 2um curs

— Judocus de Lisa, 27 Julii 2um curs

— Andreas Cholet, 29 Julii 1um curs

— Nicolaus Tibout, 4 Aug. 2um curs

[12]

Bibl. nat Paris., ms. lat. 5494, p. 17, 18, 19. — Unusquisque sub quodam magistro theologiae, semper nominato, primum cursum incepit. Nota, quod ii qui 2um cursum inceperunt, quasi simul etiam Sententias legerunt.

1 Et xx sol. unusquisque cursorum tam hujus anni, quam annorum sequentium, solvere debuit. Non opus erit illud postea memorare. — 2. Seu « Boyservoise » — 3. Ms. « House ». — 4 Ne confundas eum cum « Evrardi » Idem Guerardi in Suppl. Mart V, an. 1428, in Suppl. Eugen. IV, 1431 et 1435 ut bacc. theol., Rotomagens. et rector eccl. de Tibuvillari ejusd. dioec. affertur (n° 198, fol. 83b, n° 263, fol 265, n° 298, fol. 68b).

2218. *Sententiarii et Biblici Parisienses.*

1423, Septemb., Parisiis.

Nomina bachalariorum Sentenciariorum pro anno Domini millesimo CCCCmo XXIIIo in mense Septembri :

Fr Johannes Barat, Carmelita, xxiiij sol

Mag Nicholaus Tibout, xxiiij sol.

— Lambertus de Monte, xxiiij sol.

— Judocus de Lisa[1], xxiiij sol

— Nicholaus Amisi[2], xxiiij sol.

— Petrus Medicy, xxiiij sol.

Fr Nicholaus de Rotaria[3], Predicator, xxiiij sol

— Petrus Reginaldeti, Minor, xxiiij sol

— Johannes Fortishominis, Augustin , xxiiij sol.

— Michael Catel, Predicator, sententiarius per bullam, xlviij sol[4] [10]

Biblici ejusdem anni :

Fr Johannes Borerii, Cisterciensis, xx sol
— Nicholaus Conrart, Minor, xx sol
Fr Stephanus Avole, Carmelita, xx sol. [3]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 19.

1. Qui fuit in Concilio Basiliensi, et tam de Concilio Constantiensi quam Basiliensi scripsit. — 2. I. e. Amici, seu « Lami », « l'Ami », de quo saepius infra. — 3. An. 1424 finivit Sententias, et jam anno sequenti Martino V supplicavit, ut magisterium extra Universitatem recipere posset. Quod papa an. 1426, Januarii 7, concessit, et quidem per Petrum Barre, provincialem Franciae, reciperet (RIPOLL, *Bull. Ord. Praed.*, II, p. 661). — 4 Affertur in fine biblicorum.

2219. *Magistri regentes in facultate theologiae.*

1423, Septemb., Parisiis.

Nomina magistrorum regentium :

Primo dominus decanus magister Dominicus Parvi
Mag Petrus de Diereyo
— Johannes Le Bouègue
— Johannes de Trescis
Dom abbas Sancte Genovefe
Mag Thoma[s] Hobe
Dom Fiscanensis[1]
Mag. Reginardus de Fontanis[2]
— Nicholaus de Duno
— Rolandus Berguenel.
— Erardus Emangart[3]
— Guillelmus Pinguisavis
— Extacius de Mesnillo
— Johannes Saunerii
— Johannes Trolehem
Mag. Johannes Pulcripatris
— Thoma[s] Monachi
— Egidius Carielarii
— Johannes Darques
— Rogerus de Gaillon
— Philipus Molet
— Johannes Soquet.
— Egidius Remondi
— Johannes Baligam.
Duo Predicatores
Minor [Jacobus Textoris].
Augustinensis
Carmelita
Regens S. Bernardi[4] [30]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 20 sq. — Supra nominati magistri etiam an. 1424, Martii 3, afferuntur, quibus licentiati solverunt, aliqui tantum ut abbas Fiscannens. et Reginaldus de Fontanis, ibid desunt, affertur tamen « regens S Bernardi ».

1. Egydius de Duremort. — 2. Episcopus Suessionens. Vid. n^{um} sequentem. — 3. In ms^{to} affertur post « duo Predicatores ». — 4. Deest hic in ms^{to}, occurrit tamen p. 28 inter regentes an. 1424, Martii 3.

2220. *Reginaldus de Fontanis, episcopus Suessionens, licentias dare pergit in Universitate Paris*

1423, Octob. 30, Parisiis.

Die penultima mensis Octobris fuit congregatio facultatis [theol.] post prandium in S. Maturino. Pro candelis ad legendum litteras missas ex parte domini episcopi Suessionens [1] et copiam bullarum super facto licencie, et pro duobus torchiis pro conducendo dominum decanum et plures alios magistros, iij sol.[2].

Bibl. nat. Paris, ms. lat 5494 (Lib bedelli fac. theol.), p. 26. — Anno sequenti, Febr. 10, Jacobus Raquenelli, notarius apostolicus, pro instrumento, minutis et laboribus per ipsum factis super facto licentiandorum, recepit 16 sol. (ibid., p. 27).

1. Reginaldus de Fontanis anno eodem, Jan. 8, in episcopum Suessionens. electus est (Arch Vat, XII, 121, p. 157). Iterum bullas apostolicas recepit cum facultate licentias dandi. Cf. *Auctar.*, II, p. 289, not. Per commissarios, principio per Johannem Pulchripatris et Petrum de Dierreyo, officium exercebat, de quo pluries in *Auctar.* II et infra. — 2. Recepit bedellus Vacheret.

2221. *Facultas medicinae decanatum, recusantibus quatuor primum electis, Johanni Warini confert.*

1423, Novemb. 6, Parisiis.

Die sabbati vj^ta^ mensis Novembris congregata fuit facultas medicorum Paris. apud Sanctum Maturinum, ut moris est, per bidellum. Secundus articulus fuit ad eligendum novum decanum alium a presente, propter causas justas, rationabiles et legitimas quas allegavit decanus, se decetero non vacaturum in negociis facultatis currentibus. Et quoad hoc dati sunt intrantes[1] qui elegerunt magistrum Droconem Decani in decanum, qui recusavit officium, et loco ejus elegerunt magistrum Henricum Doigny qui similiter recusavit. Tercio elegerunt magistrum Petrum Cardonnelly qui recusavit, deinde elegerunt magistrum Guillermum Dyonisii qui recusavit, allegans quod paucum temporis erat lapsum quo receperat dictum officium, et ideo decanus videns has recusationes nominavit coram facultate alterum duorum : aut magistrum Johannem Colini aut magistrum Johannem Warini. Et quinque magistri regentes cum decano presente elegerunt et nominaverunt in decanum mag. Johannem Warini qui receptus est decanus facultatis illo die, quamvis tres alii dedissent vocem suam magistro Eustacio Calculi; a majori tamen et saniori parte magistrorum regentium receptus est dictus magister Joh. Warini decanus facultatis, et antiquus decanus tradidit illico eidem librum statutorum facultatis et sigillum decanatus argenteum cum cathena argentea, prestito primitus per novum decanum solito coram facultate juramento juxta tenorem statutorum dicte facultatis.

Comment. fac. med, I, p. 262. — Electio in eadem congregatione facta iterum narratur a decano J Warini (ibid, p. 264), sed multis praetermissis. Ipse ait se, recusante Drocone, electum decanum fuisse.

1. E tribus nationibus, « quia natio Alemaniae tunc deficiebat » (p. 264).

2222. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1423-1424 [Iidem ut an. 1422, exceptis* Joh Tanquart, Thoma Vanevelt, Joh. Helicant *Adduntur* Robertus Poitevin, Egidius Caniveti[1].] [17]

1423, Novemb. 9, Parisiis.

Comment. fac. med., I, p 264.

1. Joh Colini non totum annum rexit, neque sequentibus annis inter regentes comparet. Legimus in Arch nat., LL 112, p. 434 « Lune 7 Febr [1424] locus bursarum Collegii XVIII scolarium quem tenuit mag Joh Colini, mag. in art. et medicina, vacans ex eo quod ipse fuit apud Dolam in comitatu Burgundiae, facturus ibidem residentiam in studio quod ibidem noviter proponit facere dominus dux Burgundie .. datus est Nicolao Suydebreil clerico Corisopitensis dioc. hinc ad Pascha, et si non venerit ipse Colini, datus est omnino dicto Nicolao » Cf Plancher, *Histoire de Bourgogne*, IV, p. 72. Bulla Mar-

tini V pro Dola jam an. 1422, Novemb. 21, edita est, sed litterae ducis Burgundiae sunt an. 1423, Jun. 23 (vid. Marcel FOURNIER, *Statuts*, etc., III, p. 99).

2223. *Doctores regentes in facultate decretorum.*

1423, Novemb. 10, Parisiis.

Novemb. x^a fuit ordinatum per dominos meos [facultatis decret.] quod ipsi legerent die martis xvj Novembris. Et pro tunc erant tunc presentes et regentes pariter inferius nominati, scilicet :

Dominus abbas S. Crispini	Gueroudus Boysselli
Livinus Neuelinc	Guillelmus de Conty [3].
Anthonius de Leuco [1]	Johannes Humberti.
Herveus Fouchardi	Guillelmus de Albarippa.
Philippus de Franchelains [2].	Johannes de Brecons [4] [10]

Memor. fac. decret., I, fol. 55. — Eadem die Guillelmus de Albarippa in decanum electus est. Iidem doctores, excepto Gueroudo Boysselli, tempore conficiendi rotuli praesentes fuerunt (fol. 64^b).

1. Ms. potius « Elenco ». — 2. Tunc praeceptor S. Antonii de Pauleone Xanctonens. dioec. (licent. an. 1422), an. 1430, Octob. 12, recipit praeceptoriam Angliae, cujus fructus 1200 libr. turon.. (Suppl. Mart. V, n° 256, fol. 276). — 3. Licent. an. 1422. De ipso vid. n^um 2225. — 4. Joh. de Brecons postea abbas de Latigniaco (vid. infra ad an. 1428, Mart. 29-30). Quanquam PERIES ac Marcel FOURNIER scribere « Bretons » praeferant, formam in codice vulgatam « Brecons » retinendam censuimus, quae certe nihil est nisi « Brezons » (Cantal), cum ea tempestate littera *c* sine appendice subjecta tam saepe pro *s* vel *z* usurpetur, v. g. Alencon, Arconval, etc. Etiam eumdem esse atque supra, p. 66, « fr. Joh. de Boconis » nominatum, opinamur, cum in codice Rotuli legi possit « Broconis », nam *o* super *B* et *c* scriptum est. Nescimus, an de nobili familia in Arvernia « de Brezons » fuerit.

2224. *Johannes [Bourron], abbas S. Germani de Pratis, de capellaniis in ecclesia S. Andreae de Arcubus fundatis (scil. in censiva monasterii S. Germani), amicam compositionem cum Universitate concludit. Cum mag. Robertus Coeffe, clericus camerae compotorum, nuper defunctus, capellaniam dotasset in dicta ecclesia, orta erat controversia circa praesentationem inter episcopum Paris. et Roberti heredes testamentarios et Stephanum de Soussois praesentatum, ex una, atque Jac. Galet et Universitatem[1] ex altera parte, quia Universitas jam ab an. 1345 omne jus praesentandi[2] ad illam ecclesiam acceperat. Concordatum est quod quotiens aliqua ex capellaniis in dicta ecclesia de bonis defuncti Petri Perier vel de bonis Roberti Coeffe vacaret, alternis vicibus Universitas aut Conventus S. Germani praesentaret, sine prejudicio aliorum beneficiorum, de bonis Joh. de Thelu[3], quorum praesentatio ad Universitatem pertinere noscitur.* Dat. in monasterio nostro predicto die xv° mensis Novembris anno Dom. millesimo quadringentesimo vicesimotertio. « In nomine . . Universis presentis scripti ».

1423, Novemb. 15, Parisiis.

Originale in Arch. nat. Paris., M 67^a, n° 39 (olim C. 6. g). Alias cum duobus sigillis, restat fragmentum. BUL., V, 352 sq. *Mémoires sur les bénéfices*, p. 60.

1. Nondum ea compositione res finita fuit, nam in parlamento mag. Jacobus Galet, procurator promotorque Universitatis, contra exsecutores mag. Roberti « Coiffe », episcopum Paris. ac Stephanum « Soussay » litigat an. 1423, Dec. 13 (Arch. nat. Paris., X^1a 4793, fol. 357^b), Dec. 30 (ibid., fol. 364), an. 1423, Januar. 3 (ibid., fol. 365^b). Item inter Jacobum Galet, in artibus mag. et bac. in decretis ex una parte, et episc. Paris. exsecutoresque Roberti Coeffe et Steph. de « Sousois » ex altera, an. 1424, Jun. 9, agitur (X^1a 64, fol. 62). — 2. Vid. *Chartul.*, II, n° 1109. — 3. Ibid., n^is 668 et 1155 sqq.

2225. *Universitas Paris duos elegit Concilio Gallicano adfuturos.*

1423, Decemb. 4, Parisiis.

Anno predicto, die sabbati iiij Decembris, fuit congregatio Universitatis, in qua rector petebat de qualibet facultate et nacione habere certos nominatos a[d] frequentandum Concilium prelatorum Gall[ie], et in illa congregatione facultas elegit et expresse ad hoc nominavit dominos electum de Latignyaco[1] et priorem de Alteya[2], et cetera alia conclusit prout alie facultates.

Memor. fac decr., I, fol. 55^b.

1. Guillelmum de Conty, O S. B, praeposit. de Cerisiaco, qui an. 1423, Sept. 17, fuit abbas S Petri de Latigniaco (Lagny), dioec. Paris. (Arch. Vat., XII, 121, p. 168), an. 1428, Jun. 4, nominatus est abbas S. Catherinae Rotomagens. (Reg. Later Mart. V, an. 11us, lib. 1, fol. 102) In *Gall. christ.*, VII, 504, et XI, 129, plura incerta, immo falsa. — 2 Scil. Johannem de Brecons, de quo supra n° 2223. FOURNIER, *La faculté de decret*, p. 234 et postea scribit « Alceya », opinando hic agi de abbatiis Auchy-les-Moines, vel Saint-Martin-d'Auchy Minime tamen. Johannes de Brecons fuit prior prioratus (non abbatiae) de Alteya seu Altheya, Ambianens. dioec, ut refertur in Suppl. Mart. V, n° 207, fol. 180, et in Reg. Lateran. Mart. V, an. 11, lib. 1, fol. 101, proindeque significatur « Authie » (vid *Dictionnaire topographique du dép de la Somme*, I, p. 60).

2226. *Facultas decretorum Hugonem Clerici, canonicum Paris, propter offensam facultati factam, punit: 1° Hugo omni die legibili hinc usque ad suam licentiam tenebitur frequentare lectionem matutinalem, 2° tenebitur suis expensis solvere unum librum pergameni ejusdem quantitatis quante erat liber papireus per ipsum dilaceratus, facietque suis sumptibus scribi omnia que scripta erant in libro papyreo, 3° licentia Hugonis suspenditur usque ad duos annos ultra tempus requisitum, et illis duobus annis tenebitur legere ut solent baccalarei, 4° Hugo solvet facultati decem marchas argenti pro faciendo unam massam. Hugo de Druyaco, lic in legibus, consiliarius regis et procurator Hugonis Clerici, huic ordinationi acquiescit*

1423, Decemb 6, Parisiis.

Memor. fac. decr., I, fol. 55^b.

2227. *Henricus VI, Francorum et Angliae rex, testatur se vidisse litteras Caroli VI de magistris juratis chirurgicis villae et vicecomitatus Paris.*[1], *et omnia quae in eis continentur confirmat*[2] Dat. Parisius mense Decembris anno Domini millesimo quadringentesimo XXIII et regni nostri secundo « Notum facimus »

N. DE BAILLY.

1423, mense Decemb, Parisiis.

Arch nat. Paris., JJ 172, n° 394. — *Ordonn. des rois*, XIII, 41.

1. Cf. *Chartul.*, III, n° 1296, ubi in nota epistola Caroli an. 1381, Octob (*Ordonn des rois*, VI, 626) citatur — 2 Scil ne quis artem chirurgicam, nisi prius examinatus, exerceat

Processus contra Johannem Domremi.

(Continet nos 2228-2231.)

2228. « *Processus factus et completus per facultatem medicine contra Johannem Donremi et similes abusores practicantes Parisius in medicina illicite* »

1423, Julii 22, Parisiis.

Die jovis xxija Julii anni Domini millesimi CCCCmi XXIII congregata fuit facultas apud Sanctum Maturinum per cedulam et per bedellos dicte facultatis super duobus articulis. Primus fuit ad reprimendum quorumdam abusus denigrantes honorem facultatis, et statuendum super illis, si opus erit.... Exposuit coram facultate magister Bernardus Nivardi, tunc decanus dicte facultatis, qualiter quidam cabusator illicite practicans in medicina Parisius, nomine Johannes Donremi, non contentus presumere exercere practicam medicine Paris. indebite, simulante et ficte, nitebatur et visus est uti scolaritate dicte facultatis. Idcirco provideret facultas, attento quod ille est purus laycus ygnorans litteras; super quo articulo facultas pluribus diebus et vicibus contiguis sine interruptione dierum matura deliberatione et concordi omnium magistrorum facultatis regencium et non regencium, conclusit que sequuntur, inviolabiliter observanda et per modum statuti :

Primo facultas medicine declarat Johannem Donremi, quia illicite practicat et illitteratus est, perpetuo resecandum a facultate, et de facto eundem Johannem perpetuo ab eadem facultate ab omni honore et scolaritate in dicta facultate privat atque resecat, et ab omni juvamine et libertatibus facultatis. Insuper declarat eundem Johannem inhabilem suscipere scolaritatem in dicta facultate perpetuis temporibus.

Secundo prohibet facultas per modum statuti omnibus magistris regentibus et non regentibus, bacalariis et scolaribus et omnibus juratis facultatis, ne quovismodo associent dictum cabusatorem, nec recipiant in suis lectionibus, et similes illicite practicantes, sub pena perjurii et perpetue resecationis eorum qui contra presentem ordinationem venire presumpserint a dicta facultate.

Tercio conclusit et ordinavit facultas quod, quia dictus cabusator jactat se habere litteram scolaritatis a quodam magistro regente, scilicet a magistro Petro Brachii, et hoc cedat ad vituperium facultatis contra tenorem statutorum facultatis, quod quamcicius dictus regens veniret Parisius, teneretur comparere coram facultate ad purgandum se ab tali imposito eidem, ne ceteri regentes similes litteras scolaritatis similibus cabusatoribus tradere presumant.

Comment. fac. med., I, p. 260.

2229. *In festo B. Bartholomaei apostoli praesentata est ordinatio episcopi Paris. ejusque officialis publicata sequentibus dominicis et diebus festivis per ecclesias parochiales civitatis et villae Paris, qua Johanni Domremi et similibus illicite practicantibus sub poena excommunicationis et 60 libr. paris prohibebatur, ne visitarent infirmos in civitate et suburbiis Paris. Sigillatum est etiam in cancellaria Franciae privilegium, quod facultas medicinae habet contra cabusatores, et praesentatum per quadrivia Paris.*

1423, Augusti 24, Parisiis

Comment. fac. med., I, p. 260

2230. *Magister Johannes Domremi accusatus coram parlamento se defendit contra accusationem facultatis medicinae.*

1423, Novemb. 23, 29, Parisiis.

Mardi xxiij^e^ jour de Novembre. — Entre maistre Jehan de Dompremi, medecin et chirurgien d'une part, et les doyen et maistres en medecine de l'Université de Paris et ladite Université d'autre part. Dompremi proteste de non vouloir injurier aucun ne deroguer aux privilèges de ladite Université, et dit qu'il a pratiquié xlij ans à Paris, et, avant qu'il veinst à Paris, en la ville de Troies, et depuis il a demouré, conversé et repairié avec les plus notables medecins et cyrurgiens de ce royaume, et en nomme pluseurs, et dit que pource qu'il avoit gairy messire Guillaume de Sens, president ès grans jours de Troies, il lui conseilla qu'il veinst à Paris, et y vint, et depuis a pratiquié et été appellé ès collacions avec feu maistre Guibert de Celsoy et autres notables medecins et cirurgiens qui oyoient volontiers ses opinions, et a fait de tres belles cures; mais ou contempt de ce et en especial de nouvel pource qu'il a gairy une femme de ceste ville qui estoit grosse, qu'il nomme, les medecins en ont esté mal contenz, pource que longuement l'avoient visitée et n'y veoient remède que de fère ouvrir ladite femme pour saulver l'enfant. Et toutesvoiez Dompremi l'a garry, et est en bonne santé, et est vif son enfant Dit outre que le roy derrainement trespassé le fist retenir son cirurgien et le fist general visiteur des cirurgiens de ce royaume. Et neantmoins partie l'a fait priver de scolarité et lui ont defendu toute pratique et ont defendu et fait defendre à herbiers et apoticaires qu'ilz ne lui delivrent herbes ou apothecaireries pour pratiquer....

Les doyen et faculté de medecine, et l'Université de Paris adjointe avec ladite faculté, defendent. Et premierement maistre Jehan Beaupère ... a dit que ladite Université a deliberé de soy adjoindre ... et pour monstrer ce qu'il veult dire, a prins en theume la parole du Sage, *Sapient.* 1° capitulo : *Diligite justiciam, qui judicatis terram* . .

Après ce, l'advocat de l'Université et de ladite faculté a defendu à la requeste dudit de Dompremi et dit que la science de medecine est moult notable et subtile science *et ubi desinit philosophus, incipit medicus,* et est une science qui requiert grant estude et par long temps ...., et convient que ung medecin soit clerc et expert. Mais Dompremi ... est tisserand et ne scet lire ne françois ne latin, et n'a nulz livres .. Les roy Charles roy de France

et de Navarre et le roy Jehan et Charles le Quint[1] ont fait ... ordonnances touchant l'exercice de l'art de medecine ... et quant aucun a voulu faire le contraire, il en a esté corrigié et puny par justice. Et par especial à Jehan Thion et Guillaume de Beauval fust faite defence qu'ilz ne exerçassent fait de medecine pource qu'ilz n'y savoient riens et n'estoient que savatiers....

Et quoy que die Dompremi, il n'a que ung remède pour toutes maladie[s], qui est fait de racines de persil, d'ache et autres herbes destrempées en ung pot avec miel, et fait eaues pour toutez maladies, ainsi qu'il dit sans rime et sans raison.

Lundi xxixe jour de Novembre. — Les doyen et maistres, en continuant le plaidoyer, dient que nul ne puet avoir vraie experience ne seure sans raison et sans science, et dit Averroys : *Medicorum imperitorum plurimi homicide sunt,* et ramainent à ce propoz les diz de Galien et autres maistres de medecine.... Et se Dompremi avoit esté varlet ou serviteur de medecins à Troies et ailleurs, il ne souffiroient mie pour estre medecin, et s'il avoit gary messire Guillaume de Sens de la gravelle, dont il n'appert point, ce ne seroit mie souffisante approbation.... Et combien qu'il ait du langage et venterie assez, c'est tout neant en effet, et n'est clerc ne expert; et ne fu onquez medecin ne cyrurgien du roy, et n'y fu onquez veu ne appelé.... Et ne se porta onques comme medecin en habit ne autrement, et a accoustumé d'estre court vestu de robe partie deschiquetée en estat d'esprouveur de triacle....[2].

Et n'a voulu Dompremi lire ne construire en l'Université qui le vouloit examiner, et a dit qu'il n'entendoit point latin, et pource l'Université a declaré ledit Dompremi non estre escollier, ne habile à pratiquer, et lui a l'Université defendu la pratique, et se Dompremi s'en plaint, il devroit poursuir devant le pape, et n'en devroit point venir ceans la cause.

Arch. nat. Paris, X^{1a} 4793, fol, 348^{b} sq.

1. Vid. *Chartul.* II et III. — 2 Plures mulieres, quae post consilia dicti Domremi « abortivum pepererunt », enumerantur

---

2231. *Joh. Domremi conatur in parlamento argumenta facultatis medicinae attenuare; sed etiam procurator regis se adjungit magistris Universitatis, qui iterum Domremi impugnant.*

1423, Decemb. 14 sqq., Parisiis.

Mardi xiiij^{e} jour de Décembre. — Maistre Jehan de Dompremi dit, en continuant son plaidoié, qu'il n'est point et ne fu onques tisserand, aussi ne doit-on refuser l'experience de simples gens qui ont souvent moult profité, si comme recite Arnaudus de Villanova d'un cardinal qui fu gairy par l'experience d'un bien simple homme. Et si est vrai que Dompremi est bien expert et gairy maistre Jehan de Martroy medecin, qui estoit griefment malade, dont il ne trouva remède que a Dompremi qui le gairy.... Et y a eu pluseurs

et encorez a à Paris, *plus de cent,* qui ont pratiqué et pratiquent, hommes et femmes non graduez, et a on veu maistre Salmon qui entendoit grec et n'entendoit point latin, et autres qui ont pratiqué, sicomme La Calabre qui a gairy maladies, à quoy les medecins ne savoient pourveoir, et y a arrestz pour La Gausse et autres, que on a receu à pratiquier, nonobstant le contredit des medecins. Et n'appartient point à l'official de congnoistre de ceste matière qui est seculière *et de layco.* Et a procedé contre le bien publique, et doit congnoistre de ce le juge ordonné par l'empereur à congnoistre de ce. Et dit que on a procedé contre Dompremi *ad excommunicationem* sans monition, en le difamant par libelles et paroles difamatoires....

Le procureur du roy recite le contenu ès informations faictes *hinc inde* en ceste matière et dit .... que par les status, ordonnances royaulz et papaulz nul ne puet ne doit exercer medicine ou cyrurgie s'il n'est gradué ou approuvé par les maistres, et ainsi est ès autres estas et mestiers, d'orfavrerie, de barberie, de boucherie et des autres, et ne souffist mie *bonum facere nisi bene fiat.* Et se Dompremi ou autre se seut expert et souffisant en medicine ou en science d'ars ou autre, voit aux maistres pour avoir licence et pour estre approuvé, ainsi qu'il appartient. Et pour ce le procureur du roy s'adjoint avec les maistres de l'Université. Et pour les faultes de Dompremi faictes en sa pratique *respectu abortivorum et al[iorum]*, conclut *ut in registro* de l'Espine....

Mardi iiij[e] jour de Janvier [1424]. — Les maistres dient que se Dompremi a voiagé, il a de tant eu mains de loisir d'estudier. Et combien que experience face moult, elle proufite et fait plus à gens qui ont science, *quia ars red[d]it facilem.* Et ne puet avoir aucun bonne inventive s'il n'a science, et dit Galien que nul ne doit mettre la main à la medecine s'il n'est philosophe et gradué, et s'il n'a les principes de la science. Et se on dit que Appolo, Galien et Ypocras ont trouvé medicine par experiences, on ne doit mie pour ce comparer à eulz Dompremi, lesquelz estoient grant clers et grans philosophes *doctissimi viri....* Et s'il avoit renommée entre simples gens ignorans, ce ne preuve mie sa souffisance, *quia vulgus peritum ab imperito nescit discernere, secundum dictum Ypocratis....* Et ne usoient point de medicine Salmon, ne La Calabre, ne autres, ... et se Calabre et autres s'entremettoient de visiter femmes grosses, ce estoit à fère à femmes en ce congnoissans selon les drois *de ventre inspiciendo,* et ne se seroient point entremises de fait de medicine principalment, et y a interdictions faictes par arrestz de ceans contre aucunes qui s'en sont voulu entremettre.

Arch. nat. Paris., X[1a] 4793, fol. 359, 367. — Haec pro *Chartulario* sufficiant. Lis per plures annos protracta est Litigabant an. 1424, Jan 10 et Aug 28, et Domremi magistros ad archiepiscopum Senonens. citaverat (l c., fol. 368, 474). Facultas medicinae jam. Febr. 11 proposuit ut scriberet Universitas ad curiam Senonensem, quod « ista materia tractari debebat Parisius » (Comment. fac med . I, p. 263). Revera archiepiscopus Senonens. dedit commissarios Parisiis. Hoc intellecto Domremi renuntiavit processibus in curia ecclesiastica (X[1a] 4793, fol. 475[b], ad Aug. 29) Nihilominus an. 1425, August 21, res nondum peracta erat, cum Johannes Domremi novas scripturas contra facultatem parlamento subjicere deberet (Arch nat., X[1a] 4794, fol. 138[b]) Immo an. 1426, Novemb. 16, facultas medic. elegit deputatos qui duobus praesidentibus parlamenti commendare debebant, « ut ipsi dignarentur accelerare expeditionem et dare arrestum super dicto processu » Responsum

habuerunt votivum (Comment fac. med., I, p. 287). Sed an. 1427, April 26, nondum habuerunt (Arch. nat., X[1a] 1480, fol 372); et Aug. 16 de arresto deliberandum erat.

2232. *Capitulum Paris de scholis parvis disponit, absente cancellario.*

1424, Januarii 26, Parisiis.

Sedes scolarum in vico Truandrie ad collationem domini cancellarii ecclesie [absentis] spectans, collata est per capitulum magistro Johanni Patourelle, magistro in artibus, presbytero, et vacabant per liberam demissionem earum mag. J. Briant.

Arch. nat. Paris., LL 112, p. 433. Vid supra n° 2171

2233. *Magistri facultatis theologiae erant congregati in domo magistri Thomae Monachi « ad visitandum* statuta facultatis et juramenta »

1424. Februario, Parisiis.

Bibl. nat. Paris., ms lat. 5494, p. 27. — Maii 9 expendebantur pro scriptura statutorum facultatis in quatuor quaternis 24 sol. paris. (p. 49).

Supra non agitur de una nova confectione statutorum facultatis theol., sed de « visitatione » antiquorum statutorum (quae in *Chartul*, II, p 697-703, publici juris fecimus) et juramentorum (ibid., p. 705 sq.), per quod non excluditur, quaedam adjuncta, alia cancellata fuisse. Summa statutorum et juramentorum eadem remansit Post illa calamitosa tempora, quae Universitati dissipationem absolutam minabantur, necesse fuit antiqua statuta suppositis Universitatis iterum inculcare, sicut eo tempore etiam quantum ad Collegia fiebat. Nunc quoque explicatur, cur Bouvot bedellus facultatis theol. saec. XVII in capite juramentorum (Arch. nat. Paris., MM 261, fol. 1, cf. *Chartul*, II, p. 707, not.) asserere potuerit, ea esse an. 1426 redacta, ad quam assertionem THUROT, *De l'organisation de l'enseignement*, etc, p. 135, not., scribit. « je ne sais sur quelle autorité ». Bedello noster codex 5494 notus erat. e quo « an. 1426 » pro « 1424 » scripsit (quia compotus bedelli Vacheret in ms[to] p. 53 anno 1426 factus est), et quae supra ex eodem ms[to] extraximus, ad quamdam « redactionem » referebat.

2234. *Licentiati in facultate theologiae*

1424, Martii 3, Parisiis.

Die iij[a] Martii fuerunt licenciati anno CCCC[mo] XXIII[o] :

Primo mag Guillelmus Eu[v]ric, decanus Remensis[1].
Mag Johannes Archerii[2]
— Robertus Piri[3].
— Johannes Berodi[4]
Fr Johannes de Turrecremata[5], presentatus Predicatorum
Mag Egidius de Priches[6]
Fr Anthonius de Raqueneto[7], presentatus August
Mag Angerrandus Lesen[n]e[8]
Fr Antonius de Aretio[9], presentatus Minorum
Mag Nicolaus Midi[10]
Fr. Petrus de Hodenc, presentatus Carmelitarum[11]
Mag Johannes de Hueven[12].
Fr. Johannes de Nibat, Minor[13]
— Remondus de Altoponte, Augustin.[14] [14]

Bibl. nat. Paris., ms lat. 5494, p 27, e quo ms. lat. 5657[a], fol 16

1. Incepit, seu « magistratus » est April 13 (ms. 5494, p. 33). — 2. Magister Maii 12 (ibid). — 3 Magister Maii 22 (p. 34). — 4. Magister Jun. 19 — 5 Seu « de Torquemada ». Magister theol. an. 1425, Febr. 16 (p. 35). Ipse acerrime praeeminentiam papae super Concilium Basileae propugnavit. De eo QUÉTIF-ECHARD. *Script Ord. Praed.*, I, 837. An. 1431

magister s. palatii, 1439, Decemb 18, card. S. Mariae Transtiberim. — **6** Magister an. 1424, Octob 24 (p. 34). — **7.** Seu « Requenato » Magister Septemb. 16 (ibid). — **8.** Magister Novemb. 7 (p 35). De « Ingerrano » vid p. 91. — **9.** Ms. « Anetio ». Magister Jun. 28 (p 34). — **10.** Magister Novemb. 21 (p. 35) Pluries de ipso infra. — **11.** Magister Novemb. 21. An. 1431 fuit prior domus Carmelit. Rotomagens , qui ducem Bedfordiae ut fundatorem domus designavit (vid. BEAUREPAIRE, *Notes sur les juges ... de Jeanne d'Arc*, p 111). — **12.** Dictus « de Arnhem » Magister Jun 27 (p. 35, ubi « de Sorbona », quia ibidem bursarius). Fuit nat Anglic. Universitas eum an. 1427 « ad papam destinatum, quique antea plurimas solemnes nostre Universitatis ambaxiatas exercuit » summo pontifici pro beneficio obtinendo recommendavit (Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 26). An. 1428, Octob. 4, 8 salutia pro hac ambassiata recepit (ms. lat. 5494, p. 88. Cf. p. 73). — **13.** Seu « Nibar ». Magister Decemb. 12 (p. 35). Hactenus ignorabant, hunc doctorem, qui processui Johannae d'Arc assistebat, Ord. Minorum fuisse. — **14** Magister an. 1425, Jan. 26 (ibid). An. 1420, Junii 14, Martino V supplicavit, jam baccal in theol , ut Parisiis in aliquo loco Sententias legere posset (Suppl. Mart. V, nº 138, fol. 237ᵇ), et post tres annos jam licentiatus est

---

2235. *« Ritus tradendi biretum inaugurorum »*[1] *facultatis theologiae.*

Nota quod, quando magister qui debet tenere principium in aula domini episcopi Parisiensis, venerit cum novo magistrando et erit sufficiens copia assistencium, ita quod ab utroque latere magister tenens principium et novus magistrandus habeant unum vel plures magistros, et bachalarius, qui de prima questione est in aula responsurus, habeat a destris et sinistris aliquos bachalarios formatos, et ad minus unum de quolibet latere[2], tunc receptione facta[3], senior magister tenens principium sui bachalarii mox magistrandi, habet dicere novo magistrando : « Domine vesperiate, antequam biretum recipiatis, vos habetis aliqua jurare. » Et tunc debet ei legere juramenta prout habetur in forma[4] :

Primo, vos jurabitis servare pacem et transquillitatem inter [scolares et religiosos et equaliter inter religiosos et scolares

Item, juratis servare honorem et libertatem cancellarii et cancellarie ecclesie Parisiensis

Item, juratis servare pacem inter Universitatem et cancellarium ecclesie Parisiensis.

Item, juratis servare honorem facultatis theologie et sic singulorum magistrorum dicte facultatis, nec revelabitis secreta ejusdem facultatis

Item, juratis quod temporibus debitis per facultatem ordinatis vos facietis, aut per vos aut per alium vel alios, duas responsiones in aulis novorum magistrorum modo consueto

Et tunc juramentis factis debet ipsum facere dicere i[s]ta verba : *Ita juro,* altisone et manu apposita ad pectus. Quibus verbis dictis injungat ei, ut ob reverenciam sedis apostolice ponet se ad genua. Et tunc recepto bireto de manu novi magistrandi dicat magister ejus : « Ego in signum honoris et reverencie magistralis post licenciam vobis datam et concessam auctoritate qua fungor in hac parte impono vobis bieretum (*sic*) doctorale in sacra facultate theologie in nomine Patris et Filii et Spiritu[s] Sancti. »

Hoc facto dicat novo magistro : « Incipiatis quando volueritis. » Tunc magister novus suam collacionem incipiet, etc. Collacione finita novus magister disputabit questionem suam, et movebit eam quidam scolaris aut bachalarius cursor per novum magistrum electus Qui quidem novus magister dicat : « Surgat qui habet proponere questionem. » Questione proposita novus magister determinabit se ad bachalarium quem voluerit pro responsione ad questionem Responsione facta per tres conclusiones et sex correlaria et

colaterales proposiciones absque responsione et ad argumenta facta per proponentem, novus magister incipiet arguere contra terciam questionem, que ad ipsum spectat. Consequenter magister tenens principium pro loco et turno suo arguet contra secundam questionem. Tercio loco et pro turno cancellarii vel subcancellarii arguet idem magister tene[n]s principium quandiu videbitur tempus propicium et hora opportuna. Et hac questione disputata surgent duo magistri, qui secundam questionem disputabunt; deinde alii duo, qui eamdem resument. Terminabitur actus in nomine Patris et Filii.

Bibl. nat Paris., ms lat. 5494, p. 29-30, inter computa facultatis theol. an. 1424. Juramenta sola iterum p. 118. — Plura horum nobis jam nota sunt e *Chartul.*, II, p. 693 sq.

1. Rubrica manu posteriore addita. — 2. Interponitur « Nota quod debet recipere biretum, antequam aliud dicat ». — 3. Ms. addit : « dicat ». — 4. Quaedam horum juramentorum eadem sunt ac juramenta ante licentiam praestanda. Cf. *Chartul.*, II, p. 684, nº 25.

2236. *Paulus de Bonneffoy, magister Hebraicae et Chaldaicae linguae in Universitate Paris testatur se a facultate theol. 16 sol paris recepisse* « Le xiiij jour de Mars l'an mil CCCC vint et trois.

1424, Martii 14, Parisiis.

Bibl. nat. Paris , ms. lat. 5494, p 44. — Nomen ejusdem tam « en lettre de chrestien », i e. latine, quam « en ebrieu » subscriptum est. Cf. JOURDAIN, p. 246, not. 1 De eo supra nº 2186.

2237. *Articuli communes ad rotulum secundum principalem Universitatis Paris. Martino V missum, et a papa iiij kal. April., anno VII, signatum.*

1424, Martii 29, Maii 15, 25, Romae.

Universis et singulis Johannes miseratione divina episcopus Ostiensis S. Rom. ecclesie cardinalis et vicecancellarius salutem in Domino et presentibus fidem indubiam adhibere. Quia pium extimamus et rationi fore consonum, perhibere testimonium veritati, ad universitatis vestre notitiam tenore presentium deducimus et firmiter attestamur quod sanctissimus in Christo pater et dom. noster Martinus divina providentia papa V in favorem, et pro incremento Universitatis studii Parisiensis doctoribus et magistris in rotulo dicti studii per eundem dominum nostrum papam sub data iiij kal. Aprilis pontificatus sui anno septimo signato descriptis concessit certos articulos, qui de mandato ipsius domini nostri pape die quintadecima mensis Maii pontificatus ejusdem anno predicto in camera apostolica publicati fuerunt, et quorum tenores sequuntur in hunc modum.

Ad vestre sanctitatis celsitudinem, pater beatissime, presentem rotulum supplicationum quarundam generalium et specialium transmittit vestra humilis et devota filia primogenita Universitas Parisiensis . .., ipsius portitores ad V. S. pro parte humilis ac devote vestre filie prefate Universitatis Parisiensis destinatos solite paternitatis vestre beneplacito suscipiat, placide audiat, benigne foveat E. S. V., ipsorum dictis fidem plenariam adhibendo.

Primo dignetur E. S. presentem rotulum et contenta in eo solito more sue clementie benigne recipere, et defectus tam juris quam facti ac ignorantie, si qui forsan in eo repeniantur, misericorditer supplere. — Fiat ut petitur pro porrigentibus supplicationes etiam vicecancellario. O.

[Supplicationes concessae de confessoribus eligendis, de servitio dicendo sec. morem Rom. ecclesiae; quod rotulus cum « prerogative data » ante omnes Universitates signetur; quod magistri usque ad quinquennium incompatibilia simul assequi possint; quod praesentes in studio absentibus in assecutione beneficiorum praeferantur, licet absentes gaudeant privilegiis praesentium; papa praesentes reputet, quos tales Universitas reputat; si tempore datae praesentis rotuli a papa obtinendae quidam magistri in rotulo ut graduati, presbyteri aut alias descripti minime graduati, presbyteri aut aliter qualificati fuissent ut sunt tempore praesentationis rotuli, hoc nihil noceat.] Fiat. O.

Item dignetur E. S. V. concedere omnibus doctoribus, magistris, graduatis et scolaribus Parisius quod tam agendo quam defendendo in causis beneficialibus, seu aliis spiritualibus finis perpetuo Parisius imponatur, ad hoc dando tres judices apostolicos, scilicet conservatorem privilegiorum Universitatis Parisiensis, abbates S. Germani de Pratis et S. Genovefe; et ultra non pretendatur appellacio, nec aliter quam ad eos. — Fiat in prima instantia[1]. O.

[Sequuntur supplicationes, ne propter errorem commissum in significandis qualitatibus gratiae subreptitiae vel invalidae censeantur; quod dignitas, personatus, officium ac canonicatus et praebenda pro uno beneficio reputentur; magis graduatus minus graduato praeferatur, antiquior in gradu juniori in eodem gradu[2]; bullae expediantur sine nova supplicatione; non habentes debitam aetatem ad recipienda beneficia dispensentur; religiosi quoad beneficia tractentur ut magistri saeculares; de levatione et expeditione bullarum quoad beneficia; magistri, qui beneficia in primo rotulo sibi concessa nondum consecuti sunt, insimul gratiis in hoc secundo rotulo frui possint.] Fiat. O.

Item dignetur E. S. V. concedere quod xiiij bedelli principales dicte Universitatis in suis personis beneficiorum ecclesiasticorum capaces uti et gaudere valeant prerogativis per E. S. V. doctoribus et magistris infrascriptis, ut speramus, concedendis, absque tamen prejudicio doctorum et magistrorum infrascriptorum. — Fiat, si alias fuerint exempti. O.

Publicate et michi tradite in cancellaria die xv[a] que fuit idus Maii anno VII. M. DE NOVARIA.... — Datum Rome in domo habitationis nostre, anno a Nativitate Domini millesimo quadringent. vicesimoquarto, indictione secunda, die vero vicesimaquinta mensis Maii, pontificatus prefati domini nostri pape anno septimo.

Originale in Arch. nat Paris., M 66[b], n° 35 (olim A. 20. n), cum sigillo cardinalis Ostiensis Cod. Vat. lat. 4990, fol. 175-177, ubi solum supplicatio Universitatis, minime litterae cardinalis Ostiensis. — BUL., V, 369 — Cum tres articuli ambigue formati essent, Universitas postea Martino V aliquas mutationes proposuit, quas etiam papa eodem anno, Novemb 14, acceptavit (Suppl. Mart. V, n° 172, fol. 256).

Ut prius e primo rotulo dubia solvenda erant, sic etiam e secundo rotulo, v. g. an. 1425 quantum ad Martinum Pinardi, mag. in art , bac in decr., litter. apost. scriptorem (Suppl. nº 183, fol. 177), qui an. 1442, Sept 3, factus est episc. Abrincens (Arch. Vat. Oblig., nº 66, fol. 60), an. 1427 quoad Henricum Thibout aliosque olim ad Concilium Constantiense ex parte Universitatis destinatos (ibid., nº 201, fol. 93b).

1. Sed hanc concessionem Universitas approbare non potuit, nam supposita nihilominus non solum pro secunda et tertia sed etiam prima instantia ad curiam citata sunt, propter quod studium et Universitas non modicum detrimentum patiebantur, ut Universitas ante an. 1426, Decemb 21, apud Martinum V conquerebatur, quando Ingerrandus de Parenti, postea mag. medicinae, pro prima instantia ad curiam Rom. citatus erat (Arch. nat Paris., M 65a, nº 4) Propterea Universitas judices Parisius pro omnibus instantiis petiit. — 2. Postea articulus mutatus est ut magis graduatus minus graduato, et prius graduatus posteriori graduato, et praesens absenti praeferatur.

2238. *Magistri Johannes Pulchripatris, Livinus Neuelinc, Robertus Poitevin, Johannes Hervei, Johannes Chuffart*[1] *et Johannes le Moustardier oratores destinati ad sedem apostolicam cum rotulo secundo principali Universitatis Paris.*

1424, Martii 31, Romae.

Reg. Suppl Mart. V, nº 170, fol 76b, 79. Favores pro seipsis petierunt.

Hi ambassiatores (excepto Johanne Hervei) eodem anno, Februario, Senas ad Concilium generale venerunt (*Monum. Concil. general. saec. XV*, t. I, p. 48, *Auctar* , II, p. 305, not. 2), quod tamen jam Febr 26, seu potius Martii 7 dissolutum fuit (vid. HEFELE, *Conciliengesch.*, t. VII, p. 407 sq.). Ambassiatores postea Romam cum rotulo profecti sunt, de quo rotulo in Universitate jam anno 1423, Octob , agebatur (Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p 26). Solum circa Junii 22 Parisios reversi erant, ut saltem de Livino Neuelinc narratur (vid. *Mém. de la fac. de decret.*, I, fol. 58).

1 Iterum per quinque menses absens e Parisiis fuit. Cf supra nº 2141, not.

2239. *Petitio regis Angliae seu potius ducis Bedfordiae Martino V porrecta ad licentiam obtinendam in Normannia aliquod studium generale cum privilegiis Universitatis Paris erigendi.*

1424, Martii 31, Romae.

Hee sunt petitiones et requeste quas ambassiatores serenissimi principis Henrici Francie et Anglie regis destinati per deliberationem et advisamentum domini regentis et juxta sibi imposita [summo pontifici presentarunt], ac etiam responsiones manu propria domini nostri pape scripte et prefatis ambassiatoribus facte, ut infra videbitur[1].

.... Item dignetur sanctitas vestra concedere et dare licentiam et facultatem alicui prelato aut persone ecclesiastice erigendi generale studium in facultate artium jurisque civilis in quacunque civitate, bona villa seu loco notabili in provincia Rothomagensi, de quo placuerit et videbitur illustrissimo principi domino regenti, cum prerogativis, libertatibus et privilegiis illis et similibus quibus gaudet et utitur Universitas studii Parisiensis; et quod specifice possit illa exprimere post erectionem studii, doctoresque et magistros ac studentes alios qui causa studii venerint illis facere uti et gaudere, ac si specifice hic exprimerentur, et per S. V. singulariter singula manu vestra signarentur cum clausulis, etc. — Fiat cum privilegiis aliarum Universitatum de Francia, et committatur episcopo Parisiensi vocatis vocandis. O.

Item quod si pro erectione hujusmodi studii aliqua collecta imponatur personis laicis

provincie predicte sive regni Francie, quod persone ecclesiastice debeant et teneantur contribuere semel proportionabiliter sicut et laici, maxime cum hoc concernat tam bonum ecclesie quam utilitatem laicorum, et quod ad hoc possint compelli per censuram ecclesiasticam cum invocatione brachii secularis, etc. — Fiat quod semel, sed non per brachium seculare. O. — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, pridie[2] kal. Aprilis, anno septimo.

Reg. Suppl Martini V, nº 170, fol. 221.

Ad *Chartularium* solum ultima 12 paragraphorum seu petitionum pertinet. Reliquas vide apud BUL., V, p. 366 sq. Annotamus vero paragraphum 4am quantum ad matrimonium inter ducem Glocestriae et Jaquelinam, comitissam Hannoniae, in Suppl. deesse. Revera responsum papae ad paragraphum 5am tantum refertur.

Primum tunc temporis Angli mente conceperunt aliquod studium generale in Normannia erigere, sed solum post annos septem hoc propositum Cadomi ad effectum perductum est. Vid. nº 2406.

1. Johannis ducis Bedfordiae — 2 BUL. « pro die kal April. », proindeque JOURDAIN, nº 1180 : « die kal. April. ».

2240. *Licentiati in facultate medicinae.*

1424, Martio, Parisiis.

Item recepi :

A magistro Philiberto Furnerii, pro bursis sue licentie, iij fr. viij sol.
— Johanne Johannis[1], pro bursis sue licentie, iij fr. viij sol
— Rolando Scriptoris[2], pro bursis sue licentie iij fr. viij sol

A magistro Guillelmo Figuli, pro bursis sue licentie iij fr viij sol.
— Guillelmo de Apostolatu[3], pro bursis sue licentie iij fr viij sol

Comment. fac. med., I, p. 268. — Non aliter licentiati hoc anno inscripti sunt Iidem quinque pro sua bursa inceptionis solverunt quisque xviij sol.

1. Johannes Johannis vel Reynerii de Leydis, suppositum nationis Anglicanae, multis annis memoratur in *Auctar.* II. — 2. An. 1427 petit a Martino V de defectu natal. dispensationem (Suppl. nº 210, fol. 196b) — 3. « Alias Kense, rector paroch. eccl. de Zwenghen Tornacens. dioec. » (Suppl. Mart. V, nº 203, fol. 37b, ad an. 1427).

2241. *Martinus V Universitati Paris. praerogativas concedit quoad gratias exspectativas, ita ut supposita praeferantur aliis in pari vel majori data, quibusdam exceptis*

1424, Aprilis 1, Romae.

Martinus episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Dum in mente nostra.... Hinc est quod nos ad dilectos filios rectorem et Universitatem prestantissimi et celeberrimi studii Paris., qui pro acquirenda scientie margarita indefessis curis semper intendunt, gerentes nec immerito paterne caritatis et dilectionis affectum et cupientes, ut ipsi rector et Universitas pro statu honoreque nostro et Romane ecclesie in partibus illis eo ferventius invigilent et laborent, quo ampliori apostolice sedis gratia et prerogativa se noverint communitos, eorum quoque in hac parte supplicationibus inclinati, in favorem et pro incremento Universitatis ejusdem volumus et apostolica auctoritate tenore presentium statuimus et etiam ordinamus, quod hac vice duntaxat magistri in theologia ac in decretis

doctores necnon in medicina et artibus etiam magistri in rotulo Universitatis hujusmodi, qui super expectativis gratiis per nos sub data iiij kal. Aprilis pontificatus nostri anno septimo signatus fuit (quam datam perinde valere voluimus ac si idem rotulus sub data iiij kal. Februar. ejusdem pontificatus anno primo[1] per nos signatus fuisset), descripti et quos Universitas ipsa actu et sine fraude in loco dicti studii presentes repulat, quique in loco ipso in aliqua facultate graduati sunt, quilibet videlicet eorum in assecutione unius beneficii vigore gratiarum hujusmodi necnon desuper conficiendarum litterarum, etiam si ad plures collationes sive ecclesias fuerint expectantes ...., omnibus aliis *[etiam canonicis receptis]* similes vel dissimiles sub pari vel potiori data quascunque etiam cum ipsarum extensionibus gratias expectativas habentibus ...., omnino preferantur; exceptis tamen dilectis filiis duobus dicte sedis notariis, quatuor referendariis, tribus secretariis, correctore litterarum apostolicarum, duobus subdiaconis, duobus cubiculariis, duobus camere apostolice clericis, duobus accolitis simul unicoque contextu in cancellaria apostolica nominandis, necnon camere predicte et omnibus palatii apostolici causarum auditoribus, ac venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium singulis qui eis in Romana curia presentialiter servierint vigintiquatuor familiaribus domesticis, continuis commensalibus per eosdem cardinales[2], ac sex nostri camerarii vel vicecamerarii familiaribus, per eorum aliquem, et quatuor presidentibus in dicta cancellaria, venerabili fratri nostro Johanni episcopo Ostiensi ejusdem ecclesie vicecancellario seu ejus locumtenenti pro tempore existenti in expeditione hujusmodi litterarum apostolicarum assistentibus, quatuor aliis abbreviatoribus et quindecim scriptoribus ipsarum litterarum apostolicarum per dictum vicecancellarium etiam nominandis, ut prefertur, et in libro ipsius cancellarie describendis; necnon familiaribus nostris domesticis et continuis commensalibus, cardinalium quoque eorundem nepotibus, ac .. . imperatoris et regum necnon .... ducum et ipsorum conthoralium fratribus, filiis, nepotibus, familiaribusque domesticis actu et continue illorum servitiis insistentibus, ac eorum in dicta curia continue residentibus procuratoribus, necnon singulis generalium studiorum Universitatum, qui cum illorum principalibus rotulis se personaliter nostro conspectui presentarunt seu imposterum presentabunt nuntiis, qui omnes superius excepti sint ...., quibus quoad plenarium sortiendum effectum unius gratie expectative vel ejus extensionis ipsis concesse vel imposterum concedende, quam in suarum nationum locis pro tempore obtinuerint.... nullum intendimus quomodolibet prejudicium generari .... Nulli ergo, *etc.* Datum Rome apud Sanctum Petrum kal. Aprilis[3], pontificatus nostri anno septimo.

Originale in Arch. nat. Paris., L 319, n° 10 (olim A. 3. a). Sigillum cum parte membranae avulsum est *In plica :* B. DE MONTEPOLICIANO. « Gratis de mandato d. n. pape ». G. DE CALLIO. — Ad haec vid. Joh. XXIII, n° 1925, et Mart. V. n^is^ 2138 sq. Universitas Paris. postea saepe, supplicando pro diversis suppositis, ad has praerogativas recurrit, ut e Suppl. Martini V et Eugenii IV liquet.

1. I. e. sub data rotuli primi principalis. — 2. Intellige « nominandis », verbum infra positum — 3. Ap. OTTENTHAL, *Regulae cancellariae apostolicae*, p. 225, n° 149^a^, affertur « iv kal April. ».

2242. *Licentiati Parisius in facultate decretorum.*

1424, Aprilis 18, Parisius.

Anno Domini millesimo CCCC^mo XXIII° more Gallicano, xviij April. ante Pasqua, fuerunt licentiati in aula domini episcopi Paris. per dominum commissarium[1] bacalarii inferius nominati in ordine tradito per decanum facultatis [Guillelmum de Albarippa] dicto domino commissario qui est talis :

Frater Henricus de Altarippa[2], abbas monasterii S Johannis Reomens ,	sub domino S Crispini[3]
Hugo Clerici,	— S. Crispini
Martinus de Fraxinis[4],	— Anth de Leuco
Johannes de Fonte[5],	— Gueroudo
Johannes Accuti[6],	— Gueroudo
Petrus de Bellafago,	— Anth de Leuco.
Johannes Midoulx,	— Herveo Pouchart,
Johannes Dorches,	— de Latiniaco[7]
Robertus de Trabibus,	— Joh Huberti
Philippus Marescalli,	— de Latiniaco
Egidius de Brena,	— Guill de Albarippa[8].
Ricardus Plommerii,	— Joh de Brecons
Frater Petrus de la Crique,	— Herveo Pochart
Nicholaus Symonnelli,	— Joh de Brecons.
Johannes Berini,	— Guill de Albarippa.
Robertus de Chanincourt[9],	*remansit facultati*
Guilelmus Mers,	sub domino Joh. Huberti
Petrus de Broquerke[10],	*remansit facultati*
Johannes de Chaneto,	*remansit facultati*

[19]

Memor. fac. decr., I, fol. 57^b.

1. Dominicum Parvi. — 2. FOURNIER, p. 244, falso : « Albarippa ». — 3. Johanne de Servavilla — 4. Illi fuit frater germanus Petrus nomine. Ambos, cum solummodo magistri in artibus essent, Universitas papae commendat, « ut ad ampliores sciencie gradus transcendere queant » (Arch. nat Paris., M 65^a, n° 13, ad Decemb. 31). — 5. Vid de eo BEAUREPAIRE, *Notes sur les juges*, etc., p. 7, not 1. — 6. An. 1426 episcopus Trecens. Vid infra an 1426, n° 2284 — 7 Guillelmo de Conty — 8. An. 1439, cum esset archidiaconus de Bauptois in eccl Constant., accusatus fuit ab Anglis crimine laesae majestatis, et incarceratus (vid. BEAUREPAIRE, in *Précis analytique des travaux de l'académie de Rouen*, 1867-1868, p 510) — 9. Post scrutinium in capella inferiori episcopi conquerebatur erga doctores de malo loco sibi assignato. Responderunt, eum sola ex gratia admissum esse, nec meruisse tam honestum locum (Memor., l. c.). — 10. Ille etiam conquerendo dixit « Je reni Dieu, se vous n'avés très faussement et malvaisement jugié ». Citatus fuit (l. c.).

2243. *Universitas Parisiens. celebrat victorias Anglorum de Francigenis relatas.*

1424, Mart. 12, Aug. 20, Parisiis.

Die xij Martii, [pro] offertoriis[1] in S. Germano Autissiodor. pro redemtione du Crotoy[2] [tradidi] iiij den. — Die xx Aug. fuit missa Universitatis in S. Maturino pro prosperitate regis et regni et pro bona victoria[3], [pro] offertoriis xij den.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p 43, 49.

1. I. e. pro oblatis in missa. — 2. Martii 3 Francigenae obsessi ab Anglis se tradiderunt (vid Tuetey in *Journal d'un bourgeois*, p. 193, not 1). — 3. Quam dux Bedfordiae apud Verneuil Aug. 17 de Francigenis eorumque foederatis retulit, quorum plus quam 7000 ceciderunt Vid. Beaucourt, *Hist. de Charles VII*, t. II, p. 15 sq., Lefèvre-Pontalis in *Bibl. de l'école des chartes*, t LVI, p. 489 sqq Capitulum Paris. etiam Aug. 19 et 20 processiones fecit et cantabat *Te Deum*. (Vid. Tuetey, l. c., p 199, not. 6).

2244. *Cursores in theologia.*

1423, Octob.-1424, Septemb., Parisiis.

Mag Nicolaus Hermesent, 21 Octob. incepit 1um curs.[1].
— Guillelmus Vavassoris, 18 Decemb , 1um curs.
— Thomas Thorelli, 28 Jan , 1um curs
— Johannes Potage, 2um principium (cursum) 20 Mart.
— Michael d'Estepe, 22 Mart., 1um curs.
— Robertus Comitis, Ord S. Trinit , 28 Mart , 1um curs
— Guillelmus de Fossato, 18 April , 1um curs.
Mag. Johannes de Germiny, 10 Maii, 2um curs.
— Guido Sarennarii, 18 Maii, 1um curs.
Dom Guillelmus de Caritate Ord. Cisterc., 18 Maii 2um curs
Mag Johannes de Valle[2], 4 Jun , 1um curs
— Gaufridus Coclearis, 17 Jul., 2um curs
— Michael Anglici, 24 Jul , 2um curs.
— Guillelmus Erardi, 31 Jul , 2um curs
— Johannes Hochet, 8 Aug., 1um curs. [15]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p 19, 33, 34.

1. Propter hunc cursum ipse, presb Rotomagens. dioec. (Suppl. Eugen. IV, nº 304, fol. 133ᵇ), vocatur « baccal. theol. », sed reliquit theologiam, et decretis studuit, licent. an 1434. Vid. ibid. Nescimus quare in Suppl. Eugen. IV, nº 314, fol. 3ᵇ, ad an. 1437, Martii 11, vocetur « magister theologie ». An 1440 canon. Rotomag. (nº 364, fol. 260). Cf. *Auctar.*, II, p. 451, not. 1. — 2. Sub abbate Fiscamnensi. An. 1424, Martii 17, Universitas testata est, eum, Rotomagens., per majorem partem ordinarii, incipientis in festo S. Dionysii an. 1418 et finientis in festo SS. Petri et Pauli an. 1419, Parisiis in facultate theol. studuisse, proindeque privilegiis a Martino V doctoribus in rotulo primo concessis gaudere posse (Arch. nat. Paris., M 65ᵃ, nº 99).

2245. *Sententiarii et Biblici Paris*

1424, Septemb., Parisiis.

Nomina bachalariorum Sentenciariorum pro anno CCCC^{mo} XXIIII° :

Frat Stephanus Avole, Carmelita, xxiiij sol
Mag. Johannes Baudouiny, xxiiij sol
— Guillelmus Erardi, xxiiij sol
— Michael Anglicy, xxiiij sol
— Gaufridus Coclearii, xxiiij sol
Dom Guillermus de Caritate, prior Sancti Bernardi, xxiiij sol.
Frat. Georgius Taxilli, Predicator, xxiiij sol
— Franciscus de Becigniaco[1], Minor, xxiiij sol.
— Georgius de Valle speciosa, Augustin , xxiiij sol.
— Guillelmus Dulcis, Predicator, per bullam, xlviij sol.[2]. [10]

Biblici ejusdem anni :

Frat Nicholaus Claus de Metis, Minor, xx sol
— Cornelius Grandi, Augustin , xx sol
Dom Jacobus Parientis, Cisterciensis, xx sol
Frat. Hemericus Chalucheti, Carmelita, xx sol. [4]

Bibl nat. Paris , ms lat 5494, p. 34. — Qui supra notantur ut legentes 2um cursum, hic jam ut Sententiarii afferuntur. — Desunt in ms^{to} magistri regentes hujus anni.

1. Fortasse « Bretigniaco. » — 2. In fine biblicorum allatus.

2246. *Magistri regentes facultatis medicinae an 1424-1425*

1424, Novembris 7, Parisiis.

Anno Domini 1424[to], die vij[a] Novembris que fuit dies martis fuerunt proclamati regentes :

Guillelmus de Camera	Johannes Coterelli
Joh Bellardi.	Eustacius Calculi
Jacobus Sacquespée	Joh Warrini
Henricus Doengny.	P de Chassiaco
Droco Decani	Egidius Caniveti.
Petrus Cardonnelli.	Ro[landus] Scriptoris
Robertus Poitevin[1].	G[uillelmus] Figuli
Bernardus Nivardi	Fillibertus Fornierii.
Joh. Avantage[2]	Guillelmus de Apostolatu [18]

Comment. fac med., I, p. 274. — Rollandus Scriptoris decanus electus est « prima sabbati post Omnium Sanctorum, xiiij[a] Octobris (*sic*) ».

1 Hoc eodem anno « Poytevin » praebendam Paris. recipere debuit, a papa ad eam acceptus, sed Guillelmus de Courcelles a rege Angliae praesentatus praevaluit (Arch. nat, LL 112, p. 456) — 2. Ultimum inter regentes invenitur. « Jehan Avantage » vel « l'Avantage » an. 1428 pecuniam recipit « pour ung certain voyage que icelluy [dux Burgundiae] lui a ordonné faire à Paris devers Ms. le regent le royaume de France duc de Bedford » (Laborde, *Ducs de Bourgogne*, I, p. 247), an. 1435 : « pour avoir avec aultres les conseillers de Monseigneur fait certain voyaige à Florence devers notre saint Pere le pape » (ibid , p. 343). De eodem vid. supra n° 2105.

2247. *In parlamento mag Johannes Larchier*[1]*, nomine Universitatis, litteras Caroli VI cum sericeis filis et cera viridi*[2] *ad privilegia Universitatis conservanda datas, sed nondum restitutas et in registris inscriptas, expediri petit.*

1424, Decembris 7, Parisiis.

Arch nat Paris., X[1a] 4794, fol. 11[b] Ibid., 1480, fol. 312[b] (Dec. 15). — Ad haec vid. supra n° 2135 et n° 2158.

1. Thema orationis ejus fuit « *Psalm.* cxi°. In memoria eterna erit justus ». — 2. Vid. supra n° 2158, not.

2248. *Universitas Paris. ad Humfredum ducem Glocestriae, ut a proposito suo desistat, aliter timendum ne pax inter Angliam et Franciam rumpatur.*

1424, Parisiis.

Noble prince, nous ne nous pouons assez esbahir quelz causes vous muevent après le bon traictié de paix et concorde entre les royaulmes de France et d'Angleterre et par vous juré avec monseigneur le duc de Bourgogne et ceulx qui tiennent sa partie, et mesmes adviz emprins à faire mauvaise guerre à iceluy duc en rompant l'amour et traictié dessusdis; et mesmement comme il soit ainsy que vous et les vostres soyez parvenus au droit, title et possession du royaulme de France par la fourme de l'amour contract avec iceluy duc et ses adherens, laquelle amour et alyance par vous rompu, tous les Franchois et Galicques sont quictes du sarment de loyaulté et de obedyence debvoir estre baillié au

roy et à vous tous. Et par la benignité de Jhesu Crist, considerés que vous faictes, quel peril et quel empeschement vous procurez au roy, qui encoires n'est que ung enfanchonnet. En après, considerez comme grant escandèle vous faictes à vous-mesmes en brisant vostre sarment, quel dommage au roy, quel injure à nous, quel joye à vos ennemis, et quel confusion vous proroguiez et pourchachiés à vostre partie. Avez-vous dont ja oublyés les labours, les sueurs, les soings et les difficulté[s] que soustint en vostre presence et bonne memoire Henry roy d'Angleterre, vostre frère, pour le traictié de paix mettre entre les deux royaulmes, laquel chose il constitua à tant de labeurs? Gardez que en brief moment vous ne dequéez. Vous savez que les ediffices se font et esliègent à grans despens et à grans labeur, mais souvent sont ruez à terre en ottant d'eure que on met à clore ung œil. Vous savez aussy que pareillement les gouvernemens des royaulmes se conquièrent à tres grant paine, veilles et perilz, mais s'ilz ne sont governez par foy et par justice, legierement les choses acquises se deflerent et deceurent; car, comme dist le sage, la vertu n'est pas plus maindre de bien deffendre et garder les choses acquises, que de les conquerir. En après, vous devez mettre l'âge jone[1] et infantible du roy devant les yeux de vostre pensée. Considerez aussy ententivement que vous, qui devez estre tuteur d'iceluy roy, par vos ycelles œuvres n'alienez et n'estranguiés de lui le title du roy et de la couronne de France. Et certainement, comme dist le sage[2], le royaulme est transporté de gens en gens pour les œuvres non justes, pour les injures et les divers maulx. Laquelle chose ne vous adviengne par telles voies ne par tels fais, regardez vous-mesmes, vostre domination, à meilleur consaulx de transquilité, ce vueil Nostre Seigneur inspirer[3], et de ces choses commenchies s[c]andaleuses et perilleuses vueilliés retourner vostre haultesse, laquelle à la paix des royaulmes Jhesu Crist prince de paix vueille conserver.

Bibl Arsenal. Paris, ms. 4106, fol. 38, sub inscriptione : « Cy après s'ensuit la coppie des lettres de l'Université envoyées au duc de Clochestre ». Verbis adhuc durioribus Humfredo duci Glocestriae Parlamentum Parisiense scripsit (ibid, fol. 33) Dux Jaquelinam de Bavaria, comitissam Hollandiae et Hannoniae, vivente ejus legitimo marito Johanne Burgundiae, duce Brabantiae (patruele ducis Burgundiae), an. 1423, Martii, in suam conjugem sumpsit, et anno sequenti manu armata dominium Johannis ducis Brabantiae, i. e. Hannoniam, invadere voluit, et revera mense Novemb invasit. Cf. *Mém. de Pierre de Fenin*, ed DUPONT, p. 227 sqq., BEAUCOURT, *Hist. de Charles VII*, t. II, p. 362 sqq. Epistola scripta videtur adhuc an. 1424. De diversis ambassiatoribus in hoc negotio vid. BEAUREPAIRE in *Mém. de la soc des antiquaires de Normandie*, XXIV, p. 174 sq.

1. Ms. « jour ». — 2 *Eccli.*, x, 8. — 3. Ms. « imperateurs ».

2249. *Universitas Paris. concilio regio Angliae scribit, ne dux Glocestriae, violato juramento, adversus ducem Burgundiae « qui totius tractatus pacis radix et origo est » bellum moveat; ne Angli, foedere regni utriusque rupto, jus atque dominium regni Franciae temeritate ducis Glocestriae amittant* « Quantis vigiliis »

1424, Parisiis.

J. STEVENSON, *Letters and papers illustr. of the wars of the English in France*, II, p. 386, latine, sub inscriptione « Concilio regio pro reformatione in materia controversiae inter duces Gloucestriae et Burgundiae habenda », ubi tamen quis litteras scripserit non notatur, quod vero constat e Bibl. Arsenal Paris. ms nº 4106, fol. 40, in quo epistola gallice reddita

sequitur epistolam in numero praecedenti relatam, sub rubrica : « Cy apres s'ensuit la coppie des lettres de l'Université envoyées aux evesques et aux conseillers d'Angleterre » et sic incipiens « Reverens peres et seigneurs, nous sçavons par certaine cuidance ». Revera stilus ac sententiae eaedem in utraque epistola, licet STEVENSON, p. 387, not. 3, asserat epistolam fortasse scriptam esse ab Henrico de Beaufort episcopo Vincestriae.

Postea in ms Bibl. Arsenal., fol. 43 sqq , quatuor epistolae ducum Burgundiae et Glocestriae, quae etiam inveniuntur ap. *Chron. de Monstrelet*, IV, 213 sqq., 220 sqq

---

2250. *Universitas Paris Martino V tuitionem suarum praerogativarum commendat. Supposita dispersa sunt, Universitas a veteri gloria diminuta. Ne creentur novae Universitates.*

1425, Februarii 26, Parisiis.

Orbi fidelium preponitur unus, pater beatissime, ut ab eo tanquam a cardine rerum ordo, unitas, pax et leta quies profluat in ceteros. Hoc Salvatoris voce ostensum est, cum Cephe ait : « Tu, aliquando conversus, confirma fratres tuos[1] ». Unde, si aliquid questionis inter illos ortum fuerit, ad eum referre tenentur. Hanc formam ex sacris litteris accepimus, hanc proinde omni cura tenemus et, ut reliqui a nobis sumant exemplum et summo pontifici firmiter obediant, omni diligentia observamus.

Audivimus, pater sancte, quod nonnullis neque familiaribus vestris, dominorum cardinalium, regum, reginarum, ducum aut aliorum exceptorum a prerogativa dudum nobis per vestram sanctitatem Florentie concessa, ipsas prerogativas indulsistis, qui adversus quosdam nostrum vere presentes reputatos et pro talibus in nostro rotulo descriptos se erexerunt miris et exquisitis modis, illos processibus vi memorate concessionis involventes; neque insatiabilis vorago mortalium hiis contenta, de vestra liberali beneficencia obtinuit prerogativam generalem pro omnibus qui curiam secuti fuerunt sex mensium spacio, nostra indulta penitus eradicantem. Post hec secularis potestas, potissime regium tenentes parlamentum, non contenti suis limitibus, verum consanguineos et familiares nobis preponere cupientes, memoratas gratias exstinguere satagunt, in grave prejudicium nostrum et intollerabilem jacturam. Siquidem inutiles esse leges convincuntur si nullus eas observet. Parum ideo fuerat nobis dedisse prerogativam, si non esset qui custodiret, si mox ad preces infimorum erat auferenda. Profecto hec non sine causa graviter nos conturbant, et videtur studentium decor et spes ex levi ratione opprimi plurimum.

Hanc querimoniam ad summi apostolatus apicem referimus vestre sollicitudini vestreque magne caritati humiliter supplicantes, ut si aliquibus talium, qui etiam de numero quinquaginta reservatorum non existunt, uti nostra prerogativa concesseritis, decernere dignemini hoc fieri debere absque prejudicio presentium in rotulo nostro Florentie signato[2] descriptorum, et per nos pro talibus reputatorum. Ceterum quoniam plurimi ex nobis litteras apostolicas nondum obtinuerunt de gracia in primo rotulo nostre Universitati a vestra sanctitate concessa, quidam propter penuriam, alii studio totaliter occupati, dignemini abhinc usque ad annum tempus expedicionis bullarum de predicta gracia prorogare,

infra quod licite possint earum procurare confectionem non obstantibus vestris prioribus ordinationibus.

Preterea augmentum nostri studii pleno desiderio ad exaltacionem fidei et apostolice sedis honorem pro nostra integritate vestram coguntur orare sanctitatem, et, ne dissidii ejus causa prebeatur, devoto affectu humiliter precari. Sat passi sumus, supra modum sparsi, et quod dolenter referimus, a veteri gloria nostra, ymo vestra, imminuti. Reliquias nostras ad Romanam curiam evocacio novorumque studiorum creatio temptant funditus evertere. Nempe infirmitati nova placent, ad recentia ardenter curritur. Hiis morbis subvenite, pater sancte, dando nobis pro omnibus causis signanter beneficialibus judicem infra muros Parisienses, nedum pro prima instancia, sed pro omnibus, quemadmodum ut relatu didicimus novo Dolensi studio[3] concessistis. Neque mare hoc spatiosum Parisiensis studii novorum studiorum fundacione ulterius in rivulos, cito fortassis siccaturos, ultra partiri sinatis. Et cum nationes gentium viderint instituta vestra teneri, neque ulla prece, importunitate aut dolo leges vestras et decreta quempiam posse abrumpere, vestri ad exemplar componentur, stabunt eorum federa, promissa solventur; jam manebit data dextra condam, et reddito inter nos gaudio, meror abibit, ac serena mente vestr[e] provide equitatis preconia cunctis aperire valebimus. S. V. conservet Dominus Jhesus ad regimen ecclesie sue sancte. Scriptum Parisius in nostra congregacione generali apud Sanctum Maturinum solemniter celebrata die xxvj^{a} mensis Februarii anno Domini millesimo CCCC^{mo} XXIIII°.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65^{a}, n° 5.

1. *Luc.*, XXII, 32. — 2. I. e. in rotulo minus principali, supra n° 2138. Sed minus principalis et principalis solum pro uno rotulo habebantur. — 3. An. 1422, Novemb 21, erecto. Privilegia diversa, inter alia privilegium supra relatum in rotulo seu potius in Articulis communibus ad rotulum (nondum editis) Universitas Dolens postulavit, et a Martino V omnia privilegia ante Schisma Universitatibus concessa recepit (Suppl. Mart. V, n° 157).

2251. *Martini V ad Carolum VII regem Franciae litterae, quibus eum admonet se non teneri juramento, quo se obligaverit observare constitutionem an. 1418, Martii, de collatione beneficiorum.*

1425, Maii 1, Romae.

Martinus, etc. Carissimo in Christo Karolo regi Francorum illustri salutem, etc. Dum sinceritatem et plenitudinem tue devotionis et fidey qua nos et sedem apostolicam devotissime revereris diligenter attendimus, et paterna consideratione pensamus quanto favore tue filialis erga nos et ecclesiam affectionis et promptissime voluntatis vigilas et attendis ad conservandam in regno tuo dignitatem dicte sedis et ecclesiasticam libertatem, merito inducimur ad ea per que conservata ejusdem sedis auctoritate consequaris conscientie tue pacem. Sane pro parte tue serenitatis nuper nobis ex[h]ibita petitio continebat, quod cum dudum per clare memorie Karolum regem Francorum genitorem tuum de nonnullorum prelatorum et procerum de genere regio et aliorum dicti regis consilio facte fuissent

quedam ordinationes super dispositione, provisione et collatione ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum secularium et regularium in tuis regno Francie et dalphinatu Viennensi consistentium, et super rebus aliis ecclesias, monasteria, dignitates et beneficia hujusmodi nec non jurisdictionem et auctoritatem prefate sedis concernentibus, tu tunc in annis juvenilibus constitutus et dalphinus Viennensis ad inductionem et persuasionem dictorum prelatorum, principum, procerum et consiliariorum dicti tui genitoris solempniter jurasti, dictas ordinationes inviolabiliter observare et nunquam in contrarium relaxare, venire aut aliquid per te vel alium impetrare[1]. Postmodum tu tanquam devotissimus ecclesie filius et christianissimus princeps incedens per vestigia clarissimorum regum Francie progenitorum tuorum, a quibus semper dignitas dicte sedis precipuo solicitudinis studio defensa fuit et libertas ecclesiastica conservata, intendens quod auctoritati et jurisdictioni prefate sedis ac apostolicis literis et processibus inde secutis circa premissa in tuis regno et dalphinatu Viennensi ab omnibus realiter obediretur, easdem ordinationes et earum effectum quantum ad tunc futura, sicut nobis nuper per tuos solempnes oratores ad nostram presentiam destinatos et patentes literas regias intimasti[2], totaliter relaxasti, substulisti et etiam amovisti. Propter quod dubitas venisse contra prefatum per te, ut prefertur, de observandis eisdem ordinationibus prestitum juramentum. [*Papa scribit Carolum ad observantiam dicti juramenti non teneri, eumque ad cautelam absolvit.*] Datum Rome apud Sanctos Apostolos kal. Maii, pontificatus nostri anno octavo.

Jo. Ermonus.

Reg. Vat. Mart. V, n° 356, fol. 7b. — Hactenus eae tantum instructiones notae erant, quas Carolus VII suis ambassiatoribus, Philippo episc. Leonensi, Johanni abbati S. Petri Viennens., Guillelmo Hotot abbati de Cormeriaco, Johanni Gerardi, leg doctori, Johanni de Montemorino, dedit (ap. Martène, *Thes. nov. anecd.*, I, 1759 sq.).

1. An. 1418. Vid supra n° 2101. — 2 Eodem anno, Februarii 10 (Arch. nat X1a 8604, fol 73b).

2252. *Cum, propter bella et dissensiones principum, e provincia Turonensi et praesertim e ducatu Britanniae ad Parisios sine mortis periculo non sit accessus, ut aliquis ibidem theologiae (quae in aliis studiis circumvicinis propter Paris. studii praeeminentiam et vicinitatem non exercetur) incumbere possit, Conanus*[1] *abbas B Mariae de Begard Trecorens. dioec., Ord. Cisterc., in juvenili aetate, olim Parisiis, nunc Andegavis studens, Martino V supplicat ut cum uno religioso sui Ordinis in Andegavensi Universitate juri canonico studere et in ea gradus recipere possit, non obstantibus constitutionibus.* — Fiat ut petitur ad quinquennium. O — Dat. Rome apud Sanctos Apostolos undecimo kal. Julii, anno octavo.

1425, Junii 21, Romae.

Reg. Suppl. Martini V, n° 182, fol. 160.

1. Kaerengarii, abbas ab an. 1420, Novemb. 22 (Reg. Lat. Mart. V, an 4, lib 57, fol. 187)

2253. *Lis coram praeposito Paris. et coram parlamento inter chirurgos et barbitonsores Paris., qui praetendebant se, quamvis non approbatos, artem chirurgicam in quibusdam casibus exercere posse.*

1425, Septembris 7, Parisiis.

Cum lis mota fuisset coram preposito nostro Parisiensi inter procuratorem nostrum in Castelleto Parisiensi et magistros Henricum de Trecis, Johannem de Subtusfurnum, cyrurgicos juratos nostros, in dicto Castelleto, Johannem Gillebert prepositum communitatis et confratrie cyrurgicorum juratorum Parisiens., Bernardum de Pleignes, Adam Martini, Michaelem Le Charron et Johannem Courtier, magistros licenciatos et approbatos in arte et scientia cyrurgica Parisius, majorem et saniorem partem magistrorum, licenciatorum et approbatorum in dictis arte et scientia Parisius facientes et representantes, actores ex una parte; et communitatem barbitonsorum Parisiensium, videlicet Egidium de Fresnes, magistrum Johannem Trouée, Colinum Le Barbier, Johannem Le Maire, Guillermum Le Breton, Johannem Briquebart, juratos, Matheum de Lavenue, Guillermum de Prouvencourt, Symonem Bazin, Drouetum de Jardinis, Symonem Le Prince, Thomam Aubert, Florencium Archier, Petrum de Tremblay, Johannem de Boullon, Philippum Le Clerc, Johannem Wisteflin, Johannem Quarré, Guillermum Coquart, Michaelem Galerue, Bertrandum Bernard, Johannem Le Barbier, Johannem Laisné, Andream Godart, Johannem Baudour, Petrum Chartier, Johannem Veret, Michaelem Moreau, Guillermum Lenfant, Colinum Hane, Gilletum de Novavilla, Johannem Bernier, Franciscum Berault, Godefridum Gastebreze, Johannem Girart, Jacobum Le Pers, Jacobum Preudomme, Ysenbardum Le Conte, Radulphum Poitevin, Johannem Baube, Alanum Poquelin, Jaquetum Varlet, Johannem Cannet, Johannem de Ligne, Bertrandum de Montmerel et Colinum Treuvefer, barbitonsores Parisius commorantes, majorem et saniorem partem barbitonsorum dicte nostre ville Parisiensis facientes et representantes, defensores, ex altera. Ratione certarum proclamationum, publicationum et inhibitionum auctoritate justitie et ad requestam predictorum actorum (ne aliquis in dicta nostra villa et banleuca Parisiensi se de facto et operatione cyrurgie nisi per magistros, juratos et licentiatos cirurgicos dicte nostre ville Parisiensis examinatus et debite approbatus, ac juramento per eum dicto preposito nostro more solito prestito et per eundem prepositum ad testimonium dictorum magistrorum juratorum cyrurgicorum receptus et admissus foret, se intromitteret) factarum, quas bonas, validas, rationabiles ac humane creature et rei publice perutiles, oppositione dictorum barbitonsorum non obstante, iidem actores declarari requisiissent.

Dicti vero defensores predictas proclamationes, publicationes et inhibitiones indebitas et non rationabiles ac in prejudicium rei publice et totius boni communis factas fuisse ac easdem ut tales revocari et adnullari, et hoc faciendo certas cartas seu litteras per modum sententie et constitutionis principales per defunctum recolende memorie Karolum quintum

regem Francie editas et concessas[1] publicari et per sequelam[2] oppositionem dictorum defensorum bonam et validam declarari, ac eosdem defensores ab impetitionibus et conclusionibus dictorum actorum absolvi in contrarium petiissent.....

Supradictus prepositus per suam sententiam predictos defensores de curando et sanando clavos, bossias et plagas apertas in casu periculi, et alias, si dicte plage non fuerint mortales, periculo earundem justitie primitus reportato, tociens quociens ipsi ad hoc requirerentur, se posse intromittere, et pro hoc faciendo tradere et administrare emplastra. unguenta et alia medicamenta neccessaria pro curatione eorundem clavorum, bossiarum et plagarum apertarum in dicto casu periculi, et alias, si dicte plage non sint mortales, ac periculo justitie, ut predictum est, primitus reportato, pronuntiasset, et respectu supradictorum dictos defensores ad bonam et justam causam se opposuisse; et in quantum ipsi defensores suam oppositionem magis ample contra dictas proclamationes quam supra dictum est sustinuerant, ipsos torconnarie et ad malam et injustam causam se opposuisse declarasset, et in ceteris dictas proclamationes in suis terminis teneri non obstantibus per utramque dictarum partium propositis ordinasset et absque expensis hinc inde : fuit a dicta sententia pro parte dictorum actorum ad nostram parlamenti curiam appellatum.

Auditis, *etc* ... dictum fuit, supradictum prepositum nostrum bene judicasse et dictos appellantes male appellasse...

Pronuntiatum septima die Septembris anno Domini millesimo CCCC° XXV°.

J. Vivien. Morvillier. S. de Plumetot.

Arch. nat. Paris., X1a 64, fol. 264

1. Vid. *Chartul.*, III, nis 1250 et 1296. — 2 Ms.: « sequelem » Intellige « consequenter »

2254. *Johannes de Lucronio, Ord. Min , petit ut alibi quam Parisius magisterium in theol recipere possit*

1425, Septembris 9, Romae.

Beatissime pater. Cum obstantibus dissensionibus, guerris et turbationibus, que in regno Francie et maxime Parisius et circumcirca (proch dolor) vigere non cessant, et propter viarum discrimina inibi ex depredancium et latronum cupiditate imminentia,.... Johannes de Lucronio in s. theol studens, presbyter conventus Lucroniens. Ord. frat. Min Calagorritane dioc. provincie Castelle, .. pro doctoratus alias lectoratus gradu... non possit Parisius accedere pro ipso obtinendo, eapropter supplicat S V. dictus frater, quatinus in civitate Tholosana, Vallisoleti vel Salamantina doctoratus seu lectoratus gradu insigniri possit et valeat ab aliquo illius patrie in dicta facultate magistro. . — Fiat, si perfecit cursus suos in locis debitis O. — Dat. Rome apud Sanctos Apostolos quinto id. Septembris, anno octavo

Reg Suppl Mart. V, n° 184, fol. 104b.

2255. *Cum mag. Robertus de Lithère*[1], *mag in artibus et licent in decretis, in Conciergeria incarceratus esset, propter haeresis suspicionem, eum sibi reddi coram parlamento petit episcopus Paris, Universitas vero jus suum repetendi suppositum incarceratum, data cautione juratoria, vindicat. Auditis ambarum partium advocatis, curia se visuram respondit.*

1425, Septembris 13, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X^{1a} 4794, fol. 145^b

1. Robertus de « Liteheire », de nobili genere ex utroque parente procreatus, an. 1424, Novemb., adhuc baccalareus in decret., paroch. eccles. de Esclavilla petiit (Suppl. Mart. V, n° 175, fol. 7^b).

2256. *Cursores in facultate theologiae.*

1425, Martii-Septemb., Parisiis.

Fr. Johannes Wiflet, alias de Popper, religiosus et can eccl Tongerlens Ord Premonstrat, 13 Mart, 1um curs
Mag Thomas de Corcellis, 26 April, 1um curs
— Hugo Majoris, 2 Maii, 2um curs
Fr. Johannes Baldouini, religiosus S. Nicholai Furnens., 5 Maii, 1um curs
Mag. Petrus Mauricii, 14 Jun., 2um curs
— Johannes Trobardi, 19 Jul, 1um curs
— Johannes Bourerii [Ord Cisterc] 2um curs
— Richardus du Mesnil, 31 Jul., 2um curs
— Petrus Beuvin, 27 Aug, 2um curs. [9]

Bibl. nat. Paris., ms lat 5494, p. 35 sq.

2257. *Sententiarii et Biblici Parisiis.*

1425, Septemb., Parisiis.

Nomina bachalariorum Sentenciariorum pro anno CCCC^mo^ XXV^to^ :

Frat. Gerardus de Chalimonte[1], Carmelita, xxiiij sol
Mag Petrus Beuvin, xxiiij sol.
— Petrus Mauricii, xxiiij sol
— Richardus de Mesnillo, xxiiij sol.
— Hugo Majoris, xxiiij sol
Frat Johannes Borerii[2], Cisterciens., xxiiij sol
— Johannes Saraceni, Predicator, xxiiij sol.
— Gerardus de Salinis, Minor, xxiiij sol.
— Robertus[3] de Porta, Augustin, xxiiij sol.
— Johannes Sirvestris[4], Predicator, sententiarius per bullam, xlviij sol [10]

Biblici ejusdem anni :

Frat Radulphus Eveny, Predicator, xx sol
— Johannes Episcopi, Augustin, xx sol
Frat Nicholaus Cavanel, Cisterciensis, xx sol
— Johannes Dulciviri, Carmelita, xx sol. [4]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 36.

1. Ms. potius « de Thamonte ». — 2. Idem, quem Martinus V an. 1426, Maii 11, monasterio de Valle Nostrae Dominae Paris. in abbatem praefici voluit (Reg. Lat., an. 9, lib. 122, fol. 304^b, ubi vocatur « Johannes Bouvier, monachus prioratus Collegii S. Bernardi, bacall. theol. »). An. 1429, April., revera vocatur Johannes « Boerii », abbas Vallis Nostrae Dominae (Suppl. Mart. V, n° 233, fol. 70^b). — 3 Ms. « Rodulphus ». — 4. I. e. « Silvestris » Exstat in fine biblicorum. Vid. infra an 1429. Decemb. 31.

2258. *Magistri regentes in facultate theologiae Parisius.*

1425, Septemb., Parisiis.

Nomina magistrorum regentium pro anno Domini millesimo CCCC^{mo} XXV^{to} in mense Septembris :

Et primo dom decanus facultatis magister Dominicus Parvi
Mag. Petrus de Diereyo
— Johannes de Trecis
— Johannes de Allancio[1], Cisterciensis
— Egidius [abbas] de Bellobeco.
— Radulphus Marescalli[2]
— Guillermus de Sella[3].
— Thoma[s] Hobe
— Rolandus Berguenel
— Erardus Emangart.
— Guillelmus Pinguisavis
— Johannes Saunerii
— Extacius de Mesnillo
— Johannes Trolehem.
— Johannes Pulcripatris
— Thoma[s] Monachi.
— Rogerus de Gaillon.
Mag Johannes Darques.
— Philippus Molet.
— Jacobus Testoris
— Johannes Soquet.
— Egidius Remondi.
— Guillelmus Bouticolli.
— Martinus Bilory
— Johannes Yonis.
— Petrus Mugecii.
— Johannes de Boury [episc Meldens]
— Guillelmus Eu[v]rie
— Robertus Piry
— Johannes Berodi
— Anthonius de Raqueneto.
— Anguerrandus Lesen[n]e.
— Nicholaus Midi
— Petrus Hedonc
— Johannes de Hu[ev]en. [35]

Bibl. nat. Paris , ms. lat. 5494, p. 37.

1 I e. de « Ellantio » (Elan), provinciae Remens. Cf. JANAUSCHEK, *Orig. Cisterc.*, I, p. 113. — 2. Ultimum nominatur. Anno sequenti, Aug. 7, pro ipso defuncto domini de S. Genovefa servitium fecerunt (ms. 5494, p 70). — 3. Ms. : « Salla ». Ille Guillelmus de « Cella », de quo supra n° 1834. An 1426, Aug. 14, Guillelmus de « Cella », doctor regens in fac. theol., litigabat in parlamento cum mag Symone Chevestre de canonicatu et praebenda de Cricon (Arch. nat., X^{1a} 65, fol. 112^{b}), an 1432, Sept, cum Guillelmo Penagel de cura S. Germani veteris Paris. (ibid., 67, fol. 208).

2259. *Magistri theol saeculares et Ord. Praed et Min. cum magistris studentium horum Ordinum de sermonibus Sorbonae ordinant*

1425, Octobris 13, Parisiis.

Item die xiij Octobris, quando magister Rolandus Berguernel, magister Guillelmus Pinguisavis, mag. Jacobus Testoris [O. Min.], et duo magistri studentium de domo Predicatorum et Minorum, unacum magistro Martino Bilory [O Praed.] fuerunt congregati ad ordinandum de sermonibus in collegio Sorbone, pro vino xvj den., pro pane viij den., [pro] piris viij den.

Bibl. nat. Paris , ms lat. 5494, p. 50 — Similia, mutatis nominibus, etiam leguntur ad an. 1428 (p. 88), an. 1430 (p. 97), etc., quae consulto omittimus

2260. *Magister Dominicus Parvi iterum receptus est ad cancellariam cum protestationibus quod beneficia non retineret Guillelmus de Courcellis requisivit se recipi ad cancellariam, sed frustra*

1425, Octob. 24, Parisiis.

Arch. nat. Paris., LL 113, p. 26.

2261. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1425-1426. [Iidem ut an 1424, praeter* Droconem Decani, Joh Avantage, Joh Coterelli] [15]

1425, Novembris 6

Comment. fac. med., I, 280. — Nov. 3 Egidius Caniveti decanus electus.

2262. *Magistri theologiae confessiones quorumdam haereticorum sortilegii reorum incarceratorum inspiciunt, aliaque causa ipsorum agunt*

1425, Jun. 14-Decemb., Parisiis.

Die xiiij Junii [solvi] pro magistris nostris qui fuerunt congregati in camera domini ministri S. Maturini ad videndum confessiones[1] aliquorum in carceribus domini episcopi[2] detentorum...

[Octob. xj][3] tradidi domino rectori unum scutum auri pro nuncio, qui portavit litteras domino duci Burgundie, dominis Atrabatensi[4] et Tournacensi[5] super facto fidei de mandato dominorum meorum, et valebat xxiij sol.

Die xª Novembris quando magistri nostri fuerunt congregati super facto fidei in S. Maturino [solvi pro] pane vj den., vino xvj den., piris et esculis[6] viij den. Decemb. pro pluribus scripturis factis super facto fidei tangentibus factum incarceratorum, traditis cuilibet magistrorum nostrorum, [solvi] viij sol.

Bibl. nat Paris., ms. lat. 5494, p. 49, 50. — Supra de haereticis magistro Guillelmo Vigner et ejus laicis complicibus agitur, quorum nomina infra nº 2273. Jam Octob. 2. episcopus Paris. Johannes de Nanton cum inquisitore fidei Joh Graverent convenit ut simul procederent in processu horum sortilegii reorum (vid. *Gall christ.*, VII, 145 sq.). In *Journal d'un bourgeois* haeresis (invocationes) jam ad an. 1424, Maio, refertur (vid. p. 210); ast anno 1424 de hoc ibidem nihil narratur, sed solum 1426.

1. Doctores et magistri Paris. consueverunt in materia fidei articulos condemnationis elicere « a confessionibus accusatorum de materia heresis » (vid. QUICHERAT, *Proces de Jeanne d'Arc*, III, p. 144). — **2.** Johannis de Nanton (olim archiepiscopi Viennens.) ab an 1423, Jun. 25, de quo supra et *Gall. christ.*, VII, instrum., nº 171. — **3.** De hoc etiam in *Memor fac decret*. I, fol. 68ᵇ, ad Octob. 11, quando facultas decretor. post quasdam altercationes conclusit, nuntio de Cameraco reverso (qui « diu steterat in villa de Insula pro expectando responsum, et fuit cum magnis sumptibus ») ut quaelibet alia facultas et natio unum mutonem auri solveret. Ibidem tamen omittitur, nuntium missum fuisse « super facto fidei ». — **4.** Martino Porée. — **5.** Johanni de Thoisy. — **6** I. e. levibus escis

---

2263. *Facultas medicinae deliberat super dispensatione temporis auditionis iis, qui regentes in artibus fuerant in vico Straminis, concedenda*

1426, Februarii 16, Parisiis.

Die sabbati que fuit xvjª Februarii, fuit facultas solemniter congregata super duobus articulis in Sancto Maturino. Primus erat ad audiendum responsionem jurisperitorum...

super dispensacione temporis audicionis, ut eciam bachalarii licenciandi eligerent suos magistros sub quibus incipere volebant. ..

Super primo puncto primi articuli exposuit pro tunc Egidius Caniveti, decanus facultatis, quod exhibuerat officiali Parisiensi et magistro Johanni Loyer, Gallico, copiam statutorum facultatis mencionem facientium de tempore audicionis, eo quod aliqui magistrorum facultatis dubitabant quin aliqui licenciandi indigerent dispensacione de tempore audicionis, et cum ipsis dispensare non poterant, eo quod eciam aliqui scolares volentes intrare examen illa dispensacione indigebant, quia notorie fuerant regentes in vico Straminis per aliquod tempus. Et tunc in illa congregacione bachalarii licenciandi humiliter supplicaverunt quod cum ipsis dispensaretur de tempore audicionis si et in quantum dispensacione indigerent, ad omnem cautelam; quod eisdem fuit concessum ex parte facultatis in quantum poterat cum ipsis dispensare. Cum scolaribus eciam aliquibus volentibus intrare examen bachalariatus, scilicet cum magistris Florentio Rogerii et Johanne Amici, fuit eciam concorditer dispensatum per omnes, nemine discentiente, propter paucitatem et penuriam suppositorum facultatis, quia eciam reperti fuerant in plena facultate bene sufficientes et multum habiles ad proficiendum. Abnegavit tamen illo tunc facultas sibi potestatem amplius dispensandi, licet ex parte jurisperitorum nominatorum fuerit responsum quod ex quo statuta erant facultatis, habebat potestatem plenariam dispensandi, addendi, diminuendi et corrigendi....

Et fuerunt presentes in predicta congregacione omnes magistri regentes tunc Parisius existentes.... et duo bedelli Garinus de Roncourt et Johannes Parvi

Comment. fac. med.., I, p. 285.

2264. *Licentiati in facultate theologiae.*

1426, Martii 13, Parisiis.

Nomina licenciatorum [per mag. Dominicum Parvi] pro anno Domini millesimo CCCC° XXV^to die xiij^a mensis Marcii :

Frat Philippus Bajuli[1], Predicator
Mag Dionisius de Sabrevois[2].
— Andreas Gareti[3]
— Johannes Le Galois[4]
Frat Johannes Fabri, Augustin[5]
Mag Matheus Le Sochon[6]
Frat Lambertus de Campo, Predicator[7]
Mag Gerardus Gourron[8].
Frat Johannes Rannerii, Carmelita[9]
— Petrus Riginaldeti, Minor[10]

Frat Johannes Gaucherii, abbas de Vallibus[11]
— Prigensius Burga, Predicator[12]
— Johannes de Abbacia, Carmelita[13]
— Thomas Susanne[14], Cluniac
— Johannes Gravestain, Predicator[15]
— Lucas Francisci de Assisio, Minor[16]
Mag Johannes Petor licent 1426 (1427), Febr 22, in Capitulo Pred per commissum Petrum de Diereyo[17]

[17]

Bibl nat. Paris., ms lat. 5494, p. 38 — Ms. lat 5657^a, fol. 16^b.

1. Fuit magister eodem anno 1426, Maii 31 (p 54). — 2. Magister Jun. 10 (ibid.). — 3. Magister Jun. 20 (ibid). Presb.

Rotomagens. dioec., an. 1428 canon. eccl. Paris ambivit (Suppl. Mart. V, nº 216, fol. 278ᵇ, nº 221, fol. 264). An. sequente plura beneficia, ut capellam S. Albini supra Hareflorum Rotomag. dioec. et S. Leonardi in eccl. Paris. obtinuit (nº 236, fol 37). Defuncto Johanne Gersone de cancellaria Paris. litigabit Vid an 1429. — **4.** Magister Jun 27 (ibid.). Fuit decanus eccl. collegiatae de Salceia, Ebroicens. dioec , et in Concilio Basileensi. An. 1435, Jun., jam defunctus erat. Vid BEAUREPAIRE, *Notes sur les juges... du Procès de Jeanne d'Arc*, p. 77 sq. — **5** Magister Octob 15 (ibid). Adstitit processui contra Johannam d'Arc. An. 1441, Jan. 13, electus est episcopus Demetriens. (Arch. Vat., Obligat nº 66, fol 54ᵇ). Cf BEAUREPAIRE, l. c., p. 109 sq. — **6** Magister Octob. 29 (ibid.). — **7.** Magister Novemb. 15 (ibid.). — **8.** Magister Decemb. 2 (ibid.). — **9** Magister an. 1427, Jan. 9 (ibid.). — **10.** Magister Jan. 27 (ibid.). — **11.** Magister Jan. 20 (ibid., ubi « abbas de Sernejo »). In msᵗᵒ 5657ᵃ, fol. 17, perperam additur « Cluniac ». Vid. supra nº 2194. — **12.** Magister an. 1427, Maii 30 (p. 56). Fuit socius Johannis episc. Leonens. et confessor Johannis ducis Britanniae, qui an 1429-1430 Martino V supplicavit, ut aliquod beneficium, v. g prioratum, etc., acceptare posset (Suppl. Mart. V, nº 244. fol. 93). — **13** Magister an. 1427, Sept. 17 (p 56). — **14.** An. 1417, jam bacc. formatus, prior S Nicolai de Salinis, Bisunt. dioec. (Suppl. Mart. V, nº 101, fol 117ᵇ). — **15.** Magister 1427. Novemb. 28 (ms. 5494, l. c.) — **16.** Magister 1427, Octob. 20 (ibid). — **17.** P. 58. Bedellus recepit pro licentia ejusdem xxxij sol. Magister an 1427, Jun. 5 (ibid., p. 56).

2265. *Facultas decret Paris deliberat de rotulo mittendo ad papam et imprimis de appellatione Universitatis ab episcopo Paris. ad papam in causa haereticorum.*

1426, Martii 21, 22, Parisiis.

Die xxj Marcii, scilicet in die sancti Benedicti, dominus rector, vocatus mag. Johannes de Insula, fecit congregacionem in Sancto Maturino super articulis sequentibus. Primus de quadam apellacione interjecta per dictum rectorem nomine Universitatis a domino Parisiensi in *facto fidei*[1], que fuit lecta, petebatque dominus rector si foret in bona forma. Secundus articulus super acceleracione ambassiate ad curiam Romanam et de modo reperiendi peccunias pro predictis ambassiatoribus. Et aperiebat predictus rector duos modos, videlicet quod conficeretur rotulus pro novis magistris quorum quilibet solveret certam summam; item quod curreret bursa capitalis. In qua congregacione erant pauci de dominis meis, et ideo ego decanus nichil potui concludere.

In crastino fuerunt omnes domini mei congregati in Sancto Johanne et ibi posui in deliberacione articulos prefatos. Et primo ex deliberacione omnium dominorum meorum extitit conclusum, quod omnes littere, quecumque sint ille, etiam ille que mittuntur alicui prelato, legantur in plena Universitate antequam grossentur. Ista vero apellatio fuit grossata et in forma publica redacta insinuata domino Parisiensi, antequam legeretur in Universitate, quia si fuisset lecta, nunquam facultas decretorum in illam, in forma in qua est, consenssisset, cum videatur diffamare multum personam Johannis domini episcopi Parisiensis, decretorum doctoris Parisius, et ideo predictam apellacionem, in forma in qua est, non approbat. Et ut predicta facultas tempore futuro reputetur exonerata, precepit michi decano inregistrare in presenti papiro. Quantum ad secundum articulum placebat rotulus, sed se opponebat burse capitali. Et hoc facto ego adivi dominum rectorem magistrum Joh. de Insula et feci relacionem, prout superius, et quia illa die finiebat sua rectoria, item adivi suum successorem mag. Thomam[2] de Courcellis cui similiter feci relacionem, etc.

Memor. fac. decret., I, fol. 75ᵇ. — Hic iterum agitur de haereticis mag. Guillelmo Vigner ejusque complicibus, de quibus jam supra nº 2262. April. 2 ambassiata nondum profecta erat (vid. *Auctar.*, II, p. 343, 17, 23). Cum episcopus Paris Johannes

de Nanton et inquisitor antea in hoc convenissent ut simul procederent (vid. supra nº 2262, not.), postea inter ipsos dissidium exortum est, quia uterque se unicum judicem in hac causa esse asserebat, Universitas Paris. se adjungendo inquisitori propter hoc contra episcopum ad sedem apostolicam appellare in animo habebat. Vid. tamen infra nº 2273

1. Vid. supra notam. — 2. Ms. et FOURNIER perperam · « Robertum ». Vid. *Auctar.*, II, p. 343, 2, et not. 1.

2266. *Licentiati in facultate medicinae.*

1426, Febr. 16-Mart. 26, Parisiis.

Die sabbati que fuit xvj[a] Februarii... fuerunt presentati dicti tres bachallarii domino vicesgerenti domini cancellarii ad suscipiendum licentiam, scilicet magistro Dominico Parvi, in absentia dicti cancellarii, scil. episcopi Suessionensis[1], quos recepit gratanter et se obtulit in ecclesia Parisiensi ad eorum expedicionem laboraturum Et ipsos tres licenciavit prefatus magister Dominicus Parvi solemniter in aula episcopali Paris .. die 26[a] Marcii anni millesimi quadringentesimi 25[1], secundum ordinem qui sequitur :

1us	Magister	Andreas Despars[2], Picardus	
2us	—	Stephanus Majoris[3], Gallicus	
3us	—	Oliverius Garnerii[4], Normannus	[3]

Comment. fac. med., I, p. 285.

1. Reginaldi de Fontanis. — 2 Eodem anno Universitas Paris. Tornacum pro ipso (fratre celebris Jacobi Despars), « qui tantum urbem vestram decoravit, ut super omnes licentiandos in facultate medicine eminere atque primum promerere locum judicaretur, ad quem locum vocatus cum sumptuosa et celebri solennitate insignia magisterii suscepit » (utique, sed primus inter tres fuit!). Ipse cum aliis in collegio Tornacensi fuit, cujus redditus ab aliquibus annis retenti et scholaribus non soluti sunt (Arch. nat. Paris., M 65[a], nº 81). An. 1419 petiit canonicatum S Donatiani Brugens., quem frater ejus possidebat (Suppl. Mart. V, nº 120, fol. 253). — 3. Postea presbyter (Parisiens.) obtinuit ut in facultate medicinae regere et legere, etc., posset (Suppl. Eugen. IV, nº 265, fol 145[b], ad an. 1431) — 4. Antea, cum solum studens medicinae esset, Universitas Paris pro eo, clerico Bajocens. dioec., ad quemdam episcopum pro beneficio scribit (Arch. nat., M 65[a], nº 141). Anno 1437 ut rector paroch eccl. de Revilla Constantiens. dioec. occurrit (Suppl. Eugen. IV, nº 326, fol. 162).

2267. *Licentiati in facultate decretorum.*

1426, Aprilis 4, Parisiis.

Anno Domini millesimo CCCC[mo] XXVI[o] more Gallicano, iiij[a] die Aprilis post Pascha, fuerunt licentiati in aula domini episcopi Paris. per dominum commissarium [Dominicum Parvi] bachalarii inferius nominati in ordine tradito [per decanum Joh. de Brecons] dicto domino commissario, qui est talis :

Johannes de Suliaco,	sub domino S Taurini[1].
Petrus de Longolio[2],	— — S. Taurini.
Petrus Hagueníni,	— priore de Altheya[3]
Paquerus de Vallibus[4],	— domino de Latigniaco[5]
Philippus de Rosa,	— priore de Altheya.
Georgius Neuelinc,	— domino Levino
Frater Johannes de Herc,	— — Levino
Johannes Domicelli,	— priore de Altheya

Frater Johannes Parvi Johannis,	sub domino	Erveo
Nicolaus Baest,	— —	preceptore S. Johannis
Nicolaus Britonis,	— —	preceptore
Guillelmus Estocart,	— —	Anthonio de Lauco
Petrus Maugerii[6],	— —	id
Robertus de Campis,	— —	Erveo.
Thomas Josselin,	— —	de Latigniaco
Guillelmus Blumel,	— —	Joh Huberti.
Foucaudus de Bacouel,	— —	Erveo Poichardi.
Petrus de Armis,	— —	Joh Huberti
Joh. de Pressiaco,	— —	Anthonio
Guillelmus Rousseleti,	— —	S. Taurini
Petrus Salomonis[7],	— —	Levino
Henricus Thevenon,	— —	de Latigniaco.
Johannes le Boicherat,	— —	Erveo Poichardi
Johannes Anselini,	— —	Anthonio
Richardus Dene,	— —	conservatore[8].
Johannes Voleti,	— —	Levino.
Matheus Redobté,	— —	preceptore [S. Johannis].
Johannes le Delié,	— —	S. Taurini.

[28]

Memor. fac. decret., I, fol. 80. — FOURNIER, *La faculté de décret*, p. 276.

1. An. 1424, Aug. 11, Joh. de Servavilla, abbas S Crispini, translatus est ad abbatiam S. Taurini Ebroicens. (Arch. Vat., XII, 121, p. 178), an. 1429, Octob. 21, ad monasterium S Mauri de Fossatis (Ludovico de Castillione translato ad S. Taurinum). Vid. ibid., p. 244, et Reg. Lat. Mart. V, an. 12, lib. 95, fol. 169, et infra nº 2344 (cf *Gall. christ.*, VII, 300). An. 1432, Sept. 15, Johannes de Servavilla « ab omni regimine et administratione monasterii ex certis rationabilibus causis depositus et amotus » fuit (Reg. Lat. Eugen. IV, an 2, lib. 24, fol. 96). — **2.** An. 1449, Jun. 27, episc. Autissiodorens (*Gall. christ.*, XII, 329). — **3** Joh. de Brecons. FOURNIER : « Alcheya ». — **4** An. 1435, Septemb 23, episcopus Meldens., per mortem Joh. « Boerii », i. e. Boury (Arch. Vat. Oblig , nº 66, fol. 31b), an 1439, Octob. 9, translat. ad sedem Ebroicens. (ibid., fol 48b). De illo, potius Anglo, quam Francigena, BEAUREPAIRE, *Notes sur les juges... de Jeanne d'Arc*, p. 92 sq. — **5.** Guillelmo de Conty. — **6.** Litteris datis April. 21, anno verisimiliter 1425, Universitas papae commendat Petrum Maugerii, in art. mag., proximo licentiandum in decr., procuratorem generalem Univ. in curia Romana, et « quia divino cultui in statu ecclesiastico anhelat mancipari, quod plenarie absque ... dispensatione nequiret adimplere..... supplicationem suarum promotionis et dispensationis » benigniter recipere pontifex dignetur. (*Minuta* in Arch nat. Paris., M 65a, nº 62) Universitas ibidem ejus devotionem erga sanctam sedem et intrepidum zelum laudat — **7.** In exitu graduum aulae Parisiens. episcopi post licentiam, quando licentiati descendebant coram doctoribus astantibus, furibundus, vultu turgido et sine colore dixit bis aut ter doctoribus « Je reny Dieu, ce vous n'estes mauvaises gens et toux larrons, et avés venduz les lieux ». Conclusum est ut caperetur et in carceres regis mitteretur. Sed latitavit. Intercedente archiepiscopo Rotomagens, Maii 11, venia quam Petrus a facultate petierat, concessa est (Mem., fol. 80). An. 1440, cum esset can. et archidiaconus de La Riviere eccl Senonens., adhaesit antipapae Felici V (Suppl. Eugen. IV, nº 362, fol. 53b) — **8.** Johanne Huberti (Mem. fac. decr., I, fol. 75, 87).

2268. *Universitas Paris. Martino V iterato Johannem Boiri, magist theol. et can. Meldens , pro ecclesia Meldensi pastore orbata ut episcopum proponit. Per 36 annorum curricula in Universitate Paris conversatus est, ejus cumulata scientia, inter clericos Universitatis famata, apud exteros etiam tam celebris habita est, ut ad liberos regios litteris et moribus imbuendos, multoties vocatus fuerit, et nunc Catharinae reginae Anglorum instructor et confessor sit Canonici etiam Meldenses saltem tacite et interpretative in eum inclinaverunt.* « Certum habemus. »

1426, Jan. 9-April. 8, Parisiis.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris , M 65a, nº 2. — Jan. 9 Roberto de Gireme episcopo in captivitate Londini defuncto (vid. p. 389, not.), Martinus V anno eodem, April. 8, Johannem « Boiry » in episcopum Meldens elegit. Vid. supra nº 2053, vid. not. 3 In *Gall. christ.*, VIII, 1639, scribitur « de Briou », cum alibi forma nominis fere semper « Boiri », « Boiry », « Boury » occurrat.

2269. *Doctoratus in jure canonico mag. Thomae Fievé.*

1426, Aprilis 12, Parisiis.

Die xij Aprilis, mag. Thomas Fievé[1] se presentavit primus ad doctoratum... et admissus in loco primo cum aliis tribus, scil. domino decano de Lihons[2], mag. Pasquero [de Vallibus], et domino preceptore Trecensi[3].

Memor. fac decret, I, fol. 79.

1. Nomen hujus doctoris (de quo p. 69 et 71, not. 23) diversis modis in codicibus scribitur saepe *Fieue, Fiene, Frene, Frenet, Frenes, Fresnes;* in *minuta* processus Johannae d'Arc (Bibl. nat. Paris, ms. lat. 8838, fol 196) *Fiesue;* in caeteris registris (v. g lat. 5965, fol 40, 42, 43^b, 5966, fol. 57, 59, 60^b) *Fiesnet*, quod alii scribae ejusdem saeculi, v. g. Cod. Vat. Regin 948 (fol. 52, 54^b, 56), *Fresnet* transcripserunt. Cum ipse Thomas fuerit de regione Wallonum, scribendum *Fievet*, nam ibi id nomen sicut etiam in parte septentrionali Franciae commune est, quemadmodum nos docuit vir doctissimus E Reusens. Inde facile nata est forma *Feve* vel *Féne* quae toties in *Memor fac. decr.* occurrit. Scripturam *Frene* secutus est M. Fournier. Quando Thomas « Fieuet » jam doctor et mag. regens in fac decr. erat, litem habuit cum mag. Nicholao de S. Hylario, ad quam Parisiis evocandam, Firminum Lamdon, suum scholarem, Tornacum misit cum litteris conservatoris privilegiorum Universitatis, sed eo scholare in carcerem a rectoribus scabinisque Tornacensibus misso, Universitas Paris. ad rectores et scabinos Tornacenses scripsit ut libertate donaretur (*Minuta* chartac. in Arch. nat. Paris., M 65^a, n 111, olim A 33 mm) Simul venerandis quibusdam dominis, verisimiliter Capitulo ecclesiae ejusdem urbis, querimoniam de eodem argumento misit (ibid., n. 110, olim A 33. ll) An. 1429, Jan, ut « officialis generalis et principalis » episcopi Paris. affertur (Suppl. Mart V, n° 228, fol 146^b). — 2. Bertrando de Quercu. — 3. Arnoldo le Vassault. licent. verisimiliter an 1422, an. 1426 praeceptore domus S Antonii Trecens., ut ediscimus e Suppl. Mart V, n° 217, fol. 95^b. An. 1424 Petrus de Pruvino adhuc praeceptor Trecens fuit

---

2270. *Universitas Paris. mag. Johannem Flicke, procuratorem venerabilis nationis Alemanniae, qui nondum aliquod beneficium eccles. obtinet, duabus epistolis, episcopo Aboensi et capitulo ecclesiae Aboensis scriptis, commendat, ut aliquod beneficium recipiat.* « Quociens, rev in Christo pater, de virorum vita. »; « . . et celebres viri, nostros alumpnos »

1426, Jan. 2-April. 20, Parisiis.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., in sinistra parte lacerata, M 65^a, n° 147 (olim A. 33. cccc). Ut in *Auctar.*, II, p. 337, 3 sqq. legimus, Johannes Flicke Jan. 2 petiit litteras ad regem Daciae, archiepiscopum Upsalens., episcopum et capitulum Aboens. Sed procurator nationis fuit Martii 11-April. 20 (vid. ibid, p. 341 sqq)

2271. *Assignationes baccalareorum Ord. Praed pro Universitate Paris.*

1426, circa Maii 19, Bononiae.

Conventui Parisiensi provincie Francie ad legendum Sententias pro primo anno extraneis debito, scilicet pro anno Dom millesimo quadringentesimo vigesimo sexto, assignamus pro forma et gradu magisterii fratrem Aymonem Magnini de conventu Gebennensi, cui substituimus fratrem Johannem de Ponte de conventu Metensi; pro secundo vero anno intraneis debito, scilicet pro anno Dom. millesimo quadringentesimo vigesimo septimo, assignamus ibidem ad legendum Sententias fratrem Martinum Pignei[1] de conventu Senonensi, cui substituimus fratrem Thomam Gebelli de conventu Belvacensi[2]; pro tertio anno extraneis debito assignamus ibidem fratrem Theodericum Meneis provincie Saxonie, cui

substituimus fratrem Johannem Ruffi de conventu Metensi. In secundis vero scolis ibidem ad legendum Sententias pro primo anno assignamus fratrem Petrum Parvi de conventu Matisconensi[3]; pro secundo anno ibidem fratrem Petrum Morelli de conventu Compendiensi; pro tertio anno fratrem Antonium Kien[4] de conventu Brugensi.

Ad legendum Bibliam Parisius pro duobus annis immediate sequentibus assignamus fratrem Nicholaum Suni de conventu Dinanensi[5], cui substituimus unum quem provincialis Francie duxerit eligendum

Fragmenta Capp. general. Ord. Praed. e Cod Barcinonensi, ad Ordinem pertinentia. — In eodem Capitulo generali Bartholomaeus de Texeriis in mag. generalem electus est

1. Sed nec ille nec sequens inter Sententiarios infra occurrit. — 2. Ms. « Bernansensi ». — 3 Ms « Martisnensi ». — 4. Ms. « Elieri ». — 5. Ms. : « Duvonensi ».

2272. *Cum Universitas adjuncta inquisitori[1] propter haereticos contra episcopum Paris ad apostolicam sedem appellasset, inquisitor consentiente rectore, sed non interrogata Universitate, e singulis facultatibus et nationibus quosdam notabiles viros ut ambassiatores ad papam elegit, et non congregata Universitate contributionem indixit Natio Gallicana se opposuit huic modo agendi, contrario statutis Universitatis; et quia aliqui nationis, e confessione haereticorum in curia Paris. incarceratorum, suspecti reputabantur ut haeresi faventes, Guillelmus Erardi, procurator nationis, congregavit nationem cum magistris theologiae, juris canonici et medicinae ejusdem nationis, in qua congregatione natio electionem, etiam Petri Maugerii, vanam esse declaravit, se opposuit contributioni pro ambassiata indictae, tandemque conclusit, quod quia « Gallia hactenus monstris haeresum et schismatum caruit, non erat expediens honori regis et regni, quod haec materia extra regnum et Parisiens. civitatem tractaretur, cum hic sint plures juris divini et canonici excellentes magistri et doctores quam in Urbe aut quacunque alia christiana civitate » Universitas in congregatione sequenti haec omnia approbavit, et « materiam hanc fidei in regno hoc terminandam » declaravit*

1246, Maio, Parisiis

Bul., V, 375 sqq., e Lib. procurat. nat. Gallic. — Ad haec vid supra n[is] 2262, 2265. Ex supra dictis liquet Universitatis appellationem quidem interjectam, minime tamen ad sedem Romanam missam fuisse.

1. Johanni Graverant.

2272a. *Petrus Guillebaudelli, presb. et praepositus praepositurae de Rielhaco O S B, Lemovicens. dioec., licent. in decret, de sui superioris licentia per longum temporis spatium Parisiis studuit Propter bella et viarum discrimina ad suum superiorem ut petat licentiae prolongationem accedere non potest Supplicat Martino V, ut, cum sit prior generalis monachorum dicti Ordinis Parisiis studentium, per septennium ulterius Parisius remanere possit* — Fiat ad triennium[1] O — Dat Rome apud SS Apostolos xij kal. Julii, anno nono

1426, Junii 20, Romae.

Reg. Suppl. Mart. V, n° 192, fol. 244[b]. — Sed an 1432 adhuc Parisiis erat et ambassiator facultatis decret. ad Eugenium IV (Suppl. Eugen IV, n° 269, fol. 27[b]. ubi vocatur religiosus monasterii B. Mariae Magdalenae Virziliacens. Eduens dioec., cum supra p 303 rel S. Augustini Lemovicens. designetur)

1. Sed saltem adhuc an. 1432 Petrus ibidem fuit.

2273. *Martinus V causam haereticorum sortilegorum Parisiis incarceratorum, qui ad ipsum appellarunt, episcopis Morinensi et Noviomensi decidendam remittit.*

1426, Junii 28, Romae.

Martinus, etc , venerabilibus fratribus Morinensi[1] et Noviomensi[2] episcopis salutem, etc. Ad sedanda litigia et questionum materias summovendas que plerumque inter christifideles hostis antiqui nequicia seminat, opem libenter impertimur et operam ac prout expedire conspicimus solicitudine paterna partes nostras impendimus efficaces. Exhibita siquidem nobis pro parte Guillermi Vignier clerici, Johannis Amici et Ambrosii Maloisel de Janua[3] laicorum Parisius commorancium petitio continebat, quod olim venerabilis frater noster Johannes episcopus Parisiensis minus veraciter pretendens, ipsos sortilegium in civitate Parisiensi commisisse, intendens super hiis contra ipsos clericum et laicos ad inquisicionem descendere, propterea capi et carceribus mancipari fecit et mandavit Postmodum inter ipsum episcopum et dilectum filium Johannem Graverant fratrem domus Ordinis fratrum Predicatorum Parisiens. sacre theologie professorem, in regno Francie heretice pravitatis inquisitorem, super cognicione cause eorumdem clerici et laicorum discordia exorta fuerit, propter quam prefati clericus et laici in eisdem carceribus in quibus per annum et ultra extiterant, detinentur captivati in ipsorum grave prejudicium et gravamen. Cum autem, sicut eadem peticio subjungebat, prefati clericus et laici de impositis eis coram quocunque judice ecclesiastico sint parati legitime stare juri, quamquam quidam Rodigus Ispanus nacione fraudulentus sortilegus ipsis promiserat (ut ab eis aliquas extorqueret peccunias) quemdam magnum thesaurum repperire absque sortilegio et deceptione quibuscumque; et ne propter discordiam ipsam inter episcopum et inquisitorem prefatos pendentem dicti clericus et laici semper maneant captivati, pro parte eorundem clerici et laicorum nobis fuit humiliter supplicatum ut eamdem causam ab eisdem episcopo et inquisitore ad nos advocare, illamque aliquibus aliis prelatis in dicta civitate Parisiensi commorantibus audiendam, cognoscendam et fine debito terminandam committere, et alias ipsis in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur Nos statum cause hujusmodi habentes presentibus pro expresso, hujusmodi quoque supplicationibus inclinati, fraternitatibus vestris per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis dictis episcopo et inquisitore et aliis qui fuerint evocandi, ipsosque si commode fieri possit ad concordiam reducere, sin autem et si ita esse inveneritis causam ipsam ab eisdem episcopo et inquisitore auctoritate apostolica ad nos advocare illamque in eo statu in quo ultimo coram eisdem episcopo et inquisitore remansit resumere, continuare et fine debito decidere et terminare curetis, prout de jure fuerit faciendum ... Et nichilominus prefatis clerico et laicis, si et quatenus indigent et hoc humiliter petierint et meruerint, beneficium absolutionis ab excommunicationis sententia et aliis penis et censuris ecclesiasticis, si quas occasione premissorum quomodolibet meruerint, hac vice dumtaxat eadem auctoritate nostra impendatis in forma

ecclesie consueta, recepto tamen prius per vos a quolibet ipsorum juramento quod de cetero talia non committant vel committentibus prestent consilium, auxilium vel favorem, injunctis eis pro modo culpe penitentia salutari, et aliis que de jure fuerint injungenda. Non obstantibus, *etc.* Dat. Rome apud Sanctos Apostolos quarto kal. Julii, anno nono.

DE CASANIS.

Reg. Vat. Lat. Mart. V, n° 263, fol 4.

1. Ludovico de Luxemburgo Vid. de illo BEAUREPAIRE, *Notes sur les juges ... du Procès de Jeanne d'Arc*, p. 126 sqq. — 2. Johanni de Mailly, licent. in legibus, praesidi in camera computorum Paris., et decano S. Germani Autissiodorens. Paris., episcopo ab an. 1425, Julii 20, a Martino V electo (Reg. Lat. Mart. V, an. 8, lib 108, fol. 105). In *Gall. christ.*, IX, 1021, perperam asseritur, Johannem ab an. 1426, Septemb., solummodo litteras apostolicas obtinuisse. De quo vid. BEAUREPAIRE, l. c., p 126. In *Journal d'un bourgeois*, p 210, pro episcopo Noviomensi perperam delegatus in crimine haeresis notatur « l'evesque de Beauvays ». — 3 His adjungendus Radigo (cf. infra Novemb.) seu Rodigus, ut papa in hac epistola eum nominat.

2274. *Facultas medicinae supplicat Martino V favores quantum ad licentiam, quantum ad doctores practicantes et omissos in rotulo, tandem quantum ad morbo contagioso infectos*

1426, Julii 1, Romae.

Supplicant S. V. humiles et devoti oratores vestri decanus et facultas medicine in studio Parisiensi, quatenus petitiones infrascriptas dignemini misericorditer exaudire.

Et primo... auctoritate apostolica statuere et ordinare ac eidem facultati concedere dignemini, quod nullus, nisi licentiatus vel magister in artibus existat, ad licentiam vel magisterium in eadem facultate medicine inibi recipiatur vel admittatur. — Fiat. O.

Item eidem facultati medicine auctoritate predicta concedere dignemini, ut quicumque morbo contagioso infecti vel suspecti, quotiens ad hoc per eandem facultatem vocati fuerint, teneantur et debeant super hoc ipsius facultatis examen et judicium subire. — Fiat. O.

Item cuilibet magistro in medicina Parisiens., quod ipse cum egrotantibus quarum curam susceperit, super cibis vetitis in casu necessitatis dispensare valeat, dignemini concedere gratiose. — Fiat etiam cum consilio confessoris. O.[1].....

Item supplicat eadem medicine facultas quatenus eidem Johanni Lengrenoys, qui presbyter est, in eadem facultate medicine Parisius quoad vixerit regere et actus scolasticos exercere possit concedere dignemini, non obstantibus constitutionibus.... — Fiat O. — Datum Rome apud Sanctos Apostolos kal Julii, anno nono

Reg. Suppl. Martini V, n° 195, fol 110ᵇ

1. Sequitur supplicatio pro Jacobo Saquespée, Guillelmo Levis et Johanne Lengrenoys, magistris in medicina, in ultimo rotulo iv kal. April., pontificat. an 7°, incuria scriptoris omissis.

2275. *Accordum in parlamenti curia, quo haeredes Caroli de Savoisy, arreragia pensionis annuae centum librarum a duobus annis et ultra debita, capellanis quinque capellaniarum*[1], *scil. Petro Morice*[2], *Aegidio Hutelot, Jacobo Gallet, Jacobo Graffart, Girardo Pignot, scholaribus Universitatis persolvere debent* Dat. Parisius in parlamento nostro de consensu quo supra die xxx[a] Julii anno millesimo CCCC vicesimo sexto[3] et regni nostri quarto. « Notum facimus », « Comme à la requeste »

1426, Julii 30, Parisius.

Mémoires hist sur les bénéfices, p. 68. — Petrus Mauricii jam Julii 1[a] super hoc procuratores ad agendum instituit, scil. magistros Guillelmum Pinguisavis, Johannem Lambert, Aegidium Hutelot, Jacobum Galet, et Thomam Lescolier (ibid., p 70)

1. Vid. supra n[is] 1805, 1807, 1808, 2090. — 2. I. e. Mauritii. — 3 Bul., p. 70, recte « 1426 », sed p. 74 perperam « 1427 ». Errorem sequitur Jourdain, n° 1192.

2276. *Concordata Martini V cum Carolo VII, rege Franciae, de electionibus et provisionibus ecclesiarum, de collatione beneficiorum saecularium et regularium in regno Franciae et Delphinatu, abrogatis constitutionibus an. 1418, Martii, et an. 1423, Febr. 8.* Dat Genezani Penestrini dioec., xij kal Septembris, anno nono.

1426, Augusti 21, Genezani.

Quatuor epistolae Martini V ejusdem temporis notae de hoc negotio exstant. Prima et principalis *ad perpetuam rei memoriam* . « Ad sacram Petri sedem » (Reg. Vat. Mart. V, n° 355, fol. 295). In margine « Concor[datum] regis Francie » (Arch. nat., X[1a] 8604, fol. 84[b]; *Ordonn des rois,* XIII, p. 123, not. Jourdain, n° 1186, perperam ad an. 1425, Aug. 4). Alia epistola *ad futuram rei memoriam* (ut duo sequentes) « Merita carissimi filii nostri Karoli » (Reg. Vat. Mart. V, l. c., fol. 296[b], Arch. nat , l. c., fol. 86). Tertia « Romani pontificis providentia » (ibid., fol. 298, Arch. nat., l. c., fol. 87). Quarta « Preclare devotionis sinceritas » (ibid., fol. 298[b]). Quantum ad argumentum vid. Beaucourt, t. II, 601 sqq.

Carolus VII eodem anno, Novemb. 24, litteras Martini V comprobavit (vid. infra n° 2286), postquam Reginaldum, archiepiscopum Remens. Romam miserat, cui reversuro in Franciam papa Septemb. 8 salvum conductum dedit (Reg Vat. Mart V, n° 355, fol. 299).

2277. *Abbatibus de S. Sulpicio, de Chassennia*[1], *de Capella, Constant dioec., injungit Capitulum generale Cisterciens , ut quilibet infra festum Omnium Sanctorum ad studium S. Bernardi Paris. unum scholarem cum sufficienti provisione mittat, vel summam decem francorum contribuat. Abbas vero monasterii de Laude, Tornac. dioec , sub poena excommunicationis sine dilatione Philippum de Fontanis*[2] *dicti monasterii ad studium remittat nec revocet sine licentia abbatis Cisterciens.*

1426, Septembris 12, Cistercii.

Constit. et Capp. Cisterc in Arch. status Luzern., n° 544, p. 395 sq — Similia an 1427 Capit generale injungit abbati de Altacumba.

1. Seu « Cassania », « Notre-Dame de la Chassagne », dioec. Lugdunens — 2. Quod et factum est. Vid. n° 2330 . Philippus de Laude

---

2278. *Paulus Nicolai de Sclavonia, baccalareus formatus in theologia, contra decanum (Dominicum Parvi) magistrosque facultatis theologiae litigat, quod a licentia repulsus sit Sustinet, se tempus requisitum in dicta fac. studuisse, praedicationibus, lecturis, collationibus, responsis disputationibusque consuetis functum esse. Facultas autem Paulum graviter contra statuta sua peccavisse contendit. Itaque Paulus coram consilio regis petitione dejicitur.*

1426, Septembris 17, Parisius.

Bul., V, 377-381, cum titulo « Charles par la grace de Dieu roy de France », et fine « Donné à Paris le 17 Sept. l'an

de grace 1426, et de nostre regne le quart. Ainsi signé par le Conseil. L CALOT ». Tum vero Parisius Consilium regis Henrici VI, minime Caroli, sedebat, atque ipse Laurentius Calot instrumenta Henrici testificat (e. g an. 1416, Jun 13, Oct. 25, ap. LONGNON, *Paris pendant la domination anglaise*, p. 214, 229, etc).

2279. *Cursores in facultate theologiae*

1425, Decemb -1426, Septemb , Parisiis.

Mag Johannes Fliscle[1], 3 Decemb. 1um curs
— Johannes de Ponte, 28 Jan 1um curs
Frat Johannes Wifflet, Ord. Premonstrat , 16 Mart 2um curs
Mag Johannes Germany, 18 April 1um curs.
— Nicolaus Bessy, 8 Jun 2um curs
— Johannes Mercerii, 15 Jun 1um curs
— Johannes Toustain[2], 1 Jul 1um curs.
Mag Johannes Sandebac, 2 Jul 1um curs
— Guillelmus Evrardi, 4 Jul. 2um curs
— Egidius Hodebin, 9 Jul 1um curs.
Frat Nicolaus Chavanel, 15 Jul 2um curs
Mag Johannes Boyservoise, 8 Aug 2um curs
— Johannes de Quesneyo, 27 Aug 2um curs.
[13]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 36, 55.

1. Verisimiliter scribendum « Flicke », nat. Anglic., de quo n° 2270. — 2. Presb Lexoviens. dioec., « qui quamdiu Parisius studuit in theol., ibidem rexit in artium facultate », an. 1419, Decemb , apud s. sedem fuit (Suppl Mart. V, n° 132, fol 129).

2280. *Sententiarii et Biblici Parisius.*

1426, Septemb , Parisius.

Nomina bachalariorum Sentenciariorum pro anno CCCCmo XXVIto in mence Septembri :

Primo, frat Henricus Chalucheti, Carm., xxiiij sol
Mag Guillelmus Evrardi, xxiiij sol
— Johannes de Quesneyo, xxiiij sol
— Nicolaus Bessy, xxiiij sol
Frat Johannes Wifflet[1], Premonstr., xxiiij sol.
— Nicolaus de Rouseriis[2], Cisterc , xxiiij sol.
Frat Aymondus[3] Manini, Predicator, xxiiij sol
— Nicolaus de Campello, Minor, xxiiij sol.
— Nicolaus Cadrigerii[4], xxiiij sol
— Petrus Morelli, Predicator, sentenciarius auctoritate apostolica, xlviij sol [5].
[10]

Nomina Biblicorum ejusdem anni :

Frat Egidius Baharel, Minor, xx sol
— Nicolaus Hemericy, August , xx sol
Frat Alanus de Saviniaco, Cisterc , xx sol
— Petrus[6] Vileti, Ord Carm., xx sol [4]

Bibl nat. Paris., ms lat. 5494, p. 57.

1. Ad 5 Septemb. ejusd. anni ibid , p. 70, legitur « Item ... quando domini deputati fuerunt congregati super facto fratris Joh. Wifflet Ord. Prem. », etc Nescimus de quo facto agatur — 2 « xxvij Novembris incepit secundum cursum de gracia facultatis » (p 57) — 3. Seu « Aymo ». — 4. Seu « Quadrigarii », Ord. Erem. S Aug., an. 1442 solum licent. — 5 Affertur post Biblicos. — 6 Ms. perperam « Johannes »

2281. *Magistri regentes in facultate theologiae*

1426, Septemb., Parisiis.

Nomina magistrorum regencium pro anno millesimo CCCC^mo XXVI^to incipiencium in mence Septembri :

Primo dom. decanus facultatis magister Dominicus Parvi[1].
Mag. Petrus de Diereyo
— Johannes de Trescis.
— Guillelmus de Sella[2].
— Johannes de Hallencio.
— Thoma[s] Hobe
— Johannes Fouquerel episcopus Silvanectens.
— Rolandus Berguenel
— Guillelmus Bouticolli.
— Erardus Emangart
— Guillermus Pinguisavis
— Extacius de Mesnillo
— Johannes Saunerii.
— Johannes Trolehem, prior Alborum Mentellorum.
— Martinus Bilory
— Johannes de Go[n]devillier.
— Johannes Pulcripatris.
— Thoma[s] Monachi.
Mag Johannes de Boury, episcopus Meldensis.
— Egidius Carrelarii.
— Rogerus de Gaillon.
— Johannes Darques.
— Philippus Molet.
— Johannes Soquet.
— Egidius Remondi.
— Guillermus Eu[v]rie[3].
— Robertus Piry.
— Johannes Berodi.
— Anguerrandus Lesen[n]e.
— Nicolaus Midi
— Johannes de Nibat
— Johannes d'Arnem.
— Remondus de Altoponte
— Jacobus Vileti[4].
— Dionisius de Sabrevois.
— Andreas Gareti
— Johannes Le Galois.

[37]

Bibl. nat Paris., ms. lat. 5494, p 55 sq.

1. Ultimum hic nominatur. An. 1427, Febr. 19, jam servitium pro ipso defuncto celebrabatur (ibid , p. 71) — 2. Ms. « Salla ». — 3. Ultimum nominatur. An. 1427, Maii 14. missa pro ipso celebrata est in S. Maturino (p. 72). Hactenus ignorabant, quando « Euvrie », olim secretarius Caroli VI, defunctus esset. Cf. infra nº 2292. — 4. Magister an. 1425, Octob 22 (p. 36). Ord. Carmel. Vid. supra p. 323, not 14. In ms. 5657^a, fol. 16, perperam inter licentiatos an. 1424 affertur. An. 1436 in Concil. Basil. sedet (*Mon. Concil. gen. saec. XV*, t. II, p. 890).

2282. *Egidius Grusegneti, baccalareus formatus in theol. et can eccles. Bisuntin., qui omnes cursus suos usque ad licentiae et doctoratus gradus Parisiis perfecit, et propter bella nunc vigentia Parisios tuto accedere non potest, supplicat Martino V, ut in ducatu Burgundiae sub duobus doctoribus insignia licentiae et doctoratus gradum recipere possit* — Fiat in studio generali. O. — Dat. Rome apud Sanctos Apostolos quinto non. Octob , anno nono

1426, Octobris 3, Romae.

Reg. Suppl. Mart. V, nº 195, fol. 62. — An. 1412, Maii, fuit procurator nat. Gallic.

2283. *Propositiones facultatis theologiae Paris. respondentis quaesitis in schedula exhibita de observandis diebus dominicalibus et festivis*

1426, circa Octobris 4, Parisiis.

Universis presens documentum inspecturis decanus et facultas theologie in alma matre Universitate Parisiensi salutem et omnibus fidelibus cor rectum ut colant Deum. Cum theologici doctores.... Eapropter nos in competenti numero congregati.... volentes secundum talentum nobis a Domino datum devotioni et petitioni quorundam venerabilium et preclarorum virorum Parisius degentium satisfacere de modo observantie dominicalium dierum et festorum solempnium, submittendo tamen omnia nostra dicta atque scripta determinationi et correctioni sacrosancte Romane Ecclesie et apostolice sedis, respondemus ad dubium de festis nobis propositum sub certo numero propositionum, quarum tenor talis est.

In nomine Domini incipiunt propositiones responsive ad questionem de observantia dominicalium dierum et precipuorum solemnium festorum.

[P]rima propositio. Quelibet creatura rationalis habens usum rationis in hac vita, in aliquo tempore tenetur Deo cultum latrie exhibere. Probatur quia cuilibet creature rationali inest naturalis inclinatio ad hoc, quod cuilibet rei necessarie deputetur aliquod tempus, ut corporali refectioni sompnus; unde et spirituali refectioni qua mens hominis in Deo reficitur, secundum dictamen rationis naturalis aliquod tempus deputat homo. Ergo, etc. Confirmatur per illud *Exodi* XXº : « Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Egipti et de domo servitutis », etc., *Deus* scilicet per generalem mundi gubernationem, *Deus* per mundi creationem, *tuus*[1] per specialem appropriationem pre ceteris populis. Preterea latrie cultus debetur Deo jure creationis, conservationis et generalis gubernationis, et quia in eo est summa ratio majestatis et excellentie Nam per latriam exhibemus reverentiam et obsequium Deo... Hoc autem fit quando secundum animam vel spiritum exhibemus Deo debitam dilectionem, secundum corpus prostrationes et cantus, secundum autem exteriora oblationes, luminaria et hujusmodi, que Deo exhibemus non propter ejus indigentiam, sed in recognitionem, quod omnia ab ipso habemus.

Secunda propositio. Determinatio temporis in veteri lege ad vacandum divino cultui facta est rationabiliter ad diem sabbati et alias festivitates veteris testamenti. Patet per illud *Levitici* XXIIIº[2]....

[T]ertia propositio. Preceptum de observatione sabbati in veteri lege non est de jure pure positivo, sed quodam modo est morale nature, et etiam quodam modo morale discipline. Probatur....

[Q]uarta propositio. Observatio diei dominice in nova lege successit observantie sabbati non ex vi precepti legis, sed ex institutione ecclesie vice Dei et consuetudine populi christiani. Patet....

[Q]uinta propositio. In die dominico et aliis solemnibus festis debemus Deo vacare et cultum Deo exhibere. Patet....

[S]exta propositio. In die dominico et ceteris festis solemnibus licite possunt exerceri opera liberalia, spiritualia et etiam corporalia ad servitutem Dei pertinentia. Patet de circumcisione et de deportatione arche per sacerdotes in veteri lege in sabbato, et sic de similibus, et nunc de baptismo in festis precipuis, de doctrina et predicatione et de deportatione reliquiarum in processionibus ad honorem Dei factis, et sic de similibus.

[S]eptima propositio. In die dominico et ceteris festis solemnibus debent christiani vacare ab operibus servilibus, que ipsos impedire possent a cultu divino, qui indicitur talibus diebus exercendus, nisi ex causa rationabili per eum qui habet auctoritatem modo aliquo dispensetur. Patet....

[O]ctava propositio. Opus servile a servitute Dei dictum non est prohibitum in die dominico et festis solemnibus, ymo preceptum. Patet....

[N]ona propositio. Opus servile a servitute peccati dictum est prohibitum, et magis die dominico et ceteris festis solemnibus, quam aliis diebus. Probatur...

[D]ecima propositio. Opera servilia, quibus homo servit secundum corpus sibi vel alteri, ordinata ad salutem corporis propri[i] vel alterius conservandam, aut ad imminens in rebus exterioribus sui vel alterius dampnum vitandum, non cadunt sub obligatione prohibitionis operum servilium. Patet primo per illud *Proverb.* XXIII : « Erue eos qui ducuntur ad mortem ».... Secundo patet de comestione, de pugna Machabeorum die sabbati, de Helya fugiente die sabbati a facie Jesabel...

[U]ndecima propositio. Opera ex suo genere servilia ordinata ad lucrum temporale, etiam ex intentione agentis tamquam ad proximum et proprium finem, in die dominico et aliis festis solemnibus sunt prohibita a Deo et ecclesia, nisi forsan urgeat necessitas aut suadeat pia utilitas. Patet per illud quod habetur in Decretali[3] : « Omnes dies dominicos a vespera in vesperam cum omni veneratione decrevimus[4] observari ».... Ex quo sequitur quod extra casum neccessitatis aut pie utilitatis non licet diebus dominicis et aliis solemnibus festis arare, equos ferrare, mercata facere, barbam radere, sotulares vendere, quadrigare, suere, texere aut alia opera mechanica facere et similia, clam vel aperte. — Et ex hoc responsio ex predictis ad omnia contenta in cedula facultati exhibita Hic advertendum est in quibus urget necessitas aut suadet pia utilitas. Urget necessitas fieri questiones latronum, ... fieri fossata in imminenti periculo.. Suadet etiam pietas ... ministrare disciplinam popularem, scolasticam et clericalem...

[D]uodecima propositio. Non licet die dominico et aliis festis solemnibus tenere mercatum publicum rerum venalium, saltem earum que non pertinent ad neccessitatem diei, et maxime horis quibus in ecclesia exercentur divina officia. Patet ex precedenti propositione ac ejus probatione.

[T]redecima propositio Mercata que fiunt de victualibus ad neccessitatem diei perti-

nentibus, sic quod dies sine illis non potest comode transigi, non videntur de facili prohiberi die dominico et aliis festis solemnibus, dum tamen per hoc non se substrahant a divinis officiis seu a cultu divino horis determinatis ab ecclesia secundum consuetudinem loci. Patet, quia ibi excusat neccessitas.

[Q]uatuordecima propositio. Si occurrat aliqualis neccessitas aliquid operandi particulariter in die dominico aut aliis festis solemnibus, non quelibet particularis persona potest dare licentiam operandi, sed debet haberi recursus ad superiorem, videlicet episcopum loci si comode posset adiri, vel ad aliquem habentem jurisdictionem ordinariam vel delegatam. Patet. .

[Q]uindecima propositio. Per doctrinam generalem non potest sufficienter determinari, pro quanta neccessitate liceat diebus dominicis et aliis festis precipuis operari, sed in hoc recurrendum est ad arbitrium boni viri. Patet, quia in moralibus non potest poni una regula generalis pro omnibus casibus de novo emergentibus, attenta varietate personarum, modorum agendi, locorum, temporum, auxiliorum et particularium causarum seu finium.

[S]exdecima propositio. Si quis ex devotione aut juramento licito vel pia promissione a mercato rerum venalium, sine quibus dies transigi potest, abstinere voluerit in die dominico et aliis festis solemnibus, non debet compelli ad oppositum ab aliquo mortali qualitercumque jurisdictionem habente. Patet....

[D]ecimaseptima propositio. Sicut observatio precepti de sanctificatione sabbati et aliorum preceptorum decalogi est christianis fructuosissima, ita et transgressio illorum preceptorum est ipsis periculosissima ...

Bibl. nat Paris , ms. lat. 14579, fol. 72. — D'ARGENTRÉ, *Coll. jud* , I², p 223. — Certe documentum ad an. 1426 pertinet. In *Lib bedelli fac. theol.* (ms. lat. 5494) primo ad Octob. 4 ejusdem mentio fit, bedellus tradidit mag. Egidio Carrelarii « pro copiis supplicacionis et articulorum datorum matri mee tangentium trangressiones dominice et festorum traditis pluribus collegiis et magistris, summam vj sol. Item pro copiis de eadem materia mag. Gauffrido » (p. 70). Ad an. 1427, Jan. 23, solvebat pro deputatis facultatis de eodem negotio ij sol. iiij den. pro pane, vino et lignis Praesentes fuerunt J. de Bevilla, G. Bouticoul, Pulcripatris, Carrelarii, Piry, Fabri (ibid.). Postea saepius de novis « copiis » articulorum, quae iterum iterumque fiebant, agitur. Celebris tunc temporis ista quaestio fuit, et Henricus de Gorinchem etiam 18 propositiones « de observatione festorum » statuit (Bibl. Mazarin., ms. 943, fol. 295), quae tamen nihil commune habent cum propositionibus Universitatis.

1. D'ARGENTRÉ . « civis ». — 2. Omittimus in sequentibus probationes, quas videsis apud D'ARGENTRÉ. — 3. *Decret. Gregorii IX*, II, 9, 1. — 4. Hodie in *Decret. :* « decernimus ».

2284. *Magister Johannes Acuti, legens de mane in facultate decret., electus et confirmatus in episcopum Trecens* [1], *gratias agit facultati de illa lectura et de promotione ad episcopatum, « occasione cujus lecturae et non alia causa fuerat electus » Non posset ulterius legere, « quia de die in diem expectabat bullas suas » Quousque alius legat, libenter per 20 dies adhuc leget Facultas eum gratum habuit.*

1426, Octobris 26, Parisiis.

Memor. fac. decret., I, fol. 82.

1 Eodem anno, Aug. 23, a papa confirmatum (Arch. Vat , XII, 121, p. 205). Quamvis hoc compertum habuerunt, nondum tamen bullae advenerant.

2285. *Magistri regentes in facultate medicinae an. 1426-1427.*

1426, Novembris 6, Parisiis.

Fuerunt magistri regentes sequentes qui inceperunt lectiones suas die martis vj^a Novembris :

Guillelmus de Camera[1]	Petrus de Chaciaco.
Joh. Belardi	Egidius Caniveti.
Jacobus Sacquespée.	Rolandus Scriptoris.
Henricus Doigny.	Guillelmus Figuli.
Petrus Cardonnelli.	Philbertus Furnerii.
Robertus Poitevin	Guillelmus de Apostolatu
Bernardus Nivardi.	Andreas Despars
Eustacius Calculi.	Stephanus Majoris
Joh Warini	[17]

Comment fac. med., I, p. 286. — Nov. 2, Egidius Caniveti decanus continuatus erat.

1. Ultimum inter regentes affertur. Alterum ejusdem nominis, seu potius ejus filium, inveniemus ab an. 1430, Februarii 21, qui adfuit processui Johannae d'Arc.

2286. *Carolus VII, Francorum rex, bullam Martini V quoad provisiones collationesque beneficiorum in regno Franciae et Delphinatu, gratam et ratam habet*[1], « *proviso quod per premissa nullum novum jus dicto sanctissimo patri seu Romane curie in prejudicium libertatum ecclesie regni et Dalphinatus . quomodolibet acquiratur* ». *Itaque arresta, sententiae, multae, poenae, bonimenta, etc , penitus remittantur, cassentur, annullentur* Dat in oppido nostro Magduni supra Ebram, patrie nostre Biturie, xxiiij^a die Novembris predicto anno Domini millesimo CCCC° vicesimo sexto, et regni nostri quinto « Inter curas »

1426, Novembris 24, Magduni.

Arch. nat. Paris., X^1a 8604, fol. 84 — *Preuves des libertés de l'Eglise gallicane*, part. 4, p 93; *Ordon. des rois*, XIII, 123.

1, Vid. supra n° 2276.

2287. *Novemb 6 archidiaconi Paris vocati sunt nomine capituli Paris. ad comparendum coram Morinensi et Noviomensi episcopis in causa Guillelmi Vigner sociorumque incarceratorum (pro sortilegio)*[1]. *Novemb 9 inquisitor haeret pravitatis Joh Graverant capitulo exposuit, papam dictis duobus episcopis commisisse causam decidendam,* « *casu quo episcopus et inquisitor, quorum quilibet dicebat ad se pertinere decisionem cause* » *non essent concordes. Nunc vacante sede Paris* [2] *jurisdictionem ad capitulum pertinere. Inquisitor petiit, ut capitulum retroacta per defunctum episcopum Johannem et inquisitorem pro non factis haberet, et ut capitulum nunc simul cum inquisitore causam incarceratorum cognosceret Ad respondendum capitulum Novemb. 11 elegit procuratores suos, Novemb 28 duo commissarii papales, episcopi Morinens. et Noviomens., causam ad se evocaverunt propter discordiam capituli et inquisitoris, et Novemb. 29 Arnulphus Derioti, procurator capituli, nomine capituli declaravit, se non consentire petitioni inquisitoris, cum episcopus se in causa praedicta judicem solum pronuntiaverit, et licet ab aliquibus assereretur, ad s. sedem appellatum fuisse, apostoli tamen*

refutatorii dati fuerunt; insuper ab aliquibus ex incarceratis ad apost. sedem appellatum est, et inquisitor ipse totum negotium ad apostolicam sedem remisit.

1426, Novemb. 6-29, Parisiis.

Arch. nat. Paris., LL 113, p. 67 sq., 72. 3. Ibid., p 68, scribitur praeterea « Frater et mag. Martinus[3] nuper subinquisitor dixit, quod in hac materia atque causa fuerat quidam condempnatus ad carceres *obliete*, vocatus Radigo[4], requirens quod non mitteretur extra carceres ipso non vocato ».

1 Vid. supra n^is 2262, 2265, 2272, 2273. — 2. Johannes de Nanton episc. Paris. Octob. 7 diem supremum obiit. — 3. I e Martinus Bilory, mag. theol., de quo supra et infra saepius, licet QUICHERAT, *Procès de Jeanne d'Arc*. I, p. 3, not. 1 (ubi « Billormi ») asserat « personnage tout à fait inconnu ». T. III, p. 378 « Billorini ». Martinus Billory tunc fuit vicarius generalis inquisitoris. — 4. Vid. supra n° 2273 « Rodigus », Hispanus.

2288. *Universitas Paris Martino V gratias agit, quod per Julianum de Cesarinis epistolam miserit, petit concessionem articulorum ad papam missorum*

1426, Aprilis 5-Decemb. 21, Parisiis.

Vestre clementie, beatissime pater, litteras sub anulo piscatoris datas nuper recepimus, quibus tanquam divino munere consolati, apostolicam benedictionem et paternam exhortationem atque reverendi patris magistri Juliani de Cesarinis utriusque juris professoris de Urbe, et causarum apostolicarum auditoris[1] commendationem pariter et credentie fidem sibi prestandam suscepimus. Interque illud, beatissime pater, ad ingentes gratiarum actiones reddendas nos compellit quod nos tante caritatis litteris tantoque viro dignata est vestra beatitudo. Sed quod nos exhortatur vestra sanctitas, obviam iri oportere scandalosis qui auctoritatem sancte sedis apostolice minuere nituntur, hoc profecto, beatissime pater, tanquam nostre vocationis precipuum amplectimur, hoc felix Dei munus arbitramur, ut beati Petri cathedre vestrisque votis obsequamur Neque ex eo tempore quo apud ecclesiam Gallicanam libertates sancte Romane ecclesie agi ceperunt, ab ea re usquam dejecimus oculos[2], aut mentem a resistendi consideratione divertimus Unde paterne cure nobis imperatum munus jamdudum volentes alacriter recipimus .... Quantum vero presens tempus exigit, sapienter, diserte et utiliter rem ecclesie Romane tractavit et egit et apud principes et in consilio Francie atque erga ceteros, apud quos decens fuit, prefatus dominus Julianus, ita ut pro isto temporis momento ille aliquantule motiones placate videantur. Qui dum ad nos orationem haberet gravem et luculentam, inter cetera inseruit, vestram sanctitatem cuncta nobis a sancta sede apostolica hucusque indulta nobis ex integro velle conservare, conservata ampliare, ampliata ab impedimentis externis preservare. Que profecto, beatissime pater, suis radicibus subsistere non valerent, nisi ad gratiam plenarie et perfecte signationis vestra sanctitas admitteret articulos presentibus interclusos[3]. Itaque ad pedum oscula beatorum nostrum refugium nostrumque recursum fidissimum habentes, vestre sanctitati supplicamus, beatissime pater, quatinus prefatos articulos in ea meliorive forma, qua postulamus, signare dignetur et signatos registris inscribi mandare. Sic enim munera sic indulta, sic concessa sancte sedis apostolice non cassa, non vana, non irrita, sua firmitate perseverare poterunt .

Minuta chartac in Arch. nat. Paris., M 65a, no 71.

1. Juliano de Cesarinis (cardinali an 1426, Maii 24, sed publicato solum an. 1430, Novemb 8, cum tit. S. Angeli), « utriusque juris doctori, auditori causarum palatii apost. », Martinus V an. 1426, April. 5, dedit salvumconductum, eum destinando « oratorem nostrum ad regnum Anglie et quasdam alias mundi partes » (Reg. Vat Mart. V, no 355, fol. 262). Aliae litterae papae ad eum « in regno Angliae oratorem » sunt Jul. 17 (Reg Vat., no 359, fol. 37). Opinamur Julianum hac occasione Franciam peregisse. Cf. not. 3. — 2. In hoc Universitas tunc verum dixit, ut e superioribus patet. — 3 Opinamur hos articulos esse eosdem qui in numo sequenti.

2289. *Universitas Paris supplicat Martino V, ut sibi judices in civitate Paris pro omnibus instantiis constituat, aliaque petit*

1426, Decembris 21, Romae.

Que cause Parisienses debent tractari in curia

Supplicat S V. humilis et devota E. S filia Universitas studii Parisiensis quatenus petitionem infrascriptam exaudire dignemini de gratia speciali. Beatissime[1] pater, dudum S. V. inter nonnullos articulos per E. S. devotis oratoribus vestris doctoribus et magistris prefate Universitatis tunc gratiose concessos voluit et concessit quod beneficiales et alie spirituales cause doctores et magistros ac scolares ipsius Universitatis tangentes infra muros Parisienses in prima instantia tractarentur et deciderentur[2]. Verum, P. S., cum propter beneficiorum tenuitatem et suppositorum ejusdem Universitatis plurimorum paupertatem, necnon guerras in regno Francie vigentes viarumque discrimina (que tanta sunt quod vix audeat aliquis ad Romanam curiam iter arripere) cause hujusmodi absque gravi dampno.... in dicta curia tractari non possunt, pro parte ejusdem Universitatis E. S. V. humiliter et devote supplicatur quatenus .. concedere, decernere et statuere dignemini quod de cetero imperpetuum omnes et singule cause hujusmodi per singula supposita ipsius Universitatis seu contra illa mote et movende ad eandem curiam devolute vel non devolute, aut devolvende seu non devolvende, cum omnibus suis emergentibus et connexis infra dictos muros, et non alibi, etiam in 2a et 3a instanciis ac finaliter tractentur, cognoscantur, decidantur et finiantur, deputando aliquem ex conservatoribus privilegiorum ipsius Universitatis, videlicet Belvacens., Meldens. et Silvanectens episcopos[3], qui auctoritate apostolica aliquibus probis viris infra dictos muros residentibus causas hujusmodi committere valeat audiendi, cognoscendi et fine debito terminandi cum potestate citandi . . — Fiat ut petitur. Quod si fuerint actores, fiat eis summaria justitia in curia, si fuerint rei, servetur ordo juris et stilus curie. O

Excepti a prerogativis Parisiensibus solum excipiuntur quoad unicum beneficium

Item dignetur eadem sanctitas decernere et declarare, singulos exceptos a prerogativis per eamdem sanctitatem vestram doctoribus et magistris in secundo principali rotulo dicte Universitatis sub « datum iiij kal. Aprilis pontif. vestri anno VIIo » signato descriptis concessis, quoad unicum beneficium dumtaxat per eosdem exceptos assequendum vel quod jam assecuti fuerint exceptos esse. — Fiat ut petitur quoad vacatura. O.

Pro Parisiens. Declaratio quod prerogative pro exceptis non noceant Universitati in conferendis beneficiis.

Item cum nonnulli alii a personis juxta tenorem hujusmodi prerogativarum ab eisdem prerogativis excepti.... *[in certis casibus praerogativis praejudicare possent]* : dignetur S. V. decernere et declarare, vestre intentionis et voluntatis fuisse et existere quod per nominationes, facultates et gratias hujusmodi ac prerogativas quascunque quibuslibet aliis ab exceptis hujusmodi etiam motu proprio concessas seu concedendas, etiam si de eis eorumque totis tenoribus hic specialis et expressa mentio facienda foret, nullum prerogativis ipsis vel eis quibus ille concesse fuerint prejudicium generari possit quomodolibet vel afferri. — Fiat, exceptis nominatis per regem seu ducem Burgundie et illis de parlamento. O.

Declaratio quod in parvo rotulo descripti gaudeant prerogativis Universitatis.

Item dignetur E. S. V. magistris in quodam parvo rotulo dicte Universitatis per E. S. V. sub « datum iiij kal. Maii pontific. vestri anno VII » descriptis, quod ipsi prerogativis de quibus proxime supra fit mentio, sine tamen prejudicio in 2° principali rotulo predictorum descriptorum, uti possint et gaudere misericorditer concedere de gratia speciali. — Fiat ut petitur. O. — Datum Rome apud Sanctos Apostolos xij kal. Januarii, anno x°.

Cod. Vat lat 4990, fol 185. — In Arch. nat. Paris., M 65ª, n° 45, exstat *minuta* chartac., vetustate pessumdata, Supplicationum, sine temporis nota, non expresso nomine papae, quae supplicationes in ista forma verisimiliter nunquam ad papam missae sunt, bene tamen fundamentum praebere potuerunt articulis supra editis. Ibidem tamen etiam supplicatur, quod papa praelatis collationem beneficiorum auferat, ac si quandoque permittat, eis injungat, ut beneficia litteratis et graduatis in aliquo studio generali conferant. Ibidem Universitas etiam pro 14 bedellis principalibus, in ultimo rotulo inscriptis, supplicat, ut gaudeant praerogativis doctorum, sine tamen eorum praejudicio. Pro magistris et doctoribus papa gratias suas ad duo beneficia et tres collationes extendat, « attenta beneficiorum hujus regni non modica in suis fructibus diminutione ».

1 Sequens prima supplicatio a Martino V jam Julii 1 anni ejusdem concessa erat per formulam « Provisum est per conservatores studii. O. ». Suppl. Mart. V, n° 195, fol. 111 — 2. Supra an 1424, n° 2237. — 3. In supplicationibus M 65ª, n° 45, Universitas proposuit abbatem S. Genovefae pro prima instantia (vid. supra p. 238), abbatem S. Germani pro secunda, conservatorem pro tertia et ultima Sed postea correxit hanc petitionem. In supplicationibus in not. 1 citatis praeter tres conservatores Universitas proponit etiam archiepiscopum Rotomagens.

2290. *Universitas Paris summo pontifici (Martino V), apud quem in curia cum quibusdam aliis magistri Antonius de Leuco, decret doct., Henricus Tiebout. in med. et art magister, et Johannes Dappre, mag in art et in decr. baccalareus, ut procuratores morabantur, conqueritur, gratiis ab apostolica sede suppositis concessis multipliciter derogari, ita ut studii dissipationis periculum impendeat. Conservet igitur tres judices apostolicos ad cognitionem causarum beneficialium destinatos, conservet contra aemulos gratias et praerogativas ab ipso Universitati concessas.* « Gratissima ».

Post an. 1426, Decemb. 21, Parisiis.

Minuta chartac. pessumdata in Arch. nat. Paris , M 65ª, n° 43. Ibidem de hoc epistolae ad quemdam reverendissimum et ad collegium cardinalium. — Joh Dappre (Dabbre) an 1416, Aug., ut baccal decret. anno 1°, an. 1425, Aug., ut baccal. decret. an. 2°, affertur (Mem. fac. decr., I, fol. 18ᵇ, 63). Certe post. an. 1426, Decemb. 21 (vid. nᵘᵐ antecedentem), scripta est.

2291. *Magistri regentes in facultate decretorum*

1427, Januarii 9, Parisiis.

Hodie ixª die Januarii[1] supplicavit dominus Thomas Fievé pro regentia, et quia magister Thomas postquam fuit doctorizatus nullam legit lectionem, ideo domini ordinaverunt unanimi consensu, quod ipse inciperet solus propter ejus reverentiam, et legeret die sabbati in magnis scolis, videlicet die xviij hujus mensis Januarii. Et ordinatum fuit pro lectura, videlicet die martis xxj die Januarii. Et sunt domini mei regentes pro nunc, videlicet :

Dominus S Taurini,
Levinus [Neuelinc],
Lauco,
Poichardi,
Frainchelains,
Boisselli,
Conti,
Huberti,
Brecons,
Thomas Fievé,
de Lehuno[2],
et Paquerus

Memor. fac. decret., I, fol. 87.

1. Ms. « Februarii ». Sed propter sequentia corrigendum est in « Januarii ». FOURNIER retinet « Februarii ». — 2. I. e. Fr. Bertrandus de Quercu, decanus de Lihons

---

2292. *Paulus Nicolai de Sclavonia coram parlamento contra Universitatem Paris. causam agit*

1427, Januarii 9, Parisiis.

En la cause d'entre maistre Paoul Nicolas, bacheler en theologie appelant d'une part, et l'Université de Paris, les procureur et maistres de la nacion d'Alemaigne ou d'Angleterre, maistres Perre Maugier, Guillaume Euvrie, Jehan Potage et Thomas de Courcelles, intimez d'autre part. Les procureur [et maistres] de la nation d'Angleterre dient que ceste cause ne touche point l'Université ne les autres, et que en l'Université y a iiij nations, France, Picardie, Normendie et Angleterre, et n'y a point de nacion d'Alemaigne, et jure chascun d'obeir au procureur de sa nacion, et pour desobeissance on puet priver aucun de sa nacion. Et est vray que pieça maistre Paoul, qui vint par deça, fu de courtoisie receu en la nation d'Angleterre et fist le procureur acoustumé, combien que on ne sache dont il est. Il dit qu'il est de Hongrie, mais on dit qu'il est de Sclavonnie où il y a gens et diverses sectes[1]. Dient oultre que l'an CCCCXXIIII maistre Paoul vint en l'assemblée et volt debatre en l'Université l'auctorité et la deliberacion de ladite nacion d'Angleterre et dire qu'il n'y avoit que ung petit nombre de gens et qu'il n'avoient opinion ne devoient avoir audience comme les autres nacions. Et combien qu'il eust grandement failly contre son serement, on le volt bien recevoir à mercy....

Arch. nat Paris., X¹ª 4795, fol 24. — Paulus Nicholai in natione Anglicana multos annos rebellis fuit. An. 1427, mensis Julii 15, iterum contra praepositum Paris. et Universitatem et nationem suam in curia appellat, quia « on le fist arrester et

prendre en passant par la place Maubert par ung sergent sans le vouloir recevoir a opposition » (ibid., fol 124) — An. 1427, Augusti 4, curia decrevit eum, nisi propter aliam causam retentum, de facto elargiendum (ibid., fol 137). — An. 1429 obtinuit exemptionem a jurisdictione episcopi Paris (*Auctar.*, II, 395, not. 6). At nondum an. 1432 cum illo litigatore pacem concluserant Vid. *Auctar.*, II, p. 465, not. 1. Non omnia referre licet. Registrum majoris bedelli fac. theol. Paris. (Bibl. nat., ms lat. 5494) Pauli contestationibus plenum est tanquam de re maximi momenti, et factum eodem tempore processum contra Johannam d'Arc omittit. *Auctarium*, II, abundat notis historicis de hac lite.

1. Adversarium praecipuum Paulus habuit Martinum Berech. Vid. *Auctar.*, II, 311-314. Hoc documentum unum ex antiquissimis est quo nationum Hungaricae et Croatiae rivalitas manifestetur.

2293. *Universitatis rector*[1] *deputatique a curia parlamenti requirunt Robinum le Tardif, scholarem Gueroldi Boisselli magistri in fac. decr., tunc in Conciergeria detentum, virtute privilegiorum Universitatis sibi liberari et reddi*[2].

1427, Augusti 22, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X[1a] 4795, fol. 154. — Jam August. 13 ipse Gueroldus Boisselli liberationem sui scholaris a parlamento expostulaverat (ibid., fol. 146[b]). — August. 18, rector causae se adjunxerat (ibid., fol. 147[b]).

1. Guillelmus Evrardi. — 2. Sed procurator regis liberationi obstabat, dicens Robinum in pessimo casu esse, quia in Normannia vixerat usque ad Quadragesimam ultimam, quo tempore Parisios venit « et ala ung jour ou deux à l'escole, et si n'avoit onques mais oy grammaire ne logique, et obtint soubz umbre de scolarité commissions et protections, et a fait citer ung grant tas de povres gens au pais et les contraint à eulz composer .. On l'appelle au pais le citateur de campagne ».

2294. *Cursores in facultate theologiae.*

1426, Novemb.-1427, Septemb., Parisiis.

Frat. Johannes Fabri, Ord S Trinit , 26 Novemb. 1um curs
— Nicolaus de Roseriis, Ord Cist , 27 Novemb. 2um curs [de gratia facultatis]
Mag. Nicolaus Quoquerel, 29 Novemb. 1um curs
— Philippus Hervei, 9 Decemb. 1um curs
Frat. Matheus de Pomerio, Ord Premonstrat., 16 Jan. 1um curs
Mag. Alexander Volalart, 29 Mart. 1um curs.
— Guillelmus Hais, 5 April. 1um curs.
Frat. Johannes Masin de Furno, Ord Premonstr., 8 April 1um curs
Mag Johannes Grommet, 22 Maii 1um curs
— Thomas Francisci, 25 Jun 2um curs.
Mag. Johannes Canelli, 1 Jul 1um curs.
— Johannes Goymeste, 3 Jul 1um curs.
Frat Johannes Baudouini de Furnis, Ord. Premonstrat., 10 Jul. 2um curs.
Mag. Thomas de Colsellis[1], 14 Jul 2um curs
— Johannes Barnage, 24 Jul. 2um curs
Frat Hugo Pourreti, Cluniacens , 21 Aug 2um curs.
Mag. Guillelmus Blondel[2], 1 Septemb 1um curs.
— Johannes Cote, 2 Septemb 1um curs.
Frat Stephanus Bureti, supprior Cluniacens.[3], 11 Septemb 1um curs
Mag Johannes Germani, 15 Septemb 2um curs.

[20]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 57-59.

1. I. e. Courcellis. — 2 Seu « Blondelli » sub mag Thoma Hobe. — 3. Sed postea fuit prior S. Mariae de Longoponte (*Gall. christ.*, VII, p. 557).

2295. *Sententiarii et Biblici Parisiens.*

1427, Septemb., Parisiis.

Nomina bachalariorum Sentenciariorum pro anno Domini millesimo CCCC^{mo} XXVII^{mo} in mense Septembri :

Primo, frat. Johannes Dulciviri, Ord. Carm., xxiiij sol.
Mag. Johannes Barnage, xxiiij sol.
— Thoma[s] Francisci, xxiiij sol.
— Thoma[s] de Corsellis[1], xxiiij sol.
Frat. Johannes de Furnis[2], Ord. Premonstrat., xxiiij sol.
Mag. Johannes Germani[3], xxiiij sol.
Mag. Petrus Yrford de Anglia, xxiiij sol.
Frat. Hugo Poreti, Ord. Cluniac., xxiiij sol.
— Christoforus Willequin, Minor, xxiiij sol.
— Johannes Episcopi, August., xxiiij sol.
— Petrus Petri de Rupella, Novemb. 27[4], xxiiij sol.
— Johannes de Villa Furni, Predicator, per bullam, xlviij sol.[5] [12]

Pro anno CCCC^{mo} XXVII° Biblici :

Frat. Johannes Groleti, Augustin., xx sol.
— Johannes de Cani[6], relig. Ursicampi Cisterciens., xx sol.
Frat. Johannes Petri, Carm., xx sol. [3]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 59-60.

1 De tempore, quo licentiatus est, vid. infra n° 2404, not. 1, et n° 2457. — **2.** An. 1434, April. 22, Joh. Baldwini, prior monasterii S. Nicolai Furnens., ut bacc. formatus Paris. sex annorum incorporatus est Universitati Heidelberg. (TOEPKE, *Matrikel*, II, p. 595). Propter negotia Ordinis Parisios reliquit, et postea ob viarum discrimina illuc redire non valens supplicavit Eugenio IV ut sub mag. Egydio Carlerii aliisque licentiam et magisterium suscipere posset (Suppl. Eug. IV, in n° 279, fol. 85^{b}, ad Mart. 23, an. 1433). — **3.** Jam an. 1429 licentiatus. Vid. infra n^{is} 2310 et 2318. — **4.** Affertur p. 67, « xxvij Nov. incepit Sententias propter maliciam temporum et guerrarum, et debet recuperare lecciones suas in vacationibus ». — **5.** In fine biblicorum. — **6.** Seu « Cany », ut ex epitaphio apparet (vid. *Journal de la paix d'Arras*, ed. JEAN COLLART, p. 289).

2296. *Magistri regentes in facultate theologiae.*

1427, Septemb., Parisiis.

Nomina magistrorum regentium pro anno CCCC^{mo} XXVII° in mense Septembri :

Primo, dom. decanus, magister Petrus de Dyereyo.
Mag. Johannes de Trecis.
— Guillermus de Sella.
— Johannes Foquerel, episcopus Silvanectens.
— Rolandus Berguenel.
— Erardus Emangart.
— Guillelmus Pinguisavis.
— Johannes Saunerii.
— Johannes Trolehem[1].
— Johannes de Gandevillier.
— Johannes Pulcripatris.
— Thoma[s] Monachi.
— Johannes de Boury, episcopus Meldens.
Mag. Rogerus de Gaillon.
— Johannes Darques.
— Philippus Molet.
— Johannes Soquet.
— Egidius Remondi.
— Robertus Piry.
— Johannes Berodi.
— Anguerrandus Lesen[n]e.
— Nicolaus Midi.
— Johannes d'Arnem.
— Dionisius de Sabrevois.
— Andrea[s] Gareti.
— Johannes Le Galois.

Mag Johannes Fabri, Augustin.
— Matheus Le Souchon.
— Gerardus Gourron
— Johannes Gauchcrii, Cisterc
Mag Lambertus de Campo, Predicator
— Jacobus Testoris.
— Johannes de Vernone
— Purgencius Burga, Predicator [34]

Bibl. nat Paris., ms. lat. 5494, p. 60.

1. Ultimum hic nominatur. An. 1428, April. 10, ut defunctus affertur (Suppl Mart. V, n° 223, fol. 105)

2297. *Magistri regentes in facultate medicinae an 1427-1428.* [*Iidem qui an. 1426, exceptis* Guill. de Camera, P de Chaciaco, Phil Furnerii, Andr Despars *Additur* Joh Cotterelli] [14]

1427, Novemb. ineunte, Parisiis.

Comment. fac. med., I, p 289. — Nov. 3, Rollandus Scriptoris decanus electus est, idem continuatus 1428, Nov. 6 (ibid., p. 298), regentium nomina non inscripsit.

2298. *Mag. Bernardus Nivart, magister regens in facultate medicinae, incarceratus est in Castelleto, quia dederat Johanni du Conseil, notario Castelleti, « unes lettres passées soubs le sceel dudit Chastelet pour en faire un* Vidimus, *esquelles avoit rasure, qui avoit esté faite à son proufit, et mis* Bernard *en lieu de* Jehan *Et si avoit rasure en une scedule de papier, passée par devant deux notaires du roy » Bernardus deinde episcopo Paris.*[1] *ad detentionem traditus fuit*

1427, Novembris 12, Parisiis.

Bul , V, 381. — Maii 13, nondum incarceratus, coram parlamento fuit citatus per Colart Le Fèvre et Johannem Quentin. Johannes Quentin accusavit coram praeposito Bernardum, « qu'il lui avoit baillié unes lettres obligatoires de xl libr de gros ou autre somme sur Tassin Couillart, et que maistre Bernart avoit receu ladite somme .. et concluoit... qu'il fust condemné à rendre ladite somme ou l'obligation ». Bernardus Nivart noluit, proindeque incarceratus est (Arch. nat., X^{1a} 4795, fol. 93^{b}). Diutius is processus protractus est. Jam Junii 3 Universitas eum, negantem se Johanni Quentin quidquam debere, requirebat (ibid , fol 107), et iterum Jun. 26 (fol. 113^{b}). An. 1428, Febr 12, apud S Bernardum conclusae sunt cessationes Universitatis, quia Nivart « fuerat positus in torturis in curia episcopi Paris. » (Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 85). Cf. etiam Arch. nat., X^{1a} 1480, fol. 392, ad Jan. 2.

1 Tunc Jacobo de Castellano (du Chastellier), cum esset thesaur. eccl Remens et licent. in decr., ab an. 1427, Febr. 17, episcopo Paris. (Reg. Lat. Mart V, n° 267, fol. 202^{b}) Cf. *Mém. de la Soc. de l'hist. de Paris*, IX, p 168 sqq.

2299. *Mag Johannes le Galoys licentiatus, quia non complevit quinque annos inter lecturam Sententiarum et licentiam, iterum petit et obtinet licentiam in theologia.*

1427, Novembris 27, Parisiis.

In nomine Domini, amen. Hujus presentis publici instrumenti tenore cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno ejusdem Domini millesimo quadringentesimo vicesimo septimo, indictione quinta, mensis vero Novembris die vicesima septima, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Martini divina providentia pape quinti, anno decimo, coram venerabili et circonspecto ac litteratissimo viro magistro Petro de Dierreyo in sacra pagina eximio professore, decano facultatis theologie in alma ac fructifera

Universitate famosissimi studii Parisiensis, necnon procuratore[1] seu commisso tam apostolica auctoritate quam alias ad faciendum in predicta sacre pagine facultate licentias, et ea que potest et debet facere cancellarius Parisiensis ecclesie quoad licentiam et gradus in Universitate Parisiensi in absentia famosi et eloquentis viri magistri Johannis de Jarsonno, dicte ecclesie Parisiensis cancellarii, in meique notarii publici et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum presentia personaliter constitutus honorandus et magne scientie vir magister Johannes Galops, alias Le Galoys[2], in eadem sacra pagina magister, decanus ecclesie de Salceya[3] Ebroic. dioc., asserens se per magna tempora Parisius in eadem facultate theologie studuisse ac cursus duos Biblie, lecturam Sententiarum[4], responsiones et alia neccessaria ad gradum magisterii in sepedicta facultate legisse et fecisse, et deinde tertio anno predicte sue lecture Sententiarum ad advocationem venerandorum et circonspectorum virorum ac dominorum magistri Dominici Parvi, pro tunc decani dicte facultatis, aliorumque magistrorum ejusdem anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimoquinto[5] sine dicti magistri Johannis Le Galoys supplicatione aut requesta cum ceteris aliis magistris a dicto magistro Dominico (procuratore ut prius et commisso ad licentiam et gradus in Universitate predicta in absentia dicti cancellarii) licentiam in eadem facultate theologie in aula domini Paris. episcopi obtinuisse, et deinde anno ejusdem Domini millesimo quadringentesimo vicesimosexto circa festum Nativitatis beati Johannis Baptiste[6] ab eodem commisso ut prius in eadem aula in signum magisterii birretum doctorale suscepisse, et ibi incepisse, et deinde questionem suam resumpsisse ac de resumpta disputasse. Qui quidem magister propter scrupulum conscientie (quem sibi aliqualiter formaverat ex dubio et anxia difficultate cujusdam statuti papalis[7], in quo cavetur quod bacalarii gradum magisterii obtinere desiderantes stare in studio tempore solito inter lecturam et magisterium intermedio teneantur, per repetitam facultatem theologie interpretati ad tempus quinque annorum, annis lecture Sententiarum et etiam licentie pro duobus annis computatis[8], quo statuto tamen non obstante dispensaverat eadem facultas a pluribus annis in vim dicte declarationis temporis vel alias aliquando cum uno, interdum cum pluribus interpolatis vicibus), ad tollendum dictum scrupulum et propter certas alias causas ipsum decanum de Salceya moventes eidem domino decano commisso ut supra humiliter supplicavit, quatenus non obstantibus premissis benedictionem licentie in theologica facultate alias per suum predecessorem decanum prenominatum ad consimilia commissum sibi impartitam iterum sibi impartiret et conferret. Qua supplicatione facta, prestitis prius juramentis per ipsum magistrum Johannes Galops, alias Le Galoys, ad hujusmodi licentiam et gradum requisitis, idem dominus decanus sive commissus supplicationem ejusdem Le Galoys concessit, ipsumque ad genua ob reverentiam sancte sedis apostolice provolutum in theologica facultate predicta licentiavit. De et super quibus omnibus et singulis ipse magister Johannes Le Galoys petiit a me notario publico suprascripto sibi fieri atque tradi instrumentum publicum unum vel plura Acta fuerunt hec Parisius in domo habitationis prefati de Dierreyo anno, *etc.*

Et ego Laurentius Poutrelli, presbiter. curatus parroch. eccl de Anouvilla Rothomag. dioc., publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, *etc.*

Originale in Arch. nat. Paris, M 69ª, nº 8.

1. Quae sequuntur usque « Parisiens. cancellarii » exscripta sunt apud HEMERAEUM, *De academia Paris.*, p. 136. — **2.** Etiam in Suppl. Mart. V, nº 210, fol. 153ᵇ, vocatur « Johannes Galopes, alias le Galoys », et postulat canon. Rotomagens. (ad an. 1427, Novemb.). Postea, an 1429, quando petivit ut nominatio sua per ducem Bedfordiae ad canon. S. Stephani de Gressibus rata esset, vocatur « Joh Gallois » (ibid., nº 246, fol. 203). — **3** I. e. Saussaye (Eure). — **4.** Vid. supra nº 2194. — **5.** An 1426. Vid. nº 2264. — **6** Potius Jun 27. — **7.** Urbani V. Vid *Chartul.*, III, p 144 — **8.** *Chartul*, III, p. 479. Sed ibid. deest « pro duobus ».

2300. *Cum Nicolaus Hubert, substitutus procuratoris regis in Catalauno, quemdam clericum nomine Colinum le Breton d'Origny, patibulo suspendisset, Universitas Paris. ore Johannis Beaupère in curia parlamenti episcopo Catalaunensi se adjungit, ut dictus Nicolaus corpus Colini de patibulo detractum ante ecclesiam cathedralem reducat et ad emendam honorabilem damnetur*

1427, Decembris 29, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X¹ª 4795, fol. 186. — Secundum procuratorem Colinus fuit « brigant, espieur de chemins ». Causam similem Parisiis vide supra nis 1851-1852.

2301. *Licentiati in facultate theologiae.*

1428, Januarii 12, Parisiis.

Die xijª Januarii fuerunt licenciati magistri qui secuntur :

Primo mag Guillelmus Erardi [1]
Mag Nicolaus Amici [2].
— Judocus de Lisa [3].
— Petrus Medici [4]
Frat Guillelmus Adelie, Predicator [5].
— Johannes Triparii, Carmelita [6].
Mag. Nicolaus Tibout [7].
— Gauffridus Coclearii [de Arricuria] [8].
Frat Jeronimus de Viterbio, Augustin [9]
— Guillelmus de Caritate, Cisterc.
Mag. Michael Anglici [10].
Frat Johannes Barat, Carmelita [11].
Mag. Johannes Baudouini
Frat. Guillelmus Dulsis, Predicator [12].
— Georgius de Vallespeciosa, August. [13].
— Petrus de Salis [14]. [16]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 67. — Ms. lat. 5657ª, fol. 16ᵇ.

1. Magister in theol. eodem anno, Martii 26 (p. 74). — De hoc celebri magistro, Lingonensi, plura adjiciemus Ipsemet suum nomen scripsit « G Erard » (Autographon in Arch. nat. Paris., K 64, nº 1¹⁹, aliud ap. LOTTIN, *Recherches sur Orleans*, I, p. 276), et sic, vel « Erart » suum nomen in mssᵗⁱˢ melioris notae semper occurrit, quamvis in *Processu rehabilitationis* Johannae d'Arc scribatur « Eurardi ». Erardi fuit presb. saec. et Navarricus Ducibus BUL, V, 879, LAUNOIO, *Hist. Navarrae gymnas.*, p. 153 sq., 585 sqq, QUICHERAT, *Procès de Jeanne d'Arc*, I, p. 92, *Aperçus nouveaux*, p 103, omnes hactenus (BEAUREPAIRE excepto) e Guillelmo Erardi et Guillelmo Evrardi, licent. an. 1429 et magistro solum an. 1437, unicam personam constituerunt Hinc magna perturbatio. Erardi, non Evrardi, licentiatus, an. 1431, Maii 24, Rotomagi coram Johanna d'Arc praedicavit. Non Erardi, sed Evrardi, licent. in theol., in Concilio Basileensi fuit. Erardi an. 1435 cantor eccl. Rotomagens (Suppl. Eugen. IV, nº 323, fol. 299ᵇ) et vicarius archiepiscopi, an. 1438 ibidem decanus electus est, ast jam an. 1439, Junii, in Anglia defunctus est (vid. BEAUREPAIRE, *Notes sur les juges de Jeanne d'Arc*, p. 34 sqq.) sed solum an. 1444 librae 40 ab ipso nationi Gallicanae legatae distribuebantur (LAUNOIUS, l. c., p. 587 sq). Ad haec infra nº 2338. — **2.** Qui an. 1436 nondum magister fuit (Suppl Eugen. IV, nº 314, fol. 3ᵇ) et vix ad magisterium pervenit. — **3.** Magister 1428, April. 30 (ms lat. 5494, p 74) — **4.** Magister Maii 21 (ibid.). — **5.** Magister Junii 8 (ibid) — **6.** Magister Jun. 22 (ibid). — **7** Magister April. 20 (ibid.). — **8.** Magister Junii 28 (ibid.). — **9.** Magister Octob. 25 (ibid.) — **10.** Magister Novemb. 22 (p. 77). — **11.** Magister Decemb. 9 (ibid.). — **12.** Magister an. 1429, Januar 24 (ibid) — **13** Magister Januar 18 (ibid.). — **14.** Postea in msᵗᵒ sequuntur nomina regentium, pro quibus licentiati solverunt (pro quolibet 5 sol., pro domino commisso 10 sol.).

2302. *Universitas Paris. Martino V mittit statuta Urbani V cum supplicatione.*

1428, Februarii 3-7, Parisiis.

Die iiij[a] Februarii pro copia bulle Johannis [et] Egidii cardinalium[1] super pluribus statutis iij sol. — Item pro copia supplicationis destinande domino nostro summo pontifici super eadem materia ij sol. — Item die vij[a] quando magistri fuerunt congregati ad visitandum dictam supplicationem in domo domini decani [pro] vino ij sol.

Bibl. nat Paris., ms lat 5494, p. 87

1. Ms. « Johannis Egidii cardinalis ». Sed perperam. Agitur de statutis jussu Urbani V factis an. 1366 a cardinalibus Johanne et Egidio (*Chartul.*, II, n[is] 1318, 1319), minime, ut quis opinari posset, de statutis quibusdam Johannis Egidii, cardinalis Innocentii VII. Statuta Urbani V nuncupabantur.

2303. *Facultas medicinae, petente duce Bedfordiae, regente Franciae, tres annos studii in Universitate Cantabrigiae peracti pro uno et dimidio Johanni Kun Anglico computat.*

1428, Februarii 7, Parisiis.

Die vij[a] Februarii fuit congregata facultas per cedulam in Sancto Maturino ad deliberandum de responsione danda ad requestam domini regentis regni Francie ducis Bethfordie, que fuit facta per reverendum in Christo patrem dominum episcopum Meldensem[1], et magistrum Alanum Kir[ke]ton, decanum capelle ejusdem domini regentis et archidiaconum de Noviburgo[2], et magistrum Johannem Major, phisicum ejusdem domini, et fuit requesta in forma tali : *[Mag. Johannes Kun Anglicus studuerat in Anglia in Universitate Cantabrigiae per tres annos in medicina post magisterium in art.; quod reputetur ei pro uno anno cum dimidio, deturque ei etiam gratia ut hoc ei valere possit ad assumptionem baccalareatus in medicina, ita ut possit venire ad primam licentiam post proximam].*

Post quam requestam factam iiij[a] die Februarii in domo magistri Henrici Doengi post disputaciones et post prandium per dominos nominatos fuit responsum, quod mensio non poterat fieri sine congregacione facultatis specialiter facta super isto puncto et per cedulam. Et ideo hac die vij[a] potui trahere ex uniformi deliberacione omnium magistrorum quod contemplacione domini regentis placeret facultati sibi computare illos tres annos pro anno cum dimidio, in casu quo dictus magister Joh Kun certificaverit de licencia aut magisterio in artibus, et quod ipse in illa Universitate studuerit per tres annos; sed quod sibi facerent aliam graciam, illam interimerunt, presentibus Joh. Bellardi, Henrico Doengy, Roberto Poytevin, Egidio Caniveti, Guillelmo de Apostolatu et Stephano Majoris.

Comment fac. med., I, p. 290.

1. Johannem de Boiri — 2. Dioec. Ebroicens., archidiaconum jam an. 1423 (*Mém de la Soc des antiquaires de Normandie*, XXIV, 181, 193). An 1430, April. 19, nominatus, April. 24 receptus est in canonicum eccl. Rotomagens. (BEAUREPAIRE in *Precis analytique des travaux de l'Académie de Rouen*, 1867-1868, p 480).

2304. *Nicolaus Amici, temptator licentiandorum in artibus pro natione Picardiae, in examine Sanctae Genovefae, incassum obstante abbate S. Genovefae, a parlamento in munere suo conservatur*

1428, Februarii 12, Parisiis.

Jeudi xij^e jour de Fevrier. — Les religieux abbé et couvent de Ste Geneviève ont baillé ceans leur requeste par escript à l'encontre de maistre Nicole Lamy[1], afin que soit pourveu à l'office de tempteur pour la nation de Picardie et que la court y pourvoie ou que on leur permette de y pourveoir de homme souffisant selon la teneur de leur dite requeste.

Maistre Nicole Midy est d'accord que on y pourvoie.

Maistre Nicole Lamy dit que l'abbé nomme et le chancelier presente en la faculté les tempteurs, et est vray que l'an CCCC XVIII maistre Regnault Remy exerçoit l'office de tempteur, et après son trespas y fu nommé et presenté maistre Nicole Lamy qui, obstant certaine maladie, ne peut pour ycelle année excercer l'office et y fu commis par provision Midy qui l'exerça pour ycelle année; et aprez ce que Lamy revint en convalescence, fu ordonné que Lamy exerceroit l'office, mais Midy le volt empescher, et à cause de ce fist procès et appellacions et l'an CCCCXX Midy renonça à touz procès et appellacions aprez aucuns traittiez, et lors fu dit que ne l'un ne l'autre ne l'exerceroit, et y fu commis maistre Eustace Cailleu[2] qui y renonça et le delaissa. Et aprez lui derechief y fu commis maistre Nicole Lamy qui l'a exercé par l'espace de sept ans continelment et est prest de l'exercer, et neantmoins les religieux, soubz umbre d'un procez de novelleté qui est sopy et interrupt, ont voulu empeschier Lamy. Si appert que leur requeste ne sera point faite, et ny convient autre provision, car Lamy est tout prest d'y entendre et en faire son devoir.

Les religieux dient que Me Nicole Midy a fait l'empeschement.

Appoinctié est que Me Nicole Lamy demourra oudit office, nonobstant l'appel et sans prejudice des parties.

Arch. nat. Paris., X^1a 4795, fol. 210^b.

1 Seu Nicolaus « Amici », qui fuit rector Univ. electus an. 1426, Dec., et 1429, Oct. Vid. *Auctar*, II, 356, 1, et 419, 40. — 2 Tunc licent in medicina. Vid. supra n° 2189, at mox magister regens (cf. n° 2197) Eustacius Calculi non diutius in fac. artium examinare potuit.

2305. *Henricus Tybout, presbyter, mag. art. et medicinae, rector paroch. eccles. S Petri de Hambeya, Constantiens. dioec, Martino V supplicat, ut in facultate medicinae regere, legere, docere, etc., quoad vixerit possit.* — Fiat ut petitur O — Dat Rome apud SS Apostolos id Martii, anno undecimo.

1428, Martii 15, Romae.

Reg. Suppl. Mart. V, n° 218, fol. 294.

2306. *Licentiati in facultate medicinae.*

1428, Martii 22, Parisiis.

Sequuntur recepta licentiatorum in facultate medicine die lune 22ª Marcii anno 1427º:

Magister Florentius Rogerii, Picardus, pro bursis tribus, xlviij sol.
— Johannes Amici, Picardus, pro bursis suis, xlviij sol
— Guillelmus Parys[1], Normannus, pro bursis tribus, xlviij sol.

Comment fac. med., I, p. 291-292. — Nomina licentiatorum hoc anno non aliter inscripta sunt.

1. Videtur idem qui superius Guil. Poucheti nominatur inter bacc. medic. (Comment. fac. med , I, p. 280, 284).

2307. *Facultas theol Paris. Martino V inter alia supplicat, ut cancellariam ecclesiae Paris solum graduato in facultate theol conferat.*

1428, Martii 25, Romae.

Supplicant S. V , pater beatissime, humiles et devoti oratores vestri decanus et facultas theologie preclare primogenite filie vestre Universitatis studii Parisiensis quatenus supplicationes infrascriptas manu vestra beatissima signare et prout petitur petita concedere. . dignemini. *[De eligendo confessore; de plenaria remissione peccatorum in mortis articulo; ut doctores proponentes verbum Dei vere confessis indulgentiam 100 dierum impertiri valeant (conceduntur 50 dies); ut a casibus reservatis absolvere possint (conceditur in casibus ordinariorum ad septennium).]*

Item, beatissime pater, pro parte devotorum oratorum vestrorum doctorum et magistrorum facultatis theologie prescriptorum S. V. exponitur quod, cum ad cancellarium ecclesie Parisiensis pro tempore existentem, racione officii cancellariatus dicte ecclesie, quod ipsum pro eodem tempore obtinere contigerit, quoslibet in singulis facultatibus Parisius vigentibus in eisdem licenciandi, necnon etiam singularum heresum ac quorumlibet opiniones bonorum morum contrarias, sive piarum aurium offensivas inibi et in partibus illis circumvicinis pro tempore emergentes et occurrentes corrigendi, et de illis inquirendi, et dicte facultatis ac aliorum ejusdem Universitatis doctorum et magistrorum assistencia cognoscendi et decidendi, ex privilegio et ordinacione sedis apostolice eidem cancellario desuper concessis pertineat facultas, quodque etiam premissa, pater sancte, absque experto in dicta facultate viro utique graduato commode fieri non possint : quare supplicant E. S V. doctores et magistri dicte facultatis, quatenus in favorem fidei catholice et ejusdem facultatis, ut nullus ad hujusmodi officium auctoritate quarumcunque litterarum apostolicarum, etiam motu proprio concessarum, aut quavis alia auctoritate, deinceps admittatur, nisi in dicta facultate doctor sive magister existat, statuere et ordinare dignemini de gracia speciali. Constitucionibus, etc.... — Fiat ut petitur. O. — Datum Rome apud Sanctos Apostolos octavo kal. Aprilis, anno undecimo.

Reg. Suppl. Mart V, nº 217, fol. 182, sub rubrica « Rotulus parvus certarum facultatum pro doctoribus et magistris s. theol. Parisiens. » — Nihilominus Martinus V Johanni Chuffardi et Jacobo Branlardi, licentiatis in decret., gratiam exspectativam concessit quoad cancellariam eccl. Paris., quam Johannes Chuffardi sub papa sequente obtinuit (vid. ad an 1433)

2308. *Licentiati in facultate decretorum.*

1428, Martii 29-30, Parisiis.

Die lune xxix Martii fuerunt presentati ... bachalarii venerando mag. Petro de Dierreyo in sacra pagina professori commisso pro domino cancellario Paris. Qui quidem benigne respondit quod, ex quo domini doctores reputabant prefatos bachalarios licentia dignos, quod contentabatur et quamcito posset eos licentiaret ordine in rotulo quem sibi tradidi sigillato sigillo meo [i. e. decani Joh. de Brecons] in medio et extremitatibus, nec volebat aliquid immutare.

Anno Domini millesimo CCCC^mo XXVII°, die xxx^a Marcii ante Pascha, fuerunt licentiati in aula domini episcopi Paris. per dominum commissarium bachalarii inferius nominati in ordine tradito domino commissario, qui est talis :

Alanus Kierketon [Anglicus],	sub domino S. Taurini[1].
Jacobus Piscis,	— Huberti.
Johannes Joliveti[2],	— Lauco
Henricus de Novavilla,	— Poichardi
Johannes Landry,	— Poichardi.
Guillelmus Clyf [Anglicus],	— Levinus.
Jacobus Galet,	— Frainchelains.
Robertus de Fontanis,	— Conty[3].
Johannes de Vorda,	— Frainchelains.
Johannes de Graturolio,	— Taurini.
Johannes Hosconis,	— Lauco.
Johannes Nicolai,	— Conty.
Petrus Courtini,	— de Quercu.
Frater Johannes Raulini[4],	— Brecons[5].
Frater Johannes Touppet[6],	— de Quercu
Rogerus de Monasterio,	— Boisselli.
Frater Johannes Morelli,	— Taurini
Nicolaus Lambaert,	— Huberti.
Andreas Cotin,	— Brecons.
Andreas Pelé,	— Paquerus.
Guido Haguenin,	— Taurini.
Nicolaus de Besis,	— Brecons.
Firminus de Campis,	— Boisselli.
Jacobus Merati,	— Levinus.
Gregorius Pinguis,	— Huberti.
Guillelmus Colini,	— Fievé.
Michael Amici,	— Levinus.
Robertus Heute,	— Frainchelains.
Ludovicus Scaet,	— Paquerus
Theobaldus de Courtaonno,	— Fievé.
Johannes Jouglet,	— de Quercu.

Johannes de Bovès,	sub domino Huberti
Guillelmus de Bellovisu,	— Lauco.
Petrus Ade,	— Poichart.
Guillelmus Galtheri,	— Brecons
Johannes du Bauchien,	— Boisselli.
Johannes Olive,	— Paquerus
Johannes Cotecirée[7],	— Lauco.
Aubertus Morelli,	— Conty.
Johannes de Quemino[8],	— Fievé.
Philippus Boistelli,	— Lauco
Johannes de Votonno[9],	— Paquier.
Frater Johannes Jarruti,	— de Quercu.
Johannes de la Vespière,	— Levinus.
Guillelmus [Lohie]r,	— Taurini.
Guillelmus [de Her]iz,	— Frainchelains.
Johannes Anglici,	— Fievé.
Jacobus Mareti,	— Laingny[10]
Robertus Carpantarii,	— Poichardi.
Johannes Fulqueti,	— Frainchelains.
Guillelmus de Bihaiz,	— Boisselli
Frater Johannes Baloiche,	— Brecons
Guillelmus Alouf,	— Huberti.
Thomas Pectinati,	— Poichardi.
Petrus Regis,	— Boisselli.
Johannes Breti,	— Conty
Johannes Medici,	— Levinus.

[57]

Et erant regentes qui sequuntur :

Abbas S. Taurini.	Guillelmus de Conty
Levinus Neuelinc	Johannes Huberti.
Anthonius de Lauco.	Johannes de Brecons.
Herveus Poichardi.	Thomas Fievé
Philippus de Frainchelains	Bertrandus de Quercu.
Gueroldus Boisselli	Paquerius de Vallibus

[12]

Memor. fac. decret., I, fol. 98b. — Hoc anno omnes licentiati contenti erant.

1. Joh. de Servavilla — 2. Archidiaconus Abrincens , can. Baiocens. et Constantiens. Fuit frater Roberti Jolivetі, abbatis Montis S. Michaelis. — 3. I e. abbate de Latigniaco — 4. An. 1436, Octob 3, abbas monast. Cellae prope Trecas O S. B., cujus eleemosinarius prius fuit (Arch. Vat. Oblig., nº 66, fol. 29b). — 5. An. 1428, Jun 4 (monachus Molismen. Lingon. dioec., jam 1418 prior de Altheia, — Suppl. nº 112, fol. 199b), factus est abbas de Latigniaco (Reg. Lat Martin V, nº 280, fol. 101. Omittitur in *Gall. christ* , VII, 504), eodem die quo Guillelmus de Conty translatus est ad S. Catharinam Rotomagens Eodem anno Universitas papae supplicavit ut ad abbatiam S. Nichasii Remens. tunc vacantem Joh de Brecons, nondum abbas Latigniaci, vel ad abbatiam S. Catharinae prope Rotomagum promoveretur. De eodem negotio ad quemdam venerandum dominum scripsit (*Minuta* chartac. in Arch. nat. Paris., M 65a, nº 30). Postquam Johannem nominatum abbatem S. Petri Latigniacensis audivit, Universitas papae gratias egit, ab eoque petiit ut « prioratum de Cella in Bria, Meldensis dioec., propinquum eidem abbatie de Latigniaco », quem prioratum jam possidebat, eidem conferre in commendam dignaretur. Simul cuidam episcopo vel cardinali de ea re scribebat (*Minuta* chartac., ibid , nº 52). — 6 An 1436-1437 electus est abbas monast. Gaudiivallis, Carnotens dioec , Praemonstr (*Gall. christ* , VIII, 1336). - 7. Seu « Costecirée », canon. Paris. (vid *Mém. de la soc. de l'hist de Paris*, IX, p. 123, ad an. 1420) — 8 Tempore processus Johannae d'Arc fuit advocatus curiae eccl. Rotomagens. Vid. de eo BEAUREPAIRE, *Notes sur les juges*, etc., p. 98. — 9. FOURNIER male « Botonno ». — 10. I c. de Latigniaco.

2309. *Doctorizati in facultate decretorum.*

1428, Junii 14, Parisiis.

xiiij Junii ... dominus abbas de Cormeliis[1] supplicavit facultati quatenus admitteretur una cum aliis tribus presentatis ad doctoratum[2], et antequam admitteretur, fuerunt multa prolocuta hinc inde. . Sed quia ipse erat facultatis, et etiam dominus regens[3] scripsit facultati, et quia diu fuerat licenciatus et compleverat sua volumina, facultas de consensu omnium nullo contradicente, quia alias non fecisset, ipsum admisit sine prejudicio apellacionis.

Memor fac. decret., I, fol. 99b.

1. Guillelmus Bonnel, abbas de Cormeliis, Lexoviens. dioec., ab an 1405, Nov. 26 (Reg. Aven. Bened. XIII, vol. XLVIII, fol. 83). Antea eleemosinarius Fiscamnensis et jam bac decret. (vid. p 128, not 9) Quo anno licentiam in decr. adeptus sit ignoratur — 2. « xviija Junii fuerunt isti quatuor vesperizati, videlicet mag. Alanus Quierqueton, Guillelmus Clyf, Johannes Joliveti et abbas de Cormeliis, per dominum abbatem S. Taurini [Joh. de Servavilla] in magnis scolis. Die lune xxij (*leg* xxj) Junii fuerunt doctorizati per eundem dominum in magnis scolis, presente illustrissimo principe domino duce Bedfordie regente regnum Francie, et fuit factum prandium in palacio regio », cui assistebant 5-6000 personae, ut habetur in Arch. nat., X1a 4795, fol. 283, vel 8000 convivae, ut scribitur in *Journal d'un bourgeois*, p. 227 Statim dux Bedfordiae Martino V supplicavit, ut Alanus « Kirketon » paroch. eccl. de Monteforti Rotomag. dioec. reciperet (Suppl. Mart. V, n° 226, fol. 183). — 3. I. e. dux Bedfordiae.

2310. *Cum Johannes Germani, mag art , nunc Sententias Parisiis legat, qua lectura peracta duo tantum actus restant peragendi, scil responsio de quaestione ordinaria, et responsio in aula palacii episcopalis, « quos minori quam unius anni spatio posset commode peragere », supplicat Martino V Anna de Burgundia Bedfordiae ducissa, ut ipse, consiliarius suus, non obstante statuto Urbani V et facultatis theol de quinque annis hoc facere possit* — Fiat ut petitur O. — Dat. Rome apud SS. Apostolos pridie kal. Julii, anno undecimo

1428, Junii 30, Romae.

Reg. Suppl. Mart. V, n° 220, fol. 25b — Dux Burgundiae eum promovere desideravit Vid. n° 2318, not. 2.

2311. *Bedellus facultatis theol tradit Michaeli Heberti, scribae Universitatis, 16 sol , « pro instructionibus et litteris mittendis ad curiam Rom per magistros Andream Gareti et Matheum Souchon ».*

1428, Augusti 12, Parisiis.

Bibl nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 87. — Ut e Suppl. Mart. V, n° 222, apparet, jam ante Septemb. 27 in curia fuerunt.

2312. *Martinus V ad episcopum Parisiens , ut Petro de Dierreyo et Guillelmo Erardi, magistris in theol , committat licentias conferendas in Universitate Paris*

1428, Septembris 12, Genezani.

Martinus, etc., venerabili episcopo Parisiensi salutem, etc. Quasi lucerne fulgentis in domo Domini splendorem ex dilectorum filiorum Universitatis studii Parisiens. edibus per universum radientem attenta meditatione pensantes, ad ea libenter intendimus, per que

opportunitatibus ipsorum debite consulatur. Sane sicut nonnullorum magistrorum predicte Universitatis fida relatione percepimus, licet ad .. . cancellarium ecclesie Parisiensis pro tempore existentem receptio et admissio quorumlibet scolarium dicte Universitatis post ipsorum confectos labores studiorum et examen necnon licentie gradum tam sacrorum theologie et canonum quam aliarum licitarum ibidem facultatum impertitio et concessio temporibus ad hoc ordinatis fiende pertineant, dictusque cancellarius per se vel alium hujusmodi licentias habeat impertiri : tamen dilectus filius Johannes de Jarsonno, dicte ecclesie cancellarius, se certis de causis animum suum moventibus a dicta ecclesia in alienis longinquis partibus commorans absentavit, unde interdum contingit, illis multas difficultates oriri, seu circa licentias hujusmodi dictos scolares in receptione videlicet graduum suorum quamplurimum retardari in eorumdem scolarium et Universitatis prejudicium non modicum et gravamen. Nos igitur .... fraternitati tue .... committimus et mandamus quatenus de premissis omnibus et singulis et eorum circumstantiis universis auctoritate nostra te diligenter informes, et si per informationem hujusmodi ita esse reppereris ...., exercitium dicti officii cancellariatus quoad actus circa scolarium receptionem et admissionem necnon temporis et aliorum consuetorum dispensationes atque licentiarum et graduum hujusmodi impertitionem et exhibitionem dumtaxat per dictum cancellarium exhiberi solitos, dilectis filiis Petro Dyerreyo[1] et Guillermo Erardi[2], magistris in theologia, ac eorum cuilibet in solidum per eos, quamdiu dictus cancellarius a civitate Parisiensi absens extiterit, alias juxta statuta et consuetudines laudabiles dicte Universitatis observatas exercendum, dummodo ... magistrorum dicte facultatis theologie ibidem residentium pro tempore aut majoris partis eorumdem ad id accedat consensus, eadem auctoritate committas.... Dat. Genezani Penestrine dioc. secundo id. Septembris, anno undecimo.

Reg. Lat Mart. V, an. 11, lib. 140, fol 264b — Verisimiliter Radulphus de Fontanis, episc. Suessionens , solummodo ad quinquennium facultatem dandi licentias habuit An. 1427 officio adhuc fungebatur (cf. *Auctar.*, II, p. 363, 10). An 1429, Maii 4, Universitas nondum litteras apostolicas receperat, nam in ms lat. 5494, p. 89, legitur « quando magistri sigillaverunt litteras mittendas ad curiam Rom. super facto licentiandorum » Iterum enim supplicationem misit

1. Qui jam Dominico Parvi, an. 1427, Febr. 19, defuncto, licentias conferebat. Vid supra nis 2264, 2301. — 2. Isti famoso, qui Johannae d'Arc tam infensus erat.

2313. *Cursores in facultate theologiae.*

1427, Novemb.-1428, Septemb., Parisiis

Fr Johannes Galeti, Ord Grandimontens., 4 Nov 1um curs.
Mag. Ludovicus d'Andelle, 29 Mart 1um curs
— Johannes Herbert, 31 Mart 1um curs
— Johannes de Ponte junior, 22 April 1um curs
Fr. Stephanus Bureti, Cluniacens , 27 April 2um curs
Mag Petrus Fabri, 10 Maii 2um curs
Mag Petrus Ploniel, 27 Maii 1um curs
— Johannes le Moutardier[1], 6 Julii 2um curs
— Johannes de Fonte, 7 Julii 2um curs
— Johannes Toutain, 2um curs
— Robertus Dionysii, 7 Aug 2um curs
Dom Egidius Anglici, canonicus B Marie de Voto juxta Cesarisburgum, 31 Aug. 1um curs

[12]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p 67, 76.

1 Seu « Le Moustardier ». Anno 1427, Novemb. 20, affertur ut nuntius Universitatis ad papam, et, quamvis solum 1um cursum finiverat, baccalareus in theol. vocatus Petit canonicatum eccl. Narbonens. (Suppl. Mart. V, nº 210, fol. 196b).

2314. *Sententiarii et Biblici Parisiis*

1428, Septemb., Parisiis.

Nomina bachalariorum Senlenciariorum pro anno CCCCº XXVIIIº :

Primo frat Petrus Wileti, Carm . xxiiij sol
Mag. Petrus Fabri, xxiiij sol
— Johannes de Fonte, xxiiij sol.
— Robertus Dionisii, xxiiij sol
— Johannes Le Moutardier, xxiiij sol.
— Johannes Toutain, xxiiij sol
Frat. Stephanus Bureti, Cluniacens , xxiiij sol
Frat Johannes de Cani, Cisterciens , xxiiij sol.
— Antonius Masorerii, Predicator, xxiiij sol
— Johannes de Fano[1], Minor, xxiiij sol.
— Nicholaus Hemericy, Augustin , xxiiij sol
— Anthonius Kien, Predicator, xlviij sol , legit per bullam[2]

[12]

Biblici ejusdem anni :

Frat. Johannes Vineti, Predicator, xx sol.
— Petrus de Cheriaco, Minor, xx sol.
— Stephanus Morelli, Augustin., xx sol.
— Bertrandus de Leodio[3], Cisterc , xx sol.
Frat. Petrus Laloe, Carmelita, xx sol. [5]

Die iiija Decembris incepit Bibliam frat Petrus de Cheriaco propter discordiam motam inter conventum vel alicos ejusdem et, etc.[4]

Bibl. nat Paris., ms. lat. 5494, p. 77.

1. Fuit Italus, provinciae Marchiae. Vid infra nº 2330, not. 2. Ad an. 1439, Mart. 9, legitur in msto 5494, p. 206, quod deputati in camera mag. Johannis de Vernone congregati deliberabant de materia mag. Johannis de Phano « occasione collegii Lombardorum ». — 2. In fine Biblicorum. — 3. Infra vocatur « de Alna ». — 4. Vid. nº 2316

2315. *Magistri regentes in facultate theologiae.*

1428, Septemb., Parisiis.

Nomina magistrorum regentium pro anno M CCCC XXVIII in mense Septembri :

Primo dom decanus mag Petrus de Diereyo [*etc* , *omnes usque* Joh Gaucherii *ut an* 1427, *excepto* Joh Trolehem *Hic adduntur* Joh de Castellione *et* Eustachius de Mesnillo[1]]
Mag Guillermus Erardi
— Judocus de Lisa
Mag Petrus Medici
— Johannes Gravestain
— Lucas de Assisio
— Guillelmus Adelie.
— Johannes Triparii
— Gauffridus Coclearis [39]

Bibl. nat. Paris., ms lat 5494, p. 78. — P. 79 enumerantur magistri, pro quibus licentiati an 1429, Januarii 27 solverunt, inter quos occurrunt Johannes le Bouegue, eleemosin. Fiscannens., Egidius de Bellobecco abbas Fiscamnens., etc.

1. Duo hic ultimum inter mag. regentes nominantur Robertus Piry, defunctus an. 1429, Jun. 12 (p 90) Martii ejusdem anni, cum esset rector paroch. eccl. S. Mariae Aleomi Constant dioec., adhuc litigabat de canonicatu eccl. Bajocens (Suppl. Mart. V, nº 225, fol. 237b). — Matthaeus de Souchon seu « le Sochon », in Rom. curia jam ante Septemb. 27 defunctus (Suppl. Mart. V, nº 222, fol. 50b), pro cujus anima servitium celebratum est apud Praedicatores Novemb. 10 (ms. lat. 5494, p. 88).

2316. *Facultate theologiae per mag Petrum de Diereyo, decanum facult , solemniter apud S. Maturinum convocata, e relatione deputatorum per dictum decanum conclusum est, quod facultas frat. Petrum de Cheriacho, Ord. Min , reciperet ad legendam Bibliam pro anno praesenti, si se submitteret facultati « reparare certas propositiones et articulos aliquos in suis sermonibus et alibi expositos et predicatos*[1]*, et dicte facultati in uno rotulo per ipsum tradito contentos, ubi indigerent reparatione », et veniam peteret super aliquibus verbis per ipsum minus bene de facultate artium prolatis, quod et fecit* « In nomine . Tenore presentis publici instrumenti ».

1428, Octobris 1, Parisiis

Originale in Arch nat. Paris., M 69^{a}, n° 9. — D'ARGENTRÉ, *Coll jud.*, I^{2}, p. 226 sq., ex primo Registro ms^{to} censurarum facult. theol. Paris. — Maii 21, an. 1429, notat bedellus facultatis « Pro instrumento subjectionis fr. Petri de Cheriaco Minoris actu legentis Bibliam iiij sol. Item pro scribendo rotulo articulorum et propositionum dicti fr. Petri viij sol. » (Bibl. nat Paris., ms. lat. 5494, p. 89).

1. Articuli non exprimuntur. Petrus de Cheriaco Carolo VII adhaerebat. An. 1448 dominus de Gaucourt, cujus confessor et capellanus Petrus fuit, ad Nicolaum V de eo scribit « qui pro statu et honore christianissimi regis Francorum *retroactis temporibus* diversas tribulationes, incarcerationes et labores alios sustinuit, ac verbum Dei per plures annos predicavit et Bibliam Parisius per duos annos legit » (Suppl. Nicol., n° 416, fol. 251^{b}, ad Martii 2).

2317. *Universitas Paris. testatur, abbatem et conventum S Victoris Paris esse bonos et legitimos scholares Parisiens in diversis facultatibus*[1]. Dat Parisius in nostra congregatione generali apud S Maturinum die martis post festum b Lucie virginis et martyris anno Dom millesimo quadringentesimo vicesimo octavo « Universis presentes litteras . Ut ait Seneca ». M. HEBERTI.

1428, Decembris 14, Parisiis.

Originale in Arch. nat. Paris., L. 889, n° 9. Superest fragm. sigilli Univers. Paris. in cera rubea. — BUL., V, 210.

1. Ut in *Chartul.*, II, n° 675.

2318. *Licentiati in facultate theologiae.*

1429, Januarii 27, Parisiis.

Die xxvij Januarii CCCCXXVIII fuerunt licentiati per magistrum nostrum mag. Johannem Pulcripatris :

Primo mag. Petrus Mauricii[1].
Mag. Johannes Germani[2].
— Hugo Majoris[3].
— Petrus Beuvin[4]
Mag Petrus Yerford, Anglicus[5].
— Richardus de Mesnillo[6].
Frat. Stephanus Avole, Carmelita.
[7]

Bibl. nat Paris., ms. lat. 5494. p 80. — Ms. lat 5657^{a}, fol 17. In ms^{to} priori, p. 79. magistri regentes afferuntur, quibus licentiati solverunt (cuilibet 5 sol., vicesgerenti 10, facultati 32 sol., bedello et subbedello 9 fr). Praeter infra Sept. allatos hic inveniuntur Johannes le Bouesgue, Thomas Hobe, Egidius de Bellobecco abbas Fiscamnens., Erardus Emengart, Guillelmus Pinguisavis[7], Eustachius de Mesnillo, episc. Meldens., Joh. Darques. Robertus Piry, Nicholaus Midi, Joh. d'Arnem, Guillermus Erardi, Petrus Medici, Gauffridus Coclearis, Michael Anglici.

1 Magister Maii 23, « et fuit primus in licencia, et facultas reservavit primum locum in magisterio » (p. 90). De ipso vid. BEAUREPAIRE, *Notes sur les juges*, etc , p. 86 sqq An. 1430, Jan. 8, canon. Rotomagens., electus ab Henrico VI. — 2. Magister Martii 3 (p. 80). An 1430, Decemb. 15, factus est episcopus Nivernens. cum esset decanus capellae ducum Burgundiae Divionens. (Reg. Lat. Mart. V, n° 300, fol. 237^{b}), an. 1433 ducis Burgundiae ambassiator ad Concil. Basil. An. 1436,

Aug. 26, episcopus Cabilon. (Oblig. nº 66, fol. 28). — **3.** Magister Martii 17 (ms. 5494, l c.) — **4.** Magister Junii 6, an 1429 (ms. 5494, p. 90). In Arch. nat., X[1a] 1481, fol. 50 (ad an. 1431) vocatur « Bovin » — **5.** Petrus « Herford » magister an. 1429, April 19 (ms. 5494, p 80) — **6** Magister Jun 20 (p. 90). — **7.** Ultimum hic nominatur. Maii 21 pro anima ejus servitium celebratum est (ms. 5494, p. 89).

2319. *Litterae testimoniales de scholaritate vel de regentia.*

1429, Jan. 4-Febr. 1, Parisiis.

Petrus Mauricii, « rector Universitatis magistrorum et scolarium Parisius studentium », universis nuntiat, sequentes esse veros atque continuos scholares Parisius studentes :

Mag. Petrus de Ordeimonte[1], in leg lic., cantor cathedralis eccl Constant., can. Paris. et Bajocens. ecclesiarum, decret studet sub Guillelmo de Conty, abbate B Petri de Latigniaco (nº 49, Januar 4).

Dom Johannes[2] abbas B. Mariae de Barbereyo, O. Cist., Bajocens dioec., theol. sub mag Erardo Emengart (nº 43, Januar. 20)

Mag. Nicolaus Davy, in art mag , licent. in utroque jure, archidiaconus de Constantino in eccles. Constant , decr sub mag Johanne Joliveti (nº 48, Febr. 1),

Bibl. nat. Paris., ms fr. 20591 (Gaignieres). — Tria diversa originalia pergam., ubique in eadem forma, incipientia « Universis ... Petrus . Ut ait Seneca, non amicitie », ut in similibus instrumentis jam prius factum est (vid nº 1952, et Bul , V, 888). Quodlibet testimonium datum est sub sigillo rectoriae Universitatis Ubique tamen sigillum nunc deest. Cum plura privilegia Universitatis solummodo pro actu studentibus et docentibus Parisiis data essent, hae litterae testimoniales rectoris pluribus modis profuerunt, et multi, jam provecti, sicut Nicolaus de Clamengiis aliique, tunc ut scholares inscribebantur, ut data occasione privilegiis, imprimis exemptione ab impositionibus et a gueto et custodia portarum, fruerentur. Idem dicendum de caeteris infra edendis documentis hujus generis.

1. Anno eodem, Aug., fuit incarceratus ex parte Anglorum Vid. *Mém. de la Soc. de l'histoire de Paris*, IX, p. 176. — **2.** Johannes Pymeule (vid. *Gall. christ.*, XI, p. 454).

2320. *Jacobus Galet, receptor nationis Picard , solvit triginta et quinque sol. pictantiario S Genovefae Paris. pro quodam fundo terrae.*

1429, Martii 22, Parisiis.

Receu par moy, frère Jean Fournier, pitancier et cuisinier de l'eglise Saincte Geneviève ou mont de Paris, des maistres et escolliers de la nation de Picardie, par la main de venerable et discrète personne maistre Jaques Galet, receveur de ladicte nacion, la somme de trante cinq soulz paris. deulz à ladicte eglise pour les termes de Pasques et Saint Remy IIII^cXXVIII[1], à cause du fons de terre tant de leur maison assise en la rue de Galande, comme de leurs escolles assises en la rue du Feurre, l'une desquelles on dit *le cheval rouge*. De laquelle somme de xxxv s. par. je me tien pour content et bien payé, et de tout le temps passé. Tesmoing mon saing manuel cy mis le xxij[e] jour de Mars mil IIII[c] XXVIII. — J. Fournier.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris , M 70. nº 39.

1. An. 1428 (1429).

2321. *Statuta Mathurinorum de scholaribus.*

1429, Aprilis 24, Cervifrigidi.

Licet de jure quicunque religiosus sine sui superioris licentia ad scolas accedens sit excommunicatus ipso facto, statuimus nichilominus quod quicunque frater nostri Ordinis ad scolas accesserit sine sui proprii aut majoris ministri licencia et cum consilio conventus domus, si sit conventualis, cum pena juris predicta quam incurrit, voce capituli careat, sitque inhabilis ad administrationem, beneficium et officium obtinendum, donec cum ipso per majorem ministrum vel generale capitulum secum fuerit dispensatum. Scolares vero Ordinis per generale capitulum ordinatos et ordinandos penis supradictis volumus subjacere.

Bibl Mazarin., ms 1765, fol 139[b], sub rubrica: « De scolaribus. Ut nemo ad scolas sine licentia accedat ». — Ordo tunc et a fine saec. XIV plures magistros theol. Parisiis habuit, et inter ipsos eo tempore maximum ministrum Ordinis, Johannem de Trecis, et nihilominus vix statuta de studiis Ordinis, praesertim Parisiis, invenies.

2322. *Fr Richardus, Ord. Min, in praedicationibus coram numerosa multitudine Parisiis asseruit, Antichristum natum esse et diem judicii [pro anno 1430] instare « Cum autem hunc et nonnullos alios illic seminasset errores sentiretque, facultatem theologie contra se procedere velle, clam aufugit et discessit. »*

1429, Aprilis 26, Parisiis.

Hist. de Charles VII et de Louis XI par Thomas Basin, ed. QUICHERAT, t IV, p 103 sq — Thomas Basin post fere 60 annos scribens asserit hoc accidisse « dum Parisius litterarum studio operam daremus ». April 26 ultimum praedicavit Richardus et paulo post Parisios reliquit, ut in *Journal d'un Bourgeois de Paris*, p. 235 sq., annotatur, ubi plura de ipso. Postea Trecis fuit et mense Julio ibidem cum Johanna d'Arc convenit. Secundum *Monstrelet, Chron.*, IV, p 335, coactus aufugit, quia e parte Caroli VII fuit. Sed etiam Pictavis an. 1431, Martio, vicarii generales episcopi et inquisitor fidei eum a praedicatione prohibentes, in conventu Minorum Pictavens detinuerunt, quibus curia parlamenti Pictavens. se adjunxit. Bibl. caes. Vindobon., ms. lat. 6959, fol. 77. Sim LUCE, *La France pendant la guerre de Cent ans*, 2[e] série, p. 198.

2323. *Facultatis theologiae Paris. conclusio de collatione beneficiorum ad Universitatem Parisiens. spectantium.*

1429, Junii 11, Parisiis.

Universis presentes litteras inspecturis decanus et facultas theologie in alma Universitate studii Parisiensis salutem in Domino sempiternam. Cum prefata Universitas ad providendum de beneficiis nuper vacantibus per obitum bone memorie defuncti magistri Guillelmi Pinguisavis, sacre theologie professoris, et in posterum quoquomodo vacaturis ad ejusdem Universitatis dispositionem spectantibus pluries et vicibus repetitis convocata et congregata fuit, nullaque super hoc potuerit haberi concordia : hinc est quod nos timentes, ne per longam moram aut alias dispositio hujusmodi beneficiorum, sicut premittitur, vacantium in prejudicium et damnum non modicum dicte Universitatis ad alienas manus devolveretur, . .. conclusimus et per presentes concludimus et consentimus, quod

beneficia nunc vacantia et in posterum vacatura ad dispositionem Universitatis spectantia de cetero per modum turni per singulas facultates et nationes ejusdem Universitatis alternatis vicibus disponantur, sic quod quelibet facultas et quelibet natio in turno suo habeat nominare Universitati personam sufficientem et ydoneam, et Universitas habeat eidem persone sic sufficienti et ydonee de beneficio, quod in illo turno vacabit, providere, dum tamen hujusmodi turnus a nostra theologica facultate inchoetur, et habeat dicta nostra facultas primum locum sive turnum, facultas decretorum secundum, facultas medicine tertium, et facultas artium quartum secundum ordinem quatuor nationum. Voluimusque et volumus, quod ista conclusio sive ordinatio in perpetuum per nos et per singulas facultates et nationes inviolabiliter observetur.... In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum sigillum prefate facultatis nostre presentibus litteris duximus apponendum. Datum Parisius in nostra congregatione generali apud Sanctum Maturinum solemniter celebrata anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo nono, die undecima mensis Junii, presentibus venerabilibus et circumspectis viris magistris Thoma Hobe, Roulando Barguenel, Johanne Pulcripatris, Johanne Darques, Jacobo Textoris et Thoma Monachi, magistris in theologia.

POUTRELLI.

Originale in Arch nat. Paris., M 67ª, nº 25. Superest taeniolum membranac., cui adhaerebat sigillum. — *Mém. hist. sur les benéfices*, p. 140. BUL., III, p. 608. Vid. *Auctar*, II, p. 415 —Bedellus facultatis theol. mense Junio solvit « pro litteris facultatum de turno super facto beneficiorum vacansium et vacaturorum viij sol. » (ms. lat 5494, p. 89)

2324. *Litterae testimoniales de scholaritate et regentia.*

1429, Maii 12-Junii 20. Parisiis.

Johannes de Gomonte, « rector Universitatis magistrorum et scolarium Parisius studentium », universis nuntiat, sequentes esse vel veros atque continuos scholares Parisius studentes, vel veros regentes

Dom. Jacobus Ratel, prior monast S Barbarae, O S Aug , Lexoviens dioec , decretis studuit a 3 annis sub dom Johanne abbate S. Taurini Ebroicens (nº 32, Maii 12).

Dom. Robertus[1], abbas B Mariae de Becco Heluini, O S B , Rothomag dioec , decret doctor, a duobus annis verus et continuus regens in fac decret (nº 34, Maii 12)

Mag Symon de Fouloigne, mag. art., decanus eccl colleg. S Sepulcri de Cadomo, Bajocens. dioec , theologiae studet a 3 annis sub mag. Thoma Hobe (nº 53, Maii 14).

Dom Guillermus[2], abbas S. Salvatoris Vicecomitis. O. S B , Constantiens dioec , bacc decr , decr a 2 annis sub dom Johanne abbate S. Taurini (nº 35, Maii 31)

Dom Johannes, abbas de Ceraseyo[3], O S B , Bajocens dioec , theol sub mag Roberto Piri (nº 39, Jun 4).

Dom. Guillermus[4], abbas B Mariae de Montisburgo, Constant dioec , O S B , bacc decr , decret a 6 annis sub abbate Johanne S Taurini (nº 33, Jun 6)

Dom Alanus[5], abbas B. Mariae de Longis Bajocens dioec , O S B , mag art , lic in leg., theol. a 2 annis sub mag Thoma Monachi (nº 44, Junii 14)

Mag. Ricardus Lombardi, presb , mag. art , can Bajocens., curatus eccl. paroch S Martini de Deserto, Constant. dioec , theol. sub mag Thoma Monachi (nº 45, Jun 14).

Mag Nicolaus de Clamengiis[6], in art mag et bac in theol , cantor et canonicus praebend. eccl Bajoc., theol. a 4 annis sub mag. Petro de Dierreyo (nº 47, Jun. 17).

Mag. Johannes Berthier, bacc in decret., can. Bajocens, decr. a 4 annis sub dom Johanne de Brecons, abbate de Lignyaco[7], Paris. dioec (n° 38, Jun. 18).

Fr. Jacobus Carnificis, presb prioratus S Vigoris Magni prope Bajocas, O. S B, theol a 2 annis sub mag Johanne Saunerii (n° 54, Junii 20).

Bibl. nat. Paris., ms. fr. 20591 (Gaignieres). — 11 diversa originalia pergam., ubique sub eadem forma qua n° 2319.

1. Robertus de Becco, de quo p. 306, not. 8. — **2.** « le Reverend ». Cum esset bacc decr. et prior de Vaudeville, an. 1424, Sept. 1, factus est abbas (Arch. Vat, XII, 121, p. 179). — **3.** Antea fuit in prioratu de duobus Gemellis, et solum an. 1430, Octob 24, Martinus V eum in abbatem confirmavit et rehabilitavit (Arch. Vat, XII, 121, p. 254). — **4.** Guerin (*Gall. christ.*, XI, p. 929). — **5.** An. 1441 in Universitate Cadomensi (Bénet, *Inventaire des Archives de l'Université de Caen*, t. II, p. 10) — **6.** In actis Universitatis ultimum notatur. Tunc temporis commoratus est in Collegio Navarrae usque ad suam mortem (vid. Launoium, *Hist.*, p. 129), quae an. 1437 advenit (vid. J Hermant, *Hist du diocèse de Bayeux*, 1705, p. 374, A. Thomas in *Romania*, t. XXV, p. 132) — **7.** I. e. « Latigniaco », seu Lagny

---

2325. *Quae bedellus facultatis theologiae solverit pro uno prandio.*

1429, Julii 4, Parisiis.

Pro prandio facto anno CCCC° XXIX :

Primo, [pro] pane, iij sol
pulveribus et cocro, ij sol. iiij den.
lardo et sagimene, ij sol.
lacte, xvj den
pisis, iiij den.
osille, j doubble
cameline, vj den
pullis, vj sol.
pro pi[g]onibus, v sol
parvo porco, v sol
anseribus, vij sol. iiij den
ovis, xij den.
quoquo, iiij sol.
vino, xvj sol viij den
serasis, iiij den
piris, vij den
poma, v sol.
gouères, v sol.
pro domo et servitoribus, xvj sol.
Somma · lxxvj sol.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 108. — Hoc prandium fiebat quoque fere biennio, et ea quidem die, qua bedellus praesentibus quibusdam vocatis magistris theol. computum « receptorum et misiarum » fecit. An 1429 computus fuit Jul. 4 (vid. p 91), et hoc solo anno expensae pro prandio omnibus ex partibus describuntur. Alimenta similia vide ap. Siméon Luce, *Les menus du prieur de S. Martin-des-Champs* (*Mém. de la Soc. de l'hist de Paris*, t. IX, p. 236 sq).

2326. *Litterae testimoniales de scholaritate et regentia.*

1429, Junio-Aug. 12, Parisiis.

Gregorius Nicholai[1], « *rector Universitatis magistrorum et scolarium Parisius studentium* », *universis nuntiat, sequentes esse aut veros atque continuos scholares Parisius studentes, aut veros regentes*

Mag. Guillermus Blondelli, presb., mag art et bacc theol, curatus eccl paroch. S Johannis de Manerbia, Bajocens dioec, theologiae studuit a 3 annis sub mag Thoma Hobe (n° 36, Jun 30)

Dom. Nicholaus[2], abbas B Mariae de Alneto, Ord Cisterc, Bajocens dioec, s. theol professor, per tres annos continuus regens in theol (n° 42, Julii 1).

Dom Johannes[3], abbas S Stephani de Fonteneto, O S. B., Bajocens dioec, theol a 2 annis sub Rogero de Gaillon (n° 40, Julii 5)

Dom. Guillelmus de Fovea, presb., curatus eccl paroch de Montigny, Bajocens dioec, capellanus perpetuae capellaniae B Mariae fundatae in parochia de Vente-de-Bourse Sagiens dioec, decret. a 3 annis sub dom Johanne abbate S Taurini (n° 37, Aug 6)

Dom Philippus[4], abbas B Mariae de Valle, O. S. Aug, Bajocens dioec, decret a 3 annis sub dom Johanne abbate S. Taurini (n° 51, Aug 12)

Bibl. nat. Paris., ms. fr. 20591 (Gaignières) — 5 diversa originalia pergam., ubique sub eadem forma qua n° 2319.

1. Bul., V, p. 920, perperam Johannem de Ponte ut rectorem Jun. 23-Octob. 10 affert. — 2. Nicolaus, cum esset abbas de Barberejo, mag. theol., an. 1421, Maii 30, translatus est ad abbatiam de Alneto (Reg Lat. Mart V, n° 217, fol. 152b). Iste Nicolaus vocabatur « le Comte », lic. an. 1400 (vid n° 1763). An. 1439, Octob. 20, publicationi privilegiorum Universitatis Cadomens. astitit (Bénet, *Inventaire des archives de l'Université de Caen*, I, p 143) An. 1427 sqq. solum inscriptus erat Parisiis ut regens, minime tamen regebat Nihilominus privilegiis Universitatis fruebatur. — 3. Johannes Patris, ab an. 1411, Decemb. 4 (Arch. Vat., XII, 121, p. 54). — 4. Deest in *Gall. christ.*, XI, p. 440.

2327. *Aug. 26 in parlamento cancellarius Franciae, in praesentia consilii regis Angliae, fuit « a recevoir les sermens des gens d'eglise de Paris seculiers et reguliers, de vivre en paix et union en ceste ville soubz l'obeissance du roy de France et d'Angleterre selon le traitté de la paix[1] ».*

1429, Augusti 26, Parisiis.

Arch. nat Paris., X1a 1481, fol 18. — Diebus sequentibus per civitatem juramenta excipiebantur. Canonici etiam Paris. juramentum tunc praestiterunt Vid. Arch. nat, LL 113, p 171.

1. I. e. Trecens.

2328. *Mag. Joh Chuffart recipitur a capitulo ad officium cancellariae Paris, nihilominus tamen illud nondum obtinet*

1429, Septembris 7, Parisiis.

Mercurii vij^{a} Septembris... Mag. Johannes Chuffart virtute sue gracie apostolice, vigore cujus obtinuit alias canonicatum et prebendam ecclesie Paris [1], et etiam vigore literarum domini Paris. episcopi, receptus est [a capitulo Paris.] ad officium cancellarie ejusdem ecclesie Paris , vacans per obitum mag. Joh. de Jersson[2] ultimi possessoris.

Arch. nat. Paris., LL 113, p. 173. — Jam April 8 mag. Henricus de Byèvre, dictus de Moson, contendebat se jus habere ad praebendam et cancellariam eccl. Paris., quas possidet Johannes Gerson (ibid., p. 161). Non longe post alii praetendentes, Andreas Gareti, Johannes Pulchripatris, Johannes Saunerii, Jacobus Branlardi[3], cum Johanne Chuffart virtute apostolica de cancellaria litigabant. Et sic Chuffart usque ad an. 1433 ad cancellariae officium non pervenit, quod interim capitulum diversis commisit. Vid. *Auctar.*, II, p. 417, not. 5.

1. Ab an. 1420. Sed idem dixit Johannes Saunerii. Vid. n° 2334. — 2. Lugduni, Julii 12 (vid. *Auctar.*, II, p. 247, not.). Animadvertendum in libro bedelli facultatis theol. (ms lat. 5494) nullum servitium pro Gersone notari, quod tamen pro aliis magistris theol. defunctis nunquam omittitur. — 3 Pro Johanne Mauloué rex Carolus an. 1429, Jul. 24, canonicatum solum et praebendam Johannis Gersonis optavit (Arch. nat., LL 114, p 255).

2329. *Cursores in facultate theologiae*

1428, Decemb.-1429, Septemb. Parisiis.

Frat Bernardus Cheneverii, subprior S Martini de Campis[1], 17 Decemb. 1um curs , 10 Febr. 2um.
Mag. Valascus de Lucenna de regno Portugalie, 20 Decemb. 1um curs
— Petrus de Belloloco, 28 Jan 1um curs
— Johannes Mileti[2], 3 Febr. 1um curs
— Johannes Maucorant, 11 Martii 1um curs.
Mag Johannes Soridi, 16 Martii 1um curs
Frat. Nicolaus Courtini, Ord. S. Ben., 22 Mart , 1um curs.
Mag Guillermus Clerici, 21 April 1um curs.
Frat Guido Bridart, subprior S. Bernardi, 30 April 1um curs
Mag Johannes Graveram[3], 31 Maii 1um curs

Frat. Anselmus Happart, confessor regine, 4 Jun ium curs, 18 Jul 2um.
— Egidius Chaumardi Cluniacens, 10 Jun ium curs
Mag Johannes Aubin, 13 Jun.
Frat. Thomas d'Ectot, prior de Rouy, O. S. B., 15 Jun. ium curs.
Mag. Nicolaus Quoquerel, 18 Jun 2um curs
Mag. Michael Francisci, 23 Jun
— Petrus Gellant, 25 Jun
— Johannes Revière, 30 Jun. ium curs.
— Gaufridus Normanni, 5 Jul ium curs.
Frat Johannes Fabri, Ord S. Trinit, 6 Jul. 2um curs
Mag. Johannes Auron, 23 Jul. ium curs.
— Nicolaus Confrant, 2 Aug. 2um curs
— Michael Baldouini, 8 Aug. ium curs. [23]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 77, 80, 90, 93.

1. Sub magistro Johanne de Vinsellis, abbate S. Claudii (S. Eugendi), qui solum hac occasione Parisios venisse videtur, nam post an. 1414, solum an 1422 inter regentes Universitatis affertur. Vid. nis 1940, 2012, 2195. In Suppl. Mart. V, no 218, fol. 29?, Johannes an. 1428, Maii 10, ut abbas S. Eugendi Lugdunens. occurrit. « Cheneverii » diversimode in msstis scribitur. Non longe supprior fuit, jam ante an. 1432 Johannes Lormier ei successit (Arch nat, L 872, no 19). Cheneverii in Concilio Basil. morabatur. — 2. Si idem esset ac is Johannes Mileti, de quo agitur an. 1439, Octob. 27, tunc annos 13 natus cursor fuisset, quod non est admittendum. — 3. Non confundendus cum seniore, inquisitore Franciae et Ord. Praed.

2330. *Sententiarii et Biblici Parisiens.*

1429, Septemb., Parisiis.

Nomina bachalariorum Sentensiariorum pro anno CCCC° XXIX° in mense Septembri :

Primo, frat. Johannes Petri, Carm., xxiiij sol.
Mag. Nicolaus Confrant[1], xxiiij sol
Frat. Alanus de Saviniaco, Cisterc, xxiiij sol.
— Johannes Fabri, Ord. S. Trinit, xxiiij sol.
— Bernardus Cheneverii, Cluniac, xxiiij sol.
— Johannes Maguet, Pred, xxiiij sol.
— Guillermus de Valle Reullon[2], Minor, xxiiij sol.
Frat [3] Anselmus Appart, confessor regine, legit Sententias per bullam, xlviij sol.
Die xxa Octobris incepit Sentencias frat. Thomas Veret, Pred, per bullam, xlviij sol
Frat Reginardus Pelée, Pred, xxiiij sol.
— Reginardus Bouverti, August., xxiiij sol [11]

Nomina Biblicorum ejusdem anni :

Frat. Johannes de Curia, August, xx sol.
— Philippus de Laude[4], Cisterc., xx sol.
Frat. Johannes Morandi, Carm, xx sol. [3]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 93.

1. An. 1424, April., Martinus V ei canonicatum Constantiens. sub reservatione praebendae contulit cum litteris, in quibus scribebatur, Nicolaum eodem anno ab Universitate Paris. ad papam destinatum fuisse. Post tres annos (1427) Nicolaus tamen scripsit papae, se tunc minime pro parte Universitatis ad eum missum fuisse. Petit dispensationem (Reg. Lateran. Mart. V, an. 10, lib. 182, fol 204b) Postea canon. Parisiens. — 2 Jam an. 1427 in Capitulo generali Casali celebrato destinatus erat Parisios ad Sententias legendas. Sed alter, Laurentius de S. Silvestro de Urbe, pro lectura in Romana curia destinatus, a papa obtinuit ut Parisiis posset legere, quod tamen erat contra statuta, cum tertius annus ultramontanis deberetur, secundus solus Italis, et nunc (a Sept. 1428) Parisiis legerat Italus, scil. Johannes de Fano provinciae Marchiae. Papa concessionem Laurentio factam revocavit (Suppl Mart. V, no 222, fol. 34b, ad an. 1428, Sept. 30). Guillelmus solum an. 1448 licentiatus. — 3. Quatuor sequentes in msto exstant post Biblicos. — 4. Qui alias vocatur « de Fontanis ».

2331. *Magistri regentes in facultate theologiae.*

1429, Septemb., Parisiis.

Nomina magistrorum regentium pro anno CCCC° XXIX° in mense Sep[t]embri :

Primo mag. Petrus de Diereyo, decanus facultatis
Mag Guillermus de Sella.
— Johannes de Trescis
— Rolandus Berguenel
— Johannes Saunerii
— Johannes de Gandevillier
— Johannes Pulcripatris
— Thoma[s] Monachi.
— Rogerus de Gaillon.
— Philippus Molet
— Johannes Soquet
— Egidius Remondi
— Johannes Berodi
Mag Dionisius de Sabrevois.
— Andreas Gareti[1]
— Johannes Le Galois.
— Gerardus Gourron
— Judocus de Lissa
— Hugo Majoris.
— Richardus de Mesnillo.
— Johannes Gaucherii, Cisterciens.
— Johannes Baarat, Carmelita
— Johannes Gravestain, Predicator.
— Guillermus Edelie, Predicator.
— Lucas de Assisio, Minor
— Georgius de Vallespeciosa, August. [26]

Bibl. nat. Paris., ms lat. 5494, p. 94.

1. Anno sequente, Martii 16, facultas theol. concessit ei jura regentiae, cum tunc esset in curia Romana. Ultimum supra nominatur.

2332. *Requirentibus Universitate Paris , Parlamento et civibus Paris., ordinatum est, ut dux Bedfordiae fieret gubernator Normanniae, Philippus vero dux Burgundiae gubernator Franciae, i. e villae Parisiens et adjacentium baillivarum.*

1429, Octobris 13, Parisiis.

Journal d'un bourgeois, p 247. Cf. Arch nat. Paris., X[1a] 8605, fol 14, *Chron. de Monstrelet*, IV, p 361 sq. — Post hoc omnes Angli Parisiis habitantes Rotomagum profecti sunt, ubi dux Bedfordiae gubernavit. Vid. *Chronique Normande de Pierre Cochon*, ed. BEAUREPAIRE, p. 305.

2333. *Magistri regentes in facultate medicinae an. 1429-1430.*

1429, Novemb. ineunte, Parisiis.

Sequuntur regentes pronuntiati in facultate medicine :

Johannes Belardi.
Jacobus Sacquespée.
Henricus Doigny
Petrus Cardonnelli.
Henricus Thibout
Robertus Poitevin
Johannes Coterelli
Eustacius Calculi
Egidius Caniveti
Rolandus Scriptoris
Guillelmus Figuli
Guillelmus de Apostolatu
Stephanus Majoris. [13]

Comment. fac. med., I, p. 299 — Nov. 5, Rollandus Scriptoris decanus fac. med. continuatus est.

2334. *Johannes Sauneru, mag art et theol., decanus eccl Nivernens., qui canonicatum, praebendam et cancellariam eccl Parisiens per obitum Johannis Gersonis vacantem vigore nominationis apostolica auctoritate factae et cujusdam gratiae exspectatione acceptavit, supplicat Martino V ut iis, non obstantibus litigiis*[1], *de novo provideatur.* Concessum ut petitur. G. CONSERAN — Dat Rome apud SS Apostolos undecimo kal Decemb., anno tertiodecimo

1429, Novembris 21, Romae

Reg. Suppl. Mart V, nº 241. fol. 280ᵇ. — An. 1430, Novemb. 10, iterum petit, ut tempus expeditionis litterarum super hoc sibi prorogetur (ibid., nº 250, fol. 184).

1. Vid. supra nº 2328.

2335. *Martinus V prohibet, ne religiosi Ord Min. ad gradum magisterii in theol. promoveantur, antequam perfecerint debitos cursus suos et legerint Sententias in Universitatibus approbatis* Dat. Rome apud SS. Apostolos kal. Decembris, pontificatus nostri anno xiij. « Cum in humanis scientiis ».

1429, Decembris 1, Romae.

WADDING *Ann. Min*, X, 477, e Reg. Lat. Mart. V, an 13, lib. 16, fol. 269, nunc deperdito. BUL., V, 389 (JOURDAIN, nº 1208, falso . « 1430 »). Ad haec vid. supra nº 2212

2336. *Nicolaus Amici, rector Universitatis magistrorum et scholarium Parisiis studentium, testatur, mag. Johannem de Homme, licent in leg, bacc. in jure can., decanum eccl. Bajocens*[1], *a festo B. Remigii an. 1426 usque ad festum B Mariae Magdalenae an 1428 verum et continuum scholarem in fac theol fuisse sub mag Johanne Sauneru* Dat Parisius anno Dom. millesimo quadringentesimo vicesimo nono, die octava mensis Decembris. « Ut ait Seneca » DE FONTE

1429, Decembris 8, Parisiis

Bibl. nat. Paris., ms. fr. 20591 (Gaignieres), nº 45, perg. originale.

1. Perperam igitur in *Gall christ*, XI, 401, ab an. 1421-1433 nullum decanum occurrere.

2337. *Martinus Berruerii, baccal. formatus in theol, Martino V supplicat, ut in ecclesia Turonensi, in qua 45 et ultra canonicatus et totidem praebendae aliaque beneficia exstant, lectoriae dignitatem ad scripturae sacrae expositionem instituat, eique conferat.* — Fiat.. O. — Dat. Rome apud SS. Apostolos undecimo kal Januarii, anno tertiodecimo

1429, Decembris 22, Romae.

Reg. Suppl. Mart. V, nº 244, fol. 66ᵇ. — Martinus Berruerii (« Berruyer ») nunquam ad magisterium theologiae pervenit, sed semper baccal. formatus remansit. An. 1432, jam canon. Turon, fuit ambassiator et consiliarius Caroli regis Francorum ad papam, et canon S Martini Turon, capellaniam de Antenejo Cenomanens. dioec. petivit (Suppl. Eugen. IV, nº 268, fol. 260. nº 269, fol. 37ᵇ). In Concil. Basil cum aliis Francigenis pro praeeminentia Concilii super papam decertavit Ab an. 1431 et postea decanus Turon. (nº 357, fol 163), et canon. Cenomanens. Ad ipsum octo epistolae Gerardi Macheti. An. 1449, April 7, Nicolaus V eum in episcopum Cenomanens. confirmavit (Reg. Vat. Nicol. V, nº 409, fol. 32), et jam an 1448, Decemb. 23, papa ei suum propositum praedictae ecclesiae illum praeficiendi nuntiavit, addens quod cum episcopatum assecutus esset, etiam decanatum Turon. retinere posset (nº 389, fol 35). In *Gall. christ.*, XIV, p. 410. perperam ad an. 1452 affertur.

2338. *Licentiati in facultate theologiae.*

1429, Decembris 31, Parisiis.

Anno Domini millesimo CCCC° XXIX°, die ultima mensis Decembris, fuerunt licenciati per magistrum Hugonem Majoris commissum per capitulum Parisiense, et pluribus aliis dominis contendentibus de cancellaria[1], quia dominus meus dominus cansellarius magister Johannes de Gersono migraverat ad patres, etc. :

Primus fuit mag. Guillelmus Evrardi[2]
Mag. Nicolaus Bessy[3].
Frat Robertus[4] de Porta, Augustin.
— Nicolaus de Rouseriis[5], Cisterciens
— Johannes Sarraceni[6], Predicator
Mag. Johannes de Quesneyo[7]
Frat. Girardus Fuleti de Salinis[8], Minor.
— Guichardus de Sancto Romano, Cluniacens.
— Georgius Taxilli, Predicator[9].
— Nicolaus de Campello, Minor[10].
— Johannes Silvestris, Predicator[11].

[11]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 95. — Ms. lat. 5657ª, fol. 17ᵇ. — In fine nominum sequuntur magistri, pro quibus solverunt licentiati Quilibet solvit xv lib. xij sol., i e. pro quolibet magistro v sol., pro commisso x sol., pro facultate xxxij sol., pro bedello et subbedello vij lib. iv sol.

1. Vid. Septemb. 7, n° 2328 et not. Ms. supra « campsellaria ». — **2** Magister in theologia an. 1436 (1437), Martii 18 (ms 5494, p. 183). Ipsemet subscribit « G. Eurardi » (ms. lat. 5657ᶜ, fol. 13, 17ᵇ, 22ᵇ, 24 sqq. usque ad fol. 90ᵇ, an. 1464), et sic (vel « Everard ») suum nomen semper in mssᵗⁱˢ occurrit. Jam n° 2301 observavimus, eum confundi cum Guillelmo Erardi, mag in theol. Guillelmus Evrardi (Evrart) ab an. 1440 Collegii Navarrae principalis didascalus fuit (cf. Epistolae Gerardi Macheti, fol. 28ᵇ), ad quem etiam Macheti quatuor epistolas destinavit, eum magnis laudibus extollendo Postquam semel, Martii 3, processui Johannae d'Arc adstiterat, ad Concilium Basileense cum aliis profectus est, ibique ut licent., non mag. theologiae, per aliquos annos remansit (vid. *Monum. Concil. general. saec. XV*, t II, p 15). Guillelmus Evrardi, lic. in theol , an. 1429 (i. e. 1430), Martii 24-Jun. 23, rectoris officio in Universitate Paris. fungebatur An. 1434 curatus (non residens) paroch. eccl. S. Petri de Arsisiis, Parisiens. dioec. (Suppl. Eugen. IV, n° 291, fol. 113), an. 1441 litigavit de eccl. S. Gervasii Paris. (ibid., n° 368, fol. 275ᵇ), de qua lite etiam Gerardus Macheti in suis epistolis loquitur, ecclesiam tamen obtinuit (vid. DELISLE, *Cab. des mss.*, I, 430). An. 1458, April. 12, canon. Paris., « et obtulit facere lecturas in capitulo, secundum quod cavetur in decreto Basil. et Pragmatica sanctione », an. 1470, Novemb 6, defunctus est (Arch. nat , LL 119, p. 501, 121, p 482). — **3** Magister an. 1433, Jun. 8 (ms. 5494, p. 157). — **4.** Magister an. 1430, Febr. 14 (ibid., p. 94, ubi inter lineas « Reginardus » Cf. DELISLE, *Cab. des mss.*, III, 344). — **5.** Magister an 1431, Febr. 20 « die xxª Februarii fuit magister in theol mag. Nicolaus de Rouseriis, abbas de Mortuo-Mari Ord. Cisterc. » (p. 121). Revera an. 1428, Novemb. 26, factus est abbas illius monasterii, et vocatur Nicolaus de Altomonte, bacc. theol., monachus monasterii de Roseriis, Bisuntin. dioec. (Reg. Lat. Mart V, n° 289, fol. 248ᵇ). Deest in *Gall. christ* , XI, p. 311. E lapidibus sepulcralibus liquet, utique abbatem quemdam inter Guillelmum de Edua et Guillelmum Theroude deesse, nam prior inibi vocatur 17ᵘˢ abbas, posterior vero 19ᵘˢ. Cf. infra n° 2379, not. 46 — **6.** Magister April. 6, an. 1430 (ms. 5494, p. 94). — **7.** Magister Martii 22 (ibid). Presb. Lexoviens. dioec , an. 1435 can S. Ludovici de Salceya, Ebroicens dioec. (Suppl. Eugen. IV, n° 308, fol. 22). — **8.** Incepit Martii 30 (ms. 5494, l. c.) « Incepit mag. Gerardus Fuleti de Salinis, Minor ». P. 102 scribitur « mag. Girardus Feuleti », et sic etiam in *minuta* processus Johannae d'Arc (ms. lat. 8838, fol. 30 « Feullet »). — **9** Magister Jun. 27 (p. 103). — **10.** Magister Octob. 17 (p. 104). An 1441, Jul. 3, episcopus Maurianens. (Arch Vat. Oblig., n° 66, fol. 56ᵇ). — **11** Magister an. 1431, Novemb. 22 (p. 127). Vocatur « le Sauvage ».

2339. *Universitas Paris. ad episcopum Macloviens.*[1]*, ut virum provectum Johannem Cudelin, in art. magistrum, baccal. in decret., qui virtute gratiae apostolicae sibi in rotulo concessae ecclesiam de Cancale acceptavit, contra aemulos protegat.* « Non ambigimus ».

1428-1429, Parisiis.

Minuta chartac. in Arch. nat Paris., M 65ª, n° 101 (olim A. 33. bb), nomine episcopi et anno non expressis. Sed, ut e Suppl. Mart. V, n° 230, fol. 104ᵇ habetur, Johannes « Gudelin », an. 1429, de paroch. eccl. S. Mevenni de Cancale, Macloviens.

dioec., litigando, multa incommoda sustinens, ecclesiam resignavit, et papae supplicavit, ut pensio sibi reservaretur (ad an. 1429, Febr. 18).

1. Guillelmum de Montfort.

2340. *Universitas Paris. ad Martinum V pro subbedello Hermanno Fabri, qui e Germania ad Rom. curiam citatus fuit, et Romam venire tam cito nisi volando non potuit*

1427-1429, Parisiis.

Crebrescunt assidue, beatissime pater, suppositorum nostrorum querele et lamentabiles gemitus ob intollerabilem molestiam, que per apostolicas citaciones affertur. Parvi enim putant sectatores curie nos impetu citacionum a studiis nostris dimovere, nisi insuper hujuscemodi citaciones locis beneficiorum nostrorum clandestine affigant, et priusquam nobis innotescere possint, dies ad quem evocamur fere lapsus est, ita ut si nobis esset vehemens affectio trans Alpes commeandi, minime tamen per brevitatem temporis illuc tempestive progredi liceret. Cujus rei exemplum recens ante oculos nostros positum est in citacione domini Hermani Fabri bedelli[1] nationis Anglicane in Universitate nostra, qui ambaxiate novissime ad vestram sanctitatem per nos destinate servitor et bedellus extiterat[2]. Hic enim nuper in loco beneficiorum apud remotos Germanie fines[3] citatus extitit ut quinquagesimo die Rome compareret. Verum dum res sibi innotuit, hujus temporis dies quaterdeni fluxerant, atque hoc pacto egenus ille servitor noster more contumacis gravibus censuris veniet plectendus, quas tamen nulla via evadere potuit, nisi per aera volans decem dierum spacio quingenta miliaria peragrasset. Tum urgente inopia per magnos sumptus minime sufferens juri suo cedere, beneficia relinquere, graciam abicere compelletur. Dignetur, beatissime pater, tantis calamitatibus viri inopis et egeni misericorditer subvenire vestra beatitudo, causas ejus ad sedem apostolicam devolutas judicibus Parisiensibus committendo, ut absque immoderatis sumptibus quod ei jure debitum fuerit valeat obtinere, et fidele obsequium, quod nostre Universitati suo prestat officio, deserere non cogatur. Vestre sanctitati, pater beatissime, in cunctis feliciter aspiret Jhesus Christus.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65^a, n° 18. — Quoad temporis notam vid. not. 3.

1. Seu potius subbedelli. — 2. Pro secundo rotulo an. 1424 Cf. *Auctar.*, II, 454, 14, et p. 317. — 3. Embricae quamdam praebendam sibi collatam acceptavit, et Universitati supplicavit, ut tam ad papam. quam ad capitulum Embricense scriberet (*Auctar.*, II, p. 362, 44, 363, 2 sqq.). Postea per longum temporis spatium Romae erat, an. 1429, Octob., in curia negotia jam expediverat (*Auctar.*, II, p. 420, 30), nihilominus in curia remansit (454, 10). Ad Roman. curiam eum Embricenses, ut videtur, citaverunt.

2341. *Natio Normanniae domum amplam in vico Garlandiae acquirit.*

1430, Februarii 17, Parisiis

A tous ceulx qui ces presentes lettres verront, Symon Morhier, chevalier seigneur de Villers, conseillier du roy, nostre sire, et garde de la prevosté de Paris, salut. Savoir faisons que par devant Giles Hanage et Helie Prestic, clercs notaires jurez du roy, nostredit

seigneur, en son Chastellet de Paris, furent presens Jehan de la Chambre, escuier, et maistre Guillaume de la Chambre, maistre es ars, baichelier en medicine, frères, demeurans à Paris, enffans et heritiers, seulx et pour le tout, de feu maistre Guillaume de la Chambre, l'ainsné, à son vivant maistre en medicine et phisicien de la royne, et de feue damoiselle Ysabel la Romaine, jadis sa femme, leur père et mère; et affermèrent pour verité lesditz frères, que à eulx deux .. appartiennent. . ung grant hostel contenant trois corps d'ostelx, louages, cours, jardin et appartenances, et tout le lieu et pourprins, comme il se comporte et extend, hault, bas, devant, derrière, en fons et en parfont, de toutes pars et de touz coustez, assis à Paris, en la rue de Galendre, près la place Maubert, tenant d'une part du cousté et par devers l'eglise Saint Julien le Povre, c'est assavoir sur le devant, à l'ostel des deux Cignes, et sur le derrière dudit cousté, au jardin dudit Saint Julien, tenant de l'autre part, du cousté et pardevers la rue du Feure, sur le devant, à l'ostel de la Heuse, appartenant à Nicolas Breillet, principal bedel de la nacion de France, et sur le derrière dudit cousté de la rue du Feure, aux escolles de ladite nacion de France, et aux escolles de la nation de Normandie; aboutissant par derrière à l'ostel ou appartenances du Lyon Ferré, et sy a une yssue par ledit derrière en ladite rue du Feure, en la censive des religieux, abbé et couvent de Sainte Geneviefve ou Mont de Paris; chargez envers eulx de vint neuf solz parisis par an;. . chargez aussi lesditz hostelx... de seize livres parisis de rente annuelle... envers les personnes qui s'ensuivent : c'est assavoir huit livres parisis envers damoiselle Marie Alorie, vesve de feu maistre Pierre de Maignac, et damoiselle Katherine Alorie, sa seur, femme de Pierre Leverrat, escuier; quatre livres parisis envers maistre Jehan Belart, maistre en medicine; et d'autres quatre livres parisis envers Jehan de La Fontaine, marchant bourgois de Paris; ... seulement et pour toutes charges quelxconques; sauf et excepté le contenu en certaines lettres faictes et passées souz le scel de la prevosté de Paris, le mardi xxj^e jour de Juillet l'an mil CCCC vint deux[1], faisans mention de certaine portion du mur des escolles de ladite nation de France, faisant front sur le jardin dudit hostel.

Lesquelx hostels . les dessus nommez Jehan de la Chambre et maistre Guillaume de la Chambre... vendent, cèdent, quittent, etc.[2].., à venerables et discrettes personnes, les maistres et escolliers de ladicte nacion de Normandie, en l'estude et Université de Paris... En tesmoing de ce, nous, à la relacion desdiz notaires jurez, avons mis le scel de ladicte prevosté de Paris à ces presentes lettres, lesquelles furent faictes, le vendredi dix septiesme jour du mois de Fevrier, l'an de grâce mil quatre cens vingt neuf. Hanage. Helie Prestic.

Originale in Arch. Univ. Paris., theca XIV (Papiers de la Nation de Normandie). — Jourdain, n° 1198

In eadem theca servatur originale quo abbas S. Genovefae, Februar 18, suprascriptam venditionem confirmat ac ratificat, id edidit Jourdain, n° 1199. — Anno 1432, Junii 5, abbas S. Genovefae nationem Normanniae mittit in possessionem quatuor librarum paris. redditus annui, « lesquelz avec la proprieté desdiz lieux ont esté cedees et transportées ausdis maistres et escolliers de ladite nation de Normandie par maistre Robert Bonenffant[3], maistre es ars et bacheler en theologie. — J. Mareschal » (Originale in Arch. nat. Paris., M 70, n° 38).

1. Vid. supra n° 2191. — 2. Pro pretio 908 libr. 15 sol. tur. — 3. I. e. « Bonipueri » Vid. infra n° 2393.

2342. *Licentiandi in medicina probant tempus auditionis requisitum, computando a licentia in artibus.*

1430, Februarii 21, Parisiis.

Die martis xxj^a^ Februarii in presentia magistrorum regentium ... comparuerunt bacallarii septem cum suis cedulis et per ordinem exhibuerunt suas cedulas :

Primo mag Guillelmus de Camera, bac. in med , Gallicus, probavit de tempore sue auditionis lix menses
Item mag Adrianus de Atrio, bac , Picardus, . lvij menses.
Item mag Inghelrandus de Parenti[1], bac , Picardus, . lxvj m. cum dimidio
Item mag Robertus Majoris, bac , Picardus, . lxvij m
Item mag Simon de Mara, bac , Normannus lvj m cum dimid
Item mag Guill de Algia, bac , Normannus lvj m. cum dimid
Item Joh de Colonia, bac., Gallicus, . lvj m cum dimidio

Postea omnes isti bacallarii prefati examinati per me[2] diligenter de tempore auditionis, utrum istud tempus computarent a licentia in artibus aut antequam licentiati fuerant, et utrum legerant sive rexerant aut audiverant in alia facultate, omnes conformiter deposuerunt juraveruntque ad sacrosancta Dei evangelia in presentia omnium magistrorum regentium prefatorum quod omnia contenta in eorum cedulis erant vera, et quod tempus positum in eorum cedulis computabatur postquam fuerant in artibus licentiati, et etiam juraverunt quod in nulla alia facultate ceperant tempus neque rexerant. Quare ex uniformi deliberacione omnium magistrorum regentium .. conclusi istos bacallarios habere sufficiens tempus pro licencia captanda in facultate medicine[3].

Comment fac. med., I, p. 305.

1. An. 1451, Sept 6, canonicatum Paris. obtinuit, quem resignavit Nicolaus Confrant (Arch. nat. Paris., LL 117, p. 98). — 2. Rolandum Scriptoris, tunc decan. fac. med — 3. « Die jovis xxiij^a^ Febr. . in claustro Nostre Domine presentavi ... omnes vij bac. prefatos tanquam dignos ad hic adipiscendam . Die sexta Marcii licentiati fuerunt per mag Hugonem Majoris, commissum sive deputatum ad officium cancellarie exercendum ». (Comment. fac med., I, p. 306).

2343. *Litterae testimoniales de scholaritate et regentia*

1430, Febr. 24-Mart. 8, Parisiis.

Gerardus Gehe[1], « *rector Universitatis magistrorum et scolarium Parisius studentium* », *universis nuntiat, sequentes esse veros et continuos scholares Parisius studentes :*

Fr Johannes de S Laudo, presb., baccal in decr , prior prioratus convent B Mariae de S Fromondo, O S B , Constant dioec , decret studuit a 3 annis sub dom. Johanne abbate S Taurini (nº 55, Febr. 24).

Dom Johannes[2], abbas monasterii S Laudi de S. Laudo, O. S Aug , Constant dioec , decr a 3 annis sub Johanne abbate S Taurini (nº 52, Martii 8)

Bibl. nat. Paris., ms. fr. 20591 (Gaignieres). — Duo *Vidimus* in pergam., prius officialis Bajocens., alterum abbatis Johannis de S Laudo. Litterae testimoniales ut nº 2319.

1. Bul , V, p. 920, perperam A. Palene (scribendum « Palenc ») ut rectorem Decemb. 16-Mart 24 affert. — 2. Gueroult, abbas confirmatus ab an. 1421, Jul. 23, cum esset prior monasterii (Reg. Lat. Mart. V, nº 217, fol. 160).

2344. *Licentiati in facultate decretorum*

1430, Martii 14, Parisiis.

Anno Domini mil° IIII^cco XXIX°, die xiij mensis Marcii, fuerunt licentiati in aula domini episcopi Paris. per mag. Hugonem Majoris commissarium, etc., bacalarii inferius nominati in ordine tradito a matre mea facultate decretorum dicto domino commissario, qui talis est.

G. Boysselly [decanus].

Gregorius Nicolai,	sub	[domino]	Huberti
Gerolfus de le Hole,	—	—	Livini.
Frasciscus de Gandavo,	—	—	Livini.
Johannes Baers,	—	—	de Lauco
Frater Petrus de Salinis[1],	—	—	S. Thaurini[2]
Ferricus de Beauvoir,	—	—	F[i]evé
Johannes Guillardy,	—	—	Pouchardi
Johannes de Montigny,	—	—	F[i]evé
Petrus Clerici,	—	—	Boysselly
Yvo de Pontou,	—	—	S Katherine[3]
Petrus Surreau,	—	—	Thaurini
Guillelmus Chauveti,	—	—	Katherine
Nicolaus de Vinea,	—	—	Pouchardi
Symon Chevestre,	—	—	Franchelaines.
Frater Bavo Baerd,	—	—	Boysselly
Jacobus Fournier,	—	—	Joliveti.
Raymondus Molet,	—	—	Pasquerio
Johannes Dalengoie,	—	—	Katherine
Raudulphus Anguy[4],	—	—	Huberti.
Karolus Rapiout,	—	—	Thaurini.
Petrus Vastelly,	—	—	Joliveti
Johannes de Valleterre,	—	—	Pouchardi
Georgius Boneti,	—	—	Franchelaines
Frater Galterus de Treveris,	—	—	F[i]evé
Johannes Helye,	—	—	Pasquerio
Johannes Noecti,	—	—	Franschelaines.
Robertus Piedefer,	—	—	Livini.
Johannes Reginaldy,	—	—	Lauco
Johannes Herbert,	—	—	Pasquerio
Petrus Capiaumont,	—	—	Jolivecti
Johannes de Renes,	—	—	Lauco
Guillelmus Huberti,	—	—	Huberti
Thomas Morbèque,	—	—	Thaurini
Johannes Godeti,	—	—	Boysselly
Petrus Franscisci,	—	—	Joliveti
Johannes de Crussy,	—	—	Pasquerio
Johannes Pathourelle,	—	—	Katherine
Guillelmus Flamigi,	—	—	Huberti
Guido Dineul,	—	—	F[i]evé.
Jacobus Prepositi,	—	—	Lauco
Frater Steffanus Lamberti,	—	—	Katherine

Nicolaus Framondy,	sub	[domino]	Thaurini
Guillelmus de Billy,	—	—	Franschelaines
Johannes Fauvelly,	—	—	Boysselly.
Georgius Dyeffembach[5],	—	—	Franschelaines
Hugo Galteri.	—	—	Pouchardi.
Petrus Ernauldy.	—	—	Pouchardi
Johannes Princhonis	—	—	Boysselly.
Johannes Michon	—	—	Livini
Michael Raed	—	—	Lauco
Guillelmus Meurioti.	—	—	Livini
Johannes Cucumeris.	—	—	Huberti
Johannes de Tilloy.	—	—	F[i]evé
Johannes Moteti.	—	—	Pasquerio.

[54]

Memor. fac decret, I, fol 115.

1. De militari genere ex utroque parente, an. 1437, April 12, ab Eugenio IV in abbatem S. Petri extra muros Cabilonens., Ord Cluniac., confirmatus est (Arch. Vat Oblig., nº 66, fol. 34). — 2. Ex quo liquet, Johannem de Servavilla an 1430, Martii 14, nondum adeptum fuisse abbatiam S. Mauri Fossatens. — 3. Guillelmo de Conty. — 4 Tempore processus Johannae d'Arc fuit advocatus curiae eccles. Rotomagens. (vid. Beaurepaire, *Notes sur les juges*, etc.. p. 96). Apud Quicherat et Fournier « Augny ». — 5. An. 1412 quidam « Georgius Defynbach Mogunt. dioc. » in Universitate Heidelbergensi intitulatus est (Toepke, *Matrikel*, I, p 116).

2345. « *Instrumentum revocacionis facte de mandato et ordinatione facultatis theologie et sine auctoritate cancellarii ecclesie Parisiensis per fratrem Johannem Sarrasin Predicatorem de certis propositionibus per ipsum male publicatis contra sacram doctrinam* »

1430, Martii 30, Parisiis.

In nomine Domini, amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno ejusdem Domini millesimo CCCC^{mo} XXIX° more gallicano, indicione octava, mensis Marcii die tricesima et penultima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini divina providentia pape quinti anno xiij^{o}, in congregatione venerabilium et circumspectorum virorum dominorum et magistrorum sacre theologie facultatis studii Parisiensis in Sancto Maturino multum solenniter congregatorum et more solito dicte facultatis theologie congregationem ibidem celebrantium (de mandato venerabilis et circumspecti viri magistri Petri de Dierreyo, dicte facultatis decani) tam regencium quam non regentium et religiosorum ac secularium ad infra scripta ibidem vocatorum, specialiter propter hoc personaliter constitutus prefatus dominus decanus dicens et proponens, quod frater Johannes Sarrasin Ordinis frat. Predicat., licenciatus in theologia, post vesperias suas fuerat delatus apud ipsum et consequenter apud dictam facultatem, tanquam dixisset ea que sequntur, sicut etiam scripta sua exhibita de propria manu sonare videbantur, formam que sequitur continentia :

Primo, omnes potestates jurisdicionis ecclesiastice alie a papali potestate sunt ab ipso papa quantum ad institutionem et collacionem[1]

Secundo, hujusmodi potestates non sunt de jure divino nec immediate institute a Deo[2].

Tercio, non invenitur Christum tales potestates, scilicet alias a papali, expressisse, sed tantum supremam, cui commisit ecclesie fundationem[3]

Quarto, quandocunque in aliquo Consilio aliqua instituuntur, tota auctoritas dans vigorem statutis in solo summo residet pontifice[4]

Quinto, ex textu Evangelii non habetur expresse alicui apostolorum nisi Petro auctoritatem jurisdicionis fuisse collatam[5].

Sexto, dicere inferiorum prelatorum potestatem jurisdicionis, sive sint episcopi, sive sint curati, esse immediate a Deo, sicut potestatem pape, veritati quodammodo repugnat[6]

Septimo, sicut nullus flos et nulla pullulatio nec etiam omnes flores et pullulationes simul possunt aliquid in arborem, quia hec omnia sunt propter arborem instituta et ab arbore derivata, sic omnes alie potestates nichil de jure possunt contra summum pontificem, quia omnia hec sunt propter summum sacerdocium instituta[7]. *Infra dicitur* quod spiritualis potestas est summus pontifex, ut recitatur Hugonem de Sancto Victore dixisse, [libro] secundo *De Sacramentis*, ex quo potest videri, quod hic per summum pontificium summus pontifex intelligatur

Octavo, summus pontifex canonicam symoniam a jure positivo prohibitam non potest committere[8]

Que propositiones seu dicta pluries per deputatos ejusdem facultatis diligenter examinata, judicabantur esse reparanda, presertim cum dominus rector et multi de Universitate talem reparationem requisissent, in presentia dicte facultatis. Tandem prefatus dominus decanus ex matura et diligenti ac concordi deliberatione magistrorum dicte facultatis tam regentium quam non regentium, et tam secularium quam religiosorum, prehabita conclusit, quod predictus frater Johannes Sarrasin, Ord. frat. Predicat., qui tunc et alias auditus fuit ad longum et cujus intentio scita fuit, et qui etiam se submiserat dicte facultati theologie, diceret in dicta congregatione et deinde in aula fratris Girardi de Salinis[9], Ord. fratrum Min., post primam questionem expectatoriam sub hac forma :

« Ex vesperiis meis quidam fuerunt scandalisati, sicut michi significatum est per matrem meam facultatem theologie, tanquam intellexerint quod voluerim inter alia detrahere potestati ecclesie et prelatorum aliorum a summo pontifice .... et specialiter occasione quarundam propositionum per me in eisdem vesperiis meis dictarum. Volens propterea quantum in me est tollere omne scandalum et esse filius obedientie et pacis et assertor veritatis, dico nunc ex ordinatione ejusdem matris mee facultatis theologie, cujus ordinationi, dispositioni et omnimode determinationi me submisi et submitto, ac etiam ultronea voluntate veritates que sequntur. Prima, *etc. [ut infra in notis]*.

« Denique si aliqua protulerim vel scripserim, que videantur predictis contraria vel que aliter scripta sunt, nolo in eis stare, sed volo et supplico haberi pro non dictis vel scriptis et alia quecunque, que viderentur prebere occasionem scandali vel erroris. »

Quiquidem fr. Joh Sarrasin modo et forma predictis omnia et singula fecit, dixit et protulit, primo videlicet in dicta congregatione in capitulo Sancti Mathurini Parisiensis ut prefertur celebrata, presentibus ibidem venerabilibus et circumspectis viris domino decano prenominato, et magistris Johanne de Trecis, Guillelmo de Buvilla[10], Guillelmo de Sella, Emerico de Brusseriis, Roulando Barguenel, Guillelmo Boutitot, Johanne de Vernone, Remondo de Altoponte, Philippo Bajuli[11], Dyonisio de Sabrevoys, Johanne le Galoys, Girardo Gorron, Martino Bilory[12], Johanne Pulchripatris, Johanne de Gondivillier, Thoma Monachi,

Rogero de Gaillon, Johanne Soqueti, Guillelmo Adelie, Johanne Tripier, Johanne Gravestain, Gauffredo Coclearis, Micaele Anglici, Georgio de Vallespeciosa[13], Roberto de Porta et Johanne de Quesneyo, magistris in theologia, tam secularibus quam religiosis, ac Johanne Vacheret[14] principalli (*sic*) bedello ejusdem facultatis. Item eisdem anno, indicione, mense, die et pontificatu predictis dictus frater Johannes Sarrasin dictas propositiones legit et reparavit modo et forma supradictis in aula reverendi patris domini episcopi Parisiensis post primam questionem magisterii fratris Girardi de Salinis supradicti, presentibus dicto reverendo in Christo patre domino episcopo Parisiens. ac venerabilibus ac circumspectis viris magistris Petro de Dierreio decano ejusdem facultatis, Guillelmo Evrardi[15] rectore Universitatis Parisiensis, Guillelmo de Sella, Johanne Pulchripatris, Hugone Majoris vicesgerente cancellarii eccl. Paris , Rogero de Gaillon, Johanne Soqueti, Gauffrido Coclearis, magistris in theologia, Laurentio Calot, Petro de la Hasardière, Guillelmo Hueti et Guillelmo Candelli, magistris in artibus, cum pluribus aliis tam magistris quam doctoribus, scolaribus, bachalariis et secularibus ibidem existentibus. De et super quibus, *etc.*

Acta fuerunt hec, *etc.*

Et ego Laurentius Poutrelli presbyter, curatus parroch. eccl. de Anouvilla Rothomagens. dyoc., publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, *etc.*

POUTRELLI.

Cod Vat Reg. lat. 870, fol. 25. — BUL., V, 387, D'ARGENTRÉ, *Coll. jud.*, I², p. 227 sq. — Ut quilibet videre potest, supra tam de jurisdictione, quam etiam de institutione hierarchiae ecclesiasticae agitur. Certe nec Sarrazin in omnibus verum attigit. Observandum tamen, Johannem Sarrazin fuisse fautorem causae Caroli VII (vid. infra), et fratres Praedicatores praecipue tunc temporis praeeminentiam summi pontificis super Concilium defendisse

1. Adjicimus hic propositiones a Sarrazin postea contradictorias prolatas. « Prima. Omnes potestates jurisdicionis ecclesiastice alie a papali potestate sunt ab ipso Christo quantum ad institutionem et collationem primariam, a papa autem et ab ecclesia quantum ad limitationem et dispensationem ministerialem ». — **2** « Secunda. Hujusmodi potestates sunt de jure divino et immediate institute a Deo ». — **3** « Tercia Invenitur in Sacra Scriptura Christum ecclesiam fundasse et potestates alias a papali expresse ordinasse ». — **4.** « Quarta veritas quandocunque in aliquo Consilio aliqua instituuntur, tota auctoritas dans vigorem statutis residet non in solo summo pontifice, sed principaliter in Spiritu Sancto et ecclesia catholica ». — **5.** « Quinta. Ex textu Evangelii et doctrina apostolorum habetur expresse apostolis et discipulis a Christo missis auctoritatem jurisdicionis fuisse collatam » — **6.** « Sexta. Dicere inferiorum prelatorum potestatem jurisdicionis, sive sint episcopi, sive sint curati, esse immediate a Deo, evangelice et apostolice consonat veritati ». — **7.** Apud D'ARGENTRÉ haec sententia manca est « Septima. Aliqua potestas, scilicet potestas ecclesie, de jure potest aliquid et in certis casibus contra summum pontificem ». — **8.** « Octava veritas : quicunque publicus viator habens usum rationis, cujuscunque dignitatis, auctoritatis aut preminentie etiam si papalis existat, symoniam potest committere ». — **9.** Alias « de Salinis de Feulleti », vel solum « Feulleti ». Vid. nº 2338, not. 8. — **10.** Seu « Bevilla » Ms. « Buullon ». Edd « Bomillon ». — **11** Edd. « Bauet » et « Bamet ». — **12.** Ms. et edd. « Billery » et « Billeris » — **13.** Ms et edd. « Vallesponsa ». — **14.** Ms. et edd. « Vacheau ». — **15** Licent. theol , de quo nº 2338, not 2. BULAEUS, CREVIER et moderni opinati sunt, rectorem fuisse famosum Guillelmum Erardi, inimicum Johannae d'Arc, qui tamen tunc jam magister theol. fuit Cum CREVIER, IV, p 44, asserat, Guillelmum Erard rectorem cum aliis facultatem theol. instigasse, ut scandalum per Sarrazin exortum solemniter repararetur, AYROLES, *La vraie Jeanne d'Arc*, p. 126, libenter sequitur Crevier.

2346. *Universitas Paris. in epistola ad Henricum regem Angliae missa ei gratulatur, quod regnum suum Franciae visitare in animo habeat.*

1430, ante April 23, Parisiis.

Tres excellent et tres puissant prince et nostre tres redoubté et souverain seigneur. Il a pleu à vostre tres haulte majesté par sa benigne grace nous communiquier vos lettres signées de vostre main, lesquelles nous avons receu à grant joie et exultation de nos cœurs en rendant graces à Dieu de la bonne prosperité personnelle qui luy a pleu vous envoier, comme par les dessusdictes lettres nous est apparu, et de ce que si grant amour, tres redoubté et souverain segneur, vous a pleu monstrer à vostre tres humble et devote fille l'Université de Paris, en nous signifiant le desir que vostre excellente noblesse sy a de venir par decha visiter vostre royalme de France. Nous vous en remerchions de tres humble affection, en offrant et presentant en leale subjection à vostre majesté tous services qui nous seront possibles, avec prières et oroisons, lesquelles incessamment nous presenterons à Dieu pour la bonne conservation de vostre bonne prosperité, laquelle nostre Segneur Jhesu-Crist par sa doulce grâce voeulle tousjours augmenter de bien en mielx.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65[b], n° 98 (olim A. 3 dddd). — Ut ex epistola conjicimus, rex Angliae tunc adhuc in Anglia morabatur. An. 1430, April. 23, Calesium appulit (STEVENSON, *Letters and papers*, etc., II, p. 140 sq.). Paulo antea ergo epistola scripta est.

2347. « *Decretum quo cavetur ne unquam fiat dispensatio temporis studii requisiti ante licentiam [in theologia]* »

1430, Aprilis 24, 27, Parisiis.

In nomine Domini, amen. Noverint universi et singuli hoc presens publicum instrumentum inspecturi quod anno ejusdem Domini millesimo quadringentesimo trigesimo, indictione viij[a], mensis Aprilis die xxiiij[a], pontificatus sanctissimi in Christo patris domini nostri domini Martini, divina providentia pape V, anno xiij[o], in mea notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter ac rogatorum presentia, in congregatione magistrorum venerabilis facultatis theologie tam regentium quam non regentium, ex conclusione ac deliberatione facultatis prius in quadam congregatione facta in Sancto Maturino per juramentum convocatorum et congregatorum ad providendum pro licentiis super tempore statuto in eadem facultate fiendis, et ad recipiendam scedulam de actibus magistri Johannis le Moustardier et ipsum domino commisso ad regimen officii cancellarie ecclesie Paris. presentandum, per organum venerabilis viri et circumspecti magistri Guillelmi de Bevilla, decano ejusdem facultatis post suam deliberationem recedente et absente, fuit conclusum :

Quod propter importunitates, difficultates, insolentias et preces importunas plurium, que temporibus retroactis fuerunt super anticipatione temporis requisiti ad licentiam in facultate theologie, pro tempore futuro de remedio provideretur opportuno; sic videlicet, ut omnes

et singuli magistri tam regentes quam non regentes juramentum prestare habebunt, antequam recipiantur seu habeant vocem in eadem facultate, observare statutum dicte facultatis ac ordinationem per deputatos circa idem statutum factam et per eandem facultatem approbatam.

Item quod eadem facultas volebat recipere scedulam de actibus magistri Johannis le Moustardier et ipsum presentare domino commisso.

Item quod omnes baccalarei, antequam recipiantur ad lecturam Sententiarum, et baccalarei formati ad licentiam, jurent dictum statutum ac ordinationem inviolabiliter observare, cujus quidem statuti et ordinationis tenor sequitur :

Primo jurabunt magistri observare, quod baccalarei post lecturam Sententiarum tenebuntur manere Parisius in studio, frequentareque actus facultatis per tempus quinque annorum, annis lecture Sententiarum et licentie computatis. Hoc tempus intelligitur per tempus solitum, de quo in statuto summi pontificis fit mentio; nec licitum est ipsis etiam ex causa rationabili se absentare a Parisius ultra duos menses pro quolibet anno absque licentia facultatis. Quod si presentati Ordinum, *etc.* [*ut* t. III, p. 479, *ultima linea usque* seclusa].

Item quod de tempore quinque annorum requisito ad licentiam in facultate theologie, prout in statuto plenius cavetur, nullatenus dispensabunt neque deponent, statutis et consuetudinibus religiosorum Mendicantium et aliorum privilegiatorum in omnibus semper salvis. Subsequenter vero jurabunt que sequuntur :

Primo non procurare per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, ut ante tempus predictum, scilicet quinque annorum, prout in statuto precedenti cavetur, ad licentiam in theologica facultate recipiantur sive admittantur, neque petent dispensationem ut citius expediantur. Et si contingeret eos vel aliquem pro ipsis dictam dispensationem obtinere, tali dispensatione non utantur, salvis statutis et consuetudinibus privilegiatorum.

Item jurabunt quod si eos contingat gradum magisterii adipisci in dicta facultate, non dispensabunt cum aliquo baccalario ut ante tempus quinque annorum, annis lecture Sententiarum et licentie computatis, ad licentiam admittatur, neque pro aliquo deponent qui illud tempus non attigerit juxta formam et tenorem statuti et ordinationis ejusdem facultatis.

Sequentes juraverunt in id statutum :

Mag. Johannes de Trecis, Ord S Trinitatis,
— Johannes de Gondiviller,
— Johannes Pulchripatris,
— Thomas Monachi,
— Rogerius de Gaillon,
— Dionysius de Sabrevois,
— Johannes Textoris,

Mag Johannes Soqueti,
— Raymundus de Altoponte,
— Johannes le Galoys,
— Girardus Gorron,
— Johannes Gaucherii,
— Lucas de Assisio,
— Johannes Tripier,

Mag Michael Anglici,
— Hugo Majoris,
Mag Robertus de Porta, Aug ,
— Johannes Sarasin,

omnes magistri in theologia, deinde

Licentiatus mag Johannes le Moustardier.

27ª ejusdem mensis etiam jurarunt et obsignarunt :

Mag. Petrus de Diercyo, decanus
— Guillelmus Boutitot
— Emericus de Brusseriis,
— Philippus Molet
— Johannes de Vernone
— Martinus Bilory
Mag Egidius Raymundi
— Johannes Gravestain
— Guillelmus Adelis
— Gaufridus Coclearis.
— Georgius de Vallespeciosa.
— Richardus de Mesnillo.

Deinde licentiati et baccalarii :

Mag Nicolaus Amici,)
— Guillelmus Evrardi, } licentiati
— Nicolaus Bessi,)
Frat Aymo[1] Magnini, Pred
— Christophorus Villequin, Minor.
— Nicolaus Emerici, August.
— Johannes Wiflet, Premonstr.
— Hugo Poreti, Cluniacens.
— Johannes de Fonte
— Stephanus Buret
— Antonius Masoerii[2], Predic.
Frat Johannes de Fano[3], Minor.
— Johannes Petri, Carmel.
— Nicolaus Confrant.
— Alanus de Savigniaco, Cisterc
— Johannes Fabri, S Trinit.
— Bernardus Cheneveri, Cluniac.
— Robertus Pelé, Pred.
— Guillelmus de Valle Rullain, Minor.
— Reginaldus Bouverti, August
— Thomas Veret, Predic
— Anselmus Appart, Minor. [53]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5657ª, fol. 5. In ms lat. 10402 (ubi statuta et juramenta facult. theol. *Chartul*, II, p. 697, 705 edita), fol 7ᵇ invenitur eadem « conclusio facultat., quod decetero servabitur cum rigore statutum papale quoad tempus acquirendum et continuacionem studii, et quod nulla suffragabitur contra hujusmodi statutum dispensatio », sed abbreviata, omissis nominibus, et ad an. 1435, ultimo juramento variato (vid ad an. 1435, Novemb. 16), cum finali conclusione « Et quia observatio prefatorum statutorum est rationabilis et honesta ... magistri predicte facultatis trina vice more solito congregati et convocati fuerunt anno Dom. milles. quadringentes. tricesimo quinto ad providendum, ne in posterum hujusmodi statuta violarentur, et super ordinationes observandas fuit facta solemnis congregacio prefatorum magistrorum in S. Maturino xvjª die Novembris anni prefati ».

1. Ms. « Aymundus ». — 2. Ms. « Mastrerii ». — 3. Ms potius « Faus ».

2348. *Licentiati in facultate theologiae.*

1430, Aprilis 27, Parisiis.

Die jovis xxvijª Aprilis fuerunt licenciati in domo fratrum Predicatorum per dominum commissum magistrum Hugonem Majoris.

Frat Johannes Wifflet[1].
Mag Johannes le Mostardier[2].
Petrus Vileti, Carmel , 13 Maii[3].

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 101 — Ms. lat. 5657ª, fol. 17ᵇ

1. Magister Junii 19 (p. 103). — 2. Magister Junii 26 (ibid.). Ibidem, p. 102, sequuntur nomina magistrorum, quibus licentiati solverunt. — 3. Sic in ms. 5657ª, fol. 6, ubi praeterea adjunguntur Johannes de Gorello, et Philippus Bajuli. Sed perperam, nam jam annis superioribus licentiati erant

63.

2349. *Cursores in facultate theologiae.*

1429, Octob.-1430, Sept., Parisiis.

Frat. Renerus de Tongris, relig S. Jacobi in Leodio, 11 Octob 1um curs.
Mag. Germanus Poreti, 24 Novemb 1um curs.
Frat. Petrus de Piro, O. S B, 16 Januar. 1um curs
Mag. Johannes Asuiste, 23 Febr. 1um curs.
Frat Paulus Guesquer de S Katherina, 1 April 1um curs.
Mag. Petrus de Brusello, 3 April 1um curs
Frat. Johannes de Bellacuria, Cisterc, 8 April. 1um curs.
Mag. Johannes Sapientis, 11 April 1um curs.
— Robertus Ciboule[1], 12 April. 1um curs
— Johannes de Pratis[2], 20 April 1um curs.
Mag Martinus de Berech[3], 4 Maii 1um curs, 29 Jul. 2um cursum.
— Petrus de la Hazardière[4], 5 Maii 1um curs.
— Johannes Minardi, 8 Maii 1um curs
— Guillermus de Fossato, 18 Maii incepit 2um principium
— Petrus Richerii, 20 Maii 1um curs.
— Johannes Mercatoris, 8 Junii 1um curs
— Johannes Piri, 12 Junii 2um curs
— Johannes Potel, 17 Junii 2um curs
— Martinus Barret, 29 Julii 1um curs
Frat. Bertrandus de Leodio, 2um curs. [20]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494. p. 93, 101-103.

1. De isto celebri professore pluries infra, et in *Auctar.*, II, p. 493, not. 2. — 2. Fuit archidiaconus de Lievino in eccl Lexoviens., et minime Parisiis licentiam recepit. An. 1443 in Universitate Papiensi cathedram theologicam tenuit (Suppl. Eug IV, n^{is} 384, fol. 252, 388, fol. 228). Non confundendus cum Johanne de Pratis, Ord Cist. — 3. Natione Hungarus, de quo in *Auctar.* II. — 4. Qui diversos libros (classicorum) duci Aurelianensi dedit. Vid. DELISLE, *Cab. des mss.*, I, p. 111, III, p. 344. An. 1435 ut presb affertur, de nobili genere procreatus (Suppl Eugen IV, nº 304, fol. 238^b, nº 310, fol. 223^b), an. 1441, Martio, canonicus eccl. collegiatae de Campellis et familiaris Nicolai de Albergatis, tit. S. Crucis Hierosol. card. et mag theol. (nº 365, fol. 172^b), immo eodem anno ut theol. professor Cadomi (BENET, *Inventaire des archives de l'Univ. de Caen*, II, p. 9), an. 1449, can. Bajocens., in curia Rom (Reg. Vat. Nicol. V, nº 409, fol 107, 127).

2350. *Sententiarii et Biblici Parisius.*

1430, Septemb., Parisiis

Nomina bachalariorum Sentenciariorum pro anno CCCC° XXX° :

Frat Petrus Laloe, Carm., xxiiij sol.
Mag. Johannes Piry, xxiiij sol
— Johannes Potel, xxiiij sol.
— Guillermus de Fossato, xxiiij sol
Mag Martinus de Baerech, xxiiij sol
— Bertrandus de Leodio, Cisterc, xxiiij sol.
— Nicholaus Lossoye, Predicator, xxiiij sol.
— Johannes Goudin, Minor, xxiiij sol. [8]

Biblici :

Frat. Johannes Ade, Predicator, xx sol.
— Gauffridus Conani, August., xx sol
— Robertus de Ulsicamppo[1], Cisterc, xx sol
Frat Johannes Soret, Carm, xx sol.
— Arfonsus, Minor[2], xx sol. [5]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p 104.

1. Sitne ille, qui ad an. 1430 vel 1431 ut abbas Longipontis affertur (*Gall. christ*, IX, 477)? — 2. Ad Octob. 17, p. 104, scribitur. « Biblicus Minorum incepit post magistrum Nicolaum ».

2351. *Magistri regentes in facultate theol Parisiis*

1430, Septemb., Parisiis.

Nomina magistrorum regentium in mense Septembri pro anno XXX° :

Primo, dominus decanus facultatis mag Petrus de Dicreyo [*etc ut an* 1425, *usque ad* Joh Gaucherii, *exceptis* Andrea Gareti *et* Judoco de Lissa *Hic additur* Thomas Hobe][1].

Mag. Johannes Gravestain
— Nicolaus Tibout
— Johannes Triparii
— Johannes Sarracegni[2]
Mag. Girardus de Salinis
— Georgius de Vallespeciosa[3]
— Gauffridus Coclearis
— Michael Anglicy
— Johannes Wifflet[4]
— Petrus Beuvin
— Johannes de Quesneyo

[31]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p 103 sq.

1. Johannes Saunerii ultimum nominatur, Septemb. 22 hujus anni in S Genovefa sepultus est (p. 97) — 2 Ultimum nominatur ille magister Ord. Praed Pro rege Carolo decertans, Parisios reliquit et Carnoti inter illos paucos numerabatur, qui an. 1432 ausi sunt pro causa legitimi regis insistere, immo actor principalis fuit reductae urbis Carnotensis ad obedientiam Caroli VII April. 12 vel 20. Vid. *Chron. de Monstrelet*, V, p. 22, LEPINOIS, *Hist. de Chartres*, t. II, p. 81 sq. — 3. Ultimum inter regentes nominatur. An. 1431, April., jam in Germaniam reversus erat, electus in provincialem Erem. S Aug. Bavariae an. 1432 in Concil Basil. fuit (HALLER, *Concil. Basil*, t. II, p. 7, 1; 67. 31, p. 605, in Indice). — 4. An. 1432, Martii 6, Basileae pro suo abbate concilio incorporatus est (HALLER, l. c., p. 49).

2352. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1430-1431.*

1430, Novemb ineunte, Parisiis.

Nomina regentium :

Johannes Belardi.
Jacobus Saquespée
Henricus Doigny
Petrus Cardonnelli
Henricus Thibout
Johannes Lengrenoys[1].
Robertus Poithevin
Bernardus Nyvardi.
Petrus de Chaciaco
Egidius Caniveti
Rolandus Scriptoris
Guillelmus de Apostolatu
Inghelrandus de Parenti.
Symon de Mara
Guillelmus de Algea

[15]

Comment. fac. med., I, p. 307. — Hoc anno decanus fac. electus est Henricus Thibout.
Anno 1431, iidem omnino magistri regentes quindecim fuerunt, decanusque Nov 3 electus Petrus de Chaciaco (p. 315).

1. Ms. « Lengronnoys », sed recte alias, et ipse signat (p. 314) J. LENGRENOYS.

2353. *Doctores regentes in facultate decretorum.*

1430, Novembris 9, Parisiis.

Primus, abbas S Mauri de Fossatis[1],
Mag. Livinus,
— Anthonius,
— Herveus,
— Guerouldus,
— Joh Huberti,
Mag Thomas F[i]evé,
— Pasquerius,
— Joh Joliveti,
— Joh de Renes fuit receptus ad regentiam die xvi^a^ mensis Januarii eodem anno (i. e an. 1431).

[10]

Memor. fac. decret., I, fol. 130 — Eodem die frater Guerouldus Boysselly in officio decanatus fuit concorditer electus, qui jam Martii 2 defuncto Johanni de Brecons, abbati de Latigniaco, substitutus erat (fol. 114). Martii 2 iidem doctores afferuntur; adduntur tamen Philippus [de Franchelains], et abbas S. Catharinae.

1. Johannes de Servavilla.

2354. *Bedellus facultatis theol solvit unum salutium latori litterarum Universitatis ad curiam Rom*

1430, Novembris 13, Parisiis.

Die xxij[a] mensis Novembris tradidi de mandato domini decani domino rectori mag. Thome de Corsellis unum salutium auri, val. xxij sol., pro mag. Anthonio latori literarum Universitatis ad curiam Rom.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 97.

2355. *Vacante cancellaria ecclesiae Parisiens per obitum Johannis de « Jarsanno » extra Romanam curiam defuncti, Jacobus Branlardi, canonicus dictae ecclesiae, utriusque seu alterius jurium doctor, illam sic vacantem vigore gratiae exspectativae sive nominationis regiae infra tempus legitimum acceptavit et sibi de illa obtinuit provideri Supplicat de provisione ejusdem, cum Johannes Sauneru, cui auctoritate apost. provisum fuit, extra Rom. curiam obierit* — Concessum G Conseranensis — Dat. Rome apud Sanctos Apostolos xv kal Decembris, anno tertiodecimo.

1430, Novembris 17, Romae.

Reg. Suppl. Mart. V, n° 254, fol 42.

2356. *Johannes Pulchripatris, in sacra theologia magister, Martino V supplicat ut sibi canonicatum et cancellariam ecclesiae Paris , vacantes per obitum Andreae Garet, in Romana curia defuncti[1], concedat, non obstantibus canonicatibus et praebendis Senonens , Bisuntin , et Nivernens. ecclesiarum, ac parochialibus ecclesiis Sancti Johannis in Gravia Parisiens. dioec., et de Vayo Nannetensis dioec , etc.* — Fiat. O — Dat. Rome apud Sanctos Apostolos nono kal Decembris, anno quartodecimo

1430, Novembris 23, Romae.

Reg Suppl. Mart V, n° 258, fol. 54 — An. 1431, Decemb. 6, Eugenius IV ei motu proprio canonicatum et praebendam Lexoviens. et paroch. eccles. S. Petri de Formevilla ejusd. dioec. contulit (Suppl. Eugen. IV, n° 265, fol. 100).

1. Julii 8 jam ut defunctus affertur (Suppl Mart. V, n° 253, fol. 72[b]).

2357. *Thomas de Courcellis, « rector Universitatis magistrorum et scolarium Parisius studentium », testatur, dom. Guillermum[1] abbatem S. Wandrigesilii O S B Rotomagens dioec , fuisse a tribus annis verum et continuum scholarem in facultate decret. sub dom. Johanne abbate S. Taurini* Dat Parisius anno Dom. millesimo quadringentesimo tricesimo, die xxiiij mensis Novembris « Ut ait Seneca »

Houselli

1430, Novembris 24, Parisiis.

Bibl. nat Paris., ms. fr 20591 (Gaignieres), n° 50, perg., originale. Vid. supra n° 2319.

1. Ferrechal, nobilem Burgundum, et monachum S. Audoeni, abbatem ab an. 1420, April. 22 (Arch. Vat., XII, 121, p. 130), jam an. 1429, Febr 28 per papam translatum ad S. Dionysium in Francia (ibid., p. 237), quod tamen revera an. 1431 solum evenit (vid. *Gall christ.*, XI, p. 183).

2358. *Processus contra Johannem Segueut ab inquisitore Johanne Graverent, O. Praed., Rotomagi in causa fidei institutus. Articuli Universitati Paris. etiam ad deliberandum mittuntur.*

1430, Jul.-Novemb. 30, Rotomagi.

Universis presentes litteras seu presens instrumentum inspecturis officialis Rothomagensis, sede archiepiscopali vacante, et frater Johannes Graveren, sacre theologie professor, Ordinis frat. Predicatorum, inquisitor fidei et heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputatus, salutem .. Notum facimus quod cum in certa congregacione facta in capella manerii archiepiscopalis Rothomagensis pro juribus et libertatibus ecclesie reformandis a nonnullis reverendis in Christo patribus dominis episcopis ... presentati fuissent certi articuli fidei materiam, ut prima facie apparebat, tangentes, nos ex deliberatione ipsorum reverendorum patrum et aliorum dominorum et magistrorum illuc astantium dictos articulos de verbo ad verbum perlegi fecimus. Quorum articulorum potissime de hiis que manifeste sapiebant heresim tenor sequitur sub hac forma.

Sequuntur certi articuli dati coram dictis dominis judicibus in causa fidei ex parte magistrorum Johannis Regis, canonici eccl. Rothomag. promotoris causarum officii curie archiepiscopalis Rothomag., et Auberti Morelli promotoris sancte inquisitionis fidei nomine ipsorum officiorum promotoris fama publica refferente contra Johannem Segueut seniorem, advocatum in foro seculari. Qui quidem advocatus alias[1] positus fuit in causam in materia fidei occasione proposicionum inferius scriptarum, quas revocavit.

Primo dixit : « Jhesu Crist n'estent sa seignourie se non eu chiel et es ames des personnes ». Istam proposicionem revocavit tanquam falsam et erroneam et contra dominium Domini nostri Jhesu Christi.

« Item, que ung clerc ad ce qu'il jouisse de privilège de clerc doibt avoir tonsure et confirmacion, et pource que la lettre de tonsure exhibée en jugement ne faisoit point mention de confirmacion, elle ne valoit aucunement » Istam proposicionem revocavit tanquam non bene dictam, prout dicunt clerici, tanquam falsam, cum ita sit quod tonsura et confirmacio, que est de sacramentis ecclesie, sunt res distincte, scilicet quod una potest esse sine alia

« Item, que Nostre Seigneur Jhesu Crist n'avoit rien en cest monde, ne ses disciples, et que luy ne ses disciples n'avoient aucune chose propre de temporel qui vaulsist jusques à ung pié de terre, et que icelluy Jhesu Crist n'estoit point roy en cest monde », et allega à son propos *Regnum meum non est de hoc mundo* (*Joh*, XVIII, 36) Istam proposicionem revocavit, retractavit, cassavit et adnullavit tamquam falsam et contra sanctum evangelium ac sacras scripturas.

Item eciam revocavit plures alias proposiciones contentas in processu contra eum facto tangentes et concernentes juridicionem et usum ecclesie piarum aurium offensivas, et tamquam verus filius ecclesie cassavit et adnullavit ac pro nullis et non dictis reputavit.

Ad dictas revocationes faciendum condempnatus fuit per sententiam diffinitivam domini inquisitoris latam in presencia dominorum de clero, cui sententie acquievit nec ab ea appellavit....

Depost[2] vero dictas sentencias, revocaciones, promissiones et juramenta dictus advocatus dixit, fecit et vociferavit ea que sequuntur.

Et primo ipse advocatus loquendo de materia cujusdam detenti in materia fidei qui

dixerat : « Si sim excommunicatus a judice, non sum excommunicatus a Deo, et si tamquam excommunicatus fuerim inhumatus in campis, anima mea propter hoc pejus non valebit », et dicendo quod res non erat tanta quod deberet detineri, dum reprehenderetur de hoc, dicendo et sustinendo dixit : quod domini ecclesiastici fecerant clavam, galice machue[3], de domino inquisitore, dum positus fuerat ipse advocatus in materia fidei, cui domino inquisitori ipsum advocatum accusaverant sive tradiderant. Et manum levando ac respiciendo ymaginem crucifixi subjunxit ista verba : « Sur mon âme, on me fist auxi grant tort comme à Jhesu Crist ». Et ultime dixit quod dominus officialis qui tunc erat, de hoc quod ipsum advocatum accusaverat, sibi dixerat « peccavi », sive petierat veniam.

Item et loquendo in judicio et extra de negotiis tangentibus quosdam qui vocati erant in materia fidei, dixit et vociferavit pluries et per plures vices, quod positus fuerat idem advocatus in materia fidei injuste et sine causa racionabili, et quod sibi factum fuerat injus, et quod res non sic remaneret....

Quibus articulis de verbo ad verbum perlectis, dominus presidens protunc in eadem congregacione, audita primitus deliberacione omnium et singulorum dominorum episcoporum, abbatum et aliorum dominorum doctorum et magistrorum, conclusit, quod super contentis in ipsis articulis per nos judices, vocatis nobiscum duobus discretis viris jurisperitis si vellemus, una cum notariis et scribis nostris fieret informacio secreta in forma juris.... Ipsamque informacionem sic factam in altera congregacione de mandato nostro solemniter in capella hujusmodi, in qua interfuerunt nonnulli de ipsis reverendis patribus, dominis episcopis, abbatibus, prioribus, doctoribus, et magistris, convocata, fuissent articuli et depositiones testium hujusmodi, eorum nominibus et cognominibus propter grave periculum quod protunc nobis videbatur imminere suppressis, lectis et publicatis... *[Sequeut se offerebat ad informationem super articulis.]*

Quibus sic actis cedulas extractas de processu ipsius rei, de confessatis et probatis dominis prelatis doctoribus et magistris, nedum hujus civitatis et provincie Rothomagensis, sed etiam venerabilis facultatis theologie Parisiensis et aliorum jurisperitorum Parisius existencium, ac nonnullis doctoribus et magistris de Anglia Rothomagi protunc existentibus, ut super eisdem deliberaciones darent illis qui presentes erant, dedissemus et aliis absentibus duxissemus transmittendum, ipsisque cedulis traditis et transmissis, ac deliberacionibus eorundem dominorum prelatorum, doctorum et magistrorum nobis remissis, necnon toto processu, articulis, interrogatoriis, responsionibus, cedulis et deliberacionibus postmodum certis personis providis et honestis ac jurisperitis nobiscum vocatis, manifestatis et eis integraliter explicatis, habito etiam super eisdem consilio, fuisset per nos certa dies eisdem promotoribus et reo assignata ad concludendum....

Qua die adveniente, videlicet veneris decima septima mensis Novembris, indictione nona, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providentia pape quinti anno quarto decimo[4], coram nobis pro tribunali sedentibus, ad jura

reddenda notariisque et testibus subscriptis personaliter comparuerunt dicti promotores . et dictus Segueut reus. *[Officialis Rotomagens. et Johannes Graverent, judices, eum monuerunt ut abjuraret, quod et fecit*[5] *]*

Postremo vero die ultima dicti mensis Novembris ... Segueut volens, ut asseruit, ad unitatem ecclesie de corde puro et fide non ficta redire, ac saniori uti consilio, nobis humiliter ... supplicavit quatenus ad ejus absolutionem a quibuscumque vinculis, censuris et sententiis excommunicacionis .. procedere dignaremur, cui supplicationi inclinati ... in forma ecclesie absolvimus.

Actum et datum in eadem capella ... presentibus ad hec ultimum facta reverendis patribus dominis abbatibus de Lira et Pratellis, priore de Longavilla, magistris Johanne Maugier, Gauffrido de Crotay, Ricardo de Salicibus et Ricardo Prati, necnon Bineto de Croismare, Maugerio le Parmentier, Johanne Audouf, Roberto Loré et Dionisio Martini cum pluribus aliis...

Originale in Arch. départ de la Seine-Inférieure, G. 1154. Appendent taeniola duo membran., avulsis sigillis. Subscripti sunt notarii Guillermus Manchon, Petrus Nobilis, Guillermus Colles Boscguilleaume, Nicolaus Taquel. — Instrumentum prodest ad quaedam elucidanda in processu, qui anno sequenti etiam Rotomagi contra Johannam d'Arc ductus est.

1. Jam an. 1428. Vid. BEAUREPAIRE in *Précis analytique des travaux de l'Académie de Rouen,* 1868, p. 492, not. 2. — 2 An 1430, ante Jul. 29, quo rex Angliae Rotomagum applicuit. — 3. I. e. « massue ». — 4. Sed an. 1430, Nov 17, fuit adhuc annus 13[us] pontificatus, cum Martinus Novemb. 21 coronatus sit Notarii subscripti etiam in Processu Johannae d'Arc pluries erraverunt. — 5. Vid. de hoc BEAUREPAIRE, l. c., p. 495 sqq

---

2359. *Universitas Paris de quodam processu fidei in dioec Constantiensi habito deliberat.*

1430, Novemb., Parisiis.

Item quando magistri nostri fuerunt congregati super facto domini episcopi Constantiensis et magistri Nicholai Tibout[1] in domo domini decani, [pro] vino ij sol.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 97. — Supra agitur de processu in causa fidei, quem habuit Philibertus de Montjeu, episcopus Constantiens. et mag. Johannes Graverent, inquisitor Franciae, contra Johannem le Couvreur, burgensem S[ti] Laudi, cui episcopus et Nicolaus Thiébout, poenitentiarius dioec. Constantiens., apostolos dare ad sedem apostolicam recusarunt (vid. BEAUREPAIRE, in *Précis analytique des travaux de l'Académie de Rouen*, 1867, 1868, p. 500 sqq.). Hactenus ignorabant, Universitatem Paris. nunc etiam interrogatam fuisse, quid ei placeret de hoc processu, qui an. 1431, Martii 4, nondum finitus esse videtur, cum inquisitor Graverent tunc adhuc Constantiae moraretur (vid. QUICHERAT, *Proces de Jeanne d'Arc*, I, 124)

1. In Concilio Basil. tamen an. 1434 litem habuit contra eundem episcopum Constant. (HALLER, *Concil. Basil*, t II, p. 519, 23), et an. 1439 inter electores antipapae refertur (*Mon. Concil. gen. saec. XV*, t III, p 424, ubi perperam « Tibour »).

2360. *Mag. Guillelmus « Erard » dicit in Parlamento contra Gaufridum « Normant », quod fuit ordinatus « maistre des gramairiens du Collège de Navarre selon les status du Collège ». Dum an 1429 (1430) a rege missus esset cum episcopo Belvacensi in Campaniam*[1], *Gaufridus Jan 24 in Collegio ut magister grammaticorum contra jus se supplantavit Gaufridus opponit se esse magistrum artium et baccalareum theol., Erard non posse tenere secundum statuta « ladite maistrise », cum non faciat residentiam, « et n'est point son fait de*

instruire enfans en gramaire; et se doit emploier a preschier ». Dicit insuper, Erard habere redditus plus quam 30 libr. et curam in Normannia valoris 80 franc , et esse can Laudunens et can. atque sacristam Lingonens Erard replicat inter alia se fuisse in Alemannia, « et a esté jusquez à Bale, et n'a peu encorez retourner seurement». Monstrentur statuta, « et il en vendra aprez Noel » — Curia concludit pro Gaufrido le Normant.

1430, Decembris 19, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X1a 4796, fol. 248.

1. An 1428, Febr. 3, dux Bedfordiae consilium in Campania instituit, cui praesidebat Petrus Cauchon. Vid DE BEAUCOURT, *Hist. de Charles VII.* t. II, p 31, not. 1.

2361. *Doctoribus Graecae, Hebraicae et Chaldaicae linguarum in Universitate Paris. subveniatur.*

1430, Decemb., Parisiis.

Natio Gallicana voluit ut provideretur aliquibus doctoribus grecis, hebreis et chaldaicis de beneficio sufficienti, ut possent per eosdem in Universitate Paris. illa idiomata patefieri.

BUL., V, p. 393, e Lib. procur. nat. Gallicanae. — Jam antea pro linguis hebraica et chaldaica in Universitate Paris. unum alterumve magistrum fuisse, ad an 1421, nis 2178, 2186, vidimus. Sed et postea tam pro lingua hebraica quam graeca magistri instituti fuerunt (vid. *Auctar.*, II, ad an 1455 et 1461), et statutum Concil. Basil. an. 1434 in *Mon. Concil gen. saec. XV*, t. II, p. 758).

2362. *Universitas Paris. apud ducem Bedfordiae conqueritur, quod Johannes Bouesgue a consilio regis Rotomagensi injuste graviter multatus sit*

1424-1430, Parisiis.

Regalis prosapie cedit ad gloriam, illustrissime princeps, ut ecclesie sancte doctores sub ea favore uberi et amplissima gratia tractentur, ut qui pro humanis rebus celestia capessunt dum divinas doctrinas explanant mortalibus in humanis casibus pia sentiant[1] subsidia summe nobilitatis. Hoc enim est in illo illustri et claro culmine situm ut sapientialibus disciplinis dediti non ut ceteri sed speciali quodam et accumulato favore etiam si lapsi fuerint releventur. Sic equidem redundat illustrior gloria, cum electis viris quorum doctrina fulget in domo Domini beneficia cumulatius impenduntur. Per consilium patris et supremi domini nostri regis in Rothomago, illustrissime princeps, condempnatus fuit in emendam trecentarum librarum magister Johannes de Bouesgue, etc., ut dicebatur, quia obstiterat quominus duo clerici Fiscampnenses carceribus mancipati expedirentur layce justicie, qui tamen de raptu mulierum, sacerdotis percussione, latrociniis aliisque sceleribus erant convicti[2]. Et cum regias litteras obtinuisset ut in scacario Normannie casus ille amplius visitaretur, rursus est super emendam predictam ad ducentas libras condempnatus. Hoc, illustrissime princeps, est in dampnum pauperum Christi, qui istis quingentis libris pasci deberent in sua elemosinaria. Neque certe solvi potest hec emenda nisi de substancia pauperum Christi, qui nichil in hoc deliquerunt. Deinde quod unus sacre theo-

logie doctor tam graviter plectatur, tam dure tractetur, non meretur, non videtur admittere neque solitum habet sacra professio. Postremo supposita nostra ut plurimum ad emendas peccuniales non trahuntur. Accedit quod doctor predictus, suppositum nostrum, apud nos sacras exponit orthodoxe fidei veritates docendo, predicando, disputando, quas et hujus et exterarum nationum auditores seminant postea et aperiunt populis ac gentibus, unde vestra illustrissima Regentia sibi benignius et clementius, etiam si quid dixisset durius aut fecisset inconsultius, indulgere poterit, nec ipsius absentis et inauditi emulis aures prebuerit, qui clementie vestre locum precludunt atque liberalitati Valeat sibi potius quod bone memorie domino Henrico et regi regenti fideliter servivit, et serviendo a brigandis et aliis pleraque mala passus est. Cum itaque, illustrissime princeps, apud clementiam vestram portus sibi sit et perfugium, supplicamus exelse dominationi vestre, ut considerato persone statu doctorali, qui super omnes privilegiatus semper extitit, attenta sui officii condicione, que solum est in pia distributione facienda pauperibus, pensata denique benivolentia quam semper ad nos et supposita nostra, qui emendas peccuniarias in delicti casu nescimus, [monstrastis], dignemini de affluenti et accumulata gratia totam prefatam emendam supposito nostro condonare. Johannem Fenix, cui illa emenda est assignata, ad restitutionem pri[us] receptorum et ulteriori processu desistendum astringentes, aut alias sibi quomodolibet de recompensatione providentes; in quo decus ecclesie sublevantes et causam pauperum agentes eximie nobilitati vestre deferetis et de illustrissima vestri animi virtute spem prebebitis ampliorem, quam Sanctus Spiritus dirigere dignetur per incrementa felicia.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris , M 65[b], nº 87 (olim A 3. qqq) Ibidem etiam epistola « domino primo presidenti, domino Johanni Falstof, cancellario ducis Bedfordie[3], et Rad[ulpho] Sapientis » scripta. ut se interponant. Deinde sequitur notula a Johanne Bouesgue Universitati missa « Dominus regens fuit voluntarius in emendam condonare causarum rationum positarum, etc., intuitu. Supervenerunt emuli dicentes quod clientem veiberaveram, de qua re nichil continet sententia lata, et ex hoc et aliis datis intrigis per emulos, ipse fuit ita plantatus in opinione quod vix voluit aliquod audire verbum. Si placet, extinguatis ignem, quia presto sum respondere, etc., et ponatis ad hoc fructiferos actus, quos facit supplicans in Universitate, qualiter servivit regi, fuit captus per brigandos, habuit plura dampna serviendo, et non velit credere contra ipsum supplicantem ipso mandato, et James Fenix, cui assignata est emenda, compescatur, et illa que recepit restituat vel mandetur thesaurario, quod alibi supplicans recompensetur. »

Certe epistola scripta est post mortem Henrici regis Angliae (1422), et postquam Johannes Bouesgue absens fuit a Parisiis, ab an. 1424. E mentione « bone mem. Henrici » conjicere possemus, epistolam non longe post, v. g an. 1424, conceptam esse. Sed si documentum cum nº sequenti, ut opinamur, cohaeret, post 1427, Febr. 19, defuncto Dominico Parvi, ponendum, nam Johannes tunc « inter omnes s. pagine professores fere antiquissimus » fuit, solo Petro de Dierreio, defuncto 1433, antiquiore. Ab an. 1430 mox Parisiis, mox in Normannia morabatur, et deinde in Concilio Basileensi.

1. Charta « sensiant ». — 2. Inter lineas « accusati, celati ». — 3 Richardo Layet (*Mem. de la soc des antiquaires de Normandie*, XXIV, p. 172), post quem eodem munere functus est episcopus Ebroicens , Martialis Formier. Fastolf non cancellarius, sed magister hospitii ducis fuit, an. 1424 (STEVENSON, *Letters and papers*, etc , II, p. 38), an. 1435 (ibid. p. 434).

2363. *Universitas Paris abbati Fiscamnensi scribit, ut Johanni Bouesgue, quem ad tempus e carceribus liberavit, libertatem integram condonet.*

1427-1430, Parisiis.

Ex parte Universitatis.

Audivimus, reverende pater, vestram pietatem nostris precibus permotam indulsisse, ut venerabilis sacre theologie professor, elemosinarius vestri monasterii Fiscamnensis, ex carceris angustia, quam longuo tempore pertulerat, relaxatus fuerit usque in diem festum Assumptionis Virginis gloriose proximo affuturum. Qua de re gratiarum referimus actiones vestre paternitati; sperantes eandem bonum quod pro nostra petitione incepit melius esse completuram. Et quidem parum esset, reverende pater, has carceris inducias concessisse, si iterum graviori cum dolore venerandum illum patrem in priores afflictiones retrudi contingeret fierentque novissima tormenta duriora prioribus. Supplicamus itaque ut libertatem illam quam donare cepistis, plenam atque liberam absque temporis ullius artatione concedere libeat, nam et e carcere liberatus non existit, qui in illum est aliquando rediturus. Tunc quoque obtento nostre petitionis plenario effectu, gaudium nostrum super reductione venerandi suppositi nostri, inter omnes sacre pagine professores fere antiquissimi, completum erit, vestraque in hoc humanitas et mansuetudo apud nos magna laude commendabilis erit, que conservi sui atque confratris juxta euvangelicam parabolam benigne miserta fuerit[1], misericordiam ipsius Domini Jesu in ceteris rebus pro tali merito uberius receptura, qui vos et gregem vobis commissum in pace et gaudio atque omni prosperitate feliciter conservare dignetur

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª. nº 146 (olim A. 33 bbbb). Vid. notam ad n^{um} praecedentem Johannes Bouesgue jamdiu, sub Carolo VI, litigabat contra auctoritatem ecclesiasticam abbatis. Vid. BEAUREPAIRE, in *Precis analytique des travaux de l'Academie de Rouen*, 1868, p. 516 sq.

1 Vid *Matth.*, XVIII, 33.

2364. *Carolus VII, Francorum rex, ne beneficia vacantia personis regi incognitis et extra regnum Franciae oriundis, vel inimicis etiam regni, a papa tribuantur, mandat parlamento, senescalcis justiciariisque omnibus, ut voluntatem regiam de illo observandam curent. Nulli ad dignitates ecclesiasticas in regno admittantur, nisi pateat evidenter eos natos esse* « de nostre dit royaume et seigneurie » *et* « feaulx et bienvueillans de nous » Donné à Chinon le xe jour de Mars, l'an de grace mil quatre cens trente et ung et le xe de nostre regne « Comme ja pieça nos predecesseurs ».

1431, Martii 10, Cainone.

Arch. nat. Paris., X^{1a} 8604, fol. 108^b-109^b. — *Preuves des libertés de l'Eglise gallicane*, I, p. 185, *Ordon. des rois* XIII, 177.

2365. *Ordinatio facultatis decret. de rotulo Romam portando.*

1431, Aprilis 9, 21, Parisiis.

[Die nona mensis Aprilis fuit celebrata congregatio Universitatis Parisiensis apud S. Bernardum, et facultas decretorum conclusit rotulum, nominavitque nuntium suum, scil. decanum Guerouldum Boysselli ad portandum dictum rotulum.]

Die sabbati xxj Aprilis fuit celebrata congregacio in Sancto Maturino ab Universitate, in qua fuit conclusa presencia[1] presentis rotuli ab ordinario incipiente a festo beati Remigii anni Domini millesimi IIII^{c} tricesimi, usque ad festum beati Remigii anni tricesimi primi exclusive, et quod illi reputabuntur presentes, qui fuerunt presentes per majorem partem dicti ordinarii finiendi a festo beatorum apostolorum Petri et Pauli anni trissesimi primi. Item quod probatio presentium fiet per facultates et naciones, ita quod quelibet nacio et facultas inrotulabit suos, et postmodum fiet unus rotulus communis, cujus quelibet facultas et nacio habebit copiam. G. BOYSSELLY.

Memor. fac. decret., I, fol. 134. — In eadem congregatione fac. decr. inrotulatorem elegit mag. Joh. Jolivet. Caeterum vid. infra n° 2396.

1. I. e., temporis spatium definitum est, intra quod in rotulo inscriptus Parisiis esse debuit, ut praesens dici posset.

2366. *Rotulus primus Universitatis Paris ad Eugenium IV missus a summo pontifice sub « v kal. Maii anno primo » signatur.*

1431, Aprilis 27, Romae.

Sic saepe in epistolis Eugenii IV, v. g Arch. nat., L 320, n° 1, Arch. Vat., Reg Later., an. 3, lib 112, fol 85^{b}. Ut paene communiter fiebat, rotulus quantum ad beneficia (non quantum ad articulos communes) fuit « antedatus », nam nuntii solum mense Octobri ejusdem anni cum rotulo Romam profecti sunt. — Solummodo *Articuli communes* supersunt (vid. infra n° 2403). E natione Gallicana 144 magistri enumerabantur (vid. BUL., V, p. 408).

2367. *Assignationes baccalareorum Ord Praed. pro studio Parisiensi*

1431, circa Maii 20, Lugduni

Conventui Parisiensi provincie Francie ad legendum Sententias in magnis scolis pro anno primo assignamus pro forma et gradu magisterii fratrem Petrum[1] Vineti provincie Francie, cui substituimus fratrem Johannem Ade ejusdem provincie; pro secundo anno extraneis debito fratrem Leonardum de Janua[2], provincie Lombardie, cui substituimus fratrem Johannem de Ponte conventus Metensis provincie Francie. In parvis scolis pro primo anno fratrem Guillermum Scutiferi conventus Redonensis ejusdem provincie; pro secundo vero anno in eisdem scolis fratrem Ivonem Nurbu *(sic)* prefate provincie, cui substituimus fratrem Nicholaum [Suni?].

Ad legendum vero Bibliam pro duobus annis sequentibus fratrem Petrum Turluri[3], cui

third watch, there is no doubt that the twenty-first or twenty-second moon has arisen, on which it is impossible for the true Easter to be offered. For those who determine that Easter can be celebrated at this period of the moon, not only cannot maintain this on the authority of holy scripture, but also incur the charge of sacrilege and contumacy, together with the peril of their souls, when they maintain that the true light, which rules over all darkness, can be offered under conditions where darkness rules to some extent.' And we also read in the book of sacred dogma: 'Easter, that is the festival of the Lord's resurrection, cannot be celebrated before the passing of the Spring equinox, the beginning of the fourteenth moon', namely to avoid its preceding the equinox. Victorius has certainly broken this rule in his cycle, and thus has long since introduced error into Gaul, or to speak more humbly, has strengthened its growth. For on what principle can either practice stand, namely that the Lord's resurrection should be celebrated prior to His passion,[1] which is ridiculous even to be thought of, or that the seven days ordained by the Lord's bidding in the law, on which alone the Lord's Passover is commanded to be eaten legally, which are to be reckoned from the fourteenth moon up to the twentieth, should be exceeded contrary to law and right? For the twenty-first or twenty-second moon is outwith the jurisdiction of light, since at that point of time it has arisen after the middle of the night, and with darkness prevailing over light it is illegal, as they say, for the festival of light to be held.

substituimus fratrem Guillermum Marquerii, ambos provincie Francie, et ibidem fratrem Johannem Givois[4] conventus Claromontensis pro studente honoris.

Fragmenta Capp. general. Ord. Praed. ad Ordinem pertinentia.

1. Ms. « Johannem ». — 2. Alias : « de Bagnaria ». — 3. Eodem anno Jacobus Mercerii, in s. pagina mag. et provincialis provinciae Franciae, supplicando Eugenio IV scribit, ut Petrum Turelure tunc solum 23 (sic in ms^{to}, fortasse scribendum 33) annos natum, jam priorem conventus Pictavens., per 12 annos in s. pagina studentem et Carolo regi dilectum, inquisitorem in civitate et dioec. Carcassonens. confirmet, quamvis requiratur 40us annus (Suppl Eugen. IV, n° 263, fol. 123^{b}). Non legit Parisiis. An. 1445, Septemb. 3, fuit episcopus Dignens. (Arch. Vat. Oblig., n° 72, fol. 10^{b}). — 4. Anno sequenti legit Sententias.

2368. *Johannes Chuffart Eugenio IV supplicat, ut sibi conferat cancellariam Paris.*

1431, Maii 28, Romae.

Pater sancte, dudum cancellaria ecclesie Parisiensis .... per obitum quondam Johannis Jarson extra Rom. curiam defuncti vacante, devotus orator vester Johannes Chaufardi, mag. in art. et in decret. licentiatus, illam in vim certe gratie expectative auctoritate apostolica sibi concesse acceptavit, et de illa obtinuit sibi provideri, et eam fuit assecutus[1]. Verum, pater sancte, quondam Johannes Saunerii asserens dictam cancellariam ad ipsum spectare, illam etiam vigore certe gratie auctoritate apostolica sibi concesse et litterarum inde confectarum acceptavit et de illa obtinuit sibi provideri, et dictum Johannem Cheufardi coram rev. patre domino abbate monasterii Sancti Victoris extra muros Paris. .... traxit in causam Verum, pater sancte, lite hujusmodi coram dicto abbate indecisa pendente, dictus Johannes Saunerii extra Rom. curiam extitit vita functus. Supplicat igitur sanctitati vestre dictus Johannes Cheufardi, qui ipsam cancellariam possidet, ne novus in ea adversarius surrogetur, quatenus litem hujusmodi extinguentes eundem Johannem Cheufardi in omni jure et ad omne jus quod eidem Johanni Saunerii tempore sui obitus in dicta cancellaria seu ad eam quomodolibet competebat seu competere poterat, surrogare et eidem Johanni Cheufardi de dicta cancellaria, cujus fructus, etc , triginta libr. turon. parv. secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, si adhuc per obitum dicti quondam Johannis Jarson aut Johannis Saunerii seu liberam resignationem alicujus in ea jus habentis ... vacet aut quamprimum illam per resignationem alicujus in ea jus habentis vacare contigerit, eidem Johanni Cheufardi dignemini misericorditer providere *[non obstantibus canonicatibus et praebendis Parisiens., Carnotens., Tornacens., Cameracens., et Silvanectens., ac paroch. ecclesiis de Onyvila et de Christolio et capellania de Belloloco atque canonicatu et praebenda S. Petri Insulensis, quorum omnium fructus 500 libr. non valent annuatim]*. — Concessum[2] ut petitur B. GRADENS. — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, quarto kal Junii, anno primo.

Reg. Suppl. Eugenii IV, n° 259, fol. 245^{b}

1. Vid. supra n° 2328. — 2 Sed nondum obtinuit.

Universitas Parisiensis et Johanna d'Arc.

(Continet num^{os} 2369-2390.)

Huc pervenimus quo Universitas Paris. adversata est praeclarae illi virgini, quae semper coelestis exemplar castitatis, inter tot regiae curiae militarisque vitae pericula, manebit, eo magis quod ea sancta virtus tunc in dies declinabat, necnon unici roboris atque vigoris super humanum fastigium elati archetypum, quo vigore id perfecit quod nulla unquam mulier vel apud veteres vel apud recentiores aggredi ausa sit. Sic facta est scutum regiae potestatis tum desperatae, et corda Francorum ad legitimum regem secum attraxit, ut hostes tamdiu victores e regno expellerent.

Prima in illam heroidem, minime instigantibus Anglis, coorta est Universitas Paris., cui processus debetur. Etiam absque Universitate virgo perdita fuisset, Anglorum odium satis id pro certo linquit, qui jam ante muros Aurelianenses promiserant, eam, si caperetur, flammis perituram esse (Quicherat, *Procès de Jeanne d'Arc*, IV, 42, 141, 220). Sed Universitas prima fuit quae, capta Puella, rem ad causam fidei transtulit. Nostrum est saltem primis lineis aperire rationes quibus Universitas, ut nobis videtur, in virginem movebatur.

Novissima explicatio, professores Universitatis Paris., processui assistentes, jam fuisse schismaticos, omnino rejicienda est. Concilium enim Basileense, quamvis indictum esset et jam plures Basileae morarentur, non ante finem Julii an. 1431 « stabilitum, inchoatum et firmatum » fuit, et Dec. 14 solum prima sessio incepit (*Monum. Concil. general. saec. XV*, t. II, p. 23, 47). « Si Courcelles fut l'âme du Concile, Erard en fut le père », scribit Ayroles, *La vraie Jeanne d'Arc*, I, 127. Ast Erard nunquam Concilio adfuit, Thomas de Courcellis vero ab an. 1433 solum, non continenter (*Monum.*, p. 342), nec ante an. 1437 « anima Concilii » fuit; alii Universitatis etiam posterius Concilio adstiterunt, quinque tantum ab initio. Tantum abest, ut Universitas tunc schismatica sit existimanda, ut Martinus V et Eugenius IV eam solitis encomiis extulerint, ipsaque saepe et etiam in fine an. 1431 nuntios suos, inter quos Johannem Lohier, qui Rotomagi pro Johanna d'Arc fuit, cum rotulo et articulis communibus ad Eugenium IV miserit (vid. n° 2396). Sane tum Universitas non magis quam Carolus VII, pro quo virgo decertavit, schismatica dicenda est; immo vere schismatica solum evasit post translationem Concilii Basileensis Ferrariam, i. e. eo tempore quo Universitas Carolo VII rursus adhaesit et Johannam d'Arc nunquam condemnasset. Revera quae necessitudo fuisset inter schismaticos magistros et processum, praesertim cum non pauci examinatorum Pictavensium et fautorum Johannae d'Arc, ut communiter pars Caroli VII, tempore quo Johanna d'Arc condemnata est, doctrinam Parisiensium de papa et Concilio data occasione propugnaverint?

Ante omnia ne obliviscaris, Universitatem, quamvis publicam auctoritatem, tunc magis quam cum maxime potentem, spiritu tamen declinare, ipsamet hoc confitente (n° 2250). Ille qui eam per priores 18 annos saeculi ducere conatus erat, Johannes Gerson, quasi exsulatus Lugduni vivebat; inter reliquos ii qui virili ingenio eminere videbantur, ab an. 1418 cum rege Carolo VII vel alibi habitabant. Qui Parisiis manebant, pro majori parte a duce Burgundiae fascinati, causam illius proindeque Anglorum fovebant; legitimum autem regem Carolum VII pro hoste regni tenebant. Quae si nunc aegre intellexeris, non difficulter ea tempestate admiserunt; tempus vero tempore expediendum est. Revera Anglorum dominium Carolus VI rex legitimus, utique dependens ab Anglis, ut narrat Jacobus Gelu, voluerat; Parlamentum, Universitas, plerumque cives oppidorum ab Anglis occupatorum approbaverant; uno verbo consecraverat tractatus Trecensis quem magistri sicut caeteri se servaturos iterato juraverant. Mutari tam legitime domum regiam supposita Universitatis aestimabant quam formam regiminis recentiores admittunt. Ipse Pontifex illam firmam magistrorum opinionem, quamvis ad pacem exhortans tractatumque Trecensem dissimulans, nunquam vituperavit.

Secundo, Johannae factorumque ad eam pertinentium examen necessario faciendum erat, id expostulantibus iis etiam qui partes illius tenebant. Sic auctor *Sibyllae Franciae* an. 1429 scribit : « Miror quod tam famosa in prosperis actis et agendis non probetur, cujus sit spiritus, et quod tam ardua et stupenda examinari et probari negligantur ab ecclesia » (Quicherat, III, p. 441). Henricus de Gorinchem usque an. 1419 professor Parisiensis, tunc Coloniensis (defunctus an. 1431 et non 1460, ut cum Quicherat multi dicunt), eodem anno 1429 in suo opusculo de Johanna d'Arc propositiones pro ipsa et contra ipsam affert (Quicherat, l. c., p. 411 sqq.), neque ad certum omnino de ipsa judicium pervenit. Quidam an virgo species fantastica esset dubitabant (l. c., p. 412), immo ipse auctor libri *Journal d'un bourgeois de Paris* (p. 244) vocat eam « une creature qui estoit en forme de femme ». Unde examen non superfluum fuit. Universitas an. 1428 Martino V exposuerat, ad cancellarium Paris. cum Universitate virtute privilegiorum apostol. pertinere cognoscere et decidere de haeresibus et opinionibus Parisiis et in partibus circumvicinis emergentibus. Summus Pontifex id minime negavit (vid. n° 2307), cum is tantum Universitati antiquae Paris. jus illud negare

possit, qui personam ejus per saecula ignorat. Scimus praeterea, suffragium Universitatis de processibus fidei etiam apud remotas partes institutis requisitum fuisse.

Venia Universitati dari posset, si suspicionem de Johanna tantum principio concepisset. Nam tunc plures errores et plurimae superstitiones serpebant, ut constat ex historia et e pluribus tractatibus *de superstitionibus* saeculo xv scriptis. An. 1432 Eugenius IV facultatem theol. Andegavis erexit « pro convincendis propulsandisque superstitionibus et erroribus ». Adhuc an. 1426 quibusdam sortilegiis Universitas Paris. adversabatur. Omnino inaudita insuper de hac singulari femina circumferebantur. Tanto magis tamen Universitas culpanda est, quod jam a principio consulto negligebat veritatem de relatis indagare et aequa lance ponderare. Rumores multi, veri ac falsi, tunc de Johanna divulgabantur. Magistri, quidquid partibus Burgundorum et Anglorum succurrebat arripientes, potius falsos contra virginem rumores quam eos qui ei favere poterant amplectebantur (ut in sequentibus explicabimus), eo magis, quod Johannes Gerson et examinatores Pictavenses, fere omnes supposita Universitatis Paris., quos tamen Universitas, celatis nominibus, jam ante decennium ut Armagniacos detestabatur (vid. nº 2107), Johannae omnino faverent.

Levi quidem animo magistri admittebant, Johannam « factum suum ad arborem Fatarum cepisse », ut etiam in regione qua ipsa nata erat dicebatur (Quicherat, I, 213). Omnino notum erat, eam Vocibus quas audiebat unice dirigi. Quod, cum mente concipere nec potuerint nec voluerint, suspicionem jam conceptam augebat, eo magis, quod ei rumori aurem praeberent, Johannam esse garrulam, levem, dolosam (ibid., III, 302), olim viventem cum mulieribus incontinentibus (I, 214). Et quid dicendum de litteris duci Bedfordiae an. 1429, Martii 22, missis, quibus Johanna Anglis minabatur, nisi e Francia exire vellent : « je les feray tous occire » (l. c., p. 241)? Sane haec crudelitas non minus contraria legationi divinae, quam sibi virgo datam asserebat, magistris videbatur, quam coronatio Caroli VII in Remensi cathedrali, ad quam faciendam ex officio suo legationis se accinxerat, opposita juramento quod regi Angliae tanquam regi Franciae legitimo ipsi iterato praestiterant, et pro cujus prosperitate saepe divina celebrarant. Si Trecenses cives primo solum dubitabant, « ne ipsa Johanna non esset res veniens ex parte Dei », et fr. Richardus Ord. Min. coram illa signum crucis faciebat aquamque benedictam aspergebat (l. c., p. 100), certe magistri satis superque persuasi videbantur. Accedit, quod non ignorabant, istum Minoritam statim praeconem Johannae ejusque comitem factum fuisse, et Trecis praedicasse, Johannam secreta Dei scire ut quilibet sanctus in paradiso, potestatemque habere exercitum integrum in civitatem quocumque modo introducendi (*Revue hist.*, IV, 342). Suspicio magistrorum de Richardo, quem Universitas paulo antea propter suas falsas prophetias aliosque errores persecuta est (vid. supra nº 2322), in virginem redundabat. Nihil pronius magistris, quam praesumere, Johannam ejusdem spiritus esse. Talibus cogitationibus moti, magistri judicium ferebant de ejusdem vexillo, « quod in equo ferens ipsa mirabili », ut dicebatur, « vigebat industria, cum adversarii timidi efficerentur » (Quicherat, III, 412), et quod juxta rumorem fr. Richardus Remis tenebat (I, 104); de pannoncellis (96, 98, 236); de ensi cum quinque crucibus (77); de annulis (86, 103); de prophetiis ejus ubique divulgatis, quibus ab ipsius asseclis fidem adhibendam exigebat. Cum res ita se haberet, quid mirum si virilem Johannae habitum pretiosum, tam insolitum morem, molestissime ferrent, et inde cum duce Bedfordiae (*Monstrelet*, IV, 341) ut mulierem incompositam et immodestam eam tenerent?

Si Johannam ante mensem Septembr. an. 1429 Parisienses nonnisi ex intervallo et e rumoribus cognoscebant, tunc eam propius viderunt quando ante muros Paris. ad capiendam urbem cum militibus advenit. Ad S. Dionysium Aug. 25 morata est; Parlamentum ab August. 26 timore tumultus suspendebatur (Sim. Luce, *Jeanne d'Arc*, p. 254, nº 221). Varii sensus de Johanna tunc serpebant : in ea sicut in Deo confidere ejus asseclas (Arch. nat., LL 113, p. 173), qui quot personas utriusque sexus invenissent, tot interficere juraverant (ibid.). Quam quidem ante muros se audivisse praetendebant exclamantem : « Rendez-vous; se vous ne vous rendez, nous y entrerons par force et tous serez mis à mort sans mercy » (*Journ. d'un bourgeois*, p. 245), unde multi Parisienses ei rumori potius aurem praebebant, « quod erat intentio Caroli redigendi ad aratrum urbem Paris. christianissimis civibus habitatam » (Arch. nat., X[1a] 1481, fol. 18[b]), quam Caroli litteris abolitionis sibi missis. At id praesertim Johannae exprobraverunt, quod contra Parisios impetus in vigilia et vividior in festo Nativitatis B. Mariae fieret, vel secundum opinionem Parisiensium ipsa fieri jussisset. Tempus tempore expediendum est, ut jam observavimus, non nostrae aetatis sensibus. Magistri paulo antea (an. 1426) propositiones de observandis festis fecerant multisque exemplaribus vulgaverant, idemque fecerat alius Parisiensis, tunc Coloniensis, Henricus de Gorinchem (cf. nº 2283). Sane tum Parisienses Anglique paene magis pios quam Johanna se exhibebant, processionibus in honorem B. Virginis dediti in vigilia festi, ut ex hostibus servarentur, reputantesque Johannam, ut quivis vere christianus, festum solemne colituram et ab oppugnatione die festo sibi temperaturam, cum non urgeret necessitas. Minime vero. At in oculis Parisiensium a Deo punita fuit. In festo B. Mariae vulnus accepit; sed quanquam post acceptum vulnus Aurelianis victrix nihilominus fuerat, Parisiis succubuit, cum exercitu abire coacta, multis e suis bellatoribus, ut divulgabatur, occisis, quos, ut dicebant, combus-

serunt « comme faisoient les paiens à Romme jadis » (*Journ.*, p. 246, Arch. nat., LL, 113, p. 173). Parisienses, qui paucos suorum morte vel vulneribus afflictos numerarunt, victoriam suam protegenti B. Mariae adscripserunt, quam an. 1431, Septemb. 8, cives Paris. iterum in gratiarum actionem celebrarunt (Arch., l. c., p. 257). Quis ipsis et magistris talia cernentibus de Puella fuit sensus? In Arch. l. c. legitur in margine : « De insultu inimicorum contra villam Paris. *male consultorum.* » Quid mirum, si magistri Johannam male consultam fuisse reputaverunt, cum amici ipsi Johannam a fortuna derelictam esse crediderint? Infestos jam antea magistros res adversae Johannae infensiores effecerunt. In eorum animo quid esset Johanna ante muros Paris. patefecit : Voces ejus non a bono sed a maligno spiritu veniunt, a quo ducta est, quem invocat; ejus prophetiae falsae visae sunt; nempe se suosque certe urbem Parisiens. recuperaturos tunc (*Journal*, p. 246) et antea prophetaverat (Quicherat, I, 246; V, 107, 130), — et jam illis, damno non modico accepto, abeundum erat. Cur terga darent aliaque momenta tunc Parisiensibus ignota erant. Ex praesenti casu praeteritos successus Johannae, v. g. liberatam urbem Aurelianensem aliasque civitates recuperatas, inconsulto Deo et virtute maligni spiritus evenisse concludebant. Jam dux Bedfordiae Johannam discipulam diaboli nominavit, quae arte magica utitur (Quicherat, V, 236). Certe Universitas eam ydololatram et crudelem censuit, et tractatum *De bono et maligno spiritu* composuit vel transcribendum curavit (vid. infra nº 2370), quod doctos hactenus fugit.

Inde simultatem, quam Universitas, non solum plura ejus membra, adversus Johannam postea monstravit, praecipue enodaveris. Cave ne dicas eam escensum nec contra nec per praeceptum Vocum suarum fecisse (Quicherat, I, p. 169), vel facti ante muros Paris. innocentem fuisse Johannam, quae, quominus oppugnationem redintegraret, a dominis curiae impedita fuit (ibid., p. 57). Haec omnia et multa alia scire magistris non licuit; e facto judicabant et ex eodem sensus suos consulto formabant. Et si scivissent, verisimiliter non aliter egissent. Ne dicas etiam coronato Carolo VII Remis, legationem Johannae peractam fuisse; de hoc hodie adhuc sub judice lis est. Magistri divinam legationem Johannae vix unquam concesserunt, post factum Paris. omnino negaverunt.

Infensis in Johannam animis id favere videbatur, quod an. 1430, Maii 23, a Burgundis coram Compendio, ubi potius audacem quam prudentem se praebuit, capta est; qui quidem rumor Anglis Burgundisque faustus promptius ad urbem pervenit. Sciebant magistri, eam olim dixisse et scripsisse, se missam a Deo ut Anglos, regis hostes, e Francia expelleret (Quicherat, I, 241, 216; V, 120). Ecce autem inter manus hostium detinetur! Iterum quod animo conceperant post adversam Parisiensem pugnam, libenter dixerunt, Johannam a diabolo delusam deceptamque, a maligno spiritu ductam. Itaque Inquisitorem ad processum agendum compellere properarunt (Quicherat, l. c., p. 13). Deus ipse signum dedisse videbatur, nam circa idem tempus Anglis in bello res prospere succedebant. Post aliquos menses cum Johanna e turri Beaurevoir se praecipitem vitae periculo dejecit ut manus vitaret Anglorum, tunc cum duce Burgundiae de ipsa tradenda agentium, eam peccati mortalis ream magistri putabant, et certe ea, ut credebant, temeritate sensus quos de Johanna conceperant non mutabantur. Hoc probant epistolae Novembr. 21 datae.

Tales fuerunt Universitatis sensus, cum processus an. 1431, Februario, contra Johannam incepit. Quem Universitas coram se Parisiis instituere cupiebat; sed Angli, in quorum potestatem Puella ceciderat, Rotomagi instituendum decreverunt. Petrus Cauchon episcopus Bellovacensis, summa amicitia simul cum Anglis et Universitate Paris., quae tunc eum quasi adorabat (vid. supra nº 2167), junctus, et ejectus e sua dioecesi, a duce Bedfordiae in archiepiscopum Rotomagens. sede vacante frustra postulatus, se gerebat in aliena dioecesi judicem, et tali nomine plures ex Universitate Paris. ad processum vocavit et vocandos curavit, qui quidem notabiliores inter assistentes praecipuique consiliarii processus fuerunt.

Hactenus liberum de Johanna arbitrium iis permittebatur; sensus aliorum vel sequi vel respuere licebat, veniamque dare posses eorum de Puella opinioni; nunc vero iisdem conscientia et fide agendum erat, processus secundum regulas juris instituendus, spiritus Johannae aequabilibus testimoniis probandus, interpretationes rerum quaerendae, percunctandum de iis factis e quibus magistri eam a spiritu maligno duci concluserant, opiniones et suspiciones corrigendae quando eas e falsis rumoribus vel fabulis pendere agnoverant.

At nihil tale videre est. Opinionem quam adversus Johannam ante processum praesumpserant, eamdem ineunte processu et usque ad finem actionis conservant. Fortasse non magistri culpandi, sed solum Petrus Cauchon, si testimonia quae Johannae favebant in processu non posita fuerunt (Quicherat, II, 200). Hoc quoque ad illos, modice quidem, excusandos afferri potest, Universitatem Paris. et inquisitionem tunc temporis jam nimis assuetas fuisse diffidentiae de persona semel capta et suspecta de haeresi. Sed, ut nobis videtur, eo diligentius magistri procedere debuerunt. Nihilominus interrogationes magistrorum interdum perfidae fiunt, non ut veritas eruatur, sed ut Johanna captetur (cf. ibid., I, 156, 166, 172, 178, 179, 180 sqq., 186 sqq.). — Alias interrogationes magistri quandoque fingebant, suae opinioni firmamentum quaerendo, quod aliquando non difficile evenit. Non omnia in Johanna super naturam

fuerunt. Quis v. g , ut solum finem vitae tangamus, affirmare audebit, Johannam supra humanum modum egisse, cum, sententia ultima audita, « commença à s'ecrier doloreusement et piteusement, se destraire et arracher les cheveulx : Hélas, me traite-l'en ainsi horriblement », etc. (QUICHERAT, II, 3 sq.)? Idem dicendum de visionibus. In aliis etiam personis inter veras revelationes visionesque aliquoties miscentur tales, quae e phantasia propria vel ex alia causa originem ducunt. Quae magis fieri potuerunt in Johanna, cum solum Vocibus dirigeretur et quotidie visiones conspicere, Voces audire, « maxime quando pulsabantur campane » (I, 480 sq), soleret Quod v. g. de corona (I, 91, 120 sqq , 139 sq , 145, 389) et de angelis (p 144) narravit, magistri admittere non cogebantur; veraces has esse visiones negare melius erat quam eas explicare sicut auditor Rotae Theodorus de Lelis, qui punctum saliens in narratione Johannae (I, 91, 139 sq) dissimulavit (II, 35 sq). Ipsamet jam moritura suam relationem de corona et angelo « fictionem » fuisse confessa est (I, 479, 481) Etiam legationem de liberando duce Aurelianensi (I, 133 sq.), quam se habuisse Johanna asseruit, sicut Voces quoque, quae eam certiorem reddiderant de sua e carcere liberatione (I, 87 sq , 120, 155), in dubium revocare magistri poterant, cum ipsa (teste etiam fr Johanne Toutmouillé, Johannae favente) ultimo die confessa sit, se fuisse deceptam (I, 477 sqq , etc). Nimis in visionibus perstitisse Johannam, ut Petrus Migetii post 25 annos etiam pronuntiavit (II, 361), vel aliquas earum habuisse « plus de cause naturelle et intencion humaine que de cause sur nature », ut Johannes Pulchripatris post 20 annos de omnibus asseruit (II, 20), magistri existimare poterant. Et sic de quibusdam aliis. Sane, tam frequentes quasi ad nutum respondentes apparitiones cum omnibus adjunctis in Vitis Sanctorum vix invenies. Sed haec omnia pluraque alia non essentiam, i. e. legationem Johannae, tangunt, nec umbram culpae constituunt At magistri, primam tantum cutem arripientes, medullam gustare respuerunt.

Revera, quomodo magistri facta praecipua et primi ordinis, quae in vita Johannae ejus legationem seu missionem, ut dicimus, constituunt, explicavere? Dum multi moderni ea hallucinationum arte vel saltem naturali modo enodare tentant, caeteris non sine gravi causa ad specialem Dei interventum recurrentibus, magistri Parisiens. praetenderunt Johannam praedicta virtute maligni spiritus, per Voces eam alloquentis, produxisse. Sed quomodo asserere potuerunt isti theologi habuisse commercium cum diabolo hanc virginem, quae per puram sanctamque vitam inter processum propalatam quidvis contrarium maligno spiritui egit, aliosque ad Dei servitium induxit, quae nihil magis horrescebat, quam non esse in gratia Dei (I, 65), affirmans « quod quis non potest nimis mundare conscientiam suam » (I, 157), ut etiam ipsa fecit et notum erat (III, 406), quae virilem habitum induendo in gradu heroico virginitatem castitatemque servavit, et in carcere cuivis Anglorum vel Burgundorum sollicitanti restitit? Si quibusdam quaestionibus, v. g de papa, de ecclesia, etc (cf. p. 324 sqq., 392 sqq), quandoque non omnino satisfecit, non oblivisci debebant magistri, virginem non theologum sed parvam rusticam rudem et sine litteris, tum fatigatam, inter Francos vixisse et educatam esse, quorum fidem de illis et similibus articulis ipsa Universitas per et post schisma turbavit, ejusque theologos variasse in sententiis de talibus accipiendis Nihilominus Johanna data occasione se correxit, et plerumque theologis ita respondebat, ut iis erubescendum esset

In processu deinde id iniquum manet, magistros dicere 70 articulos accusationis esse extractos e registro confessionum Johannae, quae factae sunt a Febr 21 usque ad Mart. 17, cum tamen major pars eorum in Johannae confessionibus quae post singulos articulos iterum inscribuntur, non inveniatur, et ipsa Johanna plerosque, dum legerentur, negaverit. Satis sit lectorem referre ad priores, v. g 2, 3, 4, 5, 7, 9, *etc* In aliis verum cum falso miscetur, ac quandoque verum perperam intelligitur, dissimulatis virginis explicationibus. Pejus est, quod magistri postea e 70 articulis duodecim excerpserunt perinde ac si Johanna 70 articulos concessisset, nullo ejus explicationum dictorumque respectu habito Et isti 12 articuli omnibus etiam Universitati missi, ne Johannae quidem prius lecti (III, 145), damnationi fundamento fuerunt. Sic judicio definitivo utique pronuntiata est superstitiosa, divinatrix, haeretica, etc , et quidem obstinata Equidem in culpa primum locum obtinet judex Petrus Cauchon, sed non aliter quam iste quidam professores ab initio egerunt Culpam maximam etiam commisit Universitas, quae incaute et imprudenter, immo potius impudenter, non examinata veritate 12 articulorum, suam sententiam Parisiis emisit, quam deinde doctores, etiam qui antea haesitantes erant, Rotomagi amplexi sunt Universitas praeterea ab initio causam ad materiam fidei transtulit, at quare Universitatis professores carcerem ecclesiasticum pro Johanna non postularunt, praesertim cum in carceribus archiepiscopi camera particularis feminis assignata et custodita a feminis esset (BEAUREPAIRE, *Recherches sur les prisons de Rouen*, p. 23)? Appellationem Puella ad papam interjecit. Quare professores tacuerunt ad responsum contra regulas juris Johannae datum : « quod non poterat fieri quod iretur quaesitum dominum nostrum papam ita remote », etc. (QUICHERAT, I, 445)? Anno 1426 non impediverant quin haeretici detenti ut sortilegi e carcere ad papam appellationem interjicerent Neque Roma nimium distabat, quoties eo tempore nuntios ad beneficia obtinenda papae mittebant, non nimium distabat ut iterato tunc recurrerent contra unum suppositum inobediens, Paulum Nicolai.

Gravem quoque culpae partem fert Carolus VII ipse, qui per integrum annum, 1430 Maio-1431 Maio, minime

laboravit ut sua liberatrix liberaretur. Si cum exercitu venire nequivit, quare non ipse ad summum pontificem appellavit, vel saltem illum certiorem fecit? Cur Jordanus Morini, Petrus de Versaliis, Gerardus Macheti, ejus consiliarii (ut taceamus de Reginaldo archiepiscopo Remensi), aliique, qui spiritum Johannae approbarunt, salubre id consilium dare omiserunt? Et nihilominus supplicationes non paucas pro aliis Romam illo tempore rex (v. g. Suppl. n° 255, fol. 110; n° 258, fol. 83b, RIPOLL, *Bull. Ord. Praed.*, III, p. 7 sq.), Jordanus Morini et Gerardus Macheti pro seipsis (n° 260, fol. 229, fol. 233) miserunt. De iniquitate processus ne postea quidem rex papam admonuit. An. 1431, Novembri et postea, nuntii ipsius, inter quos Petrus de Versaliis, Romae morabantur (Suppl. n° 267, fol. 171, n° 268, fol. 25, vid. DENIFLE, *La desolation des eglises en France*, n° 267). Nihilo secius Eugenius IV an. 1432, Jan. 29, cum Petrum Cauchon ad sedem Lexoviensem transferret, in bulla translationis solitam formulam non suppressit, Johannae judici scribendo : Vade, « ac bone fame tue odor ex laudabilibus actibus tuis latius diffundatur » (Reg. Lat. Eugen. IV, n° 306, fol. 120 sq.), immo Febr. 5 « sacratissimas doctrinas » magistrorum Parisiens. eorumque merita de conservanda puritate fidei catholicae summis encomiis celebravit (vid. infra n° 2407). Parum abest ut Petrum Cauchon et Parisienses a Carolo commendatos putemus. Eadem vituperatione dignus est magister Johannes Lohier, qui Rotomagi processum irritum declaravit, postea tamen cum ambassiatoribus Universitatis Romae degens (vid. n° 2396), oblitus est virginis, sicut etiam Johannes Juvenalis des Ursins, Puella flammis absumpta, de ea loqui paene erubuit (vid. DENIFLE, l. c., n° 996, not. 5). Nemo ergo miretur, quod vix quinque elapsis annis Universitas suam fidelitatem et observantiam erga Carolum VII ut inconcussam descripserit, Carolus VII vero Universitatis sanam doctrinam, fructusque pretiosos quos corona Franciae ex ipsa hactenus recepit, laudibus extulit (vid. infra ad an. 1436). Per tristia illa tempora unicus in Francia vir fuisse videtur, scilicet virgo Aurelianensis, Johanna d'Arc, annos viginti nata, et talis heros, qui patriam liberavit et ab interitu retraxit, flammis addictus est[1].

2369. *Ordinante Carolo VII sub praeside Reginaldo archiepiscopo Remensi plures magistri, quorum fere omnes supposita Universitatis Paris., nempe Petrus de Versaliis[1], O. S. B., Gerardus Macheti, Jordanus Morini[2], Johannes Lambert[3], Petrus Seguin[4], O. Carmel., Guillelmus Aymeric[5], O. Praed., Seguin Seguini[6], O. Praed., Johannes Raffanelli[7], O. Min., omnes magistri theol., Guillelmus le Marié[8], baccal. theol., Petrus Turelure[9], O. Praed., Matthaeus Ménage[10], bacc. theol., per fere tres hebdomadas spiritum Johannae d'Arc examinant, eumque tandem probant. Maio, post liberatam urbem Aurelianens., duo alia supposita Universitatis Paris., Johannes Gerson et Jacobus Gelu[11], scriptis pro Johanna certarunt.*

1429, Martio-April., Pictavis.

Nomina examinatorum et relationes de hoc facto, minime vero quot supposita Universitatis Paris. fuerunt, inveniuntur apud QUICHERAT, *Procès de Jeanne d'Arc*, III, 17, 19, 74, 83, 92, 102, 116, 203, V, 471, *Chron. de la Pucelle*, ed. VALLET DE VIRIVILLE, p. 273 sqq. Johanna ipsa de hoc in Processu pluries loquitur, v. g. QUICHERAT, I, 75, 121, 143, 145. Examinatio primum Cainone, deinde vero praecipue Pictavis, fiebat, doctorumque conclusio legitur ap. QUICHERAT, III, 391 sq. Haec sufficiant in *Chartul.* — Caeteros magistros Pictavis examinantes, scil. Johannem Erault, mag. theol. (si fuerit Joh. Heraudi, tunc est Parisiensis — vid. p. 89) et Jacobum Maledon, non invenimus Parisiis studentes. Mag. Johannes Matisconens. (quem QUICHERAT, III, 27, 29, aliique perperam vocant « Maçon ») fuit celeber doctor Aurelianens. Hugo Combarelli, ab an. 1424, Febr. 14, episc. Pictavens., fuit legum doctor seu licent. (Reg. Lat. Mart. V, n° 239, fol. 35), etc.

1. De ipso et sequenti pluries supra. Gerardus Macheti cum aliis Johannam Cainone examinavit. — Dum Petrus de Versaliis auctoritatem papae super auctoritatem Concilii generalis extulit, Gerardus Macheti tunc et postea cum magna parte oppositum propugnavit. — **2.** Vid. p. 108, not. 14. Jordanus Morini tunc Roma redierat, ubi morabatur ut « decanus facultatis theol. studii alme Urbis », quo nomine vocatur Januario et Februario (Suppl. Mart. V, n° 228, fol. 3b; n° 239, fol. 32b), mense tamen Junii « tunc decanus », etc. (n° 229, fol. 81b, n° 232, fol. 47), obtinuit canon. Biterrens. et eccl. paroch. de Nuello Pictav. dioec. An. 1419, Septemb. 4, ab episcopo Paris. ad canon. Paris. nominatus, nunquam Parisios accedere (Arch. nat., LL 114, p. 10), et episcopatum Silvanectens., ad quem an. 1429-1430 per Martinum V assumptus erat, nunquam ingredi potuit (vid. DENIFLE, *La desolation*, etc., n° 943, not.). Ab an. 1432, Decemb. 12, ambassiator regis Franciae Caroli VII in Concilio Basil. fuit, et cum aliis praeeminentiam Concilii super papam sustinuit (*Mon. Concil. gen. saec. XV*, t. II, p. 608, 628). Quid mirum, cum an. 1433 ambassiatores Caroli VII regis Franciae declaraverint, per totum regnum Franciae discussione habita, conclusum esse, « papam absque consensu Concilii illud non potuisse dissolvere » (*Mon.*, etc., l. c., p. 389, ad haec ibid., p. 137 sq., 392), dum tamen fortiter jus regis Caroli VII, adjuti a Concilio, contra Henricum Angliae et ducem Burgundiae propugnaverint (ibid., p. 412 sq.). Haec pro tom. IV sufficiant. — **3.** QUICHERAT, III, p. 203, perperam « Lombart » Normannus fuit (cf. supra p. 108, not. 12, et p. 272, 321). Primus rector Universitatis Pictavens. evasit (FOURNIER, *Statuts et privilèges*, III, p. 287). — **4.** Qui supra p. 322 vocatur « Seguinus Cognati », ap. FOURNIER, l. c., « Seguin Cousin ». An. 1416

bacc formatus theol Parisius. — **5.** Qui p. 322 nominatur « Guillelmus Merici », tunc bacc formatus theol Parisius Ap. FOURNIER, l. c., p 286 · « Merice », p. 290 « Emeric ». — **6.** An. 1456, pendente processu rehabilitationis annos 70 natus erat (QUICHERAT, III, p. 202) Ex quo concludimus eumdem esse ac Guillelmum Seguini, an 1416 licentiatum in theol. (vid. supra p. 322), nam tunc annos 30 natus fuisset. QUICHERAT, V, p 564, Seguinum confundit cum carmelita Petro Seguin. — **7.** Confessor reginae Mariae, uxoris Caroli VII, ab an. 1435 episcopus Silvanectens. (vid. supra n° 2215). QUICHERAT, III, p. 92, not. 1, perperam Simonem Bonnet, episcopum Silvanectens. ab an. 1447, substituit In relatione III, 92, solum dicitur « episcopus Silvanectensis », designando Johannem, quia ut episcopus Silvanect defunctus est Caimone examinavit. — **8.** QUICHERAT, III, p. 203, perperam « Maire » Cf. supra p. 95, not. 15. An. 1429, Febr , ut mag. art. et bacc. theol., can. eccl Pictavens occurrit (Suppl Mart. V, n° 230, fol. 262) Pictavis etiam postea fuit (cf. FOURNIER, l. c., p. 289 sqq.) An 1437 sexagesimum aetatis suae annum transierat, semper bacc. theol. (Suppl. Eug. IV, n° 331, fol. 219), ad quem Gerardus Macheti plures epistolas scripsit. — **9.** Ap. QUICHERAT, V, p. 471, vocatur inquisitor Tolosanus, sed revera tunc prior conventus Pictavens. fuit, nondum baccal. (vid. supra n° 2367, not. 2, ubi plura de eo). — **10.** An. 1408 mag. art Paris., ibique ibidem an. 1413 (BUL., V, 907). Post plures annos Pictavis (vid. FOURNIER, l. c, p. 297) et Andegavis fuit, cum Guidone de Versalhis ab an 1433 in Concilio Basil. (cf. HAURÉAU, *Hist. littér du Maine*, VIII, p 97 sqq.) nomine episcopi Andegavens (HALLER, *Concil. Basil.*, II, 424), et e parte eorum fuit, qui praeeminentiam Concilii super papam proclamarunt, immo aptissimus inventus est, qui ad Eugenium papam missus eum Concilio obsequentem redderet. Vid. orationes coram papa apud MANSI, *Concil.*, XXX, p. 934, 939. Praeterea *Mon. Concil gen. saec. XV*, t. II, p. 618, 788, 811 sq., 814, 816 sq., etc. In Concilio (p. 369) vocatur mag. theol., sed in Suppl Eug. IV, n° 295, fol. 279, 296, fol 189, 302, fol 263, ad an 1435, cum esset can. S. Martini Turon., solum bacc. formatus theol., « tendens ad gradum doctoratus ». — **11.** De Gersone vid. infra n° 2371, not 1. Epistola Jacobi Gelu, tunc archiepiscopi Ebredunens., olim Parisius studentis (vid. supra n° 1787), ap QUICHERAT, III, p. 393; LANERY D'ARC, *Memoires*, etc., p. 565. Quantum ad Concil. Basil. ut alii opinatus est, et hoc coram Eugenio IV proposuit, papam non potuisse dissolvere Concilium, seque adhaerere Concilio (*Mon Concil. gen. saec. XV*, t. II, p. 191)

2370. *Universitas Paris.* Tractatum de bono et maligno spiritu *contra Johannam d'Arc composuit, vel transcribendum curavit*

1429, eptemb., Parisius.

In *Libro majoris bedelli facult. theol.*, Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 112, legitur post 22 mensis Septemb. « Item pro copia unius tractatus de bono et malino spiritu, viij sol. ». Eum post recessum Johannae d'Arc ab urbe Paris. scriptum esse, supra in *Introductione* ad hos numeros annotavimus. Hoc est primum testimonium hucusque ignotum, quod probet Universitatem facto Johannae curam dedisse. In Processu etiam Universitas seu ejus magistri saepe de bonis et malignis spiritibus quaestiones interjiciunt (QUICHERAT, I, 169, 203, 206, 209 sq , 242, 276), et Johannam « malignis spiritibus » consultam affirmabant. Idem asseruit Universitas Parisius (vid. QUICHERAT, I, 399). In fine etiam vitae Johanna dixisse fertur « Soient bons, soient mauvais esperilz, ilz me sont apparus » (I, 480). Henricus de Gorinchem insuper in suo opusculo quaerit, an virgo per spiritum bonum, an per spiritum malum agat (III, 412). In tractatu supra nominato verisimiliter doctrina de discretione spirituum exponebatur. Non dubitandum Johannem Nider istum etiam tractatum designasse cum narrat multos dubitasse, an Johanna diabolico, an divino spiritu regeretur, proindeque quosdam viros litteratissimos tractatus scripsisse (QUICHERAT, IV, 503)

2371. *Ut aliqui religiosi Bituris vel in circumvicinis partibus habitantes asserebant, Universitas Paris*, « *seu potius inimici regis* » *Caroli, Romam Martino scripserunt, accusantes Johannam d'Arc ut haereticam Revera* la Pucelle *a quibusdam ut haeretica habetur, cum exigat ut suis verbis fides adhibeatur et praetendat se futura praedicere. Cancellarius Universitatis Paris (Joh. Gerson) tamen in Johannae favorem, honorem et defensionem optimum librum composuit*[1]

1429, Novembris 20, Bituris.

Epistola nobilis viri Pancratii Justiniani ad suum patrem Venetiis commorantem in *Etudes religieuses, histor. et littér.*, t. LXVI (Paris, 1895), p. 622 — Verisimiliter de rumoribus solum agebatur. Certe nec in Supplicationibus et Registris Martini V Arch. Vat., nec alibi quidquam de hac re invenitur, neque Universitas in sua epistola ad papam an 1431 (infra n° 2390) hoc commemorat Ut vero in n° praecedenti annotavimus, Universitas se tunc temporis de Johanna d'Arc et de discretione spirituum occupavit. Vix tamen Johannam jam ut vere *haereticam* habuit.

1. Vid. *Opp. Gerson.*, IV, p 864 sqq.; QUICHERAT, III, 298, V, 464. Johannes Gerson opusculum Lugduni an. 1429, Maii 14, finivit Pancratius Justiniani illud Venetias misit, ut dux Venetorum perlegeret.

2372. *Universitas duci Burgundiae scribit ut Puella, in ditionem ejus redacta, in manus justitiae Ecclesiae remittatur atque Parisios secure ducatur, et fiat ei processus de idolatriis reliquisque materiis fidem concernentibus.*

1430, Maii 25-26, Parisiis.

Vel amissa epistola, cujus memoria servatur in altera epist. duci Burgundiae missa (nº 2374), vel eadem est ac epistola vicarii inquisitoris. In priore, quantum ex altera apparet, nullam de episcopo Belvacensi (P. Cauchon) mentionem Universitas injecerat, quam in altera, instigante ipso Cauchon, addidit. Johanna, Maii 23, capta fuit in territorio ante Compendium sito, ad dioec. Belvacens. pertinente (oppidum Compendii vero dioec. Suessionens. fuit), et die 25 nuntius Parisios pervenerat (QUICHERAT, *Proces de Jeanne d'Arc*, IV, p 458). Certe haec epistola, si distinguenda est, scripta est eadem die qua litterae vicarii generalis inquisitoris [Martini Billory, O. P., mag. theol.] de eodem negotio ad ducem Burgundiae, i. e. Maii 26 (QUICHERAT, *Procès*, I, p. 12), vel jam Maii 25, ut scribitur in ms. lat. 8838, fol. 35[b] (fortasse *j* post *xxv* in originali solummodo linea fuit, qua prima littera sequentis « Jour » incipiebat). Cum litterae inquisitoris tam a notario Universitatis et curiae episcopal. « le Fourbeur », quam a scriba Universitatis « Hebert », signatae sint, litterae tam inquisitoris, quam Universitatis considerandae sunt, quas fortasse Universitas ut suas in altera epistola duci Burgundiae missa designavit.

2373. *Universitas Paris deliberat de litteris destinandis ad regem propter captam Johannam d'Arc.*

1430, Junii 22, Parisiis.

Die xxij Junii fuit congregatio in S. Maturino, etc., super litteris destinandis domino regi propter puellam[1], etc.

Memor. fac. decret., I, fol. 122 — FOURNIER, *La faculté de décret*, I, p. 253, hac occasione annotat (not. 1). codicem non completum esse, et facultatem anno eodem. April. 19, deliberationem quoad Johannam d'Arc, Maii 19 Rotomagi publicatam, habuisse. Sed tam deliberatio quam processus Rotomagens. non ad an. 1430, sed ad. an. 1431 pertinent. Alter error chronologicus in not. 2, tres epistolae Universitatis non ad. an. 1429, sed ad an. 1430 referendae sunt.

1. Litterae Universitatis Paris. ad regem de Johanna d'Arc mensis Junii amissae sunt. Scimus tamen ex *Abbreviatore processus* (QUICHERAT, IV, p. 262) et e relatione ipsius Petri Cauchon (I, 4, 13), regem Angliae cum suo consilio tunc minime inertem fuisse. A principio agebat cum duce Burgundiae et Johanne de Luxemburgo, ut Puella sibi redderetur, et tandem Petrum Cauchon, in cujus dioecesi capta fuit, persuaserunt, ad ipsum pertinere processum instruere et Puellam requirere. Epistola supra memorata id negotium tangebat.

2374. *Universitas duci Burgundiae iterum scribit, ut Puella inter manus inquisitoris fidei Parisiis remittatur, vel (ut nunc adjungit) Petro Cauchon episcopo Belvacensi, cujus in jurisdictione spirituali capta fuit, tradatur, ut ad reparationem scandali per eam suscitati instruatur processus fidei Secundum rumorem inimici ducis omnia impendent, ut Puella per vias exquisitas ex ejus potestate redimatur*[1] Escript. « Combien que autreffois ».

1430, ante Julii 14, Parisiis.

QUICHERAT, *Proces*, I. p. 8 — VALLET DE VIRIVILLE, *Procès de condamnation de Jeanne Darc*, p. 6. — Si hanc et sequentem epistolas Petrus Cauchon Compendium portavit, ut refert *Abbreviator processus* (QUICHERAT, IV, p. 262 sq), ibique apud ducem Burgundiae Jul. 14 fuit (ibid.. I, p. 14), hae epistolae ante Jul. 14 (non Julii 14, ut post QUICHERAT et VALLET DE VIRIVILLE vulgo asseritur) scriptae sunt.

1. Fortasse jam ad aures magistrorum pervenerat, orationes liturgicas, quae missali insererentur, compositas fuisse, ut Puella e potestate inimicorum illaesa liberaretur

2375. *Universitas scribit Johanni de Luxemburgo, ductori exercitus ducis Burgundiae, eodem modo quo duci Burgundiae.* Escript. « Vostre noble prudence ».

1430, ante Julii 14, Parisiis.

J QUICHERAT, *Procès*, I, p. 10. — VALLET DE VIRIVILLE, *Procès*, p. 7. — Unicus codex Aurelianens , nunc deperditus, notam temporis affert: « Escript à Paris le quatorziesme jour de Juillet mil quatre cens trente » Haec tamen additio nobis admodum suspecta videtur. Universitas tunc temporis epistolis suis utique quandoque diem mensis adjunxit, sed communiter sine mentione anni. Et si diem mensis expressit, semper, saltem in epistolis quae missae fuerunt (communiter etiam in *minutis*), adjunxit, in qua congregatione (v. g. apud S. Maturinum), epistola scripta fuerit. Ut opinamur, temporis nota a quodam postea adjuncta est, qui sciebat, Petrum Cauchon epistolam Jul 14 Compendii praesentasse. Sicut praecedens scripta est ea epistola ante Julii 14. Vid. ibid. notam

---

2376. *Universitas, episcopo Belvacensi (P Cauchon) scribens, miratur expeditionem Puellae e manibus regis ad jurisdictionem ecclesiasticam tanta exspectatione protelari, si Cauchon diligentior fuisset, nunc jam in ecclesiastico judicio causa ageretur. Elaboret, quatenus Puella in ditionem suam atque inquisitoris celeriter remittatur, et deinde in urbem Paris. « ubi sapientum et eruditorum copiosus numerus est », mature ducatur.* Scriptum Parisius in nostra congregatione generali ... die xxj mensis Nov., anno Domini millesimo CCCCXXX°. « Miramur, rev. pater ». *Epistolam subscripserant*. Vestri rector et Universitas studii Paris *Scriba* · HEBERT.

1430, Novembris 21, Parisiis.

QUICHERAT, *Procès*, I, p. 15. — VALLET DE VIRIVILLE, *Procès*, p. 12 — Interim enim Henricus Angliae rex Johannam d'Arc pretio 10 000 franc. auri e manibus ducis Burgundiae et Johannis de Luxemburgo emit.

2377. *Universitas Paris Henrico regi Franciae et Angliae scribit, ut Puellam mox judicio ecclesiastico, i. e. episcopo Belvacensi, et etiam inquisitori Franciae tradat. Conveniens videtur eam Parisios duci, ubi sit magnus numerus magistrorum, doctorum et aliorum notabilium virorum* Escript à Paris en nostre congregation generale ... le xxj^e^ jour de Novembre de l'an mil CCCC XXX « Nous avons de nouvel » *Epistolam subscripsit*: Vostre très humble et dévote fille l'Université de Paris. *Scriba* HEBERT.

1430, Novembris 21, Parisiis.

QUICHERAT, *Procès*, I, p. 18. — VALLET DE VIRIVILLE, *Procès*. p. 13.

2378. *Februarii 18 Rotomagum advenerunt magistri Parisiis actu regentes Johannes Pulchripatris, Nicolaus Midy, Petrus Mauricii, Thomas de Courcellis, vocati a rege Henrico Angliae*[1], *et cum ipsis alii etiam, nam Martii 4 Thomas Blount, thesaurarius Henrici regis, jubet Petrum Surreau receptorem solvere non solum unicuique supra nominatorum, sed et Jacobo de Turonia* [*O. Minor*] *atque Girardo Fueillet* [*O. Minor.*] *20 sol. turon. pro singulis diebus in judicio occupatis*[2]. *Eamdem pecuniam a Maii 6 recepit Guillelmus Erardi*[3]. *Universitas Paris. tamen praeter hos plures ab initio Rotomagum misit*[4].

1431, Febr. 18-Martii 4, Rotomagi.

1 LOTTIN, *Recherches historiques sur Orléans*, I, p. 277; QUICHERAT, *Procès*, V, p. 208 sq. — 2. LOTTIN, p. 255, QUICHERAT, p. 196 sq Mart. 4. April. 9 et Jun. 12 magistri supra nominati se pecuniam accepisse testantur (LOTTIN, p. 269, 277, QUICHERAT, p. 200, 207). Johannes Pulchripatris praeterea April. 2 recepit 30 sol. tur. ad sustentandos 3 equos, quos jam antequam adveniret Rotomagum emerat, ut ad Concilium Basil. proficisceretur (QUICHERAT, p. 198 sq.). Vicarius inquisitoris, Joh. Magistri, O. Praed , April. 14 recepit 20 salutia auri assignata (ibid., p. 202). — 3. Vid. QUICHERAT, p. 205. Erardi hoc testatur Jun. 8. — 4. Sed non invenimus quibus stipendiis.

2379. *Nomina eorum qui Rotomagi processui adstiterunt, vel saltem vocati erant*

1431, Jan 9-Maii 30, Rotomagi.

In textu conservavimus illos gradus, quibus singuli in processu ap. Quicherat decorati sunt. Non ad eos notas adjicimus, quos jam in superioribus annotavimus. Inter uncos addimus, si quis in qualibet disciplina licentiatus vel saltem jam magister artium Parisiis fuit. Facile lectorem index adjuvabit. Sic apparebit quam multi ex assistentibus ad Universitatem Paris pertinuerint, scilicet certe 80-86 hujus Universitatis supposita (quod docti hactenus ignorarunt), sicut etiam distinctio exacta veraque religiosorum Qui ex assistentibus tempore processus Parisiis actu regentes in theol., decretis, medicina fuerunt, non aegre e *Chartulario* noscuntur. Quos italicis typis scribendos curavimus, Parisiis olim studuisse non invenimus, quanquam non affirmare praetendimus aliquos eorum nunquam ibi studia habuisse. Nec quoad omnes certiores esse possumus. Codices processus negligenter scripti erroribus non carent, quorum quosdam, a doctis, etiam a Beaurepaire, nondum animadversos notamus.

Johannes de Fano qui in theol. magister dicitur, tum baccalareus tantum fuit, quod verisimiliter etiam de Jacobo Guesdon dicendum, Nicolaus Amici et Guillelmus Evrardi similiter inter magistros numerati, licentiati tamen solummodo, Boemundum de Lutrea bedellum nationis Gallicanae certo certius est fuisse nat. Anglicanae bedellum; Johannes Maugerii semel bac. theol. vocatur, cum fuerit licentiatus in jure canonico, Ricardus Lucratoris inscribitur ut bac theol., cum tunc esset bacc. decret. Nicolaus Medici primum baccal. theol , iterum magister dicitur, sicut Radulphus Silvestris communiter baccal., sed semel licent. theol inscribitur Gerouldus Postelli designatur ut licent in j. can., cum tamen esset solum baccal. in utroque Abbas Mortuimaris affertur Guillelmus, cum tamen vere fuerit Nicolaus. Fortasse etiam quaedam sequentium nominum mutanda sunt Johannes (non Mauricius) de Quesneio, Petrus (non Nicolaus) Medici, Johannes (non Radulphus) Silvestris, Johannes (non Nicolaus) le Vautier.

Aliqui horum errorum jam in *minuta* (partim gallica, partim latina) exstiterunt, sed quidam solum in redactionem latinam irrepserant, quae facta est « per magnum temporis spatium post mortem ipsius Johannae » (Quicherat, III, p. 195 sq.), et quidem per Thomam de Courcellis (l c , p. 135), qui plura memoriter solum inseruit, pluraque ipse supplevit, quae notarii minutarum consulto omiserant. In *minuta* (ms. lat. 8838) nominibus personarum generatim non adjungitur gradus quem in diversis scientiis habuerunt. Thomas de Courcellis, cui diligentia veritasque, ut e *Processu rehabilitationis* liquet, non magnae curae fuit, aliquos illo gradu decoravit, quo suo tempore gaudebant; quantum ad alios omnino erravit Abbatibus denique *minuta* nomen non praeposuit. Sic ibidem fol. 31[b], 32, 34, solum scribitur « abbas Mortuimaris », ubi Thomas de Courcellis (vid Quicherat, I, 404, 426, 465) supplevit « Guillelmum », i e. abbatem sui temporis. Ex quo concludimus, traductionem latinam non esse factam ante annum 1435, et fortasse postea.

Petrus Cauchon, episc. Belvacens , primus Judex Johannes Magistri, O Praed , secundus judex, a Martii 12

Prima dies processus (Januar 9)

Egidius [de Duremort], abbas Fiscamnens
Nicolaus abbas de Gemeticis
Petrus [Migetii], prior de Longavilla
Radulphus Rousselli
Nicolaus de Venderès
Robertus Barberii
Nicolaus Coppequesne
Nicolaus Loiselleur [*solum mag art*],
Joh [Benedicite] de Estiveto[1], in promotorem electus
Joh de Fonte [*lic. decr* 1424], in commissarium electus

Deliberant de modo instituendi processum. Habeantur informationes super his quae de factis ac dictis Johannae divulgabantur. Febr 20 invenitur etiam Fr. *Martinus Lavenu,* O. Praed.

Prima sessio.

(Febr 21). *Praesentes :*

Magistri in theologia :

Egidius [de Duremort], abbas Fiscamnens [*O S B* , *lic* 1408]
Petrus [Migetii], prior de Longavilla [*O S. B* , *lic* 1413]
Johannes de Castellione[2] [*lic* 1408]
Johannes Beaupère[3] [*lic.* 1420]
Jacobus de Turonia[4] [*O Minor* , *lic* 1422]
Nicolaus Midi[5] [*lic* 1424]

Johannes de Nibat [O Minor, lic 1424]
Jacobus Guesdon[6] [O Minor.]
Johannes Fabri [Erem S Aug, lic 1426]
Mauricius de Quesneio[7] (?)
Guillelmus Boucherii [O. Carm., lic. 1413]
Petrus Houdenc [O Carm, lic. 1424].
Petrus Mauricii [lic 1429]
Ricardus Prati[8] [Anglicus]
Gerardus Fueilleti [O Minor, lic 1429]

Doctores in jure canonico :

Abbates:
- Nicolaus [Ruffi, *O S B*, 1412 *jam doctor*] de Gemeticis
- Guillelmus [de Conti, *O S. B*, *lic* 1422] S Katherinae.
- Guillelmus [Bonnel, *O S B.*, *doctor* 1428] de Cormeliis[9]

Johannes Guerini [1415 *jam doctor*]
Radulphus Rousselli [*lic* 1416]

Baccalarei in theologia :

Guillelmus Haiton [*vel* Heton, *Anglicus*]
Nicolaus Coppequesne[10] [*mag art* 1403].
Johannes Magistri[11] [*O. Praed*].
Ricardus de Groucheto[12] [*mag. art.* 1403 ?]
Petrus Minerii[13] [*mag art* 1403]
Johannes Pigache[14] [*bac* 1416]
Radulphus Silvestris[15] (?) [*stud. theol.* 1403].

Licentiati in jure canonico :

Robertus Barberii[16]
Dionysius Gastinel[17] [*lic.* 1418]
Johannes Dulcis[18] [*mag art* 1412]
Nicolaus de Venderès[19]
Johannes Basseti [*lic.* 1418]
Johannes de Fonte [*lic* 1424].
Johannes Brulloti[20] [*lic. jam* 1403]
Aubertus Morelli[21] [*lic* 1428]
Johannes Columbelli [*lic* 1420]
Laurentius de Busco [*lic* 1420]
Radulphus Anguy [*lic* 1430]

Licentiati in jure civili :

Andreas Marguerie[22] [*mag. art.* 1403].
Johannes Ad Ensem[23]
Gauffridus de Crotay
Egidius de Campis[24]

Secunda sessio

(Febr. 22).

Praeter plerosque supra nominatos afferuntur :

Johannes Pinchon[25], lic in jure can. [*ante* 1414]
[*Joh Moreti*], *abbas de Pratellis, O S. B.*[26].
Frater Guillelmus l'Ermite
Guillelmus de Gardinis[27], doct medic. [*lic.* 1408].
Robertus Moreleti[28].
Johannes Regis [*mag art.* 1403, *bac. decr.* 1416]

Tertia sessio.

(Febr. 24).

Novi adsistunt qui sequuntur :

Mag theol:
- Erardus Emengart [*lic* 1410].
- *Johannes Carpentarii* [*Anglicus*[29], *non* Joh. Carpentarii *Gallicus* n° 1940 *allatus*].
- Dionysius Sabrevois [*lic.* 1426, *remansit solum usque circa Mart* 3, *vid not* 41]

Bac theol:
- Thomas de Courcellis [*lic* 1435]
- Guill de Baudribosco [1403 *jam bac., can. Rotomag*]
- *Nicolaus Medici* (?)[30]
- Ricardus Lucratoris[31].
- Johannes Duval[32] [*curs* 1423]
- *Guillelmus Magistri*

[Guill. le Mesle][33], abb. S. Audoeni [*O. S. B.*].
[*Joh. Labbé*], *abb. S. Georgii*[34] [*O. S. B.*].
[*Guill. le Bourc*], *prior de S. Laudo*[35] [*O. S. Aug.*].
[Petrus de la Crique], prior de Sigy [*O. S. B.*, *lic.* 1424]
} Lic. in utr. jure

Joh. de Quemino [*lic.* 1428]
Ricardus de Salicibus [*mag. art.* 1403]
} Lic. in j. can.

Nicolaus Maulini.
Petrus Carrelli[36]
Burellus de Cormellis.
} Lic. in j. civ.

Nicolaus de Fovilla [*fortasse qui 1435 mag. art.*]

Quarta sessio.

(Febr. 27).

Novi adsunt qui sequuntur :

Johannes de Fano[37], mag. theol. [*O. Minor.*, *lic.* 1433]
Johannes Le Vautier [*Erem. S. Aug.*], bac. theol.
Nicolaus Caval[39] [*mag. art.* 1403?], lic. in j. civ.
Nicolaus Loiselleur[40], [*mag. art.*]

Quinta sessio

(Mart. 1).

Novus adest qui sequitur :

Philippus Marescalli, lic. in j. can. [1424]

Sexta sessio.

(Mart. 3).

Novi adsistunt qui sequuntur :

Mag. theol. { Nicolaus Amici [*hac die solum, lic.* 1428]
Guillelmus Evrardi[41] [*hac die solum; lic.* 1429].

Doct. med. { Egidius Canivet[42] [*hac die solum; lic.* 1422]
Rolandus Scriptoris [*lic.* 1424]
Guillelmus de Camera [*lic.* 1430]

Martii 10 :

Johannes Secardi[43], advocatus [*lic. ante* 1416].

Martii 12 :

Doct. decr. { Thomas Fiesvet [1426; *hac die solum*].
Pasquerius de Vallibus [*lic.* 1426]

Nicolaus de Hubento, litt. apost. scriptor
Fr. Ysambardus de Petra, O. Praed.

Martii 24 :

[Mag.] Inguerrandus de Camporotundo[44] officialis Constantiens.

Martii 27 :

Joh. Tiphaine, med. doctor[45] [*lic.* 1418]
Fr. Guillelmus Valée [*Ord. Praed.*, *lic.* 1442. *Mss. et* QUICHERAT *perperam* Johannes]

April. 12 :

[Nicolaus de Roseriis] abbas de Mortuomari [*O. Cist.*], mag. theol. [*lic.* 1429][46]

April. 18 :

Guillelmus Adelie [*O. Praed.*], mag. theol. [*lic.* 1428]

Maii 2 :

Joh. Fouchier, mag. theol. [*O. Minor.*][47].
Bacc. theol. { Joh. Maugerii [*in j. can.*][48]
Joh. Eude.

Joh. Tabernarii[49]
Gerouldus Postelli[50], lic. in j. can.
Guillelmus de Liveto[51], lic. in j. civ.

Maii 9 :

[*Joh. Dacier*][52] *abb. S. Cornelii de Compendio* [*O S B., lic. in leg*].

Guillelmus Erardi[53], mag. theol.[*lic.* 1428].

Maii 19 :

Bertrandus de Quercu, doct. decr [*O S. B Clun , lic.* 1416][54]

Thomas Amoreti [*O. Praed., bacc.* 1435]

Maii 24 :

Henricus [*Beauford*], *card. S Eusebii*
[*Ludov de Luxemburg*] *episc Morinensis*
[*Joh. de Mailliaco*] — *Noviomensis*
[*Wilhelmus Alnwick*] — *Norvicensis.*

[*Thomas Frique*], *abbas de Becco Helluini* [*O. S. B.*][55].
[Robert. Joliveti], abb. S. Michaelis in Periculo maris [*O. S B*][56]

Maii 28 :

Jacobus Camus[57].
Nicolaus Bertin.

Julianus Flosquet[58].

Maii 29 :

Robertus Gilebert[59] [*Anglicus*], doct theol

Guillelmus de Deserto[60]

Maii 30 :

Fr Johannes Toutmouillé, O Praed.

Praeterea memoratur :

Mag Johannes Lohier, utr j doctor[61] [Summa 113[62]].

Denique notarios notabimus :

Guillelmus Colles, alias Boisguillaume
Guillelmus Manchon.

Johannes Massieu.
Nicolaus Taquel

Mentionem non fecimus eorum qui tanquam scutarii privatorum (ut Joh Monnet) vel tanquam servitores processui assistebant, vel aliquorum presbyterorum sine gradu (v. g. Maii 2), imprimis Anglicorum, omissis iis etiam, quibus alibi manentibus articuli solum missi fuerunt. Ex indagine Caroli de Beaurepaire, *Notes sur les juges ... de Jeanne d'Arc*, p. 6 sq., et nostra, ii sunt qui maxime assidui in processu fuerunt Nicolaus Midy (37 vices occurrit), Gerardus Feuillet, O Min (33), P. Mauricii (23), J. Beaupère (22), Jacobus Textoris, O. Min., et Nic. de Venderès (21), Thomas de Courcellis et Nicol. Couppequesne (19), abbas Fiscamnensis, O S. B. (18), Guil. Haiton (17), P. Migecii, O. S. B., Johannes Nibat, O. Min., et Joh. de Castillione (15), Radulphus Roussel̄li et Ysambardus de Petra, O. Praed. (14), Andreas Marguerie ac Nicol. Loiseleur (13), Joh. Dulcis et Robertus Moreleti (12), Robertus Barberii et Joh. Columbelli (11), Joh. Guerini, Jacobus Guesdon, O Min., Gauffridus de Crotay, Petrus Houdenc, O. Carm , Nicol. de Hubento, Joh. Pinchon, Joh. de Quemino, Dionys. Gastinel, Joh Ad Ensem, Joh. Fabri, O. Aug (10). Semel tantum comparuerunt unus et triginta. Praeter Petrum Cauchon et Johannem de Estiveto, Johannes Pulchripatris, Jacobus Textoris, Nicolaus Midy, Petrus Mauricii, Thomas de Courcellis et Loiseleur, quos Petrus Cauchon deputavit ut a Mart. 4 usque 9 confessiones Johannae redigerent; atque ii quatuordecim, imprimis Thomas de Courcellis, Robertus Moreleti et Loiseleur, Maii 12 electi ad judicium de torturis ferendum, maximum causae onus assumpserunt, sicut idem Joh. Pulchripatris cum Joh de Fonte, qui jubente P. Cauchon pluries Johannam interrogaverunt, Petrus Mauricii qui reae summarium responsionum ab ipsa datarum legit, Guillelmus Erardi, qui coram ea in cimiterio S Audoeni praedicavit, Nicolaus Midy qui eam in Foro veteri ante supplicium allocutus est. Johannes Pulchripatris et Nicolaus Midy cum Jacobo Textoris et Gerardo Feuilleti, ambobus O. Min , aptiores a Petro Cauchon inventi sunt qui 12 articulos Parisios portarent et Universitatem inducerent, ut sententiam contra Johannam ferret. Inter Ordines religiosorum ferventissimi in processu apparuerunt magistri Ord. S B. et Ordinis Minorum Ad Ord. Praed. officium inquisitoris pertinebat, sed inter varios religiosos hujus Ordinis processui assistentes solum duo magistri theol. inveniuntur, ter tantum memorati, dum tamen Ordini Minorum sex theologi, quatuor ab initio, ascripti erant, quo facto assertio Sim. Luce in suo libro *Jeanne d'Arc à Domremy*, p. CCXXIX, fratres Minores causam ducis Aurelian. et Armagniacorum propugnasse, fere inanis redditur, cum Minores etiam fuissent confessores Isabellae reginae, quae Carolum VII filium suum jure suo privavit (vid. infra nº 2432, not.).

1. Fuit promotor generalis dioec. Belvacens., can. Belvac. et Bajocens., suppositum Universitatis Paris. Inter fabulas recensendum quod QUICHERAT, I, 7, not. 1, scribit, Estivet « s'est noyé dans un bourbier, *peu de temps après* le supplice de sa victime », nam an. 1437 Rotomagi (Vid. BEAUREPAIRE, *Notes*, etc., p. 26 sq), solum an. 1438, Octob 20, defunctus erat, capellaniam Universitatis fundationis Savoisy possidens (*Mem. sur les bénéfices*, p. 100) — **2** Canonicus Ebroicens Jam a longo tempore in Universitate, non confundendus est cum juniore, episcopo Constant. Cf infra Cursores an. 1436. — **3.** Vid. p. 89, not. 15. An. 1430, Sept 6, nominatus ab Henrico VI canon. Rotomagens —**4.** Seu « Textoris », de quo saepe in *Chartul.* — **5.** An. 1431, April. 21, nominatus canon. Rotomagens. ab Henrico VI, coram quo eodem anno eas fecit propositiones (vid nº 2399) quas ipse coram Carolo VII an. 1437 fecisse vulgo dicitur. Juxta *Processum rehabilitationis* (QUICHERAT, III, 165) mox post condemnationem morbo leprae percussus defunctus est Ast an. 1438, Novemb. 8 adhuc vixit. Vid. BEAUREPAIRE, l. c, p. 41, not. 3. An. 1433, Febr. 28, rector Universit Lovan. (*Fasti academici stud. gener. Lovanien.*, p 35). An 1434 in Concil. Basileensi (*Mon. Concil gen saec. XV*, t. II, p. 714). — **6** Quo jure inter magistros theologiae afferatur, nescimus. An. 1427, tunc guardianus conventus Rotomagens., in supplicatione ad Mart. V, narrat, se propter certas causas a Johanne Guesdonis ministro provinciali provinciae Franciae O Min. excommunicatum fuisse, per octo annos Parisiis theologiae studuisse, et a capitulo provinciali designatum esse ad legendam Bibliam (Suppl. Mart. V, nº 208, fol. 192). Minime ergo an. 1431 magister theol esse potuit, saltem non Parisiens. — **7.** In *minuta* processus (ms. lat. 8838) plerumque scribitur « de Quercu » (fol. 30-32), quod QUICHERAT non annotavit. In Universitate Paris. invenimus solummodo JOHANNEM de Quesneio, lic. in theol. an. 1429 cum aliis qui processui astiterunt, scil. Guillelmo Evrardi, Nicolao de Rouseriis, Gerardo Feuleti, Johanne Silvestris, et qui saepe in Supplic. occurrit, v. g nº 146, fol 167ᵇ, nº 162, fol. 30 (ad collat. abbatis de Beccoheluini), nº 296, fol. 29 (beneficia in Rotomag. dioec.), nº 308, fol 22 (can. de Salceya Ebroic. dioec). An. 1434, Septemb., in Concilio Basil. (*Mon. Concil. gen. saec. XV*, t. II, p. 743). — **8.** Cum esset decanus capellae regiae et cancellarius eccl Sarisberiens., an. 1438, April. 21, ab Eugenio IV factus est episcopus Cicestrens. (Arch. Vat. Oblig., nº 66, fol. 41). — **9.** Iste abbas a BEAUREPAIRE ad an 1431 bis sub diverso nomine affertur · p 129 eum perperam vocat (ut ap. RYMER, *Foedera IV*, part. 3, p. 94, ad an 1419) « Johannem Taisson », qui fuit successor Guillelmi, p 106 recte « Guillelmum Bonnel ». — Sequens magister, Johannes « Garin », fuit Rotomagens. et can. Rotomagens. Vid. supra p. 101 et BEAUREPAIRE, p. 71. — **10.** Can. Rotomagens Vid. BEAUREPAIRE, p 60. — **11.** Fuit vicarius mag Joh. Graverent, O Praed, inquisitoris Franciae, tunc impediti alio processu (vid. nº 2359). De Johanne Magistri vid. BEAUREPAIRE, *Notes*, p. 24. Designatur ut bacc theol. Sed eum minime inter Paris invenimus. — **12.** Ibid., p. 118. — **13.** Non confundendus cum carmelita, ejusdem fere nominis, an 1432 baccal. biblico. — **14.** BEAUREPAIRE, *Notes*, p. 119. — **15.** Hic iterum premimur. Studebat olim quidam Radulphus Silvestris (Sauvage) Parisius theologiae (vid. supra p. 98). Sed ap. QUICHERAT, III, 89, narratur, JOHANNEM Sauvage, O. Praed, fuisse in processu contra Johannam, attamen nunquam affertur. QUICHERAT, I, 39, not. 3, et BEAUREPAIRE, p. 113, ambos confundunt. Radulphus vocatur communiter baccalareus, sed p. 337 « licentiatus in theol. ». Revera Johannes Sauvage O. Praed. fuit licent. in theol. an. 1429, et solum an. 1431, Nov., magister fuit. Verisimiliter semper scribendum « Johannes Sauvage » pro « Radulphus ». — **16.** Can. Rotomagens. Vid BEAUREPAIRE, p 75. — **17** Can. Rotomagens. Ibid., p. 73. — **18.** Ibid., p. 99. Vid. supra nº 1944, not An. 1427 jam in utroque jure lic., rector paroch. eccl S Martini juxta pontem Rotomag., familiaris cardinalis Johannis de Rupescissa (Suppl. Mart V, nº 210, fol. 199). — **19.** Can. Rotomag. Ibid., p. 94. — **20.** Cantor Rotomag. Ibid, p. 57. — **21** Advocatus curiae Rotomag. Ibid., p. 100. — **22** Ibid., p. 82, In utroque j. lic. et archidiaconus Parvi Caleti Rotomag., an 1423 obtinuit, ut alius pro ipso archidiaconatum visitaret (Suppl Mart V, nº 160, fol. 247). Vid supra p 108, not. 22 — **23.** Can Rotomag. BEAUREPAIRE, p. 48, qui eum vocat « originaire vraisemblablement de Normandie ». Sed in Suppl. Mart V, nº 149, fol 24, vocatur « in utroque jure licent et presb Paris. », ad an. 1421. De sequenti vid. BEAUREPAIRE, p. 98. — **24** Can. et decanus ab an. 1435 Rotomag Ibid., p. 63. An 1414 ut scholaris Paris. in art. affertur. — **25** An. 1428 archidiaconus de Josayo Paris. et de Molendino Senonens. dioec., canon. Rotomag. et Bajocens., litigabat de canon. Tornacens et Ebroicens. (Suppl Mart. V, nº 229, fol 226). Vid. de ipso BEAUREPAIRE, p. 88. — **26.** Cum esset prior dicti monasterii Lexoviens. dioec, an. 1420, Nov. 27, confirmatus in abbatem (Reg. Lat Mart V, nº 217, fol. 174ᵇ). An. 1432, Sept. 11, jam defunctus erat (Arch. Vat, XII, 121, p. 273). Vocatur licent. in utr. jure. — **27.** Can. Bajocens. et Rotomag. Vid. BEAUREPAIRE, p. 67 sqq. An. 1418-1419 in urbe Rotomago inclusus erat. Vid. supra nº 2119. — **28.** Art. magister Paris. Cf. Suppl Mart. V, nº 226, fol. 203ᵇ, Eugen. IV, nº 379, fol. 230, ubi ad an 1442 ut can. et cancellarius eccl. Rotomagens. occurrit. — **29.** An. 1429 fuit rector paroch. eccles. de Beaconsfield Lincolniens. dioec., an. 1435 hospitalis S. Antonii Londoniens. custos (Suppl. nº 242, fol 171ᵇ, nº 304, fol. 43ᵇ) — **30.** Hic vocatur « baccal theol. », Febr. 27 : « magister theol. » Fortasse etiam perperam « Nicolaus » vocatur, et scribendum PETRUS Medici, licent in theol. 1428, magisterque eodem anno, qui fuit presb Ebroicens dioec et an. 1425 vicariatum in ista eccles. petiit (Suppl. Mart. V, nº 180, fol. 190). — **31.** Mag. art., et bacc. decr. Paris., an. 1436, Decemb. 3, licentiatus. Vid. infra nº 2494. — **32** Presbyt. Rotomagens., mag. in art. Paris., an. 1422 petit canon. Meldens. (Suppl. Mart. V, nº 153, fol. 293), an. 1425 ecclesiam de Estram Rotomag. dioec. (nº 176. fol. 239). Ubique scribitur « de Valle ». An 1439, elector antipapae Basileae, vocatur mag. theol. (*Mon. Concil. gen. saec. XV*, t III, 424) — **33.** Abbas S. Audoeni ab an. 1428, Jun. 4 (Arch. Vat., XII, 121, p. 226). Antea fuit abbas S. Catharinae Rotomagens Cf. BEAUREPAIRE, p 108. Parisius an. 1418 professor in jure can fuisse dicitur (*Gall. christ*, XI, 129). — **34** De Bosquiervilla Abbas ab an. 1417, Nov. 11 (*Gall. christ.*, XI, 272). — **35.** Ab an 1411, seu 1413 (vid. FARIN, *Hist. de la ville de Rouen*, VIᵉ part., p 10. BEAUREPAIRE, p. 133). — **36.** QUICHERAT, I, 66.

p. 81 « Cave » pro « Carre » Fuit mag. art. Paris., cler. Lexoviens. (Suppl. Mart. V. nº 129, fol. 25b) — **37.** Ibid. perperam « Favo », et VALLET DE VIRIVILLE, *Procès de condamnation*, p. 51, 273 « du Fou »! In processu etiam male vocatur « magister theol. », an. 1428-1429 solum Sententiarius. — **38** Fortasse scribendum « JOHANNES Vautier », O. Erem. S. Aug., qui an. 1431 fuit Sententiarius. Nicolaum non invenimus. — **39** Can. Rotomag. Vid. BEAUREPAIRE, p. 58 sqq. — **40.** Seu « Aucupis ». Baccal. theol solum an. 1431, Octob. Vid. nº 2415. An. 1420 et 1421 quasdam ecclesias in dioecesi Carnotens. petivit (Suppl. Mart. V, nº 142, fol. 136; nº 150, fol. 156b). An. 1421 can. Rotomagens (vid BEAUREPAIRE, p. 75 sqq, ubi plura de ipso). An. 1429 etiam canon. Carnotens., et praeposituram de Ingreyo in eccl. Carnotens possidebat (Suppl. nº 236, fol. 212). Basileae solummodo ab an. 1435 fuit. Inter fabulas recensendum, quod in *Processu rehabilitationis* narratur (III, 162), eum a Rotomago fugisse, Basileae subito obiisse, etc., fortasse paulo ante an 1465 defunctus est, et certe adhuc 1442 vivebat (Suppl. Eug. IV, nº 373, fol. 177). — **41** Sicut multi alii solum semel, et quidem mutus, processui assistebat Jam nis 2301, 2358 diximus, eum non confundendum esse cum Guillelmo Erardi, an. 1428 licent. Nicolaus Amici et Guillelmus Evrardi, solum licentiati in theol, statim post Mart. 3 an. 1431 cum Dionysio de Sabrevois, Egidio Canivet, Thoma Fievé, Basileam profecti sunt, ubi jam ab April. 9 usque 12 advenerunt (vid HALLER, *Concil. Basil.*, II, p 5 sq). Quod ignorans, BEAUREPAIRE, p. 44, lectoribus suspicionem injicit, quare Petrus Cauchon ab istis doctoribus nullam determinationem de Johanna exegerit. Perperam etiam AYROLES, *La vraie Jeanne d'Arc*, p. 186, asserit, primos deputatos Universitatis solum in fine Maii Basileam applicuisse. — **42.** In registris processus. « Quenivet ». — **43.** An. 1420 ut « mag. ac in decr Parisius cum rigore examinis lic. » et can Rotomagens. affertur (Suppl. Mart V, nº 133, fol. 52b). QUICHERAT perperam « Fecardi ». — **44** An. 1435, Martii 3, jam ut defunctus affertur (Suppl. Eugen IV, nº 293, fol 142b). — **45.** Can. Rotomag., cum antea fuisset can. capellae regiae Paris (BEAUREPAIRE, p. 41). — **46** In processu quandoque (I, p. 404, 426, 465) « Guillelmus »; sed perperam. Vid. supra p. 518. An. 1431 Nicolaus de Roseriis seu de Altomonte abbas fuit Mortuimaris (vid nº 2338), et etiam an. 1431, Febr. 20, abbas nominatur, an 1434 adhuc regens Parisiis. QUICHERAT, I, 337, not, VALLET DE VIRIVILLE et BEAUREPAIRE, p. 107, eum vocant Guillelmum Theroude, qui fuit successor Nicolai, minime tamen inter magistros theol. Paris. allatus Caeterum, quae BEAUREPAIRE de isto Theroude affert, ad praedecessorem Nicolai de Roseriis, scil ad Guillelmum de Edua, ab an. 1428 abbatem Claraevallens., pertinent, non ad successorem Nicolai, scil. Guillelmum Theroude. — **47.** An. 1439, Octob 20, « famosus s pagine professor mag Johannes Foucherii, Ord. frat. Minorum, ipsiusque Ordinis in provincia Rothomagensi custos » Cadomi, dum privilegia istius Universitatis publicabantur, praedicavit (BENET, *Inventaire des archives de l'Université de Caen*, I, p. 144). Fouchier utique olim theologiae Parisiis studuit, sed minime eum inter licentiatos ibidem invenimus. — **48** Perperam inter bacc. theol. recensetur, nam bacc. in jure can. fuit jam an. 1403 (supra p. 99), et tunc licentiatus. — **49.** Advocatus curiae Rothomagens Vid BEAUREPAIRE, p. 100. — **50.** An. 1434 solum bacc. art. et in utroque jure, presbyter, qui defectum natalium patiebatur (Suppl Eugen. IV, nº 291, fol 69b). Fuit advocatus curiae Rotomagens. — **51.** Fuit etiam mag. art et bacc. decret. (Suppl. Mart V, nº 160, fol. 173) An. 1431, Jan. 18, can Rotomag. per Henricum VI. Cf. BEAUREPAIRE, p. 61 sq — **52.** Cum esset prior de Bessono, an. 1418, Febr 21, factus est abbas Bellifontis, an. 1424, Jun. 23, abbas S. Cornelii Compendiens. (Arch Vat., XII, 121, p. 98, 175). — **53.** Vix alius magister Universitatis sic intime cum Petro Cauchon amicitia et pro causa Anglorum ligatus erat. An. 1430 simul pro Henrico VI in Campaniam profecti sunt (vid. nº 2360), et an. 1435 pro ipso Atrebati decertarunt (vid. infra), iterumque an 1439 ambo in Anglia fuerunt, ubi Erard defunctus est. Cf. nº 2301. — **54** Nihilominus an. 1439, Martii 27, ab Eugenio IV abbas S. Petri Hanonens. Atrebatens. dioec., institutus est (Arch. Vat. Oblig., nº 66, fol 45b) An 1429 contra colleg. Cluniacens. Paris. in Parlamento decertavit (Arch. nat., X1a 4796, fol. 93). — **55** Seu « de Becco », abbas ab an. 1430, Jun. 9, confirmatus Aug. 18, cum esset prior monasterii (Reg. Lat. Mart. V, nº 298, fol. 122). Cf. BEAUREPAIRE, p 128 — **56.** Vid. supra p. 78, not. 2. Abbatiam. adhaerentem Carolo VII, jam an 1419 reliquit, transfugiendo ad Anglos. An 1416 ut bacc. decret Paris affertur (*Mem. fac. decr.*, I, fol 24b). Vid. de ipso *Mem. de la soc. des antiquaires de Normandie*, XXX, p. 98, 111, BEAUREPAIRE, p. 129 sqq, DENIFLE, *La désolation des églises en France*, nis 203. 204. — **57** Cum aliis ab Henrico VI a Paris. civitate ad Rotomagens vocatus est. Vid. BEAUREPAIRE, *Recherches sur le procès de condamnation*, etc., in *Precis analytique*, etc. (1868), p. 508, not. Ast minime mag theol. Paris fuit, Parisiis tamen studuit, ubi plures « Camus » tunc studuerunt. An 1438, Octob, can Remens., ut defunctus affertur (Suppl. Eugen. IV, nº 344, fol. 51b). — **58** In Suppl. Mart. V, nº 121, fol. 31b ad an 1419, et Eugen. IV nº 293, fol. 17b ad an 1434 (can Morin.) est sine gradu scientifico. — **59** Tunc fuit decanus capellae regiae Anglic. Cum jam esset decanus eccl. Eboracens. (ab an. 1433), narrat, quod tamquam decanus capellae cum rege Henrico V in Francia fuit, et « dum in ipso regno (Franciae) bella, occisiones, incendia et multa alia et similia mala perpetrata erant », tunc « gaudebat corde suo, quando gentes regie sue compatriote victoriam habuerunt, et eis victis interdum ab intimis condolebat » (Suppl Eug. IV, nº 308, fol. 269, ad an 1435, Nov. 17). An. 1436, Maii 21, confirmatus in episc. Londoniens. ab Eugen. IV, cum esset decanus Eborac. (Arch. Vat. Oblig, nº 66, fol. 26). Per hoc solvitur dubium ap. BEAUREPAIRE, p. 117. — **60** Can. Rotomag. et de Parisiis oriundus, mag. art. et an. 1431, Nov, bacc. decr Paris. (*Mem. fac. decr.*, I, fol 147). — **61.** Cum pendente processu Rotomagi esset, instrumentis inspectis processum irritum declaravit. Vid. QUICHERAT, II, p. 11, 341, 380, III, p. 58, 138. De eo infra nº 2396. — **62** VALLET DE VIRIVILLE, *Proces*, p. 272-279 enumerat 170, ast inter hos multi inveniuntur, qui non Rotomagi, sed alibi, v. g. Parisiis morabantur. Sed hoc modo multo plures quam 170 admittendi essent, nam v. g. Universitas Paris., quae de 12 articulis sententiam tulit, non ex istis solis 17 magistris qui ut testes tantum subscripti sunt, constituebatur.

2380. *Martii 18, conclusum est coram 12 deputatis quod « ex interrogatoriis et responsis ipsius Johanne, certi formarentur articuli qui coram judicibus [P. Cauchon episc. Belvacensi et Joh. Magistri vicario inquisitoris] et contra ipsam Johannam in judicio proponerentur ». Martii 22, praesentatis iis articulis coram deputatis*[1]*, ordinatum est, quod « illa que prius ex registro confessionum predicte Johanne extracta fuerant, in pauciores redigerentur articulos per modum assertionum vel propositionum. Qui quidem articuli deinceps singulis doctoribus et magistris communicarentur, ut facilius suas deliberationes reddere valerent ». Martii 26, articuli lecti sunt coram 12 deputatis*[1]*, qui deliberarunt « quod hujusmodi articuli erant bene compositi et quod super istis dicta Johanna interrogaretur et audiretur », Martii 28 coram Johanna d'Arc. Haec est origo septuaginta articulorum*[2]

1431, Martii 18-26, Rotomagi.

Magistri deputati, qui priores articulos composuerunt, vel saltem de istis deliberarunt, sunt sequentes :

Doct theol:
- Egidius, abbas Fiscamnensis [*O S. B.*].
- Petrus, prior de Longavilla [*O S. B*].
- Joh Pulchripatris.
- Jacobus de Turonia [*O. Minor.*]
- Nicolaus Midi
- Petrus Mauricii.

Gerardus Fueilleti, doct. theol. [*O. Minor*].
Radulphus Rousselli, doct. in utr j.
Nicolaus de Venderès, Johannes de Fonte — lic in j. can
Nicolaus Coppequesne, Thomas de Courcellis — bac. theol.

Qui eos ad 70 articulos redegit, verisimiliter est promotor Johannes de Estiveto.

QUICHERAT, *Procès*, I, 188-195 — Supradicti magistri concilium deputatorum quodammodo componunt, quemadmodum in re Johannis Parvi an. 1413 acta. Quoad articulos, vid. supra Introductionem.

1. Iisdem ut Martii 18, exceptis duobus primis et Nicolao Coppequesne, quibus substituebantur Johannes de Castellione, Andreas Marguerie et Nicolaus Loiseleur — 2. Ap. QUICHERAT, I, 204-323.

2381. *Judices P. Cauchon ac J. Magistri cum aliquibus magistris visitant 70 articulos, interrogatoria et responsiones Johannae. Ex quibus certae assertiones et propositiones extrahuntur, sub forma 12 articulorum, multa dictorum Johannae compendiose comprehendentium. Concludunt, hos articulos doctoribus et peritis tam in jure divino quam humano transmittendos esse*[1].

1431, Aprilis 2-5, Rotomagi.

QUICHERAT, *Procès*, I, 326-327. — Qui eos redegit teste Thoma de Courcellis fuit mag. Nicolaus Midy (III, 60). Non bene redacti inventi sunt (III, 196). Jacobus de Turonia afferebat correctiones, de quibus ibid., III, 143 sq. Sed in Processu de hoc altum silentium.

1. 59 theologis et juristis (Universitate Paris et capitulo Rotomagens. non comprehensis) missi sunt, ut noscerentur eorum sententiae, quae leguntur ap. QUICHERAT, I, p. 337 sqq., post 12 articulos (p. 328-336). Minime omnes responsiones fuerunt secundum mentem Petri Cauchon.

2382. *Magistri ab episcopo Belvacensi et vicario Inquisitoris requisiti deliberant de duodecim articulis contra Johannam retentis Apparitiones et revelationes quas ea jactat, aut esse fictiones humanitus adinventas, aut*

a maligno spiritu processisse; praeterea idolatriam et schismatica plura agnoscunt, immo Johanna de haeresi vehementer suspecta est.

1431, Aprilis 12, Rotomagi.

Magistri deliberantes :

Professores theologiae:
- Erardus Emengart, praesidens.
- Johannes Beaupère
- Guillelmus le Bouchier [*O Carm.*].
- Jacobus de Turonia [*O. Min*].
- Nicolaus Midy.
- Petrus de Migecio [*O. S. B*], prior de Longavilla.
- Mauricius de Quesneyo.
- Johannes de Nibat [*O Min*].
- Petrus de Houdeng [*O Carm.*].
- Johannes Fabri [*Erem S Aug*].

Prof. theol:
- Petrus Mauricii
- Abbas de Mortuomari [*O. Cist*].
- Gerardus Fueillet [*O Min*]
- Ricardus Prati.
- Johannes Carpentier.

Guillelmus Haiton, bacc. theol.

Radulphus Silvestris, lic. theol.

Bacc. theol:
- Nicolaus Coppesquesne
- Ysambardus de Petra [*O. Praed.*]
- Thomas de Courcellis.

Nicolaus Loiselleur, mag. art.

Quicherat, *Procès*, I, p. 337 sqq. — Haec deliberatio magistrorum supra nominatorum cum 12 articulis aliis viris notabilibus et Universitati Paris. missa est.

2383. *Henricus VI, rex Franciae et Angliae, in suis litteris ad Thomam Blount, thesaurarium suum, scribit, Johannem Beaupère, Jacobum de Thouraine, O. Min , Nicolaum Midy, Gerardum Fueillet*[1] [*O. Min.*], *magistros theol., e sua parte nunc Parisiis esse, ut ibidem duci Bedfordiae, magno Consilio et Universitati Paris. exponant processum « affin que sur ce lesdits de l'Université renvoyent leur déliberacion et conclusion ». Recipiant pro itinere 100 libr. turon.* Donné en nostre ville de Rouen . le xxj[e] jour d'Avril, l'an de grâce mil CCCC trente ung, et le ix[e] de nostre règne après Pasques. « Nous voulons ».

1431, Aprilis 21, Rotomagi.

Lottin, *Recherches hist. sur Orléans*, I, p 270. — Quicherat, *Procès*, V, p. 203 sq.

1. In litteris Universitatis iste magister omittitur.

2384. *Universitate Paris. April. 29*[1] *apud S. Bernardum congregata, Petrus de Gouda, rector Universitatis*[2], *lectis litteris Henrici regis Angliae ad Universitatem destinatis, deliberationem super 12 articulis contra Johannam d'Arc eorumque qualificationem, consensu habito omnium facultatum et nationum, facultatibus theologiae et decret. commisit. Maii 14 facultas theologiae in congregatione Universitatis apud S. Bernardum per organum mag. Johannis de Trecis [O. Maturin], facultatis decani vices gerentis, exposuit quod « vicibus iteratis quelibet theologie et decret. facultatum, quam in se tota, quam in deputatis per eandem, fuerat congregata . . pro determinacione habenda et qualificatione 12 articulorum facienda, et tandem quelibet earumdem post maturam diuturnamque deliberationem determinaverunt per modum doctrine super premissis modo et forma »,* etc. *Deinde legi fecit deliberata tam facultatis theologiae, quam decretorum, quae scripta erant in quadam schedula papyrea, unacum 12 articulis, in conspectu Universitatis. Postea requirente rectore Johannes de Trecis et Gueroldus Boisselli, decanus facultatis decretorum, asseruerunt, haec esse deliberata facultatum. Rector ea in deliberationem facultatum et nationum posuit. Singulae in locis, « ubi in arduissimis causis et negotiis deliberandis hactenus congregari consueverunt », fecerunt sessionem et deliberarunt. Tandem Universitas per organum rectoris « ex concordi singularum facultatum et nationum*

deliberatione conclusit », quod determinationes et qualificationes duarum facultatum gratas habebat et suas reputabat. Johannes Pulchripatris, Jacobus Textoris et Nicolaus Midy instrumentum de hoc petierunt. Acta fuerunt hec Parisius, *etc.* « In nomine... Hujus presentis publici instrumenti ».

1431, April. 29, Maii 14, Parisiis.

Magistri praesentes ut testes April. 29:

Petrus de Dierreyo, theol. professor.
Gueroldus Boisselli, decr. doctor.
Henricus Tybout, in art. et med. mag.
Johannes Barrey, art. mag.
Gerolfus Holle, — —
Ricardus Abessore, art. mag.
Johannes Vacheret, principalis bedellus venerande fac. theol.
Boemundus de Lutrea, principalis bedellus venerabilis nat. Anglicane[3].

Magistri praesentes ut testes Maii 14:

Joh. Soquet, theol. prof.,
Joh. Gravestain [*Ord. Praed.*], theol. prof.,
Guerouldus Boisselli, decr. doct.,
Simon de Mara, mag. art. et med.,
Andreas Pelé, mag. art.,
Guillelmus Estohart[4], Jacobus Nutritoris, Joh. Trophardi, Martinus Berech, } Mag. art.
Joh. Vacheret, bedel.,
Boemundus de Lutrea, bed.,

cum aliorum doctorum et magistrorum singularum facultatum multitudine copiosa.

Bulaeus, V, 395. Quicherat, *Procès*, I, p. 411. — Vallet de Viriville, *Procès*, p. 208, 212 (gallice). Documentum signatum est a notariis Joh. Bourrillieti, mag. art. et lic. in decr., bacc. in theol., Michaele Heberti, mag. art., scriba Universitatis.

1. Quicherat, l. c., perperam « xix ». Corr. e mss^tis lat. Bibl. nat. Paris. 5965, fol. 134, 5966, fol. 174. — 2. Rector Mart. 24-Jun. 23. Cf. *Auctar.*, II, p. 449, not. 2. — 3. Mss. et Quicherat perperam « Gallicane ». — 4. Bul., Quicherat, etc. « Oscohart ». In Suppl. Mart. V, n° 131, fol. 293^b, ad an. 1420, scribitur « Estochart ». Guillelmus Estohart seu potius Estochart Octob. 10 in rectorem electus est (vid. *Auctar.*, II, p. 458, not. 4), an. 1426 lic. in decr. (n° 2267).

2385. Facultas theol. *in quemlibet 12 articulorum sententiam tulit. Puella vel fingit revelationes, vel decepta est « a malignis spiritibus et diabolicis Belial, Satan et Behemmoth », ea mentitur, leviter credit, divinatoria et idolatra est, sitibunda sanguinis humani, impia in parentes, blasphema in Deum, vergens in desperationem et temeraria, male sapit immo errat in fide, schismatica et apostatrix est.*

Facultas decretorum *respondit in 6 articulis:* « *Si dicta foemina compos sui* » *affirmaverit 12 articulos, et facta in eis contenta adimpleverit*[1], *est schismatica, erronea in fide, apostatrix, mendosa et divinatrix, errat in fide.* « *Si*[2] *praedicta foemina caritative exhortata . .. ad fidei catholicae unitatem sponte recurrere erroremque suum ad arbitrium judicis publice abjurare et satisfactionem congruam noluerit exhibere, saecularis judicis arbitrio est relinquenda, debitam receptura pro qualitate facinoris ultionem* ».

1431, Maii 14, Parisiis.

Bulaeus, V, 399-401. Quicherat, I, 414-419. — Vallet de Viriville, *Procès*, p. 209-211 (gallice). Textus continebatur in schedula papyrea, quam mag. Joh. de Trecis in congregatione Universitatis perlegi fecerat. Ambae facultates deliberationem et determinationem determinationi summi pontificis et generalis Concilii submiserunt.

1. Sic facultas decr. saltem umbram dubitationis de accusationis articulis expressit, facultas theol. ne hoc quidem fecit. — 2. Haec sententia ut communis utrique facultati accipienda est. Propter hanc sententiam plurimi magistrorum Rotomagi postea enuntiaverunt, ut Puella adhuc admoneretur.

2386. *Universitas Paris. Henrico VI, regi Franciae et Angliae, scribit, eum laudans eique gratias agens de processu bene et cum justitia ducto contra Johannam d'Arc. Informata est per litteras regis et per magistros Johannem Pulchripatris, Jacobum de Turonia et Nicolaum Midy, qui omnibus deliberationibus, a rege desideratis, assistebant et se ferventer gerebant, deliberataque Universitatis regi aperient. Diligentiam faciat rex, ut processus in brevi secundum justitiam finiatur et reparatio notabilis fiat, nam populum ab illa muliere scandalizatum ad bonam doctrinam reducere necesse est.* Escript à Paris . à Saint Bernard, le xiiij^e jour du mois de Mai, l'an mil CCCC et XXXI « Très excellent prince. Vostre roialle excellence ». *Epistolam subscripsit :* Vostre très humble fille l'Université de Paris *Scriba* · Hebert.

1431, Maii 14, Parisiis.

Bulaeus, V, 402. Quicherat, *Procès*, I, 407. — Vallet de Viriville, *Procès*, p. 206.

2387. *Universitas Paris eodem fere modo scribit episcopo Belvacensi.* Scriptum Parisius in nostra congregatione generali apud S Bernardum solemniter celebrata die xiiij mensis Maii, anno Dom millesimo CCCC XXXI. « Pastoralis vigilantie » *Epistolam subscripsit* « Vestri rector et Universitas studii Paris. ». *Scriba :* Hebert.

1431, Maii 14, Parisiis.

Bulaeus, V, 403. — Quicherat, *Procès*, I, 408 sqq.

2388. *Maii 19 deliberata et sententia Universitatis Paris. in capella archiepiscopali Rotomagensi assistentibus duobus judicibus aliisque lecta sunt, 48 magistri aliique praesentes plus minusve deliberationi Universitatis adhaeserunt, dicta virgo adhuc moneatur, si nolit revocare, censenda est haeretica et justitiae saeculari relinquenda. Maii 23 mag. Petrus Mauricii Johannae perlegit duodecim articulos, sed breviatos, quandoque mutatos, singulis eorum addens sententiam a facultate theol. Paris. latam.*

1431, Maii 19, 23, Rotomagi.

Quicherat, *Procès*, I, 404, 422, 429, 430-441.

Sententia Universitatis Paris. quasi decidebat causam, quam nunc in uno eodemque die concludi et definiri posse mag. Nicolaus de Venderès affirmavit (p. 423). Iis qui nondum plane deliberaverant, dicebatur, « quod tenentur deliberare secundum deliberationem Universitatis Paris » (ibid.).

Quae postea evenerunt, nota sunt et ad *Chartularium* vix pertinent. Adjungamus tantum, Maii 24 primam sententiam judicum latam fuisse, Guillelmum Erardi (quem hac occasione Beaucourt, *Hist. de Charles VII*, t. II, p. 248, ut « dominicain » designat[1]) publice coram Johanna aliisque praedicavisse, et Johannam abjuravisse, post quem actum Johannes Pulchripatris ad Concilium Basil profectus est, Maii 30 sententiam definitivam in « relapsam » secutam esse, et Nicolaum Midy, antequam Johanna flammis absumeretur, sermonem fecisse.

2389. *Henricus VI, Franciae Angliaeque rex, exponit quomodo Johanna sit capta, inquisitioni tradita, foco damnata et consumpta, ne quis errores et maleficia Johannae imitetur, promittitque se protecturum doctores ac magistros Universitatis Paris. coram papa vel Concilio, si quando propter illud judicium juste et canonice latum turbarentur.* Donné à Rouen le xij^e jour de Juing l'an de grace M CCCC XXXI et le ixe de nostre regne.

Par le roy, à la relation du grant conseil estant devers luy, ouquel estoient monseigneur le cardinal d'Angleterre, vous[1], les evesques de Beauvais, de Noion et de Norwich, les contes de Warvick et de Stauffort, les abbés de Fescamp et du Mont Saint-Michel, les seigneurs de Cromwelle et de Tipetot, de Saint-Père et aultres pluseurs. — « Comme depuis aucun temps » Calot

1431, Junii 12, Rotomagi.

Bulaeus, V, 404. Quicherat, *Procès*, III, 240-243. — Pie de Langogne (Ord. Capuc.), membrum congregationis

rituum, in *Jeanne d'Arc devant la congrégation des rites* (Paris, 1894, p. xxii) in « Répertoire chronologique » hoc documentum ad an 1430, Jun 12, refert, quo rerum sententiarumque ordo depravatur. — Omittimus alias epistolas Henrici regis, quas vid. ap. QUICHERAT, I, p. 485, 489.

1. I. e. cancellarius Franciae, Ludovicus de Luxemburgo.

2390. *Universitas papae [Eugenio] scribit, laudans diligentiam quam P. Cauchon et vicarius Inquisitoris ad tuitionem christianae religionis contulerunt. Narrat quomodo quamplurimi praelati, doctores aliique juris divini et humani periti Johannam « censendam esse superstitiosam, divinatricem, malignorum spirituum invocatricem, idolatram, blasphemam in Deum, sanctos et sanctas, schismaticam et in fide Christi multipliciter errantem » compertum habuerint, quomodo ipsa post errores suos revocatos rursus in pristinas insanias relapsa sit, et saecularis potestatis judicio relicta, migraverit a saeculo Sic apertius patuit quam periculosum esset leviter adhaerere novis adinventionibus, quales non modo praefata mulier, verum etiam aliae complures, per hoc regnum ante dies paucos disseminaverunt* « Eo diligentius ».

1431, Junio, Parisiis.

BULAEUS, V, 406. QUICHERAT, *Procès*, I, p. 496 sq. — VALLET DE VIRIVILLE, *Procès*, p. 262 (gallice). Eodem modo Universitas scripsit Imperatori et Collegio cardinalium, ad quos epistola exstat ap. QUICHERAT, p. 499. Mense Junio, ut epp. regis ad Imperatorem aliosque, hanc epistolam scriptam esse opinamur. Fortasse tamen solum mense Octobri eam ambassiatores cum rotulo Romam portaverunt.

2391. *Eugenius IV Furseum de Bruille, mag. art., praepositum eccles. Atrebatens., qui Parisiis cum rigore examinis in decretis licentiatus est et juramentum praestitit ibi solummodo doctoratus insignia recipiendi, absolvit et in doctorem decret. creat, cum per plures annos curiam Rom. secutus fuerit, abbreviator apost. litt sit, et Blasii patriarchae Gradens., cancellariam regentis, secretarius.* Dat Rome ap S Petrum anno Incarnat. Dominice millesimo quadringentesimo tricesimo primo, secundo kal Augusti, anno primo « Viros sacre lectionis »

1431, Julii 31, Romae.

Reg. Lat Eugenii IV, n° 304, fol. 46. — An. 1433 in Concilio Basil. Vid. *Mon. Concil. gen. saec. XV*, t. II, p. 356 (ubi perperam « Beulle »), et HALLER, *Concil Basil.*, II, p. 417, 35.

2392. *Jacobus Visch*[1], *Parisiis licent. in decretis cum rigore examinis, nunc autem Papiae studens, Eugenio IV supplicat, ut sese a juramento Parisiis solum insignia doctoratus recipiendi solvat, cum studium Paris. « propter guerras et alias varias calamitates pestiferas inibi vigentes existat desolatum », et illuc propter viarum discrimina accedere non possit. Indulgeat, ut « in aliquo famoso studio » sub aliquo doctore quem elegerit doctoratum cum privilegiis Parisiensium recipere possit.* Fiat G — Dat. Rome apud S. Petrum nono kal Septemb , anno primo.

1431, Augusti 24, Romae.

Suppl. Eugenii IV, n° 264, fol 2^b.

1. Seu « Fisch », qui supra n° 2308 ad an 1428, quando licentiatus est, vocatur latine « Piscis ». Fuit Alemannus et nobilis generis.

2393. *Cursores in facultate theologiae.*

1430, Octob.-1431, Septemb., Parisiis.

Frat. Alphonsus de la Puebla[1], Ord S Trinit . 25 Octob 1um curs

Mag. Matheus Andree, 9 Januarii 1um curs.
— Guillelmus Aubery, 19 Januarii 1um curs.

Mag Johannes Fabri, 20 Januarii 1um curs.
— Gauffridus le Caron, 23 Januar. 1um curs.
— Martinus Anglici, 24 Januar 1um curs
— Johannes Blondelli, 14 April 1um curs
— Gerardus Ge[h]e[2], 16 April. 1um curs
— Johannes Painetchar, 18 April 1um curs
— Richardus Macri, 19 April 1um curs
— Henricus de Dunghen[3], 23 April 1um curs
— Richardus Abessore, 24 April 1um curs
— Johannes de Liciis (?), 25 April 1um curs
— Alanus Toupin, 29 April 1um curs
— Petrus Laleti, 30 April 1um curs
— Nicolaus de Veterifolio, 2 Maii 1um curs
— Radulphus Toutain, 11 Maii 1um curs
— Johannes Loison, 12 Maii 1um curs

Mag. Petrus Rebini, 15 Maii 1um curs
— Matheus Peliparii, 6 Junii 1um curs
— Ferrandus de Pace, 18 Junii 1um curs
— Johannes Bonipueri, 20 Junii 1um curs
— Robertus Bonipueri, 21 Junii 1um curs
— Petrus Corii, 26 Junii 1um curs
Frat Philippus de Laude, Cisterc, 17 Julii 2um curs.
Mag. Bertrandus de Landellis, 24 Julii 1um curs
— Robertus Juliene, 26 Julii 1um curs
— Johannes de Abbacia[4], 13 Aug 1um curs
Frat. Renerus de Tongris, 21 Aug 2um curs.
Mag Johannes de Ponte, rector Universitatis, 27 Augusti, 2um curs
Mag. Johannes Mercerii, 22 Sept. 2um curs

[31]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 105, 121-126. Magistri, sub quibus cursores illo anno, quo Rotomagi processus contra Johannam d'Arc fiebat, inceperunt, fuerunt Rogerus Gaillon, usque Januar. 24 Petrus Mauricii, deinde Richardus de Mesnillo, Joh. Beraudi, Thomas Monachi, Le Moustardier, Rolandus Berguenel, Gerardus Gourron, Gaufridus Coclearis, Johannes Soquet, Joh. de Trecis, etc

1. Ms. : « Anselmus de la Peubla ». An. 1435 jam a duobus annis fuit minister monasterii Toletani (Suppl. Eug. IV, n° 303, fol 19b). — 2. Vid. de eo et sequenti infra — 3. Non longe antea, ut opinamur, Universitas ad papam pro ipso, mag. artium, scripsit, qui, cum rotuli mitterentur, minime praesens fuit, « alio tamen locorum versatus edocendis liberalibus artibus et philosophorum doctrinis sedulo deditus erat »; qui studiosi labores non minus utiles erant, quam si jugiter Parisiis resedisset. Papa huic « celeberrimo viro » concedat, ut praerogativis in rotulis concessis fruatur (Arch. nat. Paris., M 65a, n° 76). — 4. Ne confundas eum cum Johanne de Abbacia Carm., an. 1426 licentiato.

2394. *Sententiarii et Biblici Parisiens.*

1431, Septemb., Parisiis.

Nomina bachalariorum Sentenciariorum pro anno CCCC° XXXI° in mense Septembri :

Primo, xviija Septemb, frat. Johannes Morandi, Carm xxiiij sol
xixa Septemb, mag Johannes de Ponte, rector Universitatis, xxiiij sol.
va Octobris, mag. Johannes Merserii[1], xxiiij sol.
xxa — frat. Philippus de Laude[2], xxiiij sol.
xxija — frat. Renerus de Tongris, xxiiij sol.
xxiiija Octobris, frat Petrus Vinet, Pred, xxiiij sol
xxva — frat. Johannes Cornix, Minor, xxiiij sol.
xxvja — frat Johannes Vautier, August, xxiiij sol
iija — frat Guillermus Scutiferi legit Sentencias auctoritate apostolica, xlviij sol [3] [9]

Nomina Biblicorum :

xxvija Sept. frat Egidius Percusel, Minor, xx sol.
— — frat. Vinsencius Chanuti, August., xx sol.
Prima Octobris frat. Johannes de Mortuomari, Cisterc., xx sol
ija Octobris, frat. Johannes Holearii, Carm., xx sol.

[4]

Bibl. nat. Paris, ms. lat 5494, p. 126.

1. « Die xxija Septembris incepit secundum cursum magister Johannes Mercerii de gratia speciali, et fuit admissus ad legendum Sentencias, xx sol. ». — 2. Seu Philippus de Fontanis, monachus de Laudis. — 3 In fine biblicorum.

2395. *Magistri regentes in facultate theologiae Parisius.*

1431, Septemb., Parisiis.

Nomina magistrorum regentium pro anno CCCC°XXXI° in mense Septembri ·

Primo, dom decanus mag Petrus de Diereyo
Mag Johannes de Trecis.
— Guillermus de Sella.
— Rolandus Berguenel.
— Erardus Emangart
— Johannes de Gandevillier
— Petrus Mugecii
— Johannes de Vernone.
— Johannes Pulcripatris
— Thoma[s] Monachi.
— Rogerus de Gaillon
— Philippus Molet,
— Jacobus Testoris
— Johannes Soquet
— Egidius Remondi.
— Johannes Berodi

Mag. Dionisius de Sabrevois
— Johannes Le Galois.
— Johannes Gravestain.
— Guillermus Erardi.
— Johannes Gaucherii.
— Girardus Gourron
— Hugo Majoris.
— Nicolaus Midi
— Richardus de Mesnillo.
— Nicolaus Tibout.
— Guillermus Adelie.
— Ieronimus de Viterbio
— Gauffridus Coclearis
— Michael Anglici
— Petrus Hierford
— Johannes Le Mostardier[1] [32]

Bibl. nat Paris , ms. lat 5494, p. 125. — An. 1432, ad Jan. 25, iidem regentes afferuntur, pro quibus solverunt licentiati, sed supra desunt Thomas Hobe, abbas Fiscannens., Petrus Migecii, Petrus Mauricii, Nicolaus de Roseriis, ibid. desunt Johannes Gaucherii et Hugo Majoris.

1. P. 127 scribitur « Dominus abbas Fiscannens. legit ultima die legibili ante Natale Domini, et nichil receperam pro ipso ».

2396. *Ambassiatores Universitatis Paris., qui rotulum portant Romam ad summum Pontificem.*

1431, Octob., Parisiis.

Pro rotulo facultatis destinato domino nostro summo pontifici [solvi...]; pro pergameno [...]; pro scriptura [...]. — Item die vj^a Octobris in missa de S. Spiritu pro felici successu ambasiatorum Universitatis ad dom. nostrum summum pontificem et ad sacrum Consilium generale destinatorum, [pro] offertoriis vj den. — Item die xv^a mensis Octobris tradidi magistro nostro mag *Hugoni Majoris*[1] viginti salusia auri ex deliberatione facultatis et in presentia domini decani, valoris xxij libr. paris. *[Caeteri ambassiatores : pro facultate decret.* Gerouldus Boyselli[2]; *pro fac. med.*[3] Henricus Tibout; *pro nationibus :* Petrus de Credulio, Thomas de Courcellis, Nicolaus Bessi, Johannes Hocheti[4], Petrus de Gouda[5] *Adjungebatur* Johannes Lohier[6], « mag. art. ac utriusque juris doctor, ad eandem sanctitatem per Universitatem studii Paris. cum aliis ambassiator destinatus seu deputatus. »]

Bibl. nat. Paris., ms lat. 5494, p. 151. — Quae uncis inclusa sunt, desumpsimus e Mem fac. decr. et e Suppl. Vat. Vid. notas. Mense Octob. recesserunt, nam jam mense Septembri se ad hoc accinxerunt. Vid. *Auctar.*, II, p. 457, 25. In Suppl. Eugen. IV, n° 268, fol. 298^b, exstant quaedam supplicationes ambassiatorum (an. 1432, Martii 7).

1. In Suppl. Eugen IV, n° 277, fol 187, vocatur « primus ambasiator », et petit can. Elnens. (ad an. 1432, Martii 21). — 67.

2 Vid. supra nº 2365 — 3 De quatuor sequentibus ut ambassiatoribus agitur in Suppl. Eugen. IV, nº 266, fol. 170b, 204b, nº 268, fol. 78b (an. 1432, Januar. et Febr.) Thomas de Courcellis vocatur « ambassiate rector ». — 4. Fuit etiam ambassiator. Vid infra nº 2403, not. — 5. *Auctar.*, II, l. c., et p. 453, not. 1. — 6. Minime Romae remansit, ut e *Processu rehabilitationis Johannae d'Arc* quis opinari posset (QUICHERAT, II, 12), sed an. 1432-1433 Parisiis invenitur (vid BEAUREPAIRE, in *Bulletin de la soc. de l'histoire de Normandie*, VII, p 287) Ut e supra relatis etiam liquet, Universitas ei minime infensa fuit, et in dubium vocanda assertio dicti *Processus*, Johannem Lohier ad propria remeare pendente processu Rotomagensi coactum esse, ut submersionis periculum evaderet (QUICHERAT. l. c., p. 252). An. 1433, Maii 9, jam ut causar. palatii apost. auditor occurrit (Suppl. Eug IV, nº 279, fol. 82).

2397. *Mag. Johannes Francisci, qui sine reverentia cum decano facult. decret. locutus est, redarguitur*

1431, Novembris 22, Parisiis.

Item illa die magister Johannes Francisci magister in artibus et licentiatus in decretis, etatis lxvj annorum vel circiter, erat citatus ad comparendum in facultate pro eo quod in quadam congregatione Universitatis locutus fuerat domino abbati S. Katherine montis Rothomagensis, nostre facultatis decano[1], dicendo plura verba per modum redargucionis sine quacumque reverencia, cum capucio et pileo seu almucio in capite, et sedendo, contra morem Universitatis notorie observatum, quo illi de facultate artium, sive magistri vel alii, non consueverunt loqui sedendo, sed erecti et stando, ad differentiam doctorum et magistrorum superiorum facultatum, qui sedentes locuntur. Ad quam diem ipse magister Johannes Francisci comparuit. Et quia predicta tangebant dictum dominum decanum, ego Livinus Neuelinc, decretorum doctor, fui tanquam antiquior deputatus ad loquendum eidem et insinuandum intentionem facultatis, que talis erat in effectu : visa redargucione supradicta ac proprii juramenti bina vice per ipsum prestiti (in adepcione graduum bachalariatus et licencie, quo juravit exhibere reverentiam et honorem omnibus doctoribus presentibus et futuris) transgressione, facultas intendebat procedere contra ipsum occasione predictorum forefactorum viis et modis possibilibus et juridicis ad finem reparationis debite. *[Johannes Francisci se excusando veniam petivit, ter flectendo genua usque ad terram et flendo. Visa poenitentia ejusdem facultas ei condonavit injuriam.]*

Ita est. NEUELINC.

Memor. fac. decret., I, fol. 144b

1. Guillelmo de Conty

2398. *Universitas Paris supplicat Henrico VI, regi Angliae, ut Johannes de Servavilla, abbas S Mauri, per alium praestare fidelitatis juramentum possit*

1430, Jun -1431, Decemb. 2, Parisiis.

Dudum placuit regie vestre celsitudini, serenissime et christianissime rex, domine ac pater metuendissime, preclaram virtutem doctissimi viri magistri Johannis de Servavilla decretorum doctoris, abbatis Sancti Mauri, benignis tractare favoribus, et cum jurande fidelitatis gratia vestre serenitatis presentiam, obstante senectutis impotentia, adire non valeret,

indulgentiam certi temporis ab eadem serenitate impetravit; ante cujus terminum vester adventus in hanc urbem vestram Parisiensem sperabatur esse futurus. Jam vero tempus illud indultum elabitur et crescens in dies venerandi patris hujus senior etas magis ac magis ipsum debilem atque impotentem reddit, ita ut in facultate decretorum a cunctis oneribus que ceteri doctores perferunt exemptus et pro nimia senectute excusatus habeatur, singulari quoque affectu desiderat illud jusjurandum de fidelitate servanda quemadmodum sui antecessores consueverunt in manibus vestre majestatis prestare; sed nullatenus iter agendi facultas datur. Merito autem compatiendum et indulgendum arbitramur infirmitati tanti doctoris, qui per dies longi temporis nostram Universitatem singulari splendore virtutum et clarissimis illuminavit doctrinis. Neque tantum nobis, verum etiam regno vestro Francorum et universali ecclesie in solemnibus legationibus fructuosa sepe numero prestitit obsequia. Dignetur itaque regia clementia secum misericorditer agere et juramentum quod jam in propria prestare non potest, per quempiam gerentem vices ejus et suum procuratorem suscipere, aut rem ipsam in illud tempus differre peragendam, quo in hanc urbem Parisiensem adveniet regia vestra celsitudo, quam cum prosperitate et gaudio celeriter ac mature inter ejusdem urbis septa nos videre concedat Altissimus.

Minuta chartac in Arch nat. Paris., M 65b, nº 84 (alias A. 3. nnn). — Junii 13, an. 1430, rex Parisiis exspectabatur (*Journal d'un bourgeois*, p. 255, not. 3). Sed solummodo 1431, Decemb 2, venit (vid. ibid., p 274). Infra hoc tempus epistola scripta est. An. 1432, Septemb. 15, Johannes de Servavilla abbatiam jam amiserat. Vid. nº 2267, not. 1 Cum an. 1429, Octob. 21, ad monasterium S. Mauri translatus fuisset, juramentum fidelitatis praestare debuit.

2399. « *Sequuntur instructiones concluse per Universitatem Paris., magistro Nicolao Midi, sacre theologie professori, tradite, qui electus est ad proponendum in presentia domini nostri regis in adventu suo pro parte dicte Universitatis* »

1431, Decemb. 10-16, Parisiis.

Primo declarabit quomodo Universitas predicta gaudet et letatur in adventu predicti domini nostri regis, et non immerito, tum quia videt in illo clarescere excellentes perfectiones regi et principi catholico convenientes et necessarias, puta sinceritatem fidei, devotionem, obedientiam ad Deum et ecclesiam, zelum justicie, clemenciam, misericordiam, etc. hujusmodi; item quia ipse est pater, patronus et tutor singulareque refugium dicte Universitatis, que est dicti domini nostri regis filia primogenita, in cujus absentia fuit quasi orphana et vidua, non habens singularem et specialem protectorem in suis agendis, quodque in presentia ejusdem ipsa Universitas declarabit sua gravamina, pro quo petit audientiam, et sperat quod idem dominus noster tractabit benigne et favorabiliter dictam Universitatem, sicuti fecerunt reges qui eum precesserunt.

Item, quia percipit quod in eo excellens bonum pro christianitate [est] inchoatum, in quo duo regna sunt unita, que [prius fuerunt divisa et discordantia, unde guerre, bella,

seditiones, ecclesiarum ruine et cultus diminutio acciderunt, nunc autem per hanc unionem in eo factam, per Dei gratiam, omnia mala cessabunt, sicuti sperandum est.

2° principaliter dicet quod Universitas predicta accessit ad presentiam ejusdem domini nostri regis ad exhibendum eidem reverentiam et honorem cum obedientia tanquam regi et domino suo ac patri ac protectori singulari, ad quod inducitur propter virtutes et perfectiones magnas in dicto domino nostro rege jam inchoatas et relucentes, ut dictum est; item, quia principibus et dominis honor est exhibendus qui sunt Dei ministri et in quibus tota res publica honoratur.

3° principaliter dicet quod Universitas offert se ipsam, suum rectorem, singulas facultates, nationes et supposita ad beneplacita et obsequia domini nostri regis secundum suam professionem.

Item, dicet quod dicta Universitas offert pro referendo gratias Deo de jocundo et prospero adventu domini nostri regis predicti et deprecando pro incolumitate ejus felicique suorum agendorum successu ac tocius regni preces, orationes, processiones et predicationes ad populum, ut similiter deprecetur, exhortatorias[1].

Minuta chartac. in Arch. Univ. Paris., theca I, AA. m. — Bul., V, 442 — Omnes hactenus, nemine excepto, duce Bulaeo, has instructiones ad adventum Caroli VII Parisios an. 1437, Novemb. 12, referebant. Sed perperam. Quomodo enim Universitas asserere potuit, in Carolo VII duo regna antea divisa, scilicet Franciam et Angliam[2], unita esse, cum Carolus VII pro Anglis potius petra scandali fuerit et societatem an. 1420 peractam destruere conatus sit, quod an. 1437 jam ex parte perfecerat? Bene tamen in Henrico VI Angliae rege praedicta duo regna unita videbantur, cum ipse solus post mortem Caroli VI rex Angliae et Franciae nuncupatus et tanquam rex Franciae Parisiis an. 1431, Decemb. 16, coronatus sit. De Henrico VI etiam solummodo, tunc fere decenni, non de Carolo VII ab an. 1422 matrimonio juncto, Universitas dicere potuit, in eo perfectiones magnas *jam inchoatas* relucere. Igitur ad an. 1431, inter Decemb. 10, quo die Universitas conclusit, coram rege « propositiones Universitatis proponere » (*Auctar.*, II, p. 460, 10), et Decemb. 16, quo coronatus est, hae Instructiones ponendae sunt. Praeterea Nicolaus Midy, proponens, an. 1431, Maii 4, ab Henrico VI factus canonicus Rotomagens., totus ex parte Anglorum, et in processu contra Johannam d'Arc majore quam caeteri magistri infamia notatus erat. Vix Universitas eum elegisset, ut coram Carolo VII proponeret, cum tamen optimus proponens coram rege Angliae fuerit. Ne dicas cum Beaurepaire, *Notes sur les juges*, etc., p. 40, Midy in Concilio Basil. ante an. 1437 fortasse suspectum devenisse, vel tunc temporis Carolo VII adhaesisse, cum Henricus VI an. 1437, Maii 20, alium, scil. Guillelmum Esteby, pro eo in canonicum Rotomagens. substituerit. Nam Nicolaus Midy post an. 1434 lepra percussus (vid. ad haec supra p. 522. not. 5), an. 1436, Febr. 3, ab Eugenio IV obtinuit, ut, quia hoc morbo affectus « canonicatui et prebende per se deservire nec cum aliis ecclesiasticis personis et christifidelibus sine scandalo conversari non valeat », canonicatum resignare posset, pensione sibi reservata (Suppl. Eugen. IV, n° 312, fol. 19). Unde confirmatur, Nicolaum Midy non potuisse anno sequente coram Carolo VII proponere. Caeterum an 1431 ultimum inter magistros regentes Parisiis et ultimum in Universitate affertur.

1. In imo margine additur « Magister Mikael [Hebert], grossetis istas instructiones ad finem, quod possint die crastina sigillari unacum litteris meis » — 2. Minime de Francia et Burgundia agi potest. Nam Burgundia non nuncupatur « regnum », neque etiam in Carolo VII cum Francia uniebatur Post tractatum Atrebatens. dux Burgundiae magis sui compos fuit quam antea.

2399[a]. *Natio Normanniae in diversis congregationibus Universitati supplicavit ut litterae suae recommendatoriae pro electo [Johanne d'Esquay[1]] ecclesiae Bajocens. ad papam sigillo Universitatis sigillarentur. Natio Gallicana vero jam litteras recommendatorias Universitatis pro Petro Cauchon, episcopo Bellovacensi, obtinuit et portitores rotuli Universitatis de hoc admonuit, immo Petrus Cauchon provisorem Collegii Navarrae hac de causa ad curiam Rom. destinavit. Proinde natio Gallicana se opposuit nationi Normanniae.*

1431, Decembris 22, Parisiis.

Bul., V, p. 418, e Lib. nat. Gallic — Sed Eugenius IV an. 1432, Jan. 29, Zanonem de Castilliono, episcopum Lexoviens.,

ad sedem Bajocens transtulit (Reg. Lat. Eugen. IV, nº 306, fol. 61b). Cf. de eo BEAUREPAIRE, *Notes sur les juges de Jeanne d'Arc*, p. 122 sqq. Natio Normanniae non contenta Johannem d'Esquay, e nobili prosapia oriundum et a capitulo Bajocensi electum, Septemb. 22 contra « intrusum » Zanonem Concilio Basileensi recommendavit (BUL., l. c, p. 419, et *Mon. Concil. gen. saec. XV*, t. II, p. 202), ejusque epistola Basileae lecta est Novemb. 21 (HALLER, *Concil. Basil.*, II, p. 275, 8). Johanni d'Esquay, non Petro Cauchon neque Zanoni, favebat dux Burgundiae (ibid, p. 149, 167, 275, 438) Zano vero an. 1433, April. 16, nationi Franciae supplicavit, ut sibi apud Concilium contra praetendentem d'Esquay assisteret, quod etiam sub procuratore Gerardo Gehe concessit (ibid., p. 423)

1. Mag. art Paris., an. 1427, Jul., Aug. 1 et 28, adjutus ab Universitate litigavit cum procuratore regis in parlamento (Arch nat. Paris., X1a 1480, fol. 380b, 4795, fol. 124b, 128, 159b).

2400. *Henricus VI, Franciae et Angliae rex, coronationis suae causa*[1], *Universitatis libertates, franchisias, privilegia, quibus ante bellum ea frui consueverat, confirmat* Donné à Paris, le xxvje jour de Decembre, l'an de grace mil CCCC trente et ung, et de nostre regne le dixiesme. — Par le roy en son Conseil, ouquel monseigneur le duc de Bedford, monseigneur le cardinal d'Angleterre, vous[2], les evesques de Beauvais, de Noion et de Paris, le conte de Warwick, le premier president, messire Jehan de Courcelles, messire Gile de Clamey et pluseurs autres estoient — « Savoir faisons »

1431, Decembris 26, Parisiis.

Arch. nat. Paris., JJ 175, nº 29. — *Ordonn. des rois*, XIII, p. 169, A. LONGNON, *Paris pendant la domin. anglaise*, p. 324.

1 Sacratus coronatusque fuerat in Nostra Domina, Dec. 16, a cardinale Wintoniens. (*Journal d'un bourgeois*, p. 277). — 2 I e. cancellarius Franciae, Ludovicus de Luxemburgo, episc. Morinens.

2401. *Henricus VI, Franciae et Angliae rex, privilegiis per litteras praecedentes recognitis in favorem Universitatis addit, quod a veris ejus suppositis talliae, quartae, impositiones, vigiliae, custodiae portarum, denique decimae a sede apostolica regi Franciae concessae, neque nunc neque in posterum exigantur Omnibus bonis suis, herediis, beneficiis secure membra Universitatis utantur.* Donné à Paris, le xxvje jour de Decembre, l'an de grace mil CCCC trente et ung, et de nostre regne le dixiesme. « Savoir faisons[1] »

1431, Decembris 26, Parisiis.

Arch nat. Paris, JJ 175, nº 30 — *Ordonn. des rois*, XIII, p 171, A LONGNON, *Paris pendant la domin anglaise*, p 325.

1. Iidem assistentes ut in documento praecedenti.

2402. *Petrus Guilhebaudelli, prior de Anglos*[1] *Tornacens. dioec, O S B, et Johannes de Votonno, licentiati in decret., legati facultatis decret. ad summum pontificem cum rotulo licentiatorum et baccalareorum fac decret., electi Septemb. 26, cum litteris clausis iter ad Rom. curiam Decemb. 29 arripiunt*

1431, Septembris 26, Decemb. 29, Parisiis

Mem. fac. decret, I, fol. 135b, 145. Ambassiatores rotuli communis Universitatis jam Romae morabantur. De rotulo licentiatorum longe in facultate decret. disputatum est. Guillelmus Estocart et Gerofle se opposuerunt Gerouldo Boisselli, portitori rotuli facultatis decret., qui conservatorem privilegiorum (Petrum Cauchon) ut judicem appellarunt. Conservator Septemb pronuntiavit, quod doctor qui deferret rotulum facultatis, etiam deferret rotulum licentiatorum, etc., et secum unum licentiatum assumeret (ibid., fol. 135b). Ambo supra nominati nuntii supplicaverunt Eugenio IV pro licentiatis et baccalareis gratias spirituales, et Johannes de Votonno petiit beneficium (Suppl. Eugen. IV, nº 269, fol 124b ad April 26, et fol. 67 ad April. 7).

1. I. e. Englos (Nord)

2403. *Articuli communes ad rotulum primum ab Universitate Paris. Eugenio IV missum.*

1431, Decembris 28, Romae.

Ad vestre sanctitatis celsitudinem, beatissime pater, presentem rotulum supplicationum quarumdam generalium et specialium transmittit vestra humilis et devota filia primogenita Universitas magistrorum et scolarium Parisius studentium, que audita celebri fama gloriosi sanctissimique vestri nominis per universam Christi ecclesiam claro splendore lucentis et amenum virtutum spirantis odorem, egregiam et singularem spem consolationis post magnos diuturnosque labores accepit. Quamquam enim summi pontifices vestre sanctitatis predecessores ipsam Universitatem pro assiduis obsequiis, que sancte matri ecclesie impendere solita est, benigno favore habuerint commendatam et eam uberioribus prerogativis atque privilegiis sepenumero decoraverint, ut preclara virorum ingenia litterarum studio dedita semper haberet, quorum doctrinis fulgeret christiana religio : amplior tamen solito jam fructuosarum expectatio gratiarum suis accrescit animis, dum vestram paternam clementiam viris litteratis benignissime affectam esse cognoscit, atque tanto zelo domus Dei accensam, ut sanctam ecclesiam ex vivis lapidibus studiosorum hominum edificare summis laboret affectibus, quatenus adversus spiritus nequitie magnis viribus furentes solida et integra persistat, cujus quidem ecclesie saluti ac pacis ejusdem integre reformationi plus quam proprie utilitati prefata vestra filia gratiarum petitarum obtentu intendere querit. Ipsum igitur rotulum paterna vestra dilectio suscipere dignetur.

[Petunt gratias de eligendo confessorem, de dicendo Officium divinum sec usum eccles. Rom., aut Paris. eccl., aut locorum beneficiorum; de beneficiis, de dispensatione propter defectum aetatis; ut omnibus, exceptis cardinalibus eorumque et papae et regum familiaribus et commensalibus continuis, praeferantur; de beneficiis incompatibilibus; praesentes absentibus, magis graduati minus graduatis praeferantur. Praesentes reputentur, qui per majorem partem ordinarii incipientis in festo B. Dionysii an. 1430 in studio resederunt, et magis et minus graduati, quos Universitas ut sic reputat. Si doctores et magistri tempore « date gratie in presenti rotulo » concedendae gradum magisterii nondum assecuti aut nondum presbyteri fuerunt[1]*, prout forsitan erunt tempore praesentationis rotuli et signationis articulorum, hoc eis nihil noceat. Rector Universitatis tempore conclusionis rotuli, Petrus de Gouda*[2]*, ad plenum gaudeat praerogativis, quamvis infra clausuram rotuli titulo et nomine rectoris minime contineatur. 14 bedelli facultatum et nationum communes privilegiis doctorum, sine tamen praejudicio, gaudeant]*

Idem dignetur eadem sanctitas vestra omnes articulos supra premissos post eorum signationem in forma et ut petitur una cum eorumdem signatione in cancellaria apostolica publicari mandare et pro regulis haberi, quodque transumptum de registro eorumdem valeat omnibus et singulis doctoribus et magistris infrascriptis, etc., ac si de et super ipsis singuli eorum nomine proprio litteras apostolicas haberent, quod etiam hujusmodi trans-

sumpto adhibeatur plena fides etiam in judicio contradictorio... — Concessum quod fiat bulla et ponatur in quaterno cancellarie et inde transumpta fiant, ut moris est. B. GRADENS.

Item, et cum in prosecutione reformationis ecclesie et reductionis hereticorum ad fidem orthodoxam predicta Universitas et ejus supposita multas expensas in solennibus et frequentibus ambassiatis facere soliti sint, et occasione guerrarum in regno Francie, proch dolor, vigentium eorum facultates continue diminuantur, dignetur sanctitas vestra pretium nuper pro bullis solvi solitum moderare et moderari mandare, saltim ad summam quatuor vel quinque ducatorum. — Concessum quod secundum taxam Johannis vicesimi secundi[3]...

Item.. dignetur sanctitas vestra super hoc providere de remedio oportuno statuentes, quod de cetero recipiendi in ecclesiis aut aliis locis ecclesiasticis quibuscunque gratis et sine exactione quacunque recipiantur, et in quantum supposita prefate Universitatis tangere potest, committere alicui potestatem compescendi auctoritate apostolica tales exactores, cogendi etiam illos ad quos spectat aut spectare potest, ut libere et gratis recipiantur, non obstantibus quibuscunque statutis specialibus etiam juramento vallatis. — Concessum quod serventur consuetudines ecclesiarum. B. GRADENS. In presentia domini nostri pape B. GRADENS. — Datum Rome apud Sanctum Petrum in presentia domini nostri pape, quinto kal. Januarii, anno primo.

Reg. Suppl. Eugen. IV, nº 268, fol 112-114ᵇ. — An. 1432, Martii 26, Blasius patriarcha Gradens. et cancellariam S. Rom eccl tenens ex istis articulis ad instantiam ambassiatorum Universitatis Henrici Thibout, Petri de Credulio, Thomae de Courcellis, Nicolai Bessi et Johannis Hocheti, transsumpsit illos qui praesentiam magistrorum et 14 bedellos respiciunt Iis adjunxit articulum, Februarii 5 concessum, ut transsumpto e libro cancellariae eadem fides ac libro adhibeatur, et demum articulum, Martii 8 concessum, ut absentes, sine praejudicio praesentium, iisdem privilegiis atque praesentes gaudeant (Originale cum sigillo col. rubei patriarchae in Arch. nat. Paris , M 66ᵇ, nº 36, olim A. 13 g) Vid. praeterea infra nº 2407

1 Rotuli enim (non articuli communes) semper « antedatam » receperunt, iste v kal. Maii an 1º, i e. 1431, April 28. Vid. supra nº 2366. — 2. Fuit rector an 1431, Martii 24-Jun. 23. Vid. *Auctar* , II, 449, not. 2. — 3. Sic in msᵗᵒ.

2404. *Universitas Paris. duci Burgundiae grates agit, quod regi Angliae scripserit, ne Cadomi studium generale erigeretur*

1432, Januarii 12-1433, Parisiis.

Dux Burgundie

Tres hault et tres puissant prince et nostre tres honoré seigneur, après tres humble recommendacion. Nous avons sceu par le contenu de vos benignes lettres, que pour contemplation de nous et affin de eschever la dissipacion de nostre estude et aussy la depopulation de ceste bonne cité, et pour obvier à plusieurs autres inconveniens et escandes, il vous a pleu escripre au roy nostre souverain seigneur et à son conseil ad ce que aucun estude ne feust fondé ou erigé en la ville de Caen, en Normandie, ne ailleurs en l'obeissance du roy nostre dit seigneur, dont nous regracions tres humblement vostre tres noble et tres honorée haultesse ensemble de tout le contenu en vos dessus ditez lettrez Et nous en reputons moult tenus et obligiez à vos servicez et bons plaisirs acom-

plir de tous nos povoirs et professions, comme ainsy faire le desirons de affections tres cordiales. En suppliant encore tres humblement que de ceste matière vous plaise escripre au saint Concile à vos ambassateurs[1] estans en icellui et aussi de rechief au roy nostre dit seigneur, et ailleurs où vostre tres noble conseil advisera. Et nous offrons au plaisir *(sic)* divin prières et oraisons pour vostre bonne prosperité, pour vostre tres noble compaigne et novelle lignie, ensemble nous et nos suppos aux bons commandemens et plaisirs de vostre tres haulte noblesse, laquelle veille conduire jusques en gloire perdurable le benoit Sauveur du monde. Escript le xij[e] jour de Janvier.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris, M 65[b], n° 95 (olim A. 3 aaaa). — Epistola verisimiliter scripta est, quando propositum regis Angliae ad notitiam Universitatis pervenerat, Cadomi vel alias in Normannia studium generale erigendi, i. e. antequam Universitas litteras sequentes vidisset. Fortasse tamen anno sequente.

1 Quos Basileam mittere « pluries spopondit ». Vid n° 2420

2405. *Henricus VI, Franciae et Angliae rex, studium generale pro decretis et juribus canonicis et civilibus in urbe Cadomensi instituit*[1] *Suppositis ejus similia privilegia, franchisias et libertates impartitur, qualia ceteris Universitatibus per reges Francorum sunt concessa* Datum Rothomagi in mense Januarii anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo, et regni nostri nono[2] Per regem in suo magno consilio J DE RINEL « Regie congruit ».

1432, mense Januario, Rotomagi.

Arch. nat., JJ 175, n° 307. *Vidimus* in Arch. dép. du Calvados, D 1. — A. BENET, *Inventaire des Archives de l'Univ. de Caen*, I, p 1 sq *Ordonn. des rois*, XIII, p. 176. Supra, n° 2239, vidimus, ducem Bedfordiae jam an. 1424 in animo habuisse studium generale in Normannia erigere.

1. Quia, ut aiebat, regnum Franciae, olim florens, nunc bellorum civilium agitationibus, nunc peste et variis hominum stragibus adeo cassatum est, ut vix possint modernis temporibus viri juridici sufficienter reperiri. — 2. Si hae litterae ad an. 1432, Jan., pertinent, ut vulgo asseritur, non regni anno *nono*, sed anno *decimo* scriptae sunt, proindeque error irrepsit, quod hactenus omnes, etiam FOURNIER, III, p. 147, fugit.

2406. *Licenciati in facultate theologiae*

1432, Januarii 25, Parisiis.

Die xxv[a] mensis Januarii fuerunt licenciati in aula episcopi per magistrum nostrum dominum commissum magistrum Guillermum Erardi :

Primo mag. Thomas de Corsellis fuit vocatus [sed non licentiatus][1]

Magister Thomas Francisci[2]

Frat. Johannes [de Cani] abbas de Ursicampo[3], Cisterciensis.

Frat Aymo Magnini[4], Predicator

Frat Hugo Poreti[5], Cluniacensis.

— Johannes Petri[6], Carmelita

— Christoforus Willequin[7], Minor

— Girardus de Chalimonte, Carmelita

— Johannes Episcopi[8], Augustin

— Johannes Forti[s]hominis. [9]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 127 — Ms. lat 5657[a], fol. 17[b] sq. Bedellus recepit a quolibet xvj sol. (p. 139).

1. De Courcellis tunc absens fuit et quidem cum rotulo in curia Romana. Licentiatus est solum an. 1435, Martii 8 (vid.

nº 2457) Usque ad illum annum quasi semper baccalareus formatus appellatur. — 2. Magister Junii 2 (p. 140), et episcopus Meldensis fuit in ejusdem vesperiis et in aula. — 3. Magister April. 9 (p. 140). Fuit abbas ab an. 1429, Martii 9 (Arch. Vat., XII. 121, p 239, sed in Reg. Lat. Mart. V, nº 297, fol. 153[b], ad an. 1430, ubi vocatur Johannes Raton), eodem die Johanne Picart Cistercium translato (Reg Lat Mart. V, nº 289, fol 153[b]). In *Gall. christ.*, IX, 1132, multa incorrecta, ubi insuper inter Johannem Picart et Johannem Raton quidam abbas, nomine Balduinus, mortuus an. 1441, inseritur, et Johannes Raton vocatur « de Cary », pro « de Cany ». — 4 Magister an 1433, Novemb. 24 (p. 160). — 5. Magister 1432, Martii 19 (p. 140). — 6. Magister Junii 27 (p. 145). — 7. Magister Junii 28 (ibid.). Sed respondit solum an 1434, Jan. 27 (p. 160). — 8 Magister 1432, Martii 27 (p. 140).

2407. *Eugenius IV studium doctrinamque sacratissimam Parisiensium maximis laudibus extollit; praerogativam quantum ad assecutionem beneficiorum doctoribus impartitur.*

1432, Februarii 5, Romae.

Eugenius episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Quasi lucernam fulgentem in domo Domini omnibus qui in ea sunt, et quasi fluvium irriguum de fontibus sapientie Salvatoris scaturizantem continue, sic itaque studium Universitatis Parisiens. suis sacratissimis doctrinis et eloquentiis orthodoxorum animos (in fidei lumine perlustrans et per universum aqua sapientie salutaris stillationibus indefessis, et quotiens affuit necessitas, inundationibus prorumpens, palmites vinee dominice irrigans) ab improborum versutiis et maculis perhorrendis ferarumque morsibus protexisse, in mentis nostre ergastulo recensentes, ex debito pastoralis officii ad ejusdem Universitatis rivulos confovendos libenter inducimur, ut in illa laudabiliter vigilantium statui et commoditatibus favorabiliter consulatur. Hinc est quod nos in favorem et pro incremento Universitatis dicti studii volumus et ordinamus auctoritate apostolica tenore presentium, quod hac vice dumtaxat in theologia et decretis doctoribus, medicina et artibus magistris in rotulo dicti studii per nos sub data v kal. Maii immediate preteriti signato descriptis et in eodem studio actu et sine fraude per ipsam Universitatem presentibus reputatis... in assecutione beneficii seu beneficiorum *[in rotulo exspectatorum]* nulli ... prejudicare valeant *[exceptis solitis, jam ab aliis pontificibus et in rotulo indicatis]*[1]. Nulli ergo, *etc.* Dat. Rome apud S. Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo tricesimo primo, non. Februarii, pontificatus nostri anno primo.

Originale in Arch. nat. Paris., L 320, nº 1 (olim A. 3. f). In plica « Gratis de mandato dom. nostri pape ». P. DE VIVIANIS. Deest sigillum.

1. Vid supra, nº 2403, Articulos communes. Indulta eadem sunt ac illa Martini V, supra n[is] 2139, 2241 notata. Personae tantum, quae praeter solitas excipiuntur, plures fiunt et numero 50 non excedunt.

2408. *Licentiati in facultate medicinae.*

1432, Martii 1, Parisiis.

Die prima Marcii anni 1431 facultate congregata per cedulam in Sancto Maturino, fuerunt omnes predicti quatuor a[d]missi et accepti pro licentia suscipienda et eadem die

fuerunt presentati domino commisso in Sancto Maturino per organum magistri Henrici Dongny ...

Ordo licencie talis :

1us Magister Petrus Columbi, Gallicus
2us — Guillelmus de Longolio, Gallicus.
3us Magister Johannes Kune, Anglicus[1]
4us — Guerinus Goujon, Normannus. [4]

Comment. fac. med., I, p. 316.

1. De eo jam supra ad an. 1428, nº 2303

2409. *Eugenius IV declarat, magistros Johannem de Hueven de Arnhem, in theol. mag., et Petrum de Verona, Paulum Nicolai, Gerardum de Hoya, Theodericum de Hueven de Arnhem et Rupertum Oliverii, in art. magistros, qui in 2º rotulo principali an. 1424 inscripti erant, omnibus praerogativis a Martino V inscriptis concessis gaudere.* Dat. Rome ap. S. Petrum anno Incarnationis Dom. millesimo quadringentesimo tricesimo, quinto id. Martii, anno primo. « Rationi congruit »

1432, Martii 11, Romae.

Reg. Lat. Eugen. IV, nº 302, fol. 9.

2410. *Johannes Chuffart[1], « rector Universitatis magistrorum et scolarium Parisius studentium », testatur, dom. Robertum[2], abbatem B. Mariae de Ardena, Bajocens. dioec., O. Praemonstrat., per annos 1427, 1428, 1429, 1430, 1431 et nunc esse studentem Parisius in fac. decret. sub mag. Johanne Huberti, decret. doct.* Dat Parisius anno Dom. millesimo quadringentesimo tricesimo primo, die octava mensis Martii. « Ut ait Seneca »

1432, Martii 8, Parisiis.

Bibl. nat. Paris., ms. fr. 20591 (Gaignieres), nº 41. *Vidimus* curiae Bajocens. an. 1433 (1434), Jan. 26, pergam.

1. Bul., V, p. 921, perperam Joh. de Courcellis ut rectorem a Decemb. 16 usque Martii 24 affert. — 2. Le Caretier (*Gall. christ.*, XI, p. 460). An. 1439, Octob. 20, astitit publicationi privilegiorum Universitatis Cadomens. (vid. Bénet, *Inventaire*, etc., p. 143).

2411. *Juramenta a licentiandis, qui nominantur, in facultate decretorum praestanda.*

1432, Martii 28, Parisiis.

In Dei nomine amen. Noverint universi et singuli hoc presens publicum instrumentum inspecturi, quod anno ejusdem Domini millesimo CCCCº XXXIº more galicano, indictione decima, mensis vero Marcii die vicesima octava, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Eugenii divina providentia pape quarti anno secundo[1], in quadam aula alta infra cepta hospitalis sive domus Sancti Johannis Jherosolimitani Paris. scituata, in qua solent examinari licentiandi in facultate veneranda decretorum Paris. congregatis rev. in Christo patre et dom., dom. Guillelmo, abbate monasterii S. Trinitatis in monte S. Katherine juxta Rothomagum, alme facultatis decret. in veneranda Universitate Parisiensi decano, egregiisque et eminentis scientie ac venerande circumspectionis viris

dominis et magistris Livino Neuelinc, Anthonio de Lauco, Henrico de Biuria, Herveo Pouchardi, Johanne Huberti, Pasquerio de Vallibus, Alano Kirketon, et Johanne Joliveti, decretorum doctoribus, collegium ejusdem facultatis decretorum in eadem alma Universitate Parisiensi facientibus et representantibus, in nostrum notariorum subscriptorum testiumque infra scriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia, propter hoc specialiter constituti prefati domini doctores venerabilibus et discretis viris magistris

Simoni de Lucemburgo[2],
Johanni de Courcellis,
Philippo Caronis,
Johanni Vedasti,
Johanni Hamonis,
Petro Joliveti,
Laurentio Surrelli,
Michaeli Coci [i. e. le Queux],
Jacobo Hodouardi,
Michaeli Sutoris,
Jacobo Almani,
Philippo Novi,
Johanni Laurentii,
Guillelmo Albecappe,
Petro Bridoul,
Matheo Pichois,
Simoni de Placencia [de Lingonis],
Radulpho Joliveti[3],
Johanni Crohes,
Fratri Guillelmo Cottonnarii, religioso,
Ricardo Ysembergue,
Gabrieli Paysant,
Johanni Doittée,
Rogero Ernault
et Nicolao de Valetot,

per eosdem dominos doctores pro gradu licentie in eadem facultate obtinendo examinatis, omnibus et singulis in eodem examine requisitis et fieri solitis hinc inde rite peractis, ac ipso examine per eosdem dominos doctores clauso et pro clauso habito, exposuerunt seu per eundem dominum decanum exponi fecerunt quod erant certa statuta inter alia in libro statutorum ejusdem facultatis sub quodam titulo seu rubrica scripta, per examinatos ad ipsam licentiam ante presentationem (de ipsis examinatis per sepedictos dominos doctores domino cancellario faciendam) jurari solita, per eundem dominum decanum alta et intelligibili voce eisdem licen[ciandis] perlecta, cujus quidem tituli sive rubrice ac statutorum tenores secuntur et sunt tales.

Juramenta per presentandos ad licentiam prestanda.

Primo jurabunt renovando juramenta prius prestita, quod exhibebunt honorem et reverentiam decano et collegio ac singulis doctoribus presentibus et futuris dicte facultatis.

Item servabunt et deffendent libertates, statuta, privilegia, consuetudines et sententias decani et collegii facultatis decretorum, et adversariis dictorum decani et collegii non prestabunt auxilium, consilium vel favorem, ad quemcumque statum ipsos licentiandos pervenire contingat; nec contra hujusmodi juramentum dispensationem impetrabunt.

Item quilibet licentiandus tenebitur solvere facultati tres bursas in usus ipsius committendas, que burse valent tantum quantum in omnibus quilibet expendere consuevit in tribus septimanis, et tunc si ipsum incipere vel in decretis doctorizari postmodum contingat vel ulterius, pro bursis nichil solvet facultati.

Item quod solvet omnibus bidellis doctorum dicte facultatis regentium, antequam ingrediatur aulam pro licentia obtinenda, xx solidos paris. inter eosdem distribuendos, ac bidello generali unam bursam, et subidello dimidiam valoris de quo supra.

Item quod pridie licentie obtinende, habito signeto a cancellario Parisiensi, quilibet licentiandus visitabit singulos doctores, ipsos rogando ut in ipsius licentia velint interesse.

Item quod non incipiet sub alio doctore in decretis Parisius, quam sub quo fuerit licentiatus, ipso tamen vivente.

Item quod quilibet eorum erit contentus loco sibi assignato per dominos doctores, nec reclamabit aut murmurabit quoquomodo de hujusmodi assignatione loci.

Quodque ultra premissa[4] per eandem facultatem (ex certis justis et racionabilibus causis, eosdem dominos doctores ad hec juste moventibus[5], ut cum ipsi super assignatione locorum ipsorum licentiandorum secundum eorum conscientias juste et canonice procedere intenderent) ordinatum erat, quod quilibet licentiandorum sepedictorum contentaretur de loco sibi per dictos dominos doctores assignando, nec super hujusmodi assignatione quoquomodo murmuraret seu aliquid in contrarium occasione hujusmodi faceret vel attemptaret, ipsos examinatos et ad hujusmodi licentiam presentandos summando et requirendo quatenus hujusmodi statuta more solito una cum ordinatione predicta jurarent : tunc idem magister Simon de Lucemburgo omnesque alii et singuli singillatim et suc[c]essive statuta superius inserta una cum predicta ordinatione tenere, complere et inviolabiliter observare, nec contra facere vel venire per se vel alium, directe vel indirecte, pure vel libere ac mera et spontanea voluntate, tactis per eos et eorum quemlibet manualiter sacrosanctis euvangeliis, juraverunt et promiserunt, et eorum quilibet juravit et promisit. De et super quibus premissis omnibus et singulis prefati domini doctores pro et nomine dicte facultatis a nobis notariis pecierunt sibi fieri publicum instrumentum unum vel plura eandem formam continentia.

Acta fuerunt hec loco superius designato sub anno, indictione, mense, die et pontificatu quibus supra, presentibus ad hec discretis viris Dionisio Courteiller bidello, Guillelmo Guiotti subidello, et Thoma Baseilliau servitore dicte facultatis decretorum, Parisius commorantibus, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Henricus Camus, clericus Silvanectens. dioc., mag in artibus et bachalarius in decr. Paris., publicus auctoritate imperiali curieque conservationis privilegiorum famosissimi studii Universitatis Paris ac curie episcopalis notarius juratus, etc.

Et ego Matheus Anthini, presbiter dioc. Bajocens., bachalarius in decr., publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, etc.

Memor. fac. decret., I, fol. 141b. Fol. 145b afferuntur licentiati April 12 sub decano Guillelmo de Conty. Sunt iidem, qui supra juraverunt, adduntur Henricus Camus et Matthaeus Anthini, qui tamen supra scripto documento subscripserunt. Summa omnium 26.

1 Ms. « primo ». Sed Eugenius IV an. 1431, Martii 12, coronatus est, et sic annus primus esset : 1431. Ast 1431, Martii 28, Parisiis nondum sciverunt, Eugenium electum esse. Indictio Xa etiam est an. 1432. — 2. De nobili genere, an 1425 praerogativas a Martino petiit (Suppl. Mart V, no 186, fol. 157). — 3. Fortasse fratre Roberti Jolivetí, et, ut iste, parti Anglorum addictissimo, qui an. 1449 clementiam Caroli VII invocavit. Vid. *Thomas Basin, Hist. de Charles VII et de Louis XI*, ed. Quicherat, I, 14, IV, 185 Cf. *Mém. de la soc. des antiquaires de Normandie*, XXX, p 127 sq. — 4. Ms. « promissa » — 5 Ms. « moventes ».

2412. *Facultatem theologiae Paris. consulunt episcopus Ebroicensis et vicarius inquisitoris de quadam mala assertione dicta in dioecesi Ebroicensi.*

1432, Maii 16, Parisiis.

Anno Domini millezimo quadringentesimo tricesimo secundo, indictione decima, mensis vero Maii duodecima sexta, pontificatus domini nostri, domini Eugenii pape quarti anno secundo, plures domini et magistri sacre theologie professores fuerunt per dominum decanum venerande falcultatis theologie in Universitate Parisiensi in magno et competenti ac sufficienti numero convocati et congregati in ecclesia Sancti Maturini Parisiensis ut moris erat, tanquam representantes et facientes dictam facultatem theologie, ad deliberandum super quadam assertione contenta in quibusdam litteris eidem facultati transmissis ex parte reverendi patris domini magistri Ebroicensis episcopi[1] ac venerabilis et religiosi viri fratris Petri de Itinere Ordinis fratrum Predicatorum, in diocesi Ebroicensi vicarii inquisitoris heretice pravitatis, sub sigillis et signetis manualibus signatis et sigillatis, sic incipientibus in principio : *Alme facultati theologie*, etc. Suppositis protestationibus in materia fidei et morum fieri consuetis ac etiam his que de jure requisita sunt ad canonicas monitiones, attento etiam tenore litterarum infrascriptarum, quod assertio in predictis litteris contenta que talis est : « monitiones vestre non sunt nisi abusiones », censenda est injuriosa, presumptuosa, temeraria, scandalosa et ad seditionem et rebellionem subditorum ad prelatos inductiva, bonorum morum et censure ecclesiastice enervativa atque a doctrina Christi et apostolorum Petri et Pauli abductiva, et favens aliquibus erroribus in sacro Consilio Constantiensi condemnatis, et assertor illius venit corrigendus secundum determinationes juristarum et judicum. Que quidem conclusio in plurium magistrorum meique Laurentii Poutrelli presbyteri, subbidelli dicte facultatis theologie, publici apostolica et imperiali auctoritatibus notarii, ac testium subscriptorum presentia, fuit relata et publicata ac pronunciata per dictam facultatem theologie. Acta fuerunt hec in claustro Sancti Maturini Parisius, presentibus ibidem venerabilibus viris domino Gouberto Gasioti presbytero, et Johanne Vachereti principali bidello dicte facultatis theologie, Remensis et Eduensis diocesum, testibus ad hec vocatis et rogatis. Ita est. L. POUTRELLI.

Bibl. Vat. Reg., ms. 870, fol. 27, sub rubrica « Nota. Instrumentum continens deliberationem et determinationem facultatis theologie de et super quadam mala assertione dicta et dogmatisata in diocesi Ebroicensi, per rescriptionem et requisitionem episcopi Ebroicensis et inquisitoris heretice pravitatis. » — D'ARGENTRÉ, *Coll jud.*, I², p. 230.

1. Martialis Formier, episcopi ab an. 1427, Junii 16, cum esset juris utr. doctor (Reg. Lat. Mart. V, n° 267, fol. 192).

2413. *Jacobus Campora, Ord Praed , qui juravit non alibi quam in Universitate Paris actus scholasticos perficere, supplicat Eugenio IV, ut in Universitate studii Oxoniensis inceptam formam pro gradu magisterii complere possit, cum Parisios propter « instantes guerras et multa alia impedimenta » accedere non audeat* Concessum. B GRADENS. — Dat Rome apud S. Petrum viij kal. Augusti, an. secundo

1432, Julii 25, Romae.

Reg. Suppl Eugen. IV. n° 272, fol. 16.

2414. *Rector et deputati Universitatis Paris. Septemb 5 proponunt in Parlamento per mag. Johannem le Moutardier, mag. in theol., contra regales de redemptione bonorum ecclesiasticorum ordinationes*[1], « *lesquellez on devoit mieulx appeller desordenances que ordenances* », *quarum praeterea unus articulus conformis est cuidam propositioni in Concilio Constant. damnatae.*

1432, Septembris 5, Parisiis.

Arch nat. Paris., X[1a], 1481, fol. 61. — BUL., V, 410.

1. Ultimo editas an. 1432, Jan. 31 (Arch. nat , X[1a] 8605, fol 19[b], *Ordonn des rois*, XIII, p. 174), sed partim jam an. 1424, Maii 27 (Arch nat., X[1a] 8603, fol 85[b]. *Ordonn. des rois*, XIII, p. 47). et praecipue an. 1428, Jul. 31, publicatas in Parlamento Aug. 14, et in Castelleto Aug. 16 (Arch. nat., X[1a] 8605, fol. 8, Livre du Chatelet, Y 1, fol 44, *Ordonn. des rois*, XIII, p. 136), quarum primus articulus « Que toutes manières de rentes constituées par achat et à pris d'argent. . par dons, lois ou autrement .... sur les maisons et heritages assis à Paris et ès faulbours d'icelles, à quelques personnes qu'elles appartiennent, soient eglises, collèges ou autres personnes, les proprietaires d'icelles maisons ou heritages, qui sont à present ou qui seront pour le tems à venir, puissent racheter, c'est assavoir le denier [pour] douze deniers, monnoye courante à present ». Excipiebantur inter alia « les rentes deuement admorties » Universitas tam tarde se opposuit, iterumque an. 1433 (vid nº 2433), quia tunc solum, hebescente stella Anglorum, et irritata propter erectionem studii Cadomens., animum sumpsit publice contra ordinationes Anglorum agendi.

2415. *Cursores in facultate theologiae.*

1431, Octob.-1432, Septemb., Parisiis.

Mag Laurentius Muscc[1], 8 Octob. 1um curs.
Frat. Johannes Blondelle, religiosus S. Dionisii, 29 Octob 1um curs
Dom. Johannes de S Petro, prior S Bernardi, 15 Nov 1um curs.
Mag Nicolaus Loseleur[2], 20 Dec 1um curs.
— Johannes Coste, 28 Jan 2um curs.
Frat Robertus Ursicampi, 22 Martii 2um curs.
— Joh. Galet, 14 April 2um curs.
Mag Guillelmus Huse, 31 Maii 2um curs
Dom Petrus Spel, Ord. S. Ben , 6 Jun 1um curs.
Mag. Alisender Valalart, 12 Jun 2um curs
— Joh. Fluri, prior Sorbone[3], 4 Aug. 2um curs.
[11]

Bibl. nat Paris., ms. lat. 5494, p. 126, 140 sq., 145.

1. Is cum Rolando Scriptoris contentionem habuit propter almanachum anni 1436, teste Simone de Phares (Bibl. nat. Paris., ms. fr. 1357, fol. 150. Cf. VALLET DE VIRIVILLE, *Hist. de l'inst publ.*, p. 364, n. 4). — 2. Inter lineas « Aucupis ». De ipso jam supra p 118 et p 523, not. 40. Incepit sub mag. Guillelmo Erardi. — 3. In msto 5494, p. 145, legitur « Magister Matheus Andree de venerabili collegio Sorbone respondit de temptativa in aula Sorbone sub mag. Joh. Fluri priore collegii, et fecit relationem in facultate. que fuit grata. » Mattheus Andreae an 1442 solum licentiatus.

2416. *Sententiarii et Biblici Parisienses.*

1432, Septemb., Parisiis.

Nomina bachalariorum Sentenciariorum pro anno CCCCº XXXIIº in mense Septembri :

Frat. Johannes Soret, Carm., xxiiij sol
Mag. Johannes Flury, prior Sorbone, xxiiij sol.
— Guillermus Huse, xxiij sol.
— Alissender Valalart, xxiij sol.
— Johannes Coste, xxiij sol.
Frat Robertus de Ulsicamppo, xxiij sol
— Johannes Givois, xxiij sol.
Frat Laurencius de S. Silvestro[1], xxiij sol.
— Yvo Minoti, Augustinus, xxiij sol.

Die prima Julii incepit Sententias fr. Donatus de Puteo de Mediolano[2], Ord. frat Minor , de mandato apostol , solvit xlviij sol.

Frat. Johannes Hoea, legit Sentencias auctoritate apostolica, xlviij sol [3]

Nomina Biblicorum :

Frat Johannes Courroy, xx sol
— Jacobus Canonici, xx sol.

Frat. Guillermus de Saviniaco, Cisterc., xx sol.
— Petrus Meinier, Carmelita, xx sol. [4]

Bibl nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 146

1. Jam pro anno 1429 destinatus Vid. supra ad an. 1429, not Fuit Italus. — 2. Is est ille Donatus ap. DELISLE, *Cab. des mss.*, I, 111, a quo Carolus dux Aurelianens. librum emit. Nunc etiam cognomen ejus nobis notum est. Vixit adhuc et ad regentiam admitti petiit an. 1470. Vid. D'ARGENTRÉ, *Coll. jud.*, I², p. 256 sq. — 3. Exstat in fine biblicorum.

2417. *Magistri regentes in facultate theologiae Parisiis*

1432, Septemb., Parisiis.

Nomina magistrorum regentium pro anno CCCC° XXXII° in mense Septembri :

Primo magister Petrus de Diereyo, decanus [*etc ut an* 1431, *usque ad* Guillelmum Erardi, *excepto* Petro Migecii *Hic adduntur* Johannes Bouegue, abbas Fiscannens , Johannes de Boury]
Mag Gerardus Gourron
— Ricardus de Mesnillo
— Guillermus Adelie
— Remondus de Altoponte.
Mag Gauffridus Coclearis
— Michael Anglici
— Petrus Mauricii
— Petrus Hierford
— Hugo Poret
— Johannes de Cani
— Johannes Le Moutardier [33]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 145 sq

2418. *Universitas Paris deliberat de legatione ad ducem Burgundiae et conventum Autissiodorens destinanda summaque 100 saluciorum pro illa legatione mutuanda.*

1432, Octobris 7, Parisiis.

Anno Domini 1432, 7ª die mensis Octobris, cum convocata Universitate iteratis vicibus et frequentatis super expeditione ambassiate mittende seu destinande ad illustrissimum principem dominum ducem Burgundie pro tractatu pacis habende in regno Francie[1] juxta modum tactum in Universitate per scabinos hujus ville non potuerit haberi concordia in pecuniis tradendis seu expediendis reverendo in Christo patri et domino, domino episcopo Meldensi[2] ambaxiatori concorditer electo ab Universitate prefata super pretacta materia, fuit Universitas ipsa convocata per dominum rectorem[3] in Sancto Maturino super tribus articulis. Primus ad expeditionem totalem et finalem ambaxiate mittende ad dominum ducem Burgundie; secundus ad providendum et disponendum de officio conservatoris privilegiorum alme matri Universitati Parisiensi a s. sede apostolica indultorum; tertius communis.

Quantum ad primum, quia factum ipsum ambaxiate videbatur nationi Francie quamplurimum favorabile et pium, immo summe rectum, ipsa pluribus et iteratis vicibus conclusit quod volebat mittere. Et quoad pecunias tradendas et habendas convenerunt

simul procuratores nationum Francie, Picardie et Normannie una cum suis deputatis, que nationes in hoc actu pariter et concorditer ambulaverunt et se habuerunt. Qui quidem deputati inter plures modos tactos advisaverunt et consuluerunt unum modum postea ab ipsis nationibus approbatum et conclusum, videlicet quod ipse tres nationes haberent offerre in Universitate, mutuare summam centum saluciorum auri equaliter ipsi Universitati, dummodo ipsa Universitas et totum corpus ipsius Universitatis se obligaret ipsis tribus nationibus ad restituendam dictam summam et quotam ipsos tangentem, et de modis postea advisaretur. Pro qua quidem summa centum saluciorum auri ipse dominus Meldensis, ambaxiator electus, volebat contentari pro tota ambaxiata. Qui quidem modus illa eadem die 7ª sic advisatus et conclusus per istas tres nationes fuit oblatus Universitati et in Universitate per organum domini rectoris, ut vellent alie facultates et nationes in illum condescendere et illum acceptare. Et tandem fuit ab Universitate conclusus, videlicet quod placebat Universitati se obligare et totum corpus ipsius Universitatis prefatis tribus nationibus, scilicet Francie, Picardie et Normanie, ad restitutionem istius summe 100 saluciorum auri, dummodo ipse tres nationes mutuarent dictam summam pro Universitate et nomine ejus ipsi domino Meldensi pro causa superius expressa. Et illico se obligaverunt omnes facultates et nationes in manu magistri Michaelis Heberti scribe et notarii Universitatis : pro facultate theologie reverendus dom. mag. Johannes de Trecis gerens et exercens officium decani sue facultatis; mag Gueroaldus Boiselli decanus facultatis decret. se obligavit pro ipsa facultate in quantum poterat; pro facultate medicine mag. Henricus Thiboust similiter gerens et exercens officium decani sue facultatis. Pro natione Francie ego Philippus de Longolio obligavi nationem Francie matrem meam pro quota que ipsam potest tangere, pro natione Picardie mag. Johannes d'Auchy; similiter pro natione Normanie mag. Laurentius La Mouque; similiter pro natione Almanie[4] mag. Albertus Vorden, omnes procuratores suarum nationum. Et de ista conclusione petii instrumentum a prefato notario pro natione Francie matre mea. Et illa eadem die 7ª post prandium, convocatis decanis quinque provinciarum[5], tradidi juxta oblationem nationis et conclusionem ipsi reverendo patri domino episcopo Meldensi summam 33 saluciorum auri de pecuniis nationis acceptis in coffro ipsius. De qua quidem summa 33 saluciorum habet ipsa natio unam cedulam *de recepisse* a dicto domino episcopo Meldensi signatam suo proprio signo manuali, repositam in ipso coffro nationis.

Quoad secundum articulum [*quia P. Cauchon, episc. Belvacens , usque nunc conservator privilegiorum Universitatis,* vid. nº 2167, *not.*, *dicebat se translatum esse ad sedem Lexoviensem*, *cujus episcopus non est conservator*, *ipse Cauchon requirebat Universitatem*] ut ipsa Universitas vellet in loco ejus ponere et instituere . . reverendum in Christo patrem et dominum, dominum Meldensem, quoniam a primevo sue etatis fuit enutritus et tandem graduatus in ipsa Universitate; et tandem vellet eum assumere in suum conservatorem, ut dictum est[6]. Que quidem natio Francie et etiam tota Universitas exoneravit ipsum dom.

Belvacensem de hujusmodi officio conservatorie suorum privilegiorum, cum gratiarum actionibus, et benigne suscepit renunciationem ejus. Et juxta requestam ipsius dom. episcopi Belvacensis, posuit loco ejus, instituit et suscepit in suum conservatorem privilegiorum suorum apostolicorum prefatum rev. in Christo patrem et dominum, dom episcopum Meldensem; qui ipsum officium acceptavit, juramentis solitis in plena Universitate prestitis.

Bul., V, 420-422, e Libr. procur. nat Gallicanae.

1. Ad hoc jam in principio anni multum laboravit cardinalis S Crucis Nicolaus de Albergatis, legatus papae, et civitates Autissiodorens. vel Nivernens. pro conventione habenda proposuit, quas tamen dux Bedfordiae Febr 25 non acceptavit (Arch. nat., X[1a] 1481, fol. 52). — 2. Johanni Boiri. Vid. n° 2268. — 3. Martinum Berech. — 4 Ab hac tempestate nomini « Anglicanae » plerumque nomen « Alemanniae » substituebatur. Vid. de hoc *Auctar.* II. — 5. Nationis Franciae. Ad haec vid. *Chartul*, III, in Indice, p. 774[a]. — 6 Id minime singulare judicandum est, nam ante episcopum Belvacens. conservator fuit episcopus Silvanectens (vid. n° 2159), proinde solum Meldens. eligendus restabat

---

2419. *Universitas Paris. legatos suos ad ducem Burgundiae missos suis suppositis, cujuscumque status sint, commendat*

1432, mense Octobri, Parisiis.

Rector et Universitas studii Parisiensis universis suppositis nostris cujuscunque gradus, status ac preeminentie existant, salutem in Domino sempiternam. Cum propter certas et speciales causas graves et arduas, universam hujus Francie regni concernentes salutem, nostros ad presens destinemus oratores solennes T. T.[1] apud presentiam magnificam excellentissimi principis domini ducis Burgundie, ubi ad fructum validum in tam celebri materia consequendum nobis merito visum fuerit expedire, per vos et vestrum singulos, prout dictorum oratorum discretio judicabit ipsos nostros oratores vestris conciliis ac assistentiis ubilibet confoveri, et presertim dum ad ipsius principis et sui consilii presentiam Universitatem nostram representare opus erit. Idcirco vobis et vestrum singulis mandamus et sub debito precipimus juramenti, quatenus prout ipsi oratores vos et vestrum quemlibet secum adesse postulabunt, eisdem honorifice assistatis pro et nomine nostro, et nostri contemplatione eisdem concilium, auxilium et favorem, vos et vestrum quilibet prebeatis indilate, suis eorundem ambassiatorum precibus et mandatis obedientes veluti nobis in hac parte. Quibus etiam nostris oratoribus presentium per tenorem vos et vestrum quemlibet vocandi et per vestrum ad nos prestitum juramentum ad premissa compellendi plenam concedimus facultatem. In quorum testimonium, etc.

Minuta chartac. in Arch. Univ Paris, theca I. AA. a. — Bul., V, 421.

1. Supra T. T., i. e. « tales », inter lineas additum est « reverendum in Christo patrem Johannem [Boiri] episcopum Meldensem, sacre theologie professorem, et mag. Nicolaum de Quoquerel, mag. in artibus et in dicta theologia baccalarium. »

2420. « *Instructiones ambassiatorum ex parte Universitatis transmissorum apud illustrem principem, dominum ducem Burgundie* »

1432, Octob., Parisiis.

Primo, sue dominacioni illustri Universitatem humiliter commendabunt, eidem reverenciam et honorem solito et approbato more ex sincerissimis affectibus exhibendo.

Deinde, ad materiam sue legacionis descendentes, exponent apud suam excelsam dominacionem ab ipsa Universitate se esse transmissos, ad manifestandum et explicandum desolacionem patentem hujus christianissimi regni, presertim urbis Parisiensis, calamitates immensas, et afflictiones numerosas populi[1], sue prosperitatis inclitissime fidissimi zelatoris. Item, et calamitates easdem precipue causari visa est adversariorum presumptio, operante videlicet hostis antiqui versucia, propter nimiam, ut creditur verisimiliter, principum hujus regni sibi invicem 'confederatorum elongationem et remocionem, eorum communicacionem suorumque conciliorum [impedientem], et signanter illustris principis domini regentis Francie et ejusdem sue dominationis inclitissime, inter quos perpetuum fedus et eternam amiciciam, preter virtuosum zelum publice salutis, naturalem colligantiam et affinitatem fraternam solidasse[2] gaudebit plebs fidelis, et hujusmodi nexum solidissimum formidabunt adversarii ultra modum.

Item, et circa tantas populorum et regni afflictiones animadvertens Universitas, quod salutem publicam ex professione propria apud quoscumque procurare solitum est, deliberavit et conclusit prefatam dictorum principum collocutionem et communicationem sibi neccessariam visam esse ad sedationem calamitatum earumdem.

Item, et idcirco apud suam dicti principis magnificam et preclaram dominationem per suos solemnes ambassiatores ipsa Universitas instandum decrevit, ad operas publice quietis, quatenus prefatus princeps illustris cum eodem domino regente Francie personaliter conveniat, et mutua colloquia et concilia communicare non postponat ad tante rei felicem consummacionem. Et diem et tempus ordinet, etc.

Item, et ne talis communicacio ac prolocucio ad fines sinistros tendere vel vagari deforis inaniter per emulos asseratur, visum est Universitati eidem tria puncta, concernentia principaliter quietem publicam, in hac principum convencione debere tractari.

Primum, ut cum adversariis[3] regis et regni pax perpetua procuretur, medio certarum oblationum quas, per maturum concilium amborum principum digestas, dominus noster rex eisdem adversariis offerre et observare, quantum in se fuerit, non tardabit

2° Ubi desiderate pacis conclusio prima facie obtineri non valeret per media prefata, dictis adversariis offerenda, longa saltim guerrarum abstinencia, treuga solidissima procuretur, qua mediante afflictio populi suspendatur, et cujus medio tempore, divina gracia illustrante, media pacis perpetue jugiter perquirantur.

3° Et si principum et conciliorum eorumdem celebrium advisamenta sincerissima apud

adversarios in nullo prosint, ac ab eisdem despiciantur, sua operabitur personarum, colloquiorum et conciliorum communicacio, ut tante iniquorum malicie resistendo, provisio salubris adhibeatur in premissis; per quam saluti populi et desolacioni eminenti hujus regni celeriter provideatur, ad ipsorum adversantium confusionem, eo modo quo principes prepotentes, sue plebis affectantes quietem, adversantium superbie resistere soliti sunt.

Hiis igitur expositis, dicti ambaxiatores pro parte dicte Universitatis humiliter supplicabunt, ejusdem excelsi principis personalem communicacionem concludi et efficaciter adimpleri infra paucos dies, et quam celerius commode poterit obtineri, quoniam et desolaciones ipsos ultra modum populos opprimere videntur. Tempus autem et locum pro eadem principum colloquiorum et conciliorum communicacione supplicabunt celeriter et indefesse assignari.

Item, et premissis peractis, ejusdem magnifici principis ad memoriam revocabunt Concilii generalis instantem[4] celebrationem, cui transmittere solemnem ambaxiatam pluries spopondit; et quoniam instat neccessitas pro arduitate materiarum ibidem tractandarum, et celeritas rerum agendarum exposcit, sue inclitissime dominacioni supplicetur ejusdem sue legationis expedicionem continuo adimpleri et illuc indilate transmitti[5], pro fructu sperato universe sancte ecclesie consequendo, honoreque et exaltatione sui gloriosi nominis, ad suorum predecessorum imitationem, etc.

Tandem autem eidem principi inclitissimo Universitas offeratur in se et suis suppositis, et precipue preces et orationes et universorum obsequia, juxta suam professionem, etc.

Minuta chartac. in Arch. Univers. Paris., theca I, AA. b. — Jourdain, nº 1238, qui plurimas difficultates legendo non supergressus est. — Eugenius IV etiam duci Burgundiae scripsit (*Hist. de Bourgogne*, IV, Preuves, p. lxxxvii). Revera Conventio postea mense Novembris Autissiodori, promovente cardinale legato Nicolao de Albergatis, celebrabatur, ut pax duorum regum procuraretur. Sed nihil conclusum est. Cf. De Beaucourt, *Hist de Charles VII*, t. II, p. 438, 446 sq , 451.

1 De hac desolatione urbis Paris vid. epistolas praepositi mercatorum, etc., ad regem Angliae civitatemque Londoniens. eodem anno apud Delpit, *Collection gén. des documents français qui se trouvent en Angleterre*, I, p. 250 sq. — 2 Soror ducis Burgundiae, Anna, ab an. 1423, Junii 14, fuit uxor ducis Bedfordiae. — 3 Non de « inimicis », ut paulo antea, sed solum de « adversariis » Universitas nunc loquitur, quibus « oblationes » (Jourdain conventiones) terrarum faciendas proposuit. — 4. I. e. « praesentem ». — 5. Anno eodem, pluries dux Burgundiae in Concilio se excusavit, qua ex causa legationem nondum misisset, et solum an. 1433, Martio, ambassiatae mentio fit, et Junio ambassiatores incorporantur (*Mon. Concil. general. saec. XV*, t. II, p. 141, 186, 279, 338, 360, Haller, *Concil. Basil.*, II, p. 369, etc., 437 sq.).

2421. *Magistri regentes in facultate medicinae an. 1432-1433.*

1432, Novembris 11, Parisiis.

Anno Domini 1432[1] die jovis que fuit xj[a] Novembris inceperunt lectiones suas magistri qui hic inscribuntur :

Joh. Belardi[2]	Petrus Cardonnelli.
G. Saquespée.	Henricus Thibout.
H. Dongny[3].	Joh. Lengrenois.

Robertus Pethevin	Inguerrandus de Parenti
P. de Chaciaco.	Symon de Mara.
Egidius Caniveti	Petrus Columbi.
Rolandus Scriptoris.	Guill. de Longolio,
Guil. de Apostolatu	

[15]

Comment. fac. med., I, p. 321. — Nov 6 decanus fac. electus erat Henr. Thibout.

1 Ms. « 1433° ». — 2. Qui anno 1433 obiit. — 3 « Qui in eodem decanatu obiit, anima ejus requiescat cum angelis ».

2422. *Universitas Paris divina celebrat pro prosperitate regis Angliae, pro regente et pro sanitate uxoris ducis Bedfordiae*

1432, Aug. 9-Novemb. 13, Parisiis.

Die ix Augusti fuit processio generalis in S. Genovefa pro prosperitate regis et re[g]ni, x den. — Item die xxvj^{a} Septembris fuit missa in S. Genovefa pro sanitate regentisse uxoris domini ducis Betefordie, regentis regnum Francie, [pro] offertoriis ix den. — Item die v^{a} Novembris, quando dominus regens fuit processionaliter apud S. Martinum de Camppis pro sanitate domine regentisse, uxoris domini r[egentis] Francie et ducis Betfordie, [pro] offertoriis xx den. — Item die octava Novembris apud S. Katherinam Vallisscolarium, quando Universitas fuit processionaliter cum domino regente, et fuerunt multi cum reliquiis et capis, [pro] offertoriis xvj den.

Bibl. nat. Paris., ms lat. 5494, p. 134, 153. — Anna Burgundiae, uxor ducis Bedfordiae, jamdiu aegrota erat (*Chron. de Monstrelet*, V, p. 44 sq.), et tandem Novemb. 14 post mediam noctem defuncta est. Vid. Arch. nat., X^{1a} 1481, fol. 63. — Anno sequente adhuc ab Universitate apud Coelestinos, Novemb 13, anniversarium celebratum est (Ms. 5494, p. 154)

2423. *Thomas de Courcellis mag. in art., bac. formatus in theol. Parisiis, ab Eugenio IV petit expeditionem bullae super gratia sibi concessa « ut non obstante defectu etatis quem patiebatur, in tricesimo secundo vel circa sue etatis anno constitutus, in Universitate studii Paris in facultate theologie legere et alios scolasticos et magistrales actus exercere possit cum consensu Universitatis predicte ».* — Concessum in presentia domini nostri pape. B Gradens — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, quarto kal. Februarii, anno secundo.

1433, Januarii 29, Romae.

Suppl Eugen. IV, n° 275, fol. 247^{b}.

2424. « *Guillelmus*[1] *abbas de Cormelliis* », *decanus facultatis decret., intentat contra mag. Guillelmum Erart processum, quia « in ultima licentia*[2] *aperuit rotulum licentiandorum*[3] *per dominos ei traditum » Erart impetravit litteras regias, per quas causa ad Parlamentum remitteretur. Facultas Februarii 12 negotium dimisit in suspenso.*

1432, Novemb. 13-1433, Febr. 12, Parisiis.

Memor fac. decret., I, fol. 156.

1. Bonnel, de quo n° 2309, et p. 522, not. 9. Fuit decanus ab an. 1432, Nov. 6, continuatus an. 1433, Novemb. 10. — 2. An. 1432. — 3. Quomodo rotulus clauderetur, vid. infra n° 2446.

2425. *Mag. Johannes Bailli, procurator Universitatis Paris., Martii 1 in Parlamento declarat, se jam appellasse in curia Parlamenti, et nunc iterum appellare, quia baillivus Rotomagens., quamvis pluries ab Universitate cum archiepiscopo Rotomagensi conjuncta requisitus, recusavit reddere dicto archiepiscopo detentos episcopum Abrincens., baccal. theol., Johannem Basset*[1], *presb., mag. art., lic. in decr., Johannem de Laleu, lic. in leg., Johannem Segueur, pluresque alios clericos et presbyteros Rotomagi incarceratos. April 3 rector et deputati Universitatis per mag. Guillelmum Erart*[2], *mag. in theol., curiam Parlamenti requirunt, ut appellatio realiter admittatur et dies assignetur ad comparendum. April. 24 consiliarii curiae non omnino consenserunt, nihilominus promiserunt, ut baillivo Rotomagensi appellatio Universitatis significaretur.*

1433, Martii 1, April 3, 24, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X^{1a} 1481, fol. 66, 67^{b}, 68^{b}. Bul., V, p. 422. 424 (depravatis nominibus). Johannes de S. Avit, episcopus Abrincens. ab an. 1391, Octob. 7, Johannae d'Arc favens, fuit accusatus laesae majestatis, quasi urbem Rotomagens. Francigenis voluisset tradere. Vid. de hoc Beaurepaire in *Précis analytique des travaux de l'Académie de Rouen*, 1868, p. 509, et *Bulletin de la soc. de l'hist. de Normandie*, t. VII, p. 287. Audita opinione Johannis Lohier, dux Bedfordiae eum reddidit jurisdictioni archiepiscopi Rotomagens., ea conditione, ut contra suum suffraganeum severe procederet (vid. *Mém. de la soc. des antiquaires de Normandie*, t. XXX, p. 129). Johannes de S. Avit post decennium in carcere mortuus est.

1. Johannes Basseti et Joh. Regis propter aliam causam, quam episcopus Abrincens., incarcerati erant. Cum enim tres quidam Normanni se Francigenis conjunxissent et propter hoc capti et detenti fuissent, detenti per Basseti et Regis a baillivo, quia clerici, requisiti fuerunt. Sed baillivus ambos citavit, qui tamen, quia non comparuerant, etiam ipsi detenti sunt. Vid. Beaurepaire, in *Précis*, etc., p. 447 sq. — 2. Bul., male contra cod. « Eurard »

2426. *Frat. Jacobus de Touraine, Ord. Minor., mag. theol., in Parlamento Martii 2 propositiones contra mag. Paulum Nicolai, exclusum ab Universitate, ut contra seditiosum, et discordiam inter supposita nationis seminantem pronuntiat. Paulus Nicolai respondet. Martii 5 episcopus Paris. contra Paulum proponit. Excommunicatus celebravit divina. Etiam vicarius inquisitoris contra ipsum processit. Martii 9 Paulus Nicolai respondet. Nihil conclusum est.*

1433, Martii 2, 5, 9, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X^{1a} 4797, fol. 44-47. Plura vid. in *Auctar.*, II, p. 465, not. 1.

2427. *Licentiati in facultate theologiae.*

1433, Martii 14, Parisiis.

Die xiiij mensis Marcii fuerunt licenciati :

Primus, mag. Johannes Toutain[1],
Frat. Antonius Mazoerii, [Pred.][2],
— Stephanus Bureti, [Cluniacens.][3],
— Antonius Kien, [Pred.][4],
Frat. Johannes de Fano[5], [Minor],
Mag. Johannes de Fonte[6], [Harcurian.],
Frat. Anselmus Appart, [Minor], [7]

per magistrum Guillermum Erardi viscecansellarium ecclesie Parisiensis.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 141.

1. Magister Maii 4 (p. 157). Minime idem ac Johannes Tostani, an. 1439, Maii 20, abbas S. Stephani de Fonteneto Bajocens. dioec. (Arch. Vat. Oblig., n° 66, fol. 46). — 2. Magister Maii 28 (ms. 5494, l. c.). — 3. Magister Novemb. 5 (p. 160). — 4. Magister 1434, Jan. 15 (ibid.). — 5. An. 1433, Septemb. 16 « fuit magister Johannes de Fano, Ord. frat. Minorum » (p. 158). — 6. Magister an. 1434, Mart. 11 (p. 160). — 7. Magister 1433, Jun. 15 (p. 157).

2428. *Facultas theologiae decernit, ut in qualibet cathedrali saltem unus magister in theol semel in hebdomada legat, etc. Magistri in Concilio Basileensi praesentes reputantur.*

1433, Martii 18, Parisiis.

Anno Domini millesimo CCCC° XXXII°, die xviij[a] mensis Marcii, fuit congregacio facultatis in Sancto Maturino ad audiendum relacionem deputatorum super aliquibus tangentibus honorem facultatis et singulorum magistrorum, videlicet quod in qualibet ecclesia catred[r]ali esset unus magister in theologia ad minus, qui haberet legere semel in e[b]domada, predicare et recipere fructus ecclesie.

Item supplicavit unus religiosus de Beco Elouini quod daretur sibi unus magister qui audiret eum de temptativa, et fuit admissus.

Deinde magistri nostri ordinaverunt et concluserunt quod omnes magistri qui erant Parisius presentes et regentes, quamdiu starent in Consilio Basiliensi, perciperent fructus et honores regencie, ac si essent Parisius.

Bibl. nat Paris., ms. lat. 5494, p 156.

2429. *Facultas artium apud S Julianum deliberat de modo conferendi beneficia Universitatis, et se opponit tribus facultatibus superioribus, quae voluerunt ea per turnum conferri, « ita quod quelibet facultas et quelibet natio suo ordine conferret » Placuit quod de qualibet facultate et natione eligeretur unus notabilis magister qui cum rectore beneficia hujusmodi conferret. Natio Gallicana praesentavit Gerardum Gehe ad beneficium curatum SS. Cosmae et Damiani* Acta fuerunt hec anno predicto, 19 mensis Aprilis, presentibus venerabilibus magistris Johanne de Ponte receptore nationis [Francie], Jacobo Galet procuratore Universitatis, Horatio Dam-Jean et multis aliis prefate nationis suppositis

D'AUCHY.

1433, Aprilis 19, Parisiis.

Mém. hist. sur les bénefices, p 142. BUL , III, 609.

2430. *Mag. Johannes Chuffart in cancellarium Paris. recipitur.*

1433, Maii 20, Parisiis.

Mercurii, in vigilia Ascensionis Domini, xx[a] Maii, mag. Johannes Chuffart exhibuit in capitulo arrestum Parlamenti cum executoria ejusdem super accordo facto inter ipsum et Branlart pro cancellaria ecclesie Paris.,.. . requirens quod permitteretur uti cancellaria....; dicens quod paratus erat facere et faceret omnia quecunque posset pro bono ecclesie. Propter quod visa oblatione ipse permissus est ingredi suum locum in Capitulo.

Arch. nat. Paris., LL 114, p. 45

2431. *Maii 7, rector deputatique Universitatis per mag. Jacobum de Touraine proponunt, ut curia jubeat ordinationem de beneficiis alternativa distributione conferendis observari*[1]*, et Johannem Saliou*[2] *procuratorem ecclesiae Franciae ab oppositione sua detrudi. — Maii 11, mag. Joh. Salliot* (sic) *protestatur se legitime opposuisse, nomine ecclesiae, cum Martinus V misisset bullas ad duas decimas e clericis exigendas. — Maii 25, rector deputatique requestam suam iterant.—Jun. 8, mag Johannes Lullier mag Johanni de Wary procuratori ecclesiae dilationem petenti adversatur, procurator regis sustinet suum esse, non Universitatis, « requerir l enterinement desdites lettres ». Curia videbit.*

1433, Maii 7-Jun. 8, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X1a 4797, fol. 66b, 68b, 72b, 78b.

1. Henricus rex Angliae an 1425, Novemb. 26, ordinavit, ut beneficia mensibus Martii, Junii, Septembris et Decembris vacantia ordinariorum, collatorum seu patronorum provisioni subjacerent, quae vero caeteris mensibus vacarent, apostolicae dispositioni reservarentur (Arch. nat., X1a 8603, fol. 91, *Ordonn des rois*, XIII, p. 107), sine praejudicio vero libertatum ecclesiae Gallicanae. An. 1432, Maii 12, hanc ordinationem confirmavit (*Ordonn* , XIII, p. 181). Procurator ecclesiae Franciae se eodem anno, Septemb 6, opposuit, quia in Concilio Constant. contra similem alternativam appellatum est (X1a, 1481, fol. 61) Universitas vero fuit pro observatione alternativae Vid. n° 2433. — 2. Arch. nat , X1a 1481, fol. 61 : « Challiau »

2432. *Johannes Godin, gardianus frat. Min. Parisiis, cancellario Paris. praesentatur. De prandio apud Minores occasione magisterii Anselmi Appart, O. Min.*

1433, Junii 9, 15, Parisiis.

Die ix Junii fuit presentatus per magistrum Jacobum Testoris domino cancellario magistro Johanni Chufart fr. Johannes Godin[1], gardianus fratrum Minorum in presencia magistri Luce de Assisio, magistri in theologia, Anselmi Appart confessor[is] illustrissime regine Francie, et fuit receptus pro presentato et michi preceptum, quod ego darem locum sibi in scolis, ut moris est.

Die xva Junii fuit magister in theologia magister Anselmus Appart, Minor et confe[s]sor illustrissime regine Francie[2]. Magister Johannes Chufardi tradidit sibi bieretum, quia cancellarius ecclesie Parisiensis et canonicus, magister in artibus et licenciatus in decretis. Et per prius tradiderat magistro Nicolao Bessy bieretum in aula.

In prendio magistri Anselmi Appart Minoris fuerunt multi domini, dominus rector, decanus facultatis theologie, et omnes magistri in theologia, prepositus Parisiensis, primus presidens Parlamenti, doctores, archidiaconi, burgenses quamplurimi, et fuit in refectorio Minorum. Dominus rector tenebat primum locum ante campanam in medio mense; ad manum destram dominus decanus Petrus de Diereyo et omnes magistri sine interruptione. Ab alio latere dominus prepositus Parisiensis, dominus presidens Parlamenti, dominus miles du guet Michaut de Lalier. In secunda mensa dominus cancellarius ecclesie Parisiensis, archidiaconi, doctores et alii ma[g]nates, etc.

Bibl nat. Paris., ms. lat. 5494. p. 157. — Quae de prandio dicuntur etiam partim exscripta sunt in ms. lat. 5657a, fol. 18. — FÉLIBIEN, *Hist. de Paris*, II, p. 821, Anselmum nominat « Anceau Frapart ou Hapart ».

1. Sententiarius an. 1430. — 2. Post Petrum ad Boves, etiam Ord. Min., fuit confessor famosae reginae Isabellae, quae filium suum Carolum abdicare coegit. Johannes Chuffart fuit cancellarius Isabellae.

2433. *Universitas Paris. in Parlamento Paris. se iterum severe opponit ordinationi regali de redemptione bonorum ecclesiarum et collegiorum.*

1433, Augusti 8, Parisiis.

Samedi viij[e] jour d'Aoust. — Ce jour vint en la court le recteur et pluseurs des maistres de l'Université en leurs abitz acoustumés, et firent proposer, par la bouche de maistre Guillaume Erard[1] maistre en theologie, qu'ilz venoient pour faire une grief complainte contenant deux choses : l'une pour le fait du rachat de rentes que l'en fait contre le bien des eglises et des collèges de Paris[2], l'autre pour le fait de l'alternative[3], afin qu'elle ait son cours, ainsi que nostre saint père le pape et le roy et son conseil l'ont voulu et ordonné. Et print ledit Erard par manière de theume la parole du psalmiste, psalmo XIIII°: « Tu es qui restitues hereditatem meam michi », *que sunt verba Christi secundum humanitatem loquentis Deo patri.* Et ces paroles povoient adrecer à la court qui est la souveraine justice de ce royaume. Et protesta ledit Erard qu'il n'entendoit par ce qu'il avoit a dire à aucun injurier, et estoit chargié de ce dire par commandement à lui fait par l'Université. *[Tam libertates ecclesiae, in spiritualibus et temporalibus, quam privilegia imperatorum et regum, conservanda sunt, si regnantes feliciter dies suos inire volunt.]*

Dit oultre que depuis v ou vj ans ença[4] on a fait une constitucion par laquelle seroit loisible de racheter les rentes, non deuement amorties, constituées sur les maisons de la ville de Paris et des forbours d'icelle, par et de laquelle s'est ensuye grant ruyne et desolacion et eversion de l'estude de Paris. Laquelle constitucion ne vault et ne se puet soustenir pour pluseurs raisons. *[Primo, ad legem condendam vocandi sunt principales eorum, quos lex tangit, imprimis ecclesiae et Universitatis; sed haec ordinatio fuit facta a paucis, inter quos solum tres vel quatuor viri ecclesiastici. « Le proufit de ceste constitution s'en va ès bourses de vij ou viij personnes, qui ont pourchassié ceste constitution. » Per hanc constitutionem major destructio et desolatio domorum Paris.[5] quam unquam prius subsecuta est. Plura beneficia etiam destructa et animae purgatorii auxiliis destitutae sunt, et scholares non habent unde vivere, « et par ce fault necessairement que l'Université s'en voit et se parte de la ville de Paris ». Etc.]*

Item, y a motz capcieux en ladite constitucion, c'est assavoir en ces motz « deuement admorties », dont s'en sont ensuis pluseurs inconveniens et procès, et pour la malice des gens fault *hiis temporibus* mettre une peau de parchemin où souloient souffire quatre lignes.... Item, se ceste constitucion dure, venront en ruyne et desolacion totale les collèges de Paris qui n'ont pas esté fondez par les roys ne par les gens de Paris; si ne les peuent ou doivent defonder ne destruire, et n'y a que le collège de Mignon; et a esté ou temps la ville de Paris moult eslevée et peuplée par les escoliers de l'Université et par especial du costé où est l'estude.

Si font lesdis de l'Université trois requestes, *primo* que telz voies cessent et que

ladite constitution soit abolie. *Secundo* ou cas que abolie ne seroit, qu'il soit declairé que ladicte constitucion *non comprehendat ecclesiam*, *saltem Universitatem*, *nec supposita qui possunt dici miserabiles persone*. *Tertio* que l'alternative soit avancée et qu'elle ait son cours.

Sur quoy la court a respondu aux dessusdis que en tant qu'il touchoit les procès pendans ceans entre parties, la court feroit raison à icelles parties, et au seurplus alassent devers monseigneur le chancellier et le grant conseil[6].

Arch. nat. Paris., X1a 1481, fol 72b — Bul., V, p. 424.

1. Bul. et Jourdain. n° 1242, male contra codicem « Eurard ». — 2 Vid. supra n° 2414, not. 1. — 3. Vid. n° 2431, not. 1 — 4. Scil. an. 1428, Jul. 31. Vid n° 2414. — 5. Parisiis propter bella et mortalitates plures domus derelictae et ruinae proximae erant. Vid. Arch. nat., Y 4, fol. 29b. — 6. Sed an. 1434, April. 10, 13 (cf n° 2447) ad ducem Bedfordiae relegati fuerunt

---

2434. *Cursores in facultate theologiae.*

1432, Novemb.-1433, Septemb., Parisiis.

Frat Simon Evrardi de Fonteneto, 15 Novemb. 1um curs

Frat Petrus [sacrista S Bernardi] Cisterc., 18 Nov. 1um curs

Dom Johannes Jordani, abbas S Petri Carnotens.[1], 23 Jan. 1um curs

Mag. Amandus Cordani, 26 Jan. 1um curs.

— Guillelmus Cloutarii, 3 Febr 1um curs

Mag. Alardus Palenc[2], 17 Febr. 1um curs

Frat. Johannes de Bonoportu, 20 Jun. 2um curs

Mag. Petrus Godement, 7 Julii 2um curs

— Henricus de Donguen[3], 14 Jul 2um curs

— Robertus Siboule[4], 23 Jul 2um curs

Frat. Petrus Spel, 30 Jul 2um curs

Mag. Johannes Riv[i]ère, 13 Aug 2um curs.

[12]

Bibl. nat. Paris , ms. lat. 5494, p. 141, 157 sq.

1. Abbas confirmatus an. 1429, Jul 29 (Reg. Lat. Martin. V, n° 290, fol. 170) — 2. An. 1432, Jan. 28, refertur ut prior Sorbonae (vid. A. Molinier, *Les obituaires franç.*, p. 297), sed Aug. 4 jam Joh. Fluri occurrit (vid. supra n° 2415). — 3. I. e. Dunghen. Ms. : « Donguench ». — 4. I. e Ciboule.

2435. *Sententiarii et Biblici Parisienses*

1433, Septemb., Parisiis.

Nomina bachalariorum Sentenciariorum pro anno CCCC° XXXIII° in mense Septembri :

Frat Johannes Olearii, Carm., xxiiij sol.

Mag Petrus Godement, xxiiij sol.

— Johannes Revière, xxiiij sol.

— Henricus de Donguen[1], xxiiij sol.

Frat Johannes de Bonoportu, Cisterc , xxiiij sol

— Johannes Lucubus, Minor, xxiiij sol.

— Vincencius Canuti, August., xxiiij sol

Frat Johannes Opperatoris, xxiij sol.

— Leonardus de Bagnaria auctoritate apostolica, Predicator, xlviij sol.

Frat. Thomas Dionisii, Minor, xlviij sol.

Die martis post festum Omnium Sanctorum incepit Sententias mag Robertus Siboule, iija Novemb , xxiiij sol. [11]

Biblici ejusdem anni :

Frat Garterus de Villary, Ord. Cisterc., xx sol.

Frat. Petrus Pirider[2], Carm., xx sol.

Duo Biblici qui inceperunt post alios propter maliciam temporis :

Frat. Nicolaus Obe[r], August , xx sol | Frat. Johannes Britonnelli, Minor, xx sol.. [4]

Bibl. nat. Paris , ms. lat. 5494, p. 159 sq

1. Ms. « Donguench » — 2. An. 1435 « Peridre »

2436. *Magistri regentes facultatis theologiae*

1433, Septemb., Parisiis.

Nomina magistrorum regentium pro anno CCCC° XXXIII° in mense Septembri :

Primo dominus decanus magister Petrus de Diereyo[1] [*etc ut an* .1432, *usque ad* Guillelmum Erardi[2], *exceptis* abbate Fiscannensi *et* Jacobo Testoris]

Mag Richardus de Mesnillo.
— Remondus de Alto ponte
— Gauffridus Coclearis.
— Petrus Mauricii.
— Hugo Poreti

Regens Sancti Bernardi
Mag Johannes Le Mostardier.
— Antonius Masoerii
— Nicolaus Bessy
— Thoma[s] Hobe.
— Nicolaus Tibout
— Petrus Beuvin
— Johannes de Fano [33]

Aliqui magistrorum nostrorum erant in Consilio Basiliensi, et reputat facultas eos regentes.

Bibl. nat. Paris., ms. lat 5494, p. 158 sq.

1. Ultimum nominatur. Novemb. 4 facultas pro anima ejusdem servitium celebravit in S. Mathurino, missam celebravit episcopus Meldens. in pontificalibus, « et fuerunt torche et cerei ponderis xxiiij libr. cera nova, libra valente in pecunia lxxij sol. par. » (p 153). — 2 Ultimum inter regentes nominatur. Ab an. 1434 Parisios reliquit, et praecipue in Normannia moratus est parti Anglorum deserviens.

2437. *Facultas decretorum confert Johanni du Chastelet, mag. in artibus, capellaniam perpetuam ad altare S Dionysii in eccl. parochiali S. Hilarii in Monte, vacantem per resignationem mag. Joh. Huberti, decret. doctoris.* Datum et actum Parisius in capella S Johannis Jherozolimitani, nobis inibi super hoc specialiter congregatis, anno Domini M° quadringentesimo tricesimo tercio, indicione undecima, die vero octava mensis Octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Eugenii divina providentia pape quarti anno tercio, presentibus discretis viris religioso viro fratre Johanne le Jueisne presbitero religioso O S. Joh Jherus predicti et Dyonisio le Courtilier clerico, bedello principali predicte facultatis decretorum Parisius commorant , testibus ad premissa specialiter rogatis et vocatis.

Et ego Vincentius le Fourbeur de Meldis, clericus, in jure can bachalarius, publicus appostolica et imperiali auctoritatibus famosissimique studii Universitatis ac curie episcopalis Paris notarius juratus, etc

1433, Octobris 8, Parisiis.

Memor. fac. decret., I, fol. 157, ubi additur · « Originale est in archa, una cum collatione alias dudum facta dicto magistro Johanni Huberti »

2438. *Magistri regentes in facultate medicinae an. 1433-34*

1433, Novembris 3, Parisiis.

Anno Domini supradicto die martis que fuit 3ª Novembris inceperunt lectiones suas magistri qui hic sequuntur [*iidem qui an.* 1432, *praeter* Henric. Dongny[1], Guillelm. de Apostolatu]. [13]

Comment. fac. med., I, p 327. — Nov 7, Inguerrandus de Parenti decanus fac electus est in congregatione in qua « solum comparuerunt duo magistri, unus nationis Gallic. et alius nat. Picard., una cum substituto decani predecessoris ».

1 Qui an 1432-1433 obierat.

2439. *In Parlamento rector deputatique Universitatis ac praepositus mercatorum*[1], *ore mag Guillelmi Erart*[2], *mag. in theol , protestantur contra propositum studii in legibus decretisque Cadomi fundandi, quo fides christiana, auctoritas Parlamenti, restauratio civitatis studiorumque Parisiensium periclitarentur, et contra* tractatum pacis *ageretur Quanquam Normannia jurisconsultis non indigeat, quippe qui e Lovanio, Dolo, etc., trahi possint, tamen Universitas Paris., si opus fuerit, studium juris civilis « ad tempus » ipsa Parisiis permittet Responsum est Universitati, quod querelas suas scriptis redigeret.*

1433, Novembris 12, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X[1a] 1481, fol. 77[b]. — BUL , V, 426, FELIBIEN, *Hist. de Paris*, IV, 594. — Eodem tempore a capitulo eccl. Paris. « conclusum est quod capitulum se adjungat cum Universitate et civitate Paris. in facto constructionis nove Universitatis apud Cadomum » (Arch. nat. Paris., LL 114, p. 73). Mense Decembri praeterea Pasquerius de Vallibus[3] et cancellarius Franciae ad villam Cadomensem iverunt (Mem. fac decr., I, fol. 164) Circa idem tempus Universitas scripsit etiam suis ambassiatoribus in Concilio Basileensi, ut a sacro synodo litteras super his regi Angliae destinandas aut aliud remedium obtinerent (Originale in Arch. Univers. Paris., thec. I, AA. o; BUL., V, 428). Vehementer querebatur Universitas, quia timebat ne paulatim sua supposita e Normannia oriunda perderet, iis in nova Universitate cathedram magistralem accipientibus (quod et ab anno 1439 revera accidit, ut videre est ap. BENET, *Inventaire des Archives de l'Univ. de Caen*, t. II, p 9 sqq., et nos aliquando notavimus), novique e Normannia scholares non venirent.

1. Ab an. 1432-1434 Hugo Rapiout Vid. TUETEY in *Journal d'un bourgeois*, p 284, not. 1. — 2. BUL. male contra codicem « Eurard » — 3. An. 1435, Martii 21, cancellarius Franciae, Ludovicus episc. Morinens., obtinuit a papa, ut Pasquerius fieret decanus Rotomagens. pro defuncto Guillelmo Intrantis (Suppl Eugen IV, nº 296, fol. 131[b]). Ast Septemb. 23 factus est episc. Meldens Vid. supra p. 450, not. 4.

2440. *Episcopus Meldens , conservator privilegiorum Universitatis, et ejus vicesgerens Johannes de Courcellis contra Johannem Huberti olim vicesgerentem, in Parlamento Explicantur jura conservatoris.*

1433, Decembris 22, Parisiis.

[Johannes Hubert[1], *conservator vel vicesgerens conservatoris privilegiorum, in curia Parlamenti litigat contra episcopum Meldensem, conservatorem, et mag. Johannem de Courcellis, dicens se fuisse institutum conservatorem vel vicesgerentem tempore episcopi Bellovacens., nunc Lexoviensis, suumque officium bene, etiam sub episcopo Meldensi exercuisse; nunc autem ab episcopo et Courcellis impeditum esse.]*

L'evesque de Meaulz et Courcelles dient que le pape pour la conservacion des privilèges de l'Université constitua les trois evesques dessusdits [de Beauvais, Senlis et Meaulz]

conservateurs, et de ce y a bulles, dont recitent le contenu, et pour ce que les trois ne peuent mie ensemble entendre à l'exercice de la conservacion, l'Université a bien acoustumé de baillier à l'un d'iceulz evesques la bulle pour l'exercice de la conservacion. Et y puet l'evesque subdeleguer et y commettre vicesgerent et officiers, et ainsi ont acoustumé de le faire. Et quant l'evesque de Beauvais fu fait conservateur, il y commist tous nouveaux officiers, c'est assavoir maistre Jehan Chevrot vicesgerent, et maistre G. de Brossis fu fait scribe ou lieu de maistre Jehan Chuffart, et maistre Jaques Galet promoteur ou lieu de maistre Jaques Maugier. Et ainsi est acoustumé. *[Cum Joh. Hubert sit officialis curiae Paris et « maistre des testamens », officia incompatibilia exercet. Propterea, et quia male exercuit officium conservatoris, episcopus Meldensis Johannem de Courcellis jam an. 1432, Novemb. 19, delegavit, revocando Johannem Hubert ab officio. Episcopus jure id fecit.]* Dient que depuis l'Université a presenté la bulle de la conservacion à l'un desdits evesque, il ne lui sera besoing de retourner aprez devers l'Université pour deleguer ne pour commettre officiers à la conservacion, et n'ont acoustumé de y commettre officiers par l'ordonance de l'Université, et se lez vicesgerens devoient faire serement en l'Université, Courcelles le fera se mestier est. Et pour ce que Hubert dit que on ne le puet revoquer *sine causa*, respondent par ce qui est contenu en la lettre de la subdelegacion : *quamdiu vices nostras duxerimus revocandas*. Et le puet revoquer quant il lui plaist, *quia judicium solvitur vetante eo qui judicare jussit*.

Arch. nat. Paris., X1a 4797, fol. 125. — An 1434, Febr. 13, iterum de hoc in Parlamento actum est, et Parlamentum condemnavit Johannem Huberti « in expensis », declarando ipsum non esse admittendum (X1a 68, fol 149).

1. Anno eodem, Novemb. 16, facultati decret. supplicavit, ut sibi in hac causa contra Johannem de Courcellis ea assisteret, quod et concessum est (Mem. fac. decret., I, fol. 164).

2441. *Episcopus Ambianens, rector, doctores et licentiati Universitatis Urbis et Romanae curiae supplicant Eugenio IV, ut sibi conferat praerogativas studii Parisiensis.*

1433, Decembris 24, Romae.

Beatissime pater et clementissime domine. Devoti vestri oratores assidui R. P. Johannes episcopus Ambianensis[1], rector, reformatores, doctores, licentiati, bacallarii et studentes vestre inclite filie unigenite Universitatis Urbis et Romane curie, cujus dispositio ad S. V. pertinere dignoscitur, et eo respectu ipsa Universitas in privilegiis et libertatibus, honoribus, indultis, prerogativis et antelationibus merito in suis suppositis attollenda *cunctarum Universitatum orbis primatum secundum juris seriem obtinebit*, supplicant humiliter, quatenus eosdem clementer ad exauditionis gratiam admittere et infrascriptas gratias prerogativas et facultates concedere ac in libro cancellarie E. S. annotare et inscribi facere ad perpetuam rei memoriam. *[Petunt praerogativas Parisiensibus concessas.]* — Conces-

sum omnibus et per omnia de consimilibus prerogativis concessis Universitati studii Parisiensis. In presentia domini nostri pape. B. GRADENS. — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, nono kal Januarii, anno tercio.

Reg. Suppl. Eugenii IV, nº 285, fol 169ᵇ. Supplicatio lineis subducta est et in margine notatur « Cassatum de mandato dom nostri pape » — Eugenius IV eis sub eadem temporis nota concedit praerogativas Parisiensibus datas et in rotulo sub « v kal. Maii anno primo » signato inscriptas (Reg. Lat. Eugen. IV, nº 364, fol. 85ᵇ). Quae omnia desunt apud RENAZZI, *Storia dell' Università degli studi di Roma*, I.

1. Johannes Juvenis, an. 1431, Jan. 10, cum esset decan. Nannet. et lic. legum, episcopus Matisconens. (Reg. Lat. nº 300, fol. 258), Junii 22, an. 1433 ad Ambianens. translatus (Oblig. nº 66, fol 2)

2442. *Decem deputati facultatis theol. congregati deliberant de reformatione facultatis.*

1434, Februarii 6, Parisiis

Die vj^a Februarii in camera magistri Nicolay Bessy, quando dominus decanus cum decem deputatis fuerunt congregati super reformatione facultatis [theologie], [pro] pane et vino ij sol. — Item quando domini deputati fuerunt congregati in domo domini decani super facto statutorum et licencie, [pro] vino ij sol.

Bibl. nat. Paris., ms lat 5494, p. 154 Ad haec vid. infra nº 2449, et an. 1448, Martii 5.

2443. *Facultas medicinae Johanni de Mota, qui fuerat regens de mane quinque menses in fac artium, aegre dispensationem concedit. Ipse, unicus, licentiam recepit*

1434, Februar. 10, Martii 13, Parisiis.

Anno Domini millesimo [CCCC°]XXXIII°, die lune que fuit x^a Februarii, probavit magister Johannes de Mota de tempore sue auditionis quincaginta vij menses per cedulam, verum quia ipse per aliquod tempus, puta per spatium quinque mensium vel eocirca, fuerat regens de mane in facultate artium[1], ideo fuit difficultas erga magistros. Et de facto supplicuit pro dispensatione. Major pars dispensavit, attentis penis et honeribus habitis in facultate, quia solus fuit baccalarius, pro majori parte; aliqui tamen duxerunt eos non posse dispensare, attento juramento quod alias prestiterant in inceptione sua, etc.

Die sabbati xiij° mensis Marcii fuit in aula episcopali Paris. licentiatus

Comment. fac. med., I, p. 333. — Severiorem aliquoties facultas se gessit. Anno 1435 « nona Aprilis, magister Bertrandus Cormerii, Gallicus, probavit de tempore sue auditionis 42 menses cum dimidio; sed quia fuit regens per unum annum in facultate artium, ideo facultas defalcavit de tempore predicto novem menses cum dimidio, quare probavit de tempore sine anno presenti xxxij menses cum dimidio » (ibid., p. 339)

1. De difficultate eadem in fac. med. orta propter regentiam in fac. artium vid. supra nº 2263.

2444. *Licentiati in facultate theologiae.*

1434, Aprilis 1, Parisiis.

Die prima Apprilis fuerunt licenciati per dominum meum, dominum cancellarium ecclesie Parisiensis magistrum Johannem Chufardi in aula domini Paris.

Et fuit primus mag Guillermus de Fossato[1].
Mag. Nicolaus Confrant[2]
Frat. Alanus de Saviniaco, Ord. Cisterciens.
— Thomas Veret[3], } Predicatores
— Reginaldus Pelée[4], }
Frat. Johannes Fabri[5]. Ord S Trinitatis
— Petrus de Laleu[6], [Carmel].
— Yvo Mingnoti[7], [August].

[8]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 160 sq. — Ms. lat. 5657ᵃ, fol. 18ᵇ.

1. Magistratus Maii 31 (p. 164). — 2 Magister Jun 17 (ibid.) — 3. Magister Jun. 8 (ibid). — 4 Magister Jun. 20 (p. 167). — 5 Magister Jun 27 (ibid.). — 6 Magister Jun 14 (ibid.). Fuit prior provincialis provinciae Franciae Carmel. — 7 Magister an. 1442, Jun. 12 (ms lat 5657ᵃ, fol. 18ᵇ).

2445. *Facultas theol. abusum, quod bedelli facultatis sibi vindicabant cappam et epitogium cujuslibet magistri theol defuncti, abrogat. Bedelli habeant solum, si magister defunctus eis per testamentum ea dimiserit.* Actum in congregatione generali ejusdem facultatis solemniter apud S Maturinum celebrata anno [Dom. millesimo CCCC XXXIIII°, die sexta mensis Aprilis]

1434, Aprilis 6, Parisiis.

Bibl nat Paris , ms. lat. 10402, fol. 8ᵇ. — D'ARGENTRÉ, *Coll. jud* , IIᵃ, p. 475.

2446. *Quomodo cancellarius a decano facultatis decretorum rotulum licentiandorum recipiat Licentiati*

1434, Aprilis 4, 13, Parisiis.

Die quarta Aprilis, in qua erat festum S. Ambrosii, fuerunt presentati bachalarii licentiandi venerando mag. Johanni Chuffart cancellario eccl. Paris., licentiato in decretis et mag. in artibus, qui quidem gratiose respondit quod ex quo domini doctores reputabant illos bachalarios licentia dignos, quod merito contentabatur, et quam cito posset, ipsos licentiaret ordine in rotulo, quem sibi illico tradidi, sigillato parvo sigillo facultatis, quo utitur decanus in actibus facultatis, eratque in medio rotuli firmati appensum, et in uno buto rotuli clausi erat appensum sigillum domini abbatis sancte Katerine Rothomagensis, et in alio buto consimiliter erat appositum sigillum domini et magistri Johannis Huberti officialis Parisiensis, qui ambo sunt doctores in veneranda facultate decretorum. Dixitque ulterius prefatus dominus cancellarius quod erat alumpnus predicte facultatis, et quod non intendebat aliquid facere in prejudicium dicte facultatis, sed volebat observare suas laudabiles consuetudines hactenus observatas. Et tandem in die licentie restituit mihi decano in presentia dominorum doctorum collegii decretorum qui tunc erant presentes (videlicet

abbas S. Katerine, domini Joh Huberti et Pasquerius de Vallibus) in aula episcopi Paris. rotulum prelibatum modo et forma quibus per nos fuerat per ante clausum[1]. Et illo per me decanum et alios collegas meos in presentia omnium assistentium aperto, fuere vocati bachalarii licentiandi secundum ordinem per prius per collegium decretorum ordinatum. Qui quidem ordo sequitur et est talis :

Frat. Johannes de Mota,	sub domino Livino.
Mag Philippus de Longolio,	— abb S. Katerine.
— Nicolaus de Hermessent[2],	— Joh Huberti.
Johannes Longuejoe,	— Livino.
Ricardus Oliverii,	— abb de Cormelliis
Galterus Basset,	— abb. S Katerine.
Egidius Corderii,	— abb S. Katerine
Johannes Parvi,	— [abb.] de Cormelliis.
Egidius de Molinis,	— Pasquerio de Vallibus
Robertus Patricii,	— id.
Frater Stephanus de Novavilla,	— [abb] de Cormelliis.
Oliverius de Carantily,	— [abb] S Katerine.
Guillelmus de Canteleu,	— Livino
Ludovicus Ba[i]lly,	— Huberti
Frat. Pontius de Verrizia,	— Pasquerio
Nicolaus de Ductu,	— Huberti.
Hugo Drouardi,	— Livino
Ricardus Hobe,	— [abb] de Cormelliis
Jacobus Hathk,	— Livino.
Robertus Hays,	— Huberti
Matheus Boutebost,	— Huberti.
Gaufridus Guyot,	— Pasquerio.
Johannes de Bonneul,	— [abb] S Katerine.
Johannes Carretier,	— abb. de Cormelliis
Johannes Houchart,	— Pasquerio.
Theobaldus Churrelli,	— Livino
Philippus Baiart,	— [abb] S. Katerine
Nicolaus Habart[3],	— Huberti
Johannes Lathomy,	— Pasquerio
Petrus de Grangia,	— [abb] de Cormelliis.
[3o]	

Memor. fac. decret., I, fol. 167 — Licentiati sunt April. 13, praesentibus episcopo Morinens , cancellario Franciae, episcopis Paris. (Jacobo de Castellano) et Lexoviensi (Petro Cauchon), pluribusque notabilibus dominis (l. c.)

1. Ad haec vid. supra n° 2424. Quomodo rotulus aperiretur, explicatur infra ad an. 1442. — 2. Cf. supra n° 2244, not. 1. — 3. Ms. : « Hauart ». Utique consanguineus Nicolai Habart, episcopi Bajocens.

2447. *Rector et deputati Universitatis Paris. April 10 iterum in camera Parlamenti se opponunt ordinationi « nouvellement faite sur le rachat de rentes constituéez sur les maisons de la ville et forbours de Paris », quae constitutio ad dissolutionem et destructionem collegiorum et Universitatis tendit Eximantur ab illa*

Universitas ejusque collegia et beneficia April. 13 curia eos dimisit respondendo, exspectent reditum domini regentis[1].

1434, Aprilis 10, 13, Parisiis.

Arch. nat. Paris. X1a 1481, fol. 83b. Ad haec vid. supra nis 2414, 2433

1. Sed dux Bedfordiae solum Decemb. 18 Parisios rediit (vid. *Journal d'un bourgeois*, p 301, et p. 302, not.), et nihil fecit. Solum an 1441, Novemb, Carolus VII causam de redemptione beneficiorum composuit (Arch. nat., JJ 176, no 386, Y 4, fol. 59b-64, *Ordonn. des rois*, XIII, p. 339 sqq).

2448. *Parlamentum Paris. mag. Ph[ilippum] de Vitry acceptat, qui rotulum, in quo plures notabiles personae, doctores, aliique inscripti sunt, ad summum pontificem portet, si tamen omni ambassiatae sibi ex parte Universitatis Paris committendae renuntiet, et haud per ambages, si fieri potest non tangendo Basileam, ad curiam Rom profecturus sit.*

1434, Maii 26, Jun. 16, 22, Parisiis.

Arch. nat. Paris., X1a 1481, fol. 85b, 87. — De privilegiis indultis ab Eugenio IV, vid. FAYARD, *Aperçu hist. sur le Parlement de Paris*, I, p. 208.

2449. *Facultas medicinae reformationem Universitatis a quibusdam petitam inutilem declarat, dum statuta in forma observentur.*

1434, Augusti 8, Parisiis.

Die 8va Augusti anni ejusdem fuit in Sancto Maturino facultas convocata per cedulam super duobus articulis. Primus continebat, reformacionem a certis decanis per Universitatem conclusam fiendam fore in singulis facultatibus et nacionibus, et ipsam factam ipsi Universitati declarandam...

Quantum ad primum, fuit unanimiter per magistros conclusum quod reformacio facultatis non est aliud nisi observacio suorum statutorum, et placebat quod in die assignata diceretur in Universitate quod facultas vult tenere sua statuta in forma sicut jam fecit, et utinam alie facultates ita facerent!

Comment. fac. med, I, p. 334.

2450. *Facultas medicinae beneficium quoddam supposito nationis Almaniae tribui permittit, dum turnus in perpetuum observetur.*

1434, Augusti 18-26, Parisiis.

Die 18 mensis Augusti fuit facta congregacio facultatis in S. Maturino ad deliberandum super nominacione fienda pro quodam beneficio spectante ad disposicionem Universitatis, vacante per mortem mag. Thome Hobe, et pro hujusmodi nominacione supplicavit rector, supplicavit eciam procurator[1] nacionis Almanie nomine nacionis pro quodam supposito ejusdem, et movebatur nacio ratione turni alias per litteras et instrumenta publica conclusi. Facultas deliberavit quod si nacio Almanie vellet tantum facere erga facultatem quemadmodum fecerunt alie facultates (quia alie facultates, scil. theologie et decretorum fecerunt litteras, etc.), ipsum suppositum ejusdem nacionis nominabat, alias non.

Die 26 mensis Aug. tradidit nacio Almanie facultati medicine litteram seu instrumentum sigillo magno ejusdem nacionis sigillatum... signatumque signo notarii Julianni in forma aliarum litterarum facultatum duarum pro turno in perpetuum observando.

Comment. fac. med., I, p. 334. — De ea re vid *Auctar.*, II, p. 477.

1. Olavus Magni, Aboensis.

2451. *Cursores in facultate theologiae.*

1433, Decemb.-1434, Sept., Parisiis.

Frat. Johannes Blondelli, 31 Dec. 2um principium.
Mag. Joh Cuqumeris, 22 Martii 1um curs.
Frat. Joh. Regis, Cluniac , 15 April 1um curs
Mag. Matheus Andree, 20 Jun. 2um curs.
Frat. Joh. de S. Petro, Cisterc , 21 Jun 2um curs.
Mag. Joh Caudel, 1 Jul. 1um curs.
Mag. Joh. Goibete, 8 Jul. 2um curs
— Joh. d'Auchy[1], 14 Jul 1um curs.
— Joh Fabri, Jul. 2um curs
— Nicolaus d'Aussy[2], 28 Jul 1um curs sub mag. Johanne Pulchripatris [10]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 160, 165.

1. Seu « d'Aussy ». Perperam BUL. et JOURDAIN semper scribunt « Danchy ». Cf. *Auctar.*, II, p. 515, not. 4. An. 1452 episcopus Lingonens.. et magnus Franciae eleemosynarius. — 2. E quo habetur, non « Danchy », ut ap. BUL., sed semper « Dauchy », vel « d'Auchy » scribendum esse.

2452. *Sententiarii et Biblici.*

1434, Septemb., Parisiis.

Sequntur nomina bachalariorum qui inceperunt Sentencias in mense Septembri anno CCCC° XXXIIII° :

Frat. Petrus Menier, Carmelita, xxiiij sol., fuit formatus 1a Martii.
Mag. Johannes Goibete, xxiiij sol , formatus 3a Martii
Mag. Matheus Andree, xxiiij sol , form. 4a Mart
— Johannes Fabri, xxiiij sol., form. 5a Mart.
Frat. Johannes de S. Petro, Ord Cisterc., xxiiij sol , form. 9a Mart.
Frat. Martinus de Trespaderne, Ord. frat. Min , xxiiij sol., form. 11a Mart.
Frat. Johannes de Curia, Ord. Augustin., xiiija Marcii, xxiiij sol , form. 13a Mart. [7]

Nomina Biblicorum ordinariorum illius anni :

Frat. Johannes Emuculi, Ord. August , xx sol.
— Anthonius de Altocristo, Ord. Cisterc., xx sol.
Frat Egidius Cum Crine, Ord Carmel , xx sol. [3]

Bibl. nat. Paris , ms. lat. 5494, p. 165.

2453. *Magistri regentes in theologia Paris.*

1434, Septembris 16, Parisiis.

Secuntur nomina magistrorum nostrorum regentium qui inceperunt legere die jovis post Exaltacionem sancte Crucis anno CCCC° XXXIIII^to :

Primo, mag. Guillermus de Sella, decanus.
Mag. Johannes de Trecis,
— Rolandus Barguenel.
— Johannes de Gondevillier.
— Johannes de Vernone.
— Johannes Pulcripatris
— Thomas Monachi.
— Rogerus de Gaillon.
— Philippus Molet.
— Johannes Soquet
— Egidius Remondi.
— Johannes Beroudi
— Dionisius de Sabrevoys
— Gerardus Gorron
— Richardus de Mesnillo.
— Jeronimus de Viterbio.
— Gauffridus Coclearis
Mag. N[icolaus] de Roseriis.
— Johannes Le Moustardier.
— Johannes Toustain[1].
— Martinus Billori.
— N[icolaus] Bessy.
— Petrus Bevin.
— regens Frat. Minorum.
— Stephanus Bureti.
— Guillermus de Fossato[2]
— N[icolaus] Confrant
— Thomas Vereti.
— Johannes de Boury, episcopus Meldens., legit post principia[3]
Mag. Hugo Poreti legit post principia.
— Petrus Hyerford venit post principia, videlicet xxiiij^a Decembris.
Mag. P[etrus] Morisse[4] venit quinta Maii [an. 1435].
[32]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 166.

1. Ultimum nominatur. An. 1436, Febr. 24, pro ipso servitium celebratum est (p. 174). — 2. Ultimum nominatur. An 1437, Octob., occurrit ut « Universitatis magistrorum facultatis theol. studii Rom curie decanus » (Suppl. Eug. IV, n° 334, fol 162). — 3. « Decessit xxiij Aug. » (an. 1435). Exstat in margine — 4. Seu « Mauritii ».

2454. *Magistri regentes in facultate medicinae an. 1434-35.*

1434, Novembre ineunte, Parisiis.

Sequuntur nomina regentium qui inceperunt suas lectiones ordinarias eodem anno *[iidem atque an.* 1433, *exceptis* Joh. Bellardi (*defuncto*), Guillelmo de Longolio][1].

Comment. fac. med., I, p. 337. — Nov. 5, decanus fac. electus est Petrus Columbi.

1 Johannes Saquespée ultimum inter regentes nominatur

2455. *Facultas theologiae congregata super facto Minorum*

1434, Decembris 11, Parisiis.

[Pro] pane et vino quando deputati fuerunt congregati ad corrigendas minutas et super materia fratrum Minorum xj Decemb. ij sol.

Bibl. nat. Paris , ms. lat. 5494, p. 173. — Verisimiliter jam tunc exarsit lis de Biblicis et Sententiariis Mendicantium, de qua ab an. 1437, et praecipue ab an. 1442 late agetur. Anno sequenti, Martii 21, quatuor Ordines Mendicantium Parisiis degentes societatem inierunt, ut se invicem contra oppressores privilegiorum adjuvarent (Félibien, *Hist. de Paris,* III, p. 558). Ad haec vid. supra n° 1885.

2456. *Universitas Paris. cuidam praelato in partibus Normanniae, ut libertates Universitatis ibidem contra oppressores protegantur.*

1433, Maii 29-1434, Dec. 18, Parisiis.

[Paternitatis] vestre favores et opem, rev. pater in Christo, validum nostris in agendis tociens prebuisse juvamen sepenumero probavimus. Eo tamen vestre tuitionis subsidia nobis magis ac magis opitulari providimus, quanto nostrarum jura libertatum solito amplius inspicimus pregravari. Quanta enim nostris juribus obstacula prebeant nonnulli in partes presertim Normannie, vestram novisse reverentiam satis credimus. Nulla enim partibus in ipsis nostrorum conservatorum mandatis obedientia prestatur, que tamen pristinis evorum curriculis a cunctis amplexari visa sunt reverenter, ita ut nostrorum suppositorum lites intra muros Parisienses terminum suscipere notorium quisque putaret. Et quamquam reverenda vestra paternitas nuper apud nos labores hac in re subegerit, nulla tamen nobis extitit impertita provisio. Itaque dum apud patriam residetis, a qua suborte sunt querelle premissorum, et illuc presentiam agat dominus honoratissimus atque reverendissimus pater, dominus Francie cancellarius, cujus operante providentia clarissima consequi petita speramus, vestre reverende paternitatis solitam benivolentiam[1] imprecamur obnixe, quatenus sublatis partium illarum obstaculis memoratis vestra pro nobis providissima sollertia tantas operas impartiri dignetur, ut reverendissimi ejusdem domini cancellarii auctoritate disponente nostra privillegia solite antiquitatis cursu taliter vigeant, quod nostris obedientia judicibus prebeatur ubique consueta, ut tandem provisionis hujus medio nostre Universitatis dissipatio arceatur. Et nesciamus adveniente principe illustri domino regente Francie[2] tociens per nos quesita remedia conqueri nostris equissimis precibus minime impertita. Vestre insuper paternitati egregie maximas dicemus gratiarum actiones, que circa provisionem commendabilis disertissimique nostri pro nunc rectoris vices et operas curavit impendere solita benignissima caritate vestre ejusdem dominationis reverende, quam feliciter et votive Salvator noster dirigat et tueatur in evum. Scriptum, etc.

Minuta chartac. principio manca in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 129 (olim A. 33. hhh). — Scripta videtur epistola, fortasse ad abbatem Fiscamnens., tempore quo cancellarius Franciae, Ludovicus de Luxemburgo, absente Johanne duce Bedfordiae, regens Franciae fuit, i. e post 1433, Maii 29 (vid. Arch. nat. Paris., Xˡᵃ 8605, fol. 23, FELIBIEN, *Hist. de la ville de Paris*, V, p. 286).

1. Charta « beniguolentiam. » — 2. An. 1434, Decemb. 18, Parisios venit. *Journal d'un bourgeois*, p. 301.

2457. *Licentiatus in facultate theologiae.*

1435, Martii 8, Parisiis

Magister Thomas de Courcellis fuit licenciatus die viij Martii [an. MCCCCXXXIIII]. xxxij sol. — Fuit magister quinta Aprilis.

Bibl. nat. Paris., ms lat 5494, p. 166, 167. — Ad haec vid. supra nº 2404, not 1 Sed jam an. 1434 in Concilio Basil. abusive vocatur « theologie doctor » (*Mon. Concil. gen. saec XV*, t II, p. 675) Ibidem an. 1433, April 24, nomine episcopi

Ambianens. incorporatus est (vid. HALLER, *Concil. Basil.*, II, p. 392, 22), sed an. 1435 Parisiis morabatur, et postea iterum Basileam profectus est, ubi imprimis ab an. 1437 acerrimus oppugnator Eugenii IV evasit.

2458. *Natio Normannorum statuit apud S. Mathurinum, ut pro animabus magistrorum nationis in ecclesia S. Mathurini quolibet anno feria sexta post 4am dominicam Quadragesimae, et si sit festum Annunciationis, feria 6a septimanae praecedentis, una missa* de Requiem *celebretur, et in vesperis feriae quintae vigiliae cum 9 lectionibus cum* Laudibus *cantentur. Religiosi dicti loci celebrantes recipiant 8 sol. paris , choristae (magistri artium), procurator et receptor nationis 16 den , caeteri magistri assistentes sive trium facultatum superiorum, sive artium, 8 den In fine dicantur* De profundis, Inclina, Deus venie largitor, *et* Fidelium. Acta fuerunt haec presentibus venerabilibus et discretis viris, magistris Michaele Francisci, dicte nostre nationis procuratore, Roberto Cybole, receptore; Johanne Mercerii, Guillermo Heuse et Johanne Flori, bachalariis formatis in theologia, Roberto Bonipueri, Johanne Albini, Petro Richier, Petro Gellant, Johanne Blondelli[1], Bertrando de Landellis, Girardo Thome, Reginaldo Amici, Reginaldo Odonis, Johanne Candelli[2], Guillermo Aubry, Johanne Bocard, Nicolao de Vauvilla[3], Johanne Versoris, Michaele Isaac, Johanne Dixins[4], Nicolao Soutil, aliisque quamplurimis magistris, tunc dictam nostram nationem representantibus.

1435, Martii 26, Parisiis.

Bibl Carnotensis, ms. 595 (Cod. Harcur), fol. 148.— JOURDAIN, nº 1246. — Natio Franciae, anno sequenti, Decemb. 17, simile statutum pro suis edidit (BUL., V, p 440).

1. An. 1441, et postea pluries, fuit rector Universitatis Cadomens. (BENET, *Inventaire des Archives de l'Université de Caen*, t. II, p. 9 sq). — 2. An. 1442 rector Universit. Cadomens. (BENET, l. c., p. 10). — 3. Supra nº 2379 scribitur « Fovilla », si idem est. An 1445 rector Univers. Cadomens. (ibid). — 4. An. 1443 rector Univers. Cadomens (ibid.). An 1425 curatus paroch. eccl. de Calvomonte (Suppl Mart. V. nº 185, fol 250)

2459. *Dux Burgundiae « a les gentz d'eglise, prevost des marchans[1], echevins, bourgois et habitans de la bonne ville de Paris » annuntiat, Julii 1 Atrebate conventionem futuram esse ad pacem generalem faciendam in regno Franciae. Regem Carolum promisisse, se dominos sanguinis regalis Atrebatem missurum, ad quod faciendum dux etiam regi Angliae scripsit. Veniant delegati trium statuum. Invitat Parisienses mittere etiam ambassiatores ad hanc conventionem.* Escript en nostre ville à Dijon le xiije jour de Mai « Pour ce que vous ».

1435, Maii 13, Divione.

J. DELPIT, *Collection génerale des documents français qui se trouvent en Angleterre*, I, p. 251 — Solum mense Augusti-Septemb conventio Atrebate habita est. Dux Burgundiae jam Martio Parisiensibus scripsit, se pacem facturum cum rege Carolo (*Mém. de la soc. de l'hist. de Paris*, IX, p. 185). Aprilis 14 dux Burgundiae Parisios venit, et Universitas coram eo de pace deliberavit (*Journal d'un bourgeois*, p. 304). April. 21 profectus est « en intention d'estre au premier jour de Jullet prochain en la ville d'Arras pour traiter de l'apaisement general dez guerres de ce royaume » (Arch. nat , X1a 1481, fol 99b).

1. Hugoni le Coq, an. 1420-1429, et 1434-1436. TUETEY in *Journal*, etc , p. 147, not. 2.

2460. *Universitas Paris. eligit ambassiatores quos Atrebatem mittit ad tractatum pacis inter regem Carolum ac regem Henricum faciendum*

1435, Julii 16, Parisiis.

Die sabbati xvja mensis Jullii facta fuit congregacio facultatis medicine in Sancto Maturino super duobus articulis. Primus fuit ad eligendum ambassatiores missuros[1] apud conventionem fiendam in villa Atrebatensi super tractatu pacis desideratissime regni

Francie inter regem Karolum et regem Henricum qui se nominabat[2] pro rege Francie. Et mittebantur de quolibet statu ville Parisiensis ambassiatores.... Fuit conclusio facultatis quod quelibet natio et facultas eligeret et nominaret in Universitate, et quod solempnis mitteretur ambassiator, et nominavit magistrum Robertum Pethevin, et quoad modum habendi pecunias imposita fuit semibursa et fuit quotata ad francum. Verumptamen Universitas se restrinxit ad quatuor ambassiatores, quorum unus fuit mag. in theologia, scil. mag. Thomas de Courcellis; secundus abbas Sancte Katherine, doctor in decretis; tertius fuit mag. Robertus Pethevin, mag. in medicina; quartus mag. Robertus Ciboulle pro facultate artium[3].

Item postquam fuerunt eis facte instructiones, recesserunt in die sancti Ludovici in mense Augusti[4], et reddierunt 4ª Octob., et facta fuit relatio quod dominus Bourgondie pacem fecerat cum rege Francie [*ms.* Anglie], et omnes qui vellent tenere tractatum, presentibus cardinale Sancte Crucis in Jherusalem[5] et cardinale Cipri[6]. Et remanssit villa Parisiensis non comprehenssa sub tractatu, sed sub obediendo regi Anglie, qui non habuit tractatum cum rege Karolo Francie. Et illam regebat episcopus Morinensis cancellarius pro rege Anglie in partibus Francie.

Comment. fac. med., II, p. 6. — In Arch. nat. Paris, M 71, nº 88, apographum saec. XVII, ubi ad an 1436.

1 Intellige « mittendos ». — 2. Haec verba notanda sunt. Antea Universitas idem omnino de Carolo VII pronuntiavit « ille qui se dicit regem Franciae » (QUICHERAT, II, p. 353). Aegre dux Burgundiae, cujus potius quam Franciae causam abhinc tot annis Universitas prosecuta est, parti Caroli VII se amicum monstravit, Universitas etiam suos sensus eo libentius mutavit, quod ultimis annis se oppressam ab Anglis senserat. — 3. In *Chron. de Monstrelet*, V, p 137 (e quo BUL., p. 429, *Auctar*, II, p. 481, not. 3) nominantur abbas, Courcellis, Poitevin, Jehan le Moustardier et Guillelmus Breton. Sed hi duo ultimi, canonici Paris, fuerunt deputati a capitulo Paris. (vid. *Mém. de la soc. de l'hist. de Paris*, IX, p. 187), et cum ambassiatoribus Universitatis Aug. 25 profecti sunt (Arch. nat., LL 114, p. 164). Guillelmus Britonis, mag. art. et bac. formatus theol. Paris., an 1437 Pictavis theologiam legit (Suppl. Eugen IV, nº 328, fol. 240). — 4. Parisienses, sive urbis, sive Universitatis, solum Septemb. 1 Atrebatem advenerant. Vid. infra nº 2463. — 5. Nicolao de Albergatis, ab an. 1426 cardinale, jam an 1432 ab Eugenio IV in Franciam ad pacem procurandam misso, ubi conventionem Autissiodorensem promovit. Vid. supra p. 548, not. — 6 Hugone de Lusignano, germano regis Cypri, tunc episcopo Praenestino.

2461. *Universitas Paris. queritur in Parlamento contra episcopum Paris de impositione sibi injuncta pro ambassiatoribus cleri Atrebatem mittendis.*

1435, Julii 25, Parisiis.

Entre le recteur et maistres de l'Université de Paris demandeurs... et l'evesque de Paris, maistres Jaques Branlart, Guillaume le Breton et Philippe de Dreux defendeurs et opposans. Maistre Jehan Luillier pour les complaignans *[Universitatem e privilegiis impositorum immunem fore memorat];* semblablement sont demourez quittez de l'impost qui avoit esté mis sus par le Conseil general et en ont bulle. Et neantmoins les defendeurs et opposans se sont de nouvel efforciez de contraindre les suppostz de l'Université à paier ung subside par citations [et] monicions; pour ce l'Université a fait executer sa complainte, à quoy se sont opposez l'evesque de Paris, l'abbé de Saint (*sic*) et autres qui ont esté adjornez,

et depuis maistre Jaques Branlart a dit, sicome dient les complaignans, qu'il ne vouloit point empeschier les drois et possessions de l'Université, et s'il lui plait il y perseverera... Et toutes voiez, à ce que nul n'ayt occasion de penser qu'ilz veullent empeschier le voiage d'Arras, il est vray qu'ilz ont entencion d'y envoier notables personnes, et ont eü grans charges à soubstenir en ambassadeurs envoiez à Prague, au Conseil general, et ne lez pourroient supporter sans l'ayde de leurs suppostz qui ont acoustumé de contribuer aux charges dessusdites et autres pour le fait de l'Université; et pour ce l'evesque les supportera, s'il lui plaist, et les laissera en leurs drois, privilèges et possessions paisibles...

L'evesque presuppose ce qui a esté escript et dit à Paris de la partie du duc de Bourgogne et ce qui a esté respondu de par le clergié, de par l'Université et de par les prevost et eschevins de Paris. Et pour ce le clergié et pluseurs de l'Université en grant nombre ont esté assemblez pour eslire gens expers et notables à aler à ladicte assemblée et Conseil d'Arras pour le bien de paix qui est tant prouffitable et neccessaire. Et ont esté par le clergié esleuz ambasseurs et commissaires donnez pour lever ung impost, et est fait par l'auctorité du clergié, et ne l'a mie fait l'evesque de soy, mais comme chief et par l'autorité dudit clergié, et ne vouldroit point avoir procès contre l'Université, et pour ce vouldroit bien sur ce sommer ceulz qu'il appartient...

Arch. nat. Paris., X1a 4797, fol. 278b.

2462. « *Sequuntur instructiones pro ambassiatoribus Universitatis ad conventionem Attrebatensem destinandis.* »

1435, Jul.-August., Parisiis.

Primo cum venerint Atrebatum, habebunt visitare ambassiatores domini nostri regis [1], qui ibidem fuerint, et impetrata audientia coram ipsis congratulabuntur adventui ipsorum in illam conventionem, laudando affectum et optimam voluntatem regie majestatis que tam solemnes nuncios et in tam notabili numero ad tractandum pacem cunctis mortalibus desideratissimam transmittere dignata est.

Deinde exortabuntur eosdem ut labores quos mente optima inchoaverunt, sic continuare velint, ut ad Dei gloriam et consolationem populi christiani mala gravissima, que ex guerris proveniunt, aufferantur, et fructus omnium bonorum seminentur in pace. Ostendaturque quomodo invalescentibus guerris ipsis et jam pluribus annis in pejus semper proruentibus tanta malorum crevit abundantia, ut jam hoc regnum Francorum in extremam pene desolationem redactum nullatenus tantos dolores, tantas angustias et calamitates amplius sustinere possit. Ibique specialiter explicetur qualiter nobilissimi principes, barones, milites miserabiliter hiis cladibus interierunt et assidue intereunt, cultus divinus dilapsus, ecclesie dirrupte, populus omnis rapinis, cedibus et inhumanis occisionibus expositus est, qualiterque omnia genera vitiorum, sacrilegiorum, homicidiorum, stupro-

rum, incendiorum et aliorum quorumlibet que excogitari possunt, non solum perpetrantur, sed in majorem crudelioremque immanitatem semper accrescunt, ita ut timendum sit ne omnes fere conscientie hominum, et majorum et minorum, qui vel ista perpetrant, vel non puniunt, aut non corrigunt, vel dissimulant, gravissimis peccatis coram Deo po[l]lute inveniantur.

Et precipue debent respicere principes enormia peccata que, armatis jam nunc ipsis, perpetrant contra omne jus divinum, naturale et humanum, unde conscientie principum qui ista corrigere et arcere deberent, multipliciter honerantur. Melius autem esset etiam omnia temporalia perdere quam animam suam jugiter peccatis mortalibus et enormibus permittere honerari. Debentque conciliarii omnes plus attendere ad salutem eternam principum et etiam suam, quam ad aliquid aliud. Per compositionem vero pacis omnia hec cessabunt. Dolorque magnus universorum principum cordibus inesse debet, cum subditos eorum (qui in pace, in bonitate, sanctitate et justicia sub ipsis vivere debent, ut ipsi, quorum interest cives atque subditos reddere bonos per debiti regiminis disciplinam, Deo possent reddere rationem) nunc vident tot sceleribus sub umbra armorum implicari. Magnam quoque angustiam gerere debent animis, cum suos principes, milites, nobiles universos cotidie capi interficique miserabiliter conspiciunt, cum opes omnes exhauriri, terras vastari, regna destrui propriis vident oculis. Deinde declaretur quanta salus, quanta gloria, quantus honor et regie majestati et ipsis dominis ambassiatoribus esset si medio laborum suorum tantis tamque horrendis malis jam finis imponeretur, et in diebus suis fructus pacis optimos conspicere valerent, non inter hec mala sicuti priores finem vite facturi; conspicere, inquam, principes pacatos, clerum in transquillitate Deo servientem, populum cum pace viventem, unumquemque, ut Scriptura loquitur, sub vite sua et sub ficu sua [3 *Reg.*, IV, 25], si pro odiis et inimicitiis caritatem et concordiam, pro invidia gratiam, pro omnibus sceleribus omnem virtutem, pro summa egestate opes, divitias et omnium bonorum copiam, Deo largiente et ipsis adjuvantibus, catholicus populus a[s]sequeretur. Sicque poterunt addi alie exortationes, prout bonum videbitur, obsecrando eos per viscera misericordie Jesu Christi, qui pretiosum sanguinem suum fudit ut homines reconciliaret Deo, per salutem animarum et amorem quem et ad se et ad populum subditum et Christiani nominis exaltationem gerere debent, ut summo affectu summisque laboribus in eam rem operam dare velint taliter, ut in die judicii reddere possint rationem coram Deo, et omni laude atque omni bono coram Deo et hominibus digni habeantur.

Finaliter regracientur regie majestati de magna begnivolentia et paterno affectu, quem ad hanc civitatem et habitatores ejus semper gessit, prout in multis magnis auxiliis et succursibus eidem civitati sepenumero prestitis per effectum ostendit, et adhuc semper offert se ad hec paratum, sicut nobis relatum est, benigne recognoscens dilectionem et fidelitatem quam hec civitas ad majestatem ejus habuit et habet. Supplicentque ipsi regie majestati quatinus eandem civitatem et omnes habitatores ejus tam de Universitate quam

de clero et populo semper habeat in sua benivolentia et dilectione ac recommendatione speciali; offerantque Universitatem et seipsos ad eis subserviendum et laborandum in hac materia pacis pro omni posse suo, et faciendum quidquid pre negotio feliciter terminando visum fuerit expedire, recommendantes humiliter Universitatem et omnia ejus supposita gratie majestatis regie et dominacionum suarum.

Adibunt preterea supradicti ambassiatores illustrissimum principem dom. Burgundie ducem, et imprimis gratias agent super diligenciis, laboribus, quos sua celsitudo exibere dignata est pro illa celeberrima convencione celebranda, ad finem pacis reddende huic desolatissimo regno, que jam adeo neccessaria esse conspicitur, ut linguis hominum satis explicari non possit. Laudabitur misericordia ejus et habundantia caritatis qua ex intimis visceribus compatitur miserie populi christianissimi regni hujus, pro cujus consolacione nec labores nec expenssas perferre recusat. Poteruntque ibidem multa dici de desolacione hujus regni, de destructione et principum et militie, et ecclesiarum ac populorum, multitudine scelerum, perpetracione omnium malorum, destructione et intermissione omnium bonorum, prout superius expressum est, mutatis, additis aut diminutis que videbuntur expedire. Et deinde ostendatur quantum illi proderit ad eternam salutem, quantaque sibi gloria coram Deo et hominibus semper erit, ac toti sue prosapie inclitissime, si ad suam prosecucionem precipuam suamque intercessionem cum indefessa perseverantia divina miseracio pacem principibus dederit atque populis, quam insuper jocundum erit sibi videre diebus suis hoc regnum christianissimum, cujus ipse et indigena et membrum preclarissimum existit, jam ad pacem et omne bonum restitui, quod ipse tantis in calamitatibus et angustiis constitutum invenit. Finaliterque suadebitur, ut quod ipse bene inchoavit et feliciter, melius continuare et optime consummare curet, omni studio et diligencia mediis pacis querendis et inveniendis operam tribuens, ut non incas[s]um tot labores, tot diligencias, tot solicitudines suscepisse comperiatur. Finaliter offerant celsitudini ejusdem dom. ducis Universitatem et supposita ejus ad sibi subserviendum in hac re cum summa promtitudine et omnimoda affectione juxta omnem possibilitatem suam, recommendantes sibi semper ipsam Universitatem, sicut apud alios dicebatur.

Coram legatis sacri Consilii[2] ac etiam dom. nostri summi pontificis[3] habebunt proponere primo, congratulando adventui ipsorum in hoc desolatissimum regnum ad liberandum populum Domini a suis calamitatibus et angustiis per reddicionem desideratissime pacis, regratiando ex parte Universitatis eis qui tam solemnes legatos transmiserunt, et ipsis qui ex magna caritate et affectu optimo hunc assumpsere laborem.

Dein exponatur quomodo ad sanctam matrem ecclesiam specialiter pertinet filios suos dissidentes in concordiam revocare et ad pacem jugiter confovendam omni diligentia et studio suadere et inducere, scelera prohibere, et ea annunciare ac prosequi que sunt ad salutem animarum et exaltacionem fidei catholice et christianissime religionis et plebis christiane unitatem atque transquillitatem. Aperiatur etiam desollatio notissima regni hujus,

prout superius tactum est, et recitentur obsequia que hactenus sacrosancta mater ecclesia et sedes apostolica ex hoc regno suscepit, a quo paratissima semper auxilia adversus hereticorum infestaciones, persecutiones tyrannorum et aliorum adversariorum nominis Christi semper habuit. Ymo tradunt Annales ystorie, aliquos summos pontifices ab urbe Romana exules et vi tyrannorum expulsos in eam fuisse restitutos ope et auxilio Francorum regum illo tunc regnantium; largissimasque subvenciones pecuniarum et proventuum, clericorum insuper litteratissimorum habundantiam, qui et fidem et ipsius sancte matris ecclesie unionem atque honorem indefessis studiis prosecuti sunt. Ibique poterit recitari decor ecclesiastici status et divini cultus honoratissima frequentatio, que in hoc regno habebatur, principum atque populorum devocio, que basilicarum tam ecclesiarum cathedralium quam monasteriorum et aliarum ecclesiarum fundacione claruit, unde universalis ecclesia exaltabatur et miro decorabatur honore. Et jam sentit ipsa mater ecclesia, jam cognoscere potest apostolica sedes, sibi suisque rebus multum obesse regni hujus calamitatem. Nam contrito hoc brachio validissimo deffensionis ejus, jam heretici insurgunt, jam infideles cornua erigunt, jam innumere prosecutiones intus et extra conspiciuntur oboriri, que regni hujus auxilio, si integrum foret, repelli valerent. Neque jam apud sedem apostolicam illa clericorum frequentia, illa opum et diviciarum copia conspicitur, que regno florente adesse solebat.

Quare ex intimis visceribus condolere et compati debent et sanctissimus dominus noster et universalis ecclesia flebilibus angustiis regni hujus, et omnes modos, omnes vias excogitare, quibus sue egritudini possint afferre medelam, neque in hac re parcere aut impensis, aut laboribus. Et cum jam tempus oportunum advenerit, hac conventione celeberrima divinitus ut speramus donata, jam summis conatibus eos eniti opportet, ut animos hominum convertant ad pacem, arguendo, obsecrando, increpando, ut Apostolus loquitur [2 *Tim.*, IV, 2], importune et opportune, ut reipsa comprobentur esse angeli pacis et veri imitatores apostolorum Christi, quibus ipse Christus pacem suam dedit et reliquit. Nam et in eos oculi omnium conspiciunt, ad eos clamant cum angustia et lachrymis pauperes regnicole afflicti, angustiati cedibus, rapinis, incendiis omnibusque malorum generibus subjecti, sanguis interfectorum de terra vociferatur, gemitus tribulatorum levatur in celum. Quare data jam opportunitate, qualis diebus nostris visa non extitit, suum erit exaudire gemitus pauperum, et ab hoc loco non discedere, donec omnem suam possibilitatem, omnes suas vires in compositionem pacis expleverint ad honorem Dei, matris ecclesie salutem et felicitatem permaximam, unde merces magna erit eis in celis reposita. Sicque ex istis et aliis que addenda videbuntur, poterunt persuaderi, offerendo eis finaliter obsequia Universitatis in re illa et ceteris, supplicando ut regnum illud, et ipsam Universitatem ac ejus supposita dignentur paterno favore semper prosequi et habere recommissa.

Originale in Arch. Univers. Paris., theca I, A. 1. e. Olim sigillo munitum erat. — Bul., V, p. 429 — Jourdain, nº 1247, harum Instructionum in nota solum mentionem injicit, et alias ibidem edit, quae tamen ad an. 1439 pertinent, ubi vide.

72.

1. Henrici regis Angliae ambassiatores, imprimis cardinalem Angliae, Henricum Beauford. — 2. Jam mense Maio Concilio Basil. curae erat de legatis ad conventum Atrebatens. mittendis. Vid. *Monum. Concil. general. saec. XV*, t II, p. 780, 795. Hugo de Lusignan, card. Cypri, praecipuus legatus a Concilio missus fuit. Eo reverso, Concilium pacem initam inter ducem Burgundiae et Carolum regem Franciae approbavit (ibid., p. 832) — 3 Legatus s. sedis fuit Nicolaus de Albergatis, card. S Crucis, cui assistebat ut secretarius Aeneas Piccolomini, postea Pius II. Legatus papae anima totius tractatus fuit.

2463. *Septemb 1 ambassiatores Parisienses et Universitatis Atrebatem advenerunt Septemb 2 proposuerunt coram cardinale Angliae per mag Thomam de Courcellis, qui monstravit miseriam urbis Paris. et necessitatem pacis faciendae, « ou autrement qu'il falloit necessairement que la plus grande partie des habitans de ladicte ville se partissent d'icelle*[1] ». *Septemb 3 assignati fuerunt ut venirent hora quarta post meridiem ad ducem Burgundiae, ambassiatores Universitatis in suis epitogiis venerunt. Sed solum hora nona introducti fuerunt*[2], *et proposuit mag Johannes le Moustardier, nat. Normanniae, super* « Pax tibi et pax adjutoribus tuis » [I *Par* , xii, *18*], *peroнando ut Thomas de Courcellis die praecedenti Dux Burgundiae respondit, se firmiter statuisse pacem facere. Septemb. 4 dicebatur pacem perturbatam esse. Septemb. 5 ambassiatores Paris coram duobus cardinalibus legatis proposuerunt, iterum per mag. Thomam de Courcellis, « moult solemnel et excellent clerc », super :* « Qui ineunt pacis consilia, sequetur eos gaudium » [*Prov.*, xii, 20] *Laudibus extulit ambos cardinales legatos; allegavit praeeminentiam regni Franciae, quorum plures reges (quos enumerat) summos pontifices contra adversarios fortiter protexerunt, et sedi Romanae restituerunt. Nomine urbis Paris. pacem requirit, quam etiam tot urbes et civitates reclamant Tandem « proposa tant de belles et solemnelles paroles que ... sembloit qu'on ouyst parler un ange de Dieu, parquoy des assistans plusieurs furent esmeus à larmes ».*

1435, Septembris 1-5, Atrebate.

Journal de la paix d'Arras, recueilly par dom Antoine DE TAVERNE, ed. Jean COLLART, Paris, 1651, p. 72-78. — Septemb. 5, post propositionem Thomae de Courcellis, cardinalis Angliae aliique ambassiatores regis Angliae annuntiaverunt, se die sequente profecturos esse, quod et fecerunt. De hoc conventu concise scribit COSNEAU, *Le connétable de Richemont*, p 222 sqq., fuse DE BEAUCOURT, t II, p. 505 sqq.

Operae pretium est memorare, aliquos magistros Universitatis huic celebri congressui adstitisse, ante quatuor annos adhuc conjunctos adversus Johannam d'Arc, nunc vero jam divisos. Deficientium Anglorum ambassiatores fuerunt Petrus Cauchon et Guillelmus Erardi (Arch nat., K 64, n° 1[19], *Journal*, p. 26, 55), dum tamen pro pace generali serio cum duce Burgundiae laborabant ambassiatores Universitatis, inter quos Thomas de Courcellis, et ex ambassiatoribus Concilii Basileens. Nicolaus Amici, lic. theol. (vid. *Journal*, p. 10). Eadem fere dissensio nunc fuit inter Johannem de Luxemburgo, qui Johannam d'Arc captivam tenuerat (vid. nis 2375, 2376), et ducem Burgundiae

1. Mag. Guillelmus Erardi respondebat e parte Anglorum (Bibl nat., Coll Moreau 705, fol. 187), qui dicebant, « melius terram valere vastatam, quam perditam ». Non audiatur clamor populi! (*Thomas Basin*, ed. QUICHERAT, I, p. 102, et STEVENSON, *Letters and papers*, II, 2, p. 577). — 2. Dum foris exspectarent, aliqui, inter quos Johannes de Luxemburgo, intus camera animum ducis Burgundiae ad defectionem sollicitaverunt, eum monendo de suo juramento Anglis praestito (*Journal*, p 75).

2464. *Cum mag Petrus Gazeti, episcopus Zambariens , aliique professores Ord. Min sub praetextu litterarum apostolicarum jus sibi vindicassent et exercuissent lectores in theol (Parisienses) creandi, et religiosos Ordinis insigniis magistralibus in theol decorandi, minister general O Min , Guillelmus de Casali, supplicat Eugenio IV, ut hujusmodi litteras irritas esse declaret, et lectores et magistros suis gradibus privet* — Concessum de omnibus et quod litere declarentur nulle si que reperiuntur, cum de mente non emanaverint. In presentia, *etc* C CERVIEN. — Dat Florentie kal Septemb , anno quinto

1435, Septemb. 1, Florentiae.

Suppl. Eugen. IV, n° 305, fol 63. Epistola Eugenii de hoc est an. 1436, Febr. 7, atque exstat in Reg. Vat. Eugen. IV, n° 374, fol. 37 — Arm LIII, n° 13, fol. 301b (sine temporis nota). — Anno 1436, Martii 18, papa contra eundem Petrum Gazeti (qui pretextu litterarum subreptitiarum maligni spiritus arbitrio ductus, asserit magistrandi in theol. facultate personas idoneas sibi concessam potestatem) scribit ad archiepisc. Caesaraugustan. et episc. Valentinens. et Ilerdens. (n° 374, fol. 70).

2465. *Facultas theologiae statuta denuo scribi mandat.*

1435, Julii, Augusti, Septemb. 5, Parisiis.

Item pro vij pell. pergameni vituli pro scribendo statuta facultatis xiiij sol. — Item pro grossa dictorum statutorum xxxv sol. — Item pro illuminatore qui fecit ystoriam cum certis literis viij sol. — Item pro religatore et impressura x sol.

Item die quinta Septembris, quando domini deputati facultatis fuerunt congregati super reformatione disputationum, [pro] pane, vino et piris iij sol iiij den.

Bibl. nat. Paris., ms lat. 5494, p. 174

2466. *Universitas Paris ad superiorem [provincialem] Ord. Min. Paris, laudans mag. Jacobum de Turonia, ut fratres quiete studiis vacare sinat.*

1433-1435, Septemb., Parisiis.

Ad vestri cedit Ordinis decus immensum, venerabilis pater, si viris studiosis populetur atque litteratis vestra religio In conventu siquidem dicti Ordinis hic apud nos nonnulli resident commendabiles et litterati viri, studii sacre theologie venerabiles actus assiduis et indefessis laboribus excercentes diligentissime, sub illius ducti regimine reverendi magistri nomine Jacobi de Turonia, sacre ejusdem scientie eximii professoris, cujus scientie amplitudinem, mores egregios, venuste religionis grande specimen ad vestre totius multitudinis ingentem gloriam subticemus ad presens. Prefatorum autem virorum intuitu quos sub nostra protectione tueri decrevimus nostra veluti commendabilia supposita, vestram exoramus paternitatem, quatinus studio eorum nullatenus vestris mandatis prepedito, prefatos viros, fratrem scilicet Johannem Bretonnelli, virum utique commendabilem, lectorem Biblie, ceterosque in eodem conventu studii actus excercentes et suorum honorem graduum prestollantes, illuc residere quiete permittat vestra providissima discretio, abjecta prorsus qualibet emulorum informatione sinistra. Valeat tandem in Domino vestra venerabilis paternitas. Scriptum, etc.

Minuta chartac in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 128 (olim A 33. ggg). Cum Johannes Bretonnelli ab an. 1433 lector biblicus fuerit (vid. nº 2435), an. 1435, Septemb., jam Sententiarius, epistola intra illud temporis spatium ponenda

---

2467. *Cursores in facultate theologiae.*

1434, Septemb.-1435, Septemb., Parisiis.

Sequntur nomina bachalariorum cursorum qui inceperunt post principia Sentenciarum anno CCCCXXXIIII :

Frater Symon Coquetier, Ord frat. Heremit. B. Aug , incepit primum cursum Biblie die xx[a] Decembris; et ex ordinacione facultatis faciet duos cursus loco Biblie ordinarie, quia veniendo de Capitulo pro legendo Bibliam, fuit prisonnarius, xx sol.

Mag. Guillermus Boullé[1], 21 Februarii 1um curs.
— Joh Picot, 24 Martii 1um curs.
Frat. Johannes Maupoint[2], Ord. S. Katherine de Valle Scholarium, 31 Martii 1um curs
Mag Albertus Vorden, 2 April. 1um curs.
— Girardus Thome, 20 Maii 1um curs
— Martinus Fabri, 21 Maii 1um curs.
Frat. Thomas d'Esquetot, 30 Jun. 2um curs.
Mag. Johannes Albini, 5 Julii 2um curs.
— Girardus Gehe, 14 Jul. 2um curs.

Frat Guillelmus de Savigniaco, Ord Cisterc., 16 Aug. 2um curs.
Mag Johannes de Pratis, 30 Aug. 2um curs.
Frat Dionysius Viton[3] de ecclesia S. Andreae de Goufer[no] Ord. Cisterc., 31 Aug. 1um curs.
Frat. Robertus de Barbery[4], Ord Cisterc , 1a Sept 1um curs.
Mag Johannes Olivier, 11 Septemb. 1um curs.
— Johannes de l'Olive, 12 Septemb. 1um curs.
[16]

Bibl.. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 716.

1. Seu « Bouillé », Suessionens dioec., de quo celebri viro vid. *Auctar.*, II, p. 600, not 7. An. 1429 submagister Collegii de Dormans (Arch. nat , X1a 4796, fol. 92b) — 2. Vid. de eo FAGNIEZ, in *Mém. de la soc de l'hist de Paris*, IV, p. 1 sqq. — 3. Abbas ejusdem monasterii, fortasse ab an. 1437 (*Gall. christ.*, XI, 748). — 4. I. e. monasterii de Barbereyo, Bajocens. dioec.

2468. *Sententiarii et Biblici Parisiens.*

1435, Septemb., Parisiis.

Sequntur nomina bachalariorum qui inceperunt Sentencias in mense Septembris CCCCXXXV :

Frat Petrus Peridre[1], Ord. Carm , solvit xxiiij sol , fuit formatus 2 Martii
Mag Johannes Albini, xxiiij sol , form 3a Martii
— Johannes de Pratis, xxiiij sol , form. 5a Mart
— Girardus Gehe, xxiiij sol , form. 6 Mart.
Frat Thomas d'Esquetot, Ord S B , solvit xxiiij sol.
— Guillermus de Savigniaco, Ord Cist , solvit xxiiij sol.

Frat Guillermus Britonnelli, Ord Minor , solvit xxiiij sol.
Frat. Petrus de Colle[2], Ord Min , legit Sententias auctoritate Concilii Basileens , xlviij sol
Frat. Henricus de Monte, Ord Pred , incepit Sententias penultima Januarii, xxiiij sol
Frat Nicolaus Ober, Ord Aug , incepit Sententias xvj Febr., xxiiij sol [10]

Biblici :

Frat Thomas Amoreti[3], Ord Pred , xx sol
— Thomas Belier, Ord. Augustin , xx sol
— Joh. de Monte Henrico, Ord Carm., xx sol

Frat Johannes Vion[4], de Cistercio, incepit post alios die xja Octobris, xx sol
[4]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p 176.

1. Legi potest etiam « Pendre ». — 2. Certe etiam auctoritate Concilii Basil. licentiatus est, nam an. 1439 affertur ut « theologie professor », qui tunc Concilio conclusiones de praeeminentia Concilii super papam praesentavit (*Mon. Concil. gen. saec. XV*, t. III, p. 240). — 3. An. 1431, Maii 19, assistebat processui Johannae d'Arc (vid. supra p. 571, et QUICHERAT, I, p. 426, not. 1). Jam tunc Parisiis theologiae studebat. — 4. An. 1440, Julii 11, cum esset bacc. formatus in theol. et rector Collegii S. Bernardi, factus est abbas Cisterci (Arch. Vat., Oblig. no 66, fol. 53). Ejus propositio nomine trium statuum ducatus Burgundiae coram duce Burgundiae, exstat in Bibl Divionens., ms 835, fol. 1.

2469. *Magistri regentes in theologia.*

1435, Septemb., Parisiis.

Sequntur nomina magistrorum nostrorum regentium, qui inceperunt legere in mense Septembri CCCCXXXV :

Magister Guillermus de Sella[1], decanus [*etc ut an* 1434 *usque ad* Johannem Moustardier[2], *exceptis* Joh. de Vernone *et* Nicolao de Roseriis]

Mag Johannes de Phano[3]
— Stephanus Bureti,
— Nicholaus Confrant
— Thomas Veret
— Hugo Poreti

Mag Thomas de Courcellis.
— Johannes Fabri
— Petrus Laleu.
— Reginaldus Pelée
— Egidius Remondi
— regens Sancti Bernardi.
— Johannes de Ponte
— Robertus Dyonisii. [29]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 177.

1. Ultimum nominatur. Decemb. 14 ejusdem anni pro eo servitium celebrabatur (p 174). — 2. Ultimum hic nominatur Aug 8 an. 1436 servitium pro eo (p. 189). Sed jam an. 1435, Octob. 21, defunctus erat. Vid. nº 2476, not. 1. — 3. I. e. « Fano ».

2470. *Universitas Paris. servitium celebrat pro defuncta regina Isabella, vidua.*

1435, Septemb., Parisiis.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 174. Isabella Septemb 29 defuncta est — Non omittimus annotare, nullum servitium factum vel inscriptum esse pro duce Bedfordiae, Septemb 14 defuncto, quamvis Universitas an. 1432 plura servitia pro uxore ejus aegrota (utique etiam quia soror ducis Burgundiae fuit) celebrasset. Tantum Universitas Paris. an. 1435 post tractatum Atrebatens. a parte Anglorum jam secesserat. Idem dicendum de Capitulo Paris Vid. *Mém de la Soc. de l'hist de Paris,* IX, p. 188.

2471. *Magistri regentes in facultate medicinae an 1435-36*

1435, Novembre ineunte, Parisiis.

Sequuntur nomina eorum qui suas lectiones eodem anno inceperunt et fuerunt regentes. [*Iidem qui an.* 1434, *praeter* Jac. Saquespée *et* Egidium Caniveti.][1] [9]

Comment fac. med., II, p. 2. — Nov 8, Petrus Columbi decanus continuatus fuit

1. « Die xij^a Nov. .. supplicavit mag. Guillelmus de Algea pro mag. Symone de Mara, qui tunc existens in Rothomago non poterat obstante periculo viarum Parisius accedere, ut facultas eidem magistro Symoni concederet disputare per procuratorem, quod et concessum extitit, salvis condicionibus consuetis, etc. » (ibid., p 2).

2472. *Statutum facultatis theologiae de quinque annis ante licentiam.*

1435, Nov. 16, 23-Dec. 1, Parisiis

Anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo quinto ... in Sancto Maturino decima sexta die Novembris, item vicesima tertia Novembris, item prima die Decembris,

omnes magistri (theologie) concorditer concluserunt et statuerunt unanimiter ea que sequuntur, primo quoad ea que concernunt magistros, secundo quoad ea que tangunt baccalarios.

Quantum ad ea que concernunt magistros, statuimus primo, quod nec dominus decanus nec alius loco sui possit convocare facultatem ad deliberandum super dispensatione tangente quovismodo aliquid contrarium vel repugnans observationi premissi statuti, scilicet de spatio temporis in statuto summi pontificis et facultatis expresso[1]. Quod si [in] contrarium, quod absit, decanus vel alius loco sui facultatem super dicta dispensatione convocaverit, ipso facto privetur a consortio facultatis per duos annos.

Item nullus magistrorum dicte facultatis pro deliberando super hujusmodi dispensatione in congregatione compareat sub pena similis privationis.

Item si contingat aliquem de magistris nostre facultatis prebere favorem, auxilium et consensum ad impetrandum dispensationem contra formam prefati statuti vel ad utendum jam impetrata, talis magister privetur ab officio vel executione regentie per duos annos. Quod si regens non fuerit, privetur a consortio facultatis per totidem annos.

Quantum ad baccalareos statuimus, quod si quis per se vel per alium impetraverit dispensationem aut impetrata attemptaverit uti, eo facto retardabitur per duos jubileos a licentia petita vel obtinenda. Et casu quo aliquis baccalarius niteretur uti dicta dispensatione aut vi aut metu aliquorum principum seu aliorum (vel alio modo non consono sive repugnante statuto prefato) pro eo interpellantium admitteretur (quod absit), teneatur solvere ad duplum sicut legentes Sententias per bullam[2].

Item si aliquo casu aliquis baccalarius preter vel contra formam prefati statuti per importunitatem dominorum vel aliorum aut alias (quod absit) admitteretur ad licentiam, postponatur omnibus aliis baccalariis licentiandis suum tempus habentibus. Et si contigerit dominum cancellarium ecclesie Parisiensis majorem sibi dare locum, facultas eum non recipiat ad dictum locum in suo consortio[3].

Conclusa fuerunt predicta in tribus solemnibus magistrorum facultatis theologie congregacionibus anno et diebus supra notatis.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5657[a], fol 6, omissa introductione, quam desumpsimus e ms lat. 10402, fol. 8. RICHERIUS in Bibl. nat. Paris., ms. lat. 9943, fol. 217[b], ubi desunt « Et casu quo . » usque ad finem. D'ARGENTRE, *Coll. jud.*, II[a], p. 472. In his duobus ultimis statutis praemittitur « Quia observatio statutorum prefatorum est rationabilis ». Statuta de quibus agitur supra edita sunt ad an. 1430, n° 2347.

1. Vid. tom. III *Chartul*, p. 144, et p. 479 sq. — **2.** Vid supra p. 399, not 2. — **3.** Haec statuta sic in formam juramentorum redacta sunt . « Jurabunt bacalarii quod non procurabunt per se vel alium seu alios ante predictum tempus quinque annorum superius expressum recipi ad licenciam in dicta facultate, neque super hoc procurabunt dispensacionem per se vel per alium seu alios, neque impetrata quovismodo sive a summo pontifice, sive a legato aut quocunque alio quacunque auctoritate fungente, qualitercunque obtenta, utentur ». Bibl. nat , ms. lat. 10402, fol. 8.

2473. *Universitas Paris. supplicat cancellario Franciae, ut tres capellani capellaniarum Castelleti ad praesentationem Universitatis solvantur.*

1433-1435, Decembris 23, Parisiis.

A reverend père en Dieu et noble seigneur Monseigneur le chancellier de France[1].

[Supplie] humblement l'Université de Paris, qui vous plaise ordonner estre fait paiement par [le geo]lier de Chastellet de Paris aux trois chapellains d'icelle Université[2], c'est assavoir [à] maistres Pierre Maugier, Jaques Galet, maistres en ars et licenciez en decret[3], et Guillaume Heuse[4], bachellier formé en theologie, de la somme de soixante libr. paris., à chascun d'eux xx libr. paris. de rente amortie deuez au terme de saint Remi dernier passé, et des arrerages precedens deuez à iceulz chapellains à cause desdites chapelles fondéez sur la dicte geole, attendu que la fondation d'icelles chapelles n'est pas ausmone ou [fondation du roy] nostre sire, mais est commutacion de heritage que a tenu et encores tient [de bonne] valeur le roy nostredit seigneur, comme par lettres de la fondacion cy attach[ées peut] à plain apparoir. Et lezdiz chappellains prieront Dieu pour v[ou]s.

Chartula pap. passim lacerata adjuncta documento K 59, n° 18bis (supra n° 2083). In margine superiore scriptum est : « Videant domini compotorum litteras simul alligatas, et super hiis dent suum advisamentum domino cancellario, qui postmodum providebit ». — *Mém. hist. sur les bénefices*, p. 28.

1. Ludovico de Luxembourg, episc. Morinens. — 2. Vid. *Chartul.* II, n° 625. — 3. Petrus Maugier an. 1426 licent., Galet an. 1428. — 4 Ab an. 1433 baccal. formatus, an. 1435, Decemb. 23, licent.

2474. *Licentiati in facultate theologiae.*

1435, Decembris 23, Parisiis.

Licencia theologie fuit facta per mag Gauffridum Coclearis commissum per mag. Johannem Chuffardi cancellarium ecclesie Paris. anno CCCC° XXXV°, die xxiij[a] Decembris. Fuerunt xvj vocati et quindecim licenciati, quia mag. Johannes Piri erat absens. Qui quidem quindecim solverunt pro xxvj regentibus supradictis, pro quolibet v sol., valent. vj lib. x sol.; item pro facultate xxxij sol.; pro subvencione Concilii Basiliens. xvj sol.; item pro commisso v sol.; item pro duobus bidellis vij lib. iiij sol. par.; item, pro juribus aule die licencie viij sol. Somma totalis xvj lib. xv sol., quam summam quilibet licenciatus solvit.

Nomina licenciatorum supradictorum :

Mag. Johannes de Ponte[1].
— Robertus Dionisii[2].
— Johannes Floridi[3], Sorb
— Johannes Mercerii[4],
Frat. Johannes Vineti[5], Ord. Pred
Mag. Johannes Piri, absens, vocatus fuit, sed non licenciatus.

Frat. Philippus de Laude[6], Ord Cisterc.
— Johannes Cornix[7], Ord Min
Mag Guillermus Heusey[8]
Frat. Bertrandus de Leodio[9], Ord, Cisterc.
— Nicolaus Lossoye[10], Ord Pred.
— Bernardus Cheneverii[11], Ord Clun.
— Donatus de Puteo[12], Ord Min.

Frat Guillermus Scutiferi[13], Ord. Pred. | Frat. Johannes Morandi[15], Ord Carm
Mag. Johannes Postelli[14] [16]

Quindecim solverunt pro facultate, quilibet xxxij sol., valent xxiiij lib.[16]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 177 sq. Supra in principio exprimitur, quod *quilibet*, non omnes 15 simul, pro facto licentiae solvere debuit. Libra valebat tunc 20 sol — Licentiati soli afferuntur etiam in msto 5657a, fol, 18b.

1. Magister Febr. 13 an. 1436 (ms 5494, p 176), Martii 23 « disputavit de resumpta » (p. 178) — 2. Magister an. 1436, 8 Martii (p. 176). — 3. Seu « Fluri ». Magister Martii 19 (p. 178). — 4. Magister April. 17 (ibid.). — 5. Magister April. 23 (ibid.). Postea « Venet » ut inquisitor haereticae pravitatis, ultimo Carcassonae, occurrit. Cf. QUÉTIF-ECHARD, *Script O Praed.*, I, p. 809. — 6. Seu « de Fontanis ». Magister Junii 21 (ms. 5494, p. 179). An. 1439, Decemb. 2, cum esset procurator generalis Ordinis in curia Rom., factus est abbas S. Mariae Maceriarum, Cabilon. dioec. (Arch. Vat. Oblig., no 66, fol. 49), an. 1449 abbas Claraevallis (*Gall christ.*, IV, 810). — 7. Magister an. 1437, Jun. 20 (p. 183). — 8 Magister an. 1436, Junii 5 (p. 179). — 9. « Mag. Bertrandus de Alna », magister Jun. 25 (ibid.). — 10. Magister an. 1437, Januarii 21 (p. 184). — 11. Magister an. 1441 (1442), Febr 12 (ms. lat 5657a, fol 19). — 12. Magister an. 1436, Jun, 12 (ms 5494, p. 179). Anno sequenti eum in Concilio Basil. invenimus (*Mon. Concil. gen. saec. XV*, t II, p. 900 « Donatus de Mediolano »). — 13. Magister an. 1437, Jun. 27 (ms. 5494, p. 183). — 14. Magister an 1436, Octob. 25 (p. 184). — 15. Magister Octob. 29 (ibid.). — 16. Hic exprimitur summa, quam *omnes simul* facultati debuerunt, quilibet 32 sol., omnes (15) simul 480 sol = 24 lib.

2475. *Universitas Paris. supplicat Eugenio IV, ut in jure praesentandi ad beneficia duodecim conservetur.*

1436, Februarii 4, Florentiae.

Beatissime pater. Licet devotissima V. S- et ecclesie Romane filia Universitas studii Parisiensis (ad quam nonnullorum beneficiorum ecclesiasticorum tam parrochialium ecclesiarum quam capellaniarum sive capellarum, non tamen multorum ultra duodecim in civitate Parisiensi aut prope illam existentium, de consuetudine aut alias jus pertinet patronatus) ad beneficia ipsa eorum occurrentibus vacationibus aliquos ex suis suppositis benemeritis infra tempus juris presentare consueverit, alias tamen parrochialis ecclesia Sancti Germani veteris Paris., que una ex beneficiis predictis existit, extra Romanam curiam certo modo vacans, quidam illam sic vacantem infra tempus juris presentandi ad illam a sede apostolica, tacito quod esset de patronatu ejusdem Universitatis, impetravit, qui postmodum quondam Guillermum de Sella magistrum in theologia ad illam per eandem Universitatem infra tempus juris presentatum multipliciter vexavit et inquietavit : ne igitur, pater sancte, devotus vester Guillelmus Pommier, magister in artibus et bacallarius in theologia, nuper ad eandem ecclesiam, tunc per obitum prefati Guillelmi de Cella extra dictam curiam defuncti vacantem, per prefatam Universitatem infra tempus juris presentatus, ac in eadem ecclesia auctoritate ordinaria institutus, et alii quos ad prefata beneficia dum vacabunt ipsa Universitas presentabit, super illis litibus implicentur et a suis studiis retrahantur *[supplicat summo pontifici, ut omnes collationes de hujusmodi beneficiis per sedem apost. sic factas irritas esse declaret]*. — Concessum ut petitur de declaratione, intentione non prejudicandi juri patronatus. In presencia domini nostri pape. C. ARIMINENS. — Dat. Florentie secundo non. Februarii, anno quinto.

Reg. Suppl Eugen. IV, nº 311, fol 220. Ibid. nº 312, fol. 88, alia de hoc supplicatio, et quidem Guillelmi Pommier, eadem die facta.

2476. *Guillelmus de Algia*[1], *in art. et medicina mag , nuper ad sacerdotium promotus, supplicat Eugenio IV, ut in facultate medicinae Paris. regere et alios actus scholasticos exercere libere et licite possit.*—Concessum ut petitur . . C. Ariminens. — Dat. Florentie quintodecimo kal Marcii, anno quinto

1436, Februarii 15, Florentiae.

Suppl. Eugen. IV, nº 313, fol. 6b.

1. An. 1435, Octob. 21, Johanne le Moustardier defuncto, ejus nepos Guill. de Algia claves Bibliothecae Nostrae Dominae accepit (Franklin, *Anciennes bibl. de Paris*, I, p. 52). Postea benefactor fuit Collegii mag. Gervasii Christiani (*Recueil de toutes les délibérations .. du Collège Louis-le-Grand*, 1751, p. 612).

2477. *Licentiati in facultate medicinae.*

1436, Martii 10, Parisiis.

Facta fuit congregatio facultatis in Sancto Maturino xa Marcii ad expedicionem eorumdem baccalariorum et fuerunt tunc presentati domino cancellario ecclesie Paris., et licenciati convenienter. Et fuit ordo licencie talis, et nominatus est mag. H. Thibout pro Julianne et Robertus Pethevin pro Cappella.

Mag. Robertus Julianne, 1us, Normannus
— Arnulphus de Capella, 2us, Gallicus

Comment. fac med., II, p. 3. — Ibidem additur « Item mag. Guill. de Camera, alias licentiatus, principiavit sub mag. Rob. Pethevin xxviij Martii anno eodem. »

2478. *Licentiati in facultate decretorum*

1436, Martii 19, Parisiis.

Die decima nona mensis Marcii ... cancellarius hora quasi tercia post prandium vocavit omnes licentiandos per signeta ut in crastinum hora nona comparerent in aula domini episcopi Paris. ad licentiam recipiendam. Qui quidem licentiandi illa die, videlicet vicesima Martii, omnes comparuerunt dempto mag. Nicolao Provostelli, et tradito rotulo per mag. Gaufridum Cuillier[1], mag. in theologia (per dictum dominum cancellarium ad licentiam faciendam deputatum) magno bedello facultatis, omnes vocati fuerunt ordine sequenti et solempnitatibus adhibitis ac juramentis fieri solitis et consuetis per ipsos prestitis, licentiam a prefato mag. Gaufrido receperunt in absentia mag. Johannis Chuffart, cancellarii precensi. Qui quidem ordo sequitur et est talis :

Egidius Rapiot,	sub domino Joh Huberti.
Frater Guido de Vatetot[2],	— Livino Neuelinc.
Johannes de Popaincourt,	— Huberti
Frater Stephanus Lohier,	— Guil. de Conti, abb. S Katherine.

Radulphus d'Argouges[3],	sub domino	Huberti
Reginaldus Odonis,	—	Huberti.
Egidius de Fleury,	—	Huberti.
Ymbertus Dominici,	—	Conti
Nicasius Viche,	—	Huberti
Johannes Johannis,	—	Huberti
Petrus Fassier,	—	Conti
Johannes de Blandecque,	—	Livino
Jacobus Vleinken,	—	Huberti
Nicolaus Provostelli[4],	—	Livino
Martinus Pierata,	—	Livino
Johannes Aufrie [*al* d'Anières],	—	Conti
Thomas de Catis,	—	Huberti
Johannes Rousselli,	—	Livino
Radulphus Lugon,	—	Conti
Andreas Legati,	—	Conti.
Johannes Houselli,	—	Livino.
Guillelmus de Bosco,	—	Conti
Johannes Tabernarii,	—	Livino.
Ricardus Viart,	—	Huberti.
Philippus Bouron,	—	Livino
Frater Ricardus Philiberti,	—	Conti.
Jacobus Pastoul,	—	Livino
Ricardus Hervei,	—	Livino.
Johannes Julienne,	—	Livino
Franciscus de Vacaria,	—	Conti.
Johannes Tremelli [*al.* Turmelli],	—	Conti
Thomas Cabut,	—	Conti

[32]

Memor fac. decret., I, fol. 176. Livinus Neuelinc ab an. 1435, Nov. 10, usque ad an. 1436, Maii 16, decanus fuit, deinde Johannes de Courcellis.

1. I. e. Coclearis — 2. Ms. « Vadetot », sed superius in ms. (fol. 162^b) « Vatetot », i. e. Vattetot. — 3 Ms. « dalgouges », sed superius (fol. 160^b) « dargouges, Constanc. dyoc ». — 4. In margine legitur « Nota quod mag. Nicolaus Provostelli fuit vocatus in ordine hic declarato quanquam non receperit signetum sicut et alii, nec fuit licentiatus. Nota quod die 17^a mensis Aprilis post Quasimodo ... fuit mag. Nicolaus Provostelli licentiatus in aula episcopi Paris per dom. cancellarium eccl. Paris , et die precedente fecit signetum suum in domo mag. Roberti Potevin in claustro Nostre Domine, associatus pluribus amicis suis ».

2479. *Urbe Parisiensi regi Franciae reddita, facultas medicinae Petrum Columbi decanum elegit, qui cum aliis Universitatis ambassiatoribus Carolum regem adeat.*

1436, Aprilis 13-18, Parisiis.

Item in anno Domini millesimo CCCC° XXXVI°, die veneris[1] post Pasca, fuit villa Parisiensis reducta de obedientia regis Anglie ad obedientiam regis Karoli Francie.

Item die decima octava, facta fuit congregatio facultatis ad eligendum ambassiatorem missurum apud dominum nostrum regem, una cum aliis ambassiatoribus ex parte Universitatis, sicut conclusum erat per Universitatem, quod quelibet facultas et natio mitteret. Et fuit electus mag. Petrus Columbi qui tunc erat decanus, et fuit ambassiator super confir-

matione previllegiorum Universitatis, et fuit quotatus ad francum, et obligata fuit Universitas quod curaret semibursam alias impositam pro solutione ipsorum ambassiatorum[2].

Comment. fac. med., II, p. 6.

1. April 13. Quantum ad hanc reductionem urbis Paris. vid COSNEAU, *Le connétable de Richemont*, p. 240 sqq., fontes pro hoc fausto eventu, ibid., p. 253, not. 3. — 2. Sequitur (p. 7) « Item xxv^a^ Maii redierunt ambassiatores et aportaverunt confirmacionem previllegiorum Universitatis sigillatam, etc , et fuit posita in archa Universitatis. »

2480. *In congregatione Universitatis in S. Mathurino April. 20 prior S Jacobi Ord Praed. refert de relatione sua ex parte Universitatis habita coram principe [Arthure de Richemont], constabulario Franciae. Novus conservator privilegiorum eligitur, scil. episcopus Bellovacensis[1]. Solemnis ambassiata ad regem Carolum VII electa est de qualibet natione et facultate[2]. Placuit etiam processionaliter ire ad S. Catharinam de Valle Scolarium ad gratias agendum de pacifico et laudabili ingressu « ac quasi miraculosa reductione hujus inclyte Paris urbis[3] ».*

1436, Aprilis 20, Parisiis

BUL., V, p 435, e Lib. proc. nat Picard.

1. Episcopo Meldensi jam an. 1435, Aug. 23, defuncto Episcopus Bellovacens., Johannes Juvenalis des Ursins (ab an. 1433), ut conservator juramentum praestitit coram Universitate an. 1436, April. 30 (*Recueil des privilèges de l'Université de Paris*, p 225). Sed in ms. lat. 5494, p. 174, scribitur, jam Januar., an. 1436, deputatos fac. theol. fuisse congregatos in camera mag Johannis Testoris « super discordia inter dom decanum et conservatorem ». — 2. Vid. in n° sequenti nomina. Natio Picard. tunc Johannem Haneron in ambassiatorem elegit. — 3. In *Lib. bedelli facult. theol.* (ms. lat. 5494, p. 174) legitur « [Pro] offertoriis in processionibus Universitatis in S. Katherina de Valle Scolarium, quando Anglici fuerunt expulsi a villa Paris., die xx Aprilis xij den. Item pro cereis traditis in eisdem processionibus magistris nostris x sol. viij den. ». Ad haec vid. *Auctar.*, II, p. 487, not. 2, et *Journal d'un bourgeois*, p. 320

2481. *Universitas Paris., regi Carolo VII gratias agendo de reductione urbis Paris , ambassiatores, quorum nomina afferuntur, ad eum mittit*

1436, Aprilis 27-30, Parisiis.

Tres chrestien et tres excellent prince, nostre souverain seigneur et père, toute humble et loyale obeyssance et subjection precedens. Après les dures turbacions que nous avons souffertes longuement[1] et la joieuse consolacion que Dieu de [sa] grace nous a nouvellement envoiée par le moien de la benigne [entrée et] reduction [soudaine et merveilleuse] de vostre bonne ville de Paris et de nous tous vos tres humbles subgiez, pour vous exposer sur ce, [nostre souverain seigneur], et declarer à plain nos bonnes loyautés et entencions, nos longues afflictions, la joye que avons de nouvel receue, la grande deligence, doulceur et benignité de hault et puissant prince monseigneur le connestable et des autres seigneurs[2], qui en representant vostre majesté reale ont tres benignement et tres doucement receu la reduction dessus dicte et aussi la necessité qu'il est de bien entretenir l'abolition generale[3] pour paix maintenir perpetuelement. Et en especial pour conjoir sur ce vostre royale magnificence, et vous faire et exhiber, nostre souverain seigneur et père, obeyssance, honneur et reverance loyalement, comme nous le desirons et volons tousjours faire, et pour vous declairer le grant proffit et besoing que nous avons de vostre desirée

presence, et aussi pour faire aucunes offres et supplications tres humbles de par nous, nous envoions par devers vostre excellence aucuns de nos suppos en loyauté, sciences et vertutes parfaitement expers, c'est assavoir[4] : Anthoine Masoier[5] docteur en theologie, Guillaume de Conty abbé de Sainte Katherine ou Mont de Rouen, docteur en decret, Robert Poitevin, Pierre Coulon[6] maistres ès ars et medecine, Jaques Bernard maistre en ars et bacheler en decret, Jehan Haneron[7], Pierre de La Hazardière maistres en ars et bachelers en theologie, Olave Le Grant[8] maistre en ars, Giles de Brene et Jehan Langlois maistres en ars et licenciés en decret, lesquelz nous supplions par vostre royal clemence estre receuz et oiz benignement et leur prières estre acompliez pour l'utilité commune entierement, en adjoustant à iceulx plaine foy et creance ès choses dessus dites et leur despendences selon les instructions que nous leur avons ordonnées sur ce Nostre souverain seigneur et père, nous regracions Dieu tres humblement de la desirée journée et reduction faite presentement par sa souveraine disposition envers vostre royal majesté, laquelle par sa misericorde il lui plaise conduire en victorieuse perseverance, et maintenir en prosperité et felicité perdurablement. Escrit, etc.

Minutae chartac. in Arch. nat Paris., M 65[b], n° 97 (olim A. 3. cccc); n° 55 (olim A. 3. gg). A tergo prioris nomina ambassiatorum supra insertorum latine, prius quibusdam aliis nominibus deletis, scripta sunt Quae uncis inclusimus, e charta n° 55 desumpsimus, et in n° 97 deleta sunt. — April. 27 ambassiatores civitatis profecti sunt, nam in Arch. nat., LL 114, p. 208, legitur ad istam diem « Hodie recesserunt a civitate ista pro eundo erga dominum nostrum regem dom. episcopus Paris et alii notabiles viri hujus civitatis ambassiatores » Inter quos fuit etiam cancellarius Paris. Joh. Chuffart, ut legitur p. 215 ad Jun. 1, qua die ipse aliique relationem fecerunt Ambassiatores Universitatis statim postea, saltem ante April. 30, recedere debuerunt. Vid. n[um] 2484.

1. An 1423 et 1431 Universitas speravit, afflictionem populi per regem Angliae finituram. Vid. n[is] 2209, 2399 — **2.** Charta n° 55 prosequitur : « qui ont fait la recommence et entrée dessusdicte, la nécessité qu'il est », etc. — **3.** Litterae abolitionis Caroli VII (vid. n° 2485, not 1), April. 14 Parisiis publicatae sunt Arch. nat. Paris., Y 4, fol. 1). — **4.** In utraque charta sequitur tantum : « etc. ». Nomina desumpsimus non e charta n° 97, sed e n° 37 (e quo sequens num[us] desumptus est), ubi sunt plura et quidem in lingua gallica. — **5.** April. 22 « pro eundo ad regem » Antonius Mazoerii. Ord. Praed., recepit xvj sol. a fac. theologiae (Bibl. nat. Paris , ms. lat 5494, p. 175). — **6.** Charta n° 97 « Columbi » — **7.** Jacobus Bernardi et Johannes Haneron desunt in charta n° 97. — **8.** Seu « Olavus Magni », nat. Alemanniae in Universitate

---

2482. *Universitas Paris. de eodem argumento ad Ludovicum delphinum et reginam.*

1436, Aprilis 27-30, Parisiis.

1. A Monseigneur le Daulphin

Tres excellent et puissant prince, nostre tres redoubté seigneur, humble et loiale recommendacion precedente Nous mercions et louons haultement nostre Redempteur, qui par sa grande misericorde ou saint temps de sa glorieuse Resurrection a confundu naguèrez l'austerité de nos ennemis anciens, et ceste catholique cité a delivrée de leur servitute, à joieuse consolacion de tout son peuple. Nous en devons bien humblement mercier nostre souverain seigneur le roy vostre père, nostre tres souverain seigneur, et toux nos seigneurs qui telle joie nous ont administrée par divine providence, et qui en

toute doulceur, amour et benignité nous veulent maintenir et garder entierement comme nous avons trouvé par effect, et encores derr[ainement] nous a sur ce moult consolés et certifiés nostre dit souverain seigneur le roy, tant par ses benignes lettres, comme par la voix de son tres noble chambellan monseigneur de Gaucourt. Maiz pour vous declarer en toute obeissance et honneur nos bonnes loiautez plus expressement et le grant desir que nous avons de la presence tres neccessaire de nostredit souverain seigneur et de vostre haulte excellence, avecques autres plusieurs poins, offres et humbles supplications touchant le bien commun de tout ce royaume, nous envoions especialment par devers nostre dit souverain seigneur et aussi par devers vostre haultesse nos suppostz honorables T. T., etc., auxquels il vous plaira adjouster plaine foy et creance et leurs supplicacions octroier benignement selon les instructions que nous leur avons baillées. Et nous prions icellui nostre Sauveur que vostre excellence il veille garder et conduire par grant prosperité jusques en sa gloire. Escript. etc.

2 A la Royne.

Tres excellente, haulte et puissante princesse et souveraine dame, de humble et loyaux courages, nous nous recommandons à vostre tres haulte excellence. Après les grâces et loenges que nous devons à Dieu, principalment de la desirée jornée et reduction naguerez advenuez par disposition divine en ceste vostre noble cité à la droiturière obeyssance de nostre souverain seigneur et père le roy vostre espoux. *[Universitas scribit simili modo ut ad delphinum, mittit ambassiatores.]* Tres excellente princesse et nostre souveraine dame, Dieu par sa grâce vous veille pardeça briefment aconduire et garder de toutes adversités perdurablement. Escript, etc.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65^{b}, n° 37 (olim A. 3. m). In fine nomina ambassiatorum supra n° 2481 exscripta leguntur.

2483. « *Instructiones super quibus proponendum est ex parte Universitatis Parisiensis coram illustrissimo et excellentissimo principe domino nostro rege Francie* »

1436, Aprilis 27-30, Parisius.

Primo reddantur gratiarum actiones Omnipotenti et largitori benignissimo, uni et trino Deo, de benigna consolatione populi sui in tractatu pacis nuper inter dominum nostrum regem et illustrissimum principem dominum ducem Burgundie feliciter consummato[1], ad cujus promotionem, prosecutionem et consummationem felicem, certe scimus (prout nobis per fidedignos ambassiatores nostros ad dictum pacis negotium transmissos extitimus informati), quod prefatus dominus noster rex suas exactissimas dedit operas pariter et impensas.

Regracietur eidem de sinceritate animi sui, quem ad bonum et exaltationem similiter et relevationem populi sui mirabiliter oppressi, ad commodum re[gn]i et totius reipublice,

et presertim ad salvationem et preservationem inclite civitatis Parisiensis semper habuit, et adhuc habet de presenti, prout per illustrissimum dominum conestabularium[2] et ceteros dominos qui suas operas ad dicte civitatis reductionem dederunt, extitit expositum atque declaratum, prout etiam per gratiam amplissimarum abolitionum, que ex benignitate et largiflua bonitate domini nostri regis christianissimi processerunt, luce clarius patuit[3]. Unde cum omni pace et transquillitate reducta extitit, ad cujus reductionem cives vestre urbis inclite totis laboraverunt conatibus ad obedientiam naturalis domini nostri regis; super quo recognoscit urbs inclita Parisiensis gratiam et operationem Spiritus Sancti ultra merita incolarum civitatis. Ubi ostendat proponens juxta suam discretionem multiplices gratias et clementiam Dei ad populum suum. Similiter laudet clementiam domini nostri regis et ejus devotionem, ut in eisdem persistere velit, quoniam multi plus oratione et clementia suos devicerunt hostes quam gladio et bello; et quod clementia potissime decet regem conformiter ad opera domini nostri Jhesu Christi quamplurima.

Regracietur insuper domino nostro regi de transmissione tam providi et tam strenui comitis domini conestabularii ad executionem sui laudabilis propositi super quietissima reductione inclitissime civitatis Parisiensis, per tot tempora captivate et violenter detente per antiquos hostes et adversarios domini nostri regis et regni[4]. Et declaretur modus quo benignissime tractavit et Universitatem, cives et supposita Universitatis et civitatis, et quomodo suas diligentissimas operas impenderunt alii milites sue societatis : dominus bastardus Aurelianensis, domini de Insula et d'Esternant[5], una cum ceteris qui secum ingressi sunt ad manutenentiam pacis omnium civium ipsius civitatis.

Item regracietur super communicatione benivola suarum litterarum, per quas expressius nobis constat et constitit gratissima benivolentia quam gerit majestas regia ad Universitatem matrem nostram et incolas civitatis Parisiensis, uti ornatissime exposuit nobilis miles et dominus de Gaucourt coram clero, Universitate et civibus hujus civitatis.

Item, ostendat sibi quod Deus summus largitor eidem domino nostro regi propter dilectionem qua ipsum et ejus populum dilexit, bona multa sibi communicavit in potissimis bonis hujus mundi, videlicet in procreatione prolis generose, in socia conthorali domina nostra regina, in dilectione qua sui subditi eum dilexerunt et omni periculo sua corpora et bona exposuerunt, ut redire possent ad suam desideratissimam obedientiam, sicut frequenter patuit tam in civitate Parisiensi, quam in populo Normannie in diversis partibus et alibi, in quo perpendi potest sincera populi ad suum regem et naturalem dominum dilectio.

Pro secundo puncto faciende sunt supplicationes, primo generales, deinde speciales.

Quantum ad primum, primo supplicandum est, quatinus apud dominum nostrum regem, rem publicam hujus regni et salutem populi jam reducti et per Dei gratiam brevissime reducendi specialiter habeat recommendatam, ipsamque justitiam pacis comitem dignetur per totum regnum manutenere, fovere et inviolabiliter observare et eam obser-

vandam precipere per singulas urbes et civitates, precipue in sua nobilissima civitate Parisiensi, in qua semper floruit justitia.

Et declaret dictus proponens modum et rationem justicie juxta suam discretionem eam laudando et ad eam persuadendo, ut populus per tot jam elapsos annos flagellatus, oppressus, afflictus, omni ymaginabili modo flagelli fatigatus, adeo ut vix respirare potuerit et pro maxima sui parte neci expositus sit, et quot mala oriuntur ex deffectu justicie, et quomodo Deus eam vult observari, et de inviolabili abolitionis observatione. Et circa hoc poterit supplicare ut ecclesiam desolatissimam sic recommissam habeat, quod in sacerdotes et in clerum non presumant de cetero manus apponere violentas, dicente Domino : « Nolite tangere christos meos » [*Psalm.* CIV, 15]. Idem de agricolis et viticolis, qui sustinent pondus et estus diei [*Matth.*, XX, 12], sine quibus nec vivere nec subsistere potest illud christianissimum regnum. Similiter de mercatoribus.

Instantius vero supplicetur regie majestati ut ad totalem regni securitatem, restaurationem et pacem dignetur sua pietate fidelissime plebi sue in ducatu Normannie et alibi succurrere, et eam de servitute ac durissima captivitate qua detinetur a suis hostibus, clementi sua bonitate ac potenti virtute celerius eripere, prout ille devotissimus ac fidelissimus populus ferventissime speravit atque sperat. Reducantur hic ad memoriam oppressiones, exactiones, cedes et immanissime strages quas a multis annis illa patria perpessa est atque hodie adhuc (proth dolor) patitur

In speciali vero supplicetur regie majestati, ut dignetur nostram Universitatem in suis privilegiis, que a suis progenitoribus concessa sunt, manutenere, conservare et fovere, illaque augere et ampliare paterno dignetur affectu, habeatque regia majestas ipsam nostram Universitatem, humilem suam filiam, ac singula ejus supposita recommissa. Et presertim cum retroactis possidentibus inimicis antiquis civitatem Parisiensem ac partes regni occupantibus, per eos quamplurimis ejusdem Universitatis benemeritis suppositis de beneficiis in ecclesia Dei provisum extiterit, supplicat ipsa Universitas, quatinus intuitu pietatis et ex speciali gratia ac liberalitate magnifica regie majestatis dignetur illa supposita predictis beneficiis, sine quibus in Universitate studium continuare non valerent, non permittere destitui, quinymo eisdem de predictis providere, ac ea, si opus est, de novo sibi conferre.

Circa istum articulum conformiter ad instructiones villatencium[6] declaretur maximus affectus ac ferventissimum desiderium quos habet ipsa Universitas, regiam majestatem videndi, ac de sua inclitissima presentia in Parisiensi civitate gaudendi, quodque ipsa tota civitas optat se et suam inclitissimam prolem videre ad complementum et perfectionem jam cepte leticie.

Circa tertium veniunt oblationes quibus offeratur Universitas serenitati regie majestatis, inclitissime sue proli, illustrissimorum principum et dominorum sanguinis regii, dominorumque de consilio regio dominationibus, polliceatur fundere preces Altissimo

processiones, missas privatas et publicas, ac suffragia facere pro felici successu et optata salute domini nostri regis, ceterorumque dominorum prefatorum, et cetera que in talibus offerri solent.

M. Hebert.

Originale in Arch. Univ. Paris, theca I, A. 1. b. — Bul., V, 436.

1. Scil. apud Atrebatem an. 1435. — 2. I e Arthurem, de Richemont. — 3. Vid. nº 2485, not. 1. — 4. Procurator nat. Gallicanae etiam, Johannes Mileti, scribit mense April., esse « expulsos antiquos regni inimicos, videlicet Anglicos, subingressis multis viris nobilibus Francie et magno exercitu armatorum » (Bul, V, 893). — 5. I. e. Philippus de Ternant, ab an. 1436, April. 13, praepositus Paris Vid. Félibien, *Hist. de Paris,* IV, p. 597. — 6. I. e ambassiatorum civitatis Paris.

2484. « *Sequuntur juramenta que facere tenentur ambax[iatores] ad dominum nostrum regem Francie pro parte Universitatis.* »

1436, Aprilis 27-30, Parisiis.

Primo quod infra diem lune [April. 30] ubi ambax[iatores] civitatis ipsa die recesserint, recedent, nec recessum suum ultra ambax[iatores] civitatis protelabunt.

Item, quod post inceptam viam simul et inter se honeste et amicabiliter ad laudem Dei et honorem Universitatis se regent.

Item, quod ab illa die qua ad civitatem quam inhabitat aut tunc inhabitabit dominus noster rex christianissimus, diligenter excequentur intentionem Universitatis conformiter ad suas instructiones, nullo modo nec palam nec clam aut occulte in contrarium veniendo, sed juxta vires sustinendo.

Item, quod nullam supplicationem ad partem pro se aut alio (excepta dumtaxat supplicatione rectoris, pro qua prout melius et diligentius poterunt laborabunt) regi aut ejus familiaribus presentabunt seu presentari vel promoveri procurabunt, donec presentarint litteras Universitatis et confirmationem privilegiorum Universitatis obtinuerint.

Item, quod tempore quo habebunt accessum ad dominum nostrum regem, nullum secum associabunt, ne forte propter multitudinem intrancium multitudo magistrorum retardetur.

Item, quod nullus particulariter, sed omnes communiter promotionem prout melius poterunt procurabunt, absque acceptione personarum.

Item quod fideliter referent juxta suas vires responsionem domini nostri regis ad singula puncta proponenda.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ᵇ, nº 55 (olim A. 3 gg), supra nº 2481 citata, a tergo. Quaedam conveniunt cum juramentis ambassiatorum ad Rom. curiam destinatorum in *Chartul.* II, p. 682 (23). Tempore sequente haec « juramenta ambaxiatorum ad regiam majestatem destinatorum » aliquantum mutata fuerunt « Primo jurabitis quod infra sex dies post receptionem litterarum Universitatis et pecuniarum recedetis a villa Parisiensi et suburbiis ejusdem Secundum quod ad regiam majestatem accedetis quantocius commode poteritis ». Caetera quantum ad sensum conveniunt Ultima rubrica : « Item in regressu vestro non intrabitis aliquam domum Parisius donec dixeritis domino rectori qui pro illo tempore fuerit adventum vestrum » (Mus. Britann., add. 17304, fol. 131ᵇ, noviter 155ᵇ)

2485. « *Ce sont les requestes que font au roy nostre sire les ambaxadeurs de l'Université de Paris.* »

1436, circa Maii 17, Biturigis.

Premierement, requièrent la confirmacion de tous les previlleiges, coustumes, libertés et franchises de ladicte Université avecques l'usaige d'iceulz, et que [sur] ce soient faictes lettres ou chartres, comme ont fait ses progeniteurs roys de France.

Item, et que les abolitions[1] leues et publiées à Paris[2] soient entretenues de point en point, sans les enfraindre aucunement.

Item, et que tous suppotz de l'Université, qui par grâces apostoliques, acceptacions et provisions sur ce faictes, ou par les ordinaires de plain droit, ou à[3] la presentacion des patrons, ont eu collacion desdiz benefices (*maxime* au temps que les collateurs prelas aroient esté canoniquement instituez en leurs diz prelatures, et eu delivrance de leur espirituel et temporel) par ceulz qui empeschement avoient mis à cause des droix royaulx. Sans ce que soubz umbre du serement de feaulté non fait au roy nostre souverain seigneur, et qui lors ne l'eussent peu ou osé faire, empeschement leur soit mis ou donné, et se mestier est à chacun d'eulz soit octroyé des benefices qui tient, ou benefice don en regale. Autrement le faire seroit piteuze et dure chose que pour telz empeschement, dont ne sont ou ont esté cause, lesdiz suppotz qui ont eu lesdiz benefices à grant fraiz et labours, et lesquelz (ou plusieurs d'iceulz) à cause desdiz benefices se sont determinez en l'eglise et promeux aux sains ordres, et qui seroient contrains à delaisser l'estude, en grant diminucion de l'Université de Paris fille du roy nostre souverain seigneur.

Item, et que d'abondant grâce, et ad ce que lesdiz suppostz soient plus esmeuz à prier Dieu pour, etc., il veulle avoir agreable tous les dons ou presentacions faictes ausdiz supposts par les seigneurs temporels qui se disoient avoir tiltres ès terres et seigneuries, et icelles courrent à cause desquelles ont fait lesdiz dons ou presentacions, supposé que lors lesdictes presentacions et collacions eussent appartenu au roy nostre souverain seigneur.

Arch nat. Paris , Y 4, fol. 5. Postea sequuntur « les requestes et humbles supplicacions que ont faictes ... gens d'eglise, prevost des marchans[4], eschevins, bourgois, manans et habitans » de Paris. Deinde (fol. 6b) « *les responses* faictes par le roy aux requestes a lui faictes par .. les seigneurs de l'Isle Adam et de Ternant ou nom de Monseigneur de Bourgogne, comme de par les evesques et gens d'eglise, Université, prevost des marchans, eschevins, bourgois et habitans de ladicte ville .... Fait à Bourges le xvije jour de May l'an mil CCCC trente six », quae solae editae sunt apud FELIBIEN, *Hist. de Paris,* V, 269-270, sine tamen diei nota.

1. I e. abolitiones duae, una a rege Pictavis, altera a duce Burgundiae Brugis concessa eodem anno, Febr. 28. Vid. Arch. nat , K 949, nis 24-27; K 69, no 21, litterae Caroli ap GODEFROY, *Charles VII,* p. 795, FÉLIBIEN, *Hist. de Paris,* III, p. 558. Cf. VALLET DE VIRIVILLE, *Hist. de Charles VII,* t II, p. 349. — 2 Vid. no 2481, not. 3. — 3. Ms. « il ». — 4. Michael de Lallier, ab April 14. Vid. A LE VAVASSEUR in *Bibl. de l'école des chartes,* t. XLVIII, p. 255.

2486. *Carolus VII privilegia Universitatis Paris., quam maximis laudibus extollit, confirmat*

1436, mense Maio, Biturigis.

Charles par la grace de Dieu roy de France. Savoir faisons à tous presens et à venir nous avoir receue l'umble supplicacion à nous faicte pour nostre tres chière et amée fille première née l'Université de l'estude de Paris, contenant que, comme les tres chretiens et glorieux roys de France noz predecesseurs par la tres grant et fervent amour et affection qu'ilz ont tousjours eue à nostredicte fille pour la tres sainte doctrine de pure, nette et entière foy et vraye clarté et lumière de science, dont elle a de tant grant ancienneté singulierement esté recomandée avec les autres precieux fruiz et biens qu'ils ont perceu et sentu si largement et grandement yssir et venir d'elle à nostre couronne, royaume et seigneurie, l'aient de tout temps nourrie et conservée en especiale benificence, grâce et faveur, et lui aient donné et octroyé et successivement confermé et amplifié pluseurs biaulx privilèges, libertez et franchises, dont elle et ses suppostz ayent joy et usé. Et pour ce nous ait esté bien humblement supplié que en ensuivant les louables traces de nosdiz predecesseurs, nous voulsissions lesdiz privilèges, libertez et franchises avec les autres droits, coutumes et usaiges de nostredicte fille benignement confermer.

Pourquoy nous, considerant les choses dessusdites, desirans de tout nostre cuer veoir de nostre temps nostredicte fille flourir, fructifier, croistre et multiplier en comble et plantureuse habondance de vertus et tous biens, et estre souverainement exaulciée et eslevée par tous honneurs, grâces et liberalitez, voulans tousjours perseverer en noz faiz selon les vertueuses euvres de nosdiz predecesseurs, inclinans pour ce favorablement à ladicte supplicacion : tous et chacuns les privilèges, libertez et franchises par nosdiz predecesseurs donnez et octroyez à nostredicte fille l'Université de l'estude de Paris, et aux suppostz d'icelle, ensemble les autres droiz, coutumes, usaiges d'icelle nostre fille et de sesdiz suppotz, ainsi et par la forme et manière que feu nostre tres chier seigneur et père, que Dieu absoille, et ses predecesseurs roys de France les ont confermez, nous yceulx ayans fermes et agreables de nostre grâce especial, plaine puissance et autorité royal, louons, approuvons, ratifions et confermons par ces presentes. *[Mandat omnibus quorum interest, ut privilegia Universitatis tueantur.]* Donné à Bourges ou moys de May, l'an de grâce mil quatre cens trente et six, et le quatorziesme de nostre regne.

Par le Roy en son conseil où messeigneurs les duc de Bourbonnois et conte de Mortaing, le conte de Vendosme, vous[1], l'arcevesque de Thoulouse, l'evesque de Magalonne, le bastard d'Orléans, Christofle de Harecourt et pluseurs autres estoient. LE PICART.

Contentor gratis. E. DUBAN.

Originale in Arch. Universitatis Paris., theca III, A 9. e. Supersunt fili seric rub. et virid. coloris. Parte aversa « Leues et publiées en jugement ou Chastellet de Paris, monsieur maistre Jehan de Longueil, lieutenant civil, tenant le siège en la presence de monsieur le recteur de l'Université, de plusieurs docteurs . le samedi ij[me] jour de Juin l'an de grâce mil

IIIIc XXXVI ... Leues et publiées en jugement en l'auditoire des esleuz à Paris sur le fait des aides ... le lundi iiij jour de Juing. — Lecta et publicata in camera thesauri in qua erant Joh. de la Fontaine ... per mag Petrum Maugier anno Dom. M CCCC XXXVI, die lune quarta mensis Junii .... presentibus venerande circumspectionis ac scientie viris Nicolao D'Auchy, rectore Universitatis, mag. Stephano Buret in theol., mag. Petro Columbi decano et in medicina magistro, Johanne de Oliva nationis Francie, Henrico Lurys, nat. Normannie, Roberto Esschine, nat. Alemanie, procuratoribus, cum pluribus aliis magistris. Ita est. BARNESSE ». — *Vidimus* an. 1457, Decemb. 14, ibidem A. 9 f. Arch. nat. Paris., Y 4 (Livre vert vieux 2e du Châtelet), fol 9. *Recueil des privilèges*, p. 15. BUL., V, p. 438. *Ordonn. des rois*, XIII, p. 219.

1. I. e. cancellarius Franciae, Reginaldus archiepiscopus Remens.

2487. *Universitas Paris. Carolo VII supplicat, ut apud papam et Concilium de suppressione Universitatum, praecipue Cadomi, et facultatum noviter erectarum se interponat.*

1436, post Junii 2-4, Parisiis.

Roy tres crestien, tres hault et tres excellent prince, nostre souverain seigneur. Nous nous recommandons tant plus humblement que faire povons à vostre tres noble excellence et royal majesté; et vous plaise savoir, nostre souverain seigneur, que ung des grans desirs qu'avons en ce monde c'est de veoir vostre tres haulte seigneurie et royal majesté personnelement estre en toute prosperité et bon estat en ceste vostre bonne ville et cité de Paris, en laquelle nous et tous vos bons subgiz tres ardamment et de tous nos cueurs attendons vostre venue tres desirée; sachans certainement que, s'il plaist à vostre tres noble excellence nous briefment visiter, vostre tres desiré advenement sera tres proufitable à toute la chose publique de vostre royalme, et specialement de vostre noble ville et cité de Paris et de tout le pais d'environ, tant en Normandie que ailleurs, lequel est de present griefment molesté par les gens d'armes des villes et chasteaulx d'autour. Pour quoy est expedient que par vostre tres noble providence y soit mis remède, car aultrement tout le pais qui est à vostre noble seigneurie tres obeissant et bien vueillant sera en brief tout gaté.

Nous avons eu en propos, nostre souverain seigneur, soubz vostre tres noble vouloir et correction escrire tant à nostre saint père le pape que au saint Concile de Basle sur le fait d'aucunes universités nouvellement fondées ou facultés ampliées. A l'occasion de ce que ceste ville de Paris estoit si longuement en la main de voz ennemis, pour quoy n'y avoit pas seur accez pour voz subgiz et obeissans; laquelle chose n'avons pas voulu faire sans sur ce requerir vostre tres noble providence royal. Et donc, nostre souverain seigneur, attendu que [par] la mercy de nostre createur ceste ville et cité de Paris est du tout reduite à vostre bonne obeissance, et que de vostre tres benigne clemence y peust venir estudier gens de toutes regions comme au lieu de liberté, ainsy que ilz faisoient audevant que elle feust occupée par vozdiz ennemiz, il vous plaise de vostre grâce especial escrire aux dessusdiz nostre saint père et saint Concile, que les Universitez ou facultez nouvellement fondées ou ampliées à l'occasion dessusdite soient abolies en contemplation de votre devote fille l'Université de Paris, laquelle est de toute ancienneté comme le soleil lumi-

neux par tout le monde, et laquelle voz tres nobles progeniteurs roys de France ont le temps passé tant et si grandement fondée à l'exaltation de la foy catholique et grant honneur de ce royalme. Et s'il estoit ainsy que en ce royalme il y eust tant d'Universités, nous p[ensons] que ce seroit au grant deprisement de toute bonne et saine doctrine, et occasion d'erreur quant chascune [voudroit] en son sens habonder. Nous considerons que le temps passé, quant ce royalme florissoit sur tous roialmes crestiens, il n'y avoit que ceste estude generale à toutes facultez, et pour ce estoit cy renommée en vraye doctrine que de toutes nacions et regions escoliers y afluoient. Maiz encore nous fait plus de mal, nostre souverain seigneur, que les Angloiz voz anciens ennemiz s'efforcent de fonder et edifier à Caen une nouvelle estude, qui seroit tres grandement prejudiciable à nostre Université, attendu que c'est pres de cy et que la nacion de Normandie est de nostre Université ung des membres principaulx, lequel pourroit venir en grant descroissement et diminution, si par nostre saint père à ce faire leur estoit donné quelque faveur, et mesmement qu'ilz prennent et cuillent par voye de fait les fruis des collèges et escoles fondez, beneficiez ou pais de Normendie encore par eulx occupé, laquelle chose vendroit en grant diminucion du divin service, à tres grant prejudice de nostre Université et de voz leaulx sugiz et bienvueillans estans en ceste bonne ville, e[t de] leur[s] benefices, rentes et possessions oudit pais de Normendie, ouquel paiz grande partie de nos suppoz estoient beneficiez et plusieurs eglizes et collèges fondez.

Pour lesquèles choses tres humblement supplions et requerons l'aide et provision de vostre tres noble excellence et majesté roial ad ce qu'il vous plaise donner voz gracieuses lettres à nostredit saint père le pape, ensemble au saint Concile, que en abolissant aucunes concessions de privilèges, s'aucuns ont esté donnez pour l'eslevement de ladite estude de Caen ou aultres pour occasion dessus declairée, ilz vueillet conceder mandemens à tous princes, prélas, juges, etc., en quelque region, contrée ou obeissance que ce soit, qu'ilz laissent et seufrent jouir et user les collèges et escoliers estudians en nostredite Université des fruis de leurs collèges, eglizes, benefices, rentes et possessions là où qu'il soient assisez et situées, ainsy que s'il estoient residens à court de Romme ou s'il assistoient au saint Concile de Basle et mesmes ainsy qu'ilz faisoient ou devant de la reduction de ladite ville, et fère restitution de tout ce qu'arroit esté pris et detenu; sur peine des censures ecclesiastiques, conformement au droit escript et aux privilèges donnez et octroyez en faveur de ladite estude de Paris par plusieurs sains pères apostoliques et plusieurs tres nobles roys de France, voz tres nobles progeniteurs, et par vostre tres benigne clemence nagaires concedez et confermez, et à ce poursuir plus a certes vous plaise de grâce especial mander à voz procureurs tant à court de Romme que au Concile, que à ce ilz vueillent tenir la main et diligaument procurer ainsy comme chose qui de tres près touche le bien et grant honneur de vostre roialme, en attendant que par vostre tres noble proudence et puissance soit autrement sur ce prouveu; laquelle est et sera ainsy que

croions fermement agreable à Dieu et à la grant exaltacion de la foy catholique. Et de nostre part nous offerons à faire donner prières et oraisons pour la prospérité de vous, vostre tres noble lignée et tout vostre tres noble sanc, que Dieu vueille sauver et garder. Amen.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65[b], nº 33 (olim A. 3. h). Ibid., nº 93 (olim A. 3. yyy), exstat alia *minuta* continens epistolam Universitatis ad regem, a quo « nos ambassateurs [sont] retournés » exprimentes benignitatem regis. In epistola formae brevioris agitur de eodem argumento, scil. suppressione « des estudes particuliers de nouvel erigés en ce royaulme et environ, et ceulx que on dit encore voloir estre commenciez par vos adversaires » Sed insuper magistri a rege epistolam rogant Concilio Basil. et summo pontifici mittendam, ut fructus beneficiorum, quae studentes Parisiis in Normannia possident, a suis detentoribus studentibus deliberentur. « Très exellent . . nous nous recommandons ».

Epistolae scriptae sunt, postquam ambassiatores reversi erant et litterae, quibus rex privilegia Universitatis confirmaverat, jam lectae erant, i. e. post Jun. 2-4. Jun. 1 fuerunt processiones Universitatis in S. Maglorio (Bibl. nat Paris., ms. lat. 5494, p. 175)

2488. *Universitas Paris rogat ducem Burgundiae ut juxta suas « litteras abolitionis » supposita Universitatis in placida possessione beneficiorum per regem conserventur, ne studium dissipetur.*

1436, Maio-Junio, Parisiis.

Tres hault et tres puissant prince et nostre tres redoubté seigneur, à la gloire et loenge de Dieu premierement, et à l'exaltation de vostre tres hault nom. Nous sommes tous joieux et desirans appercevoir souvent la prosperité de vostre noble estat et l'accroissement de vostre salutaire felicité, en laquelle la divine clemence vous veille octroier bonne perseverance continuelment. Verité est, nostre tres redoubté seigneur, que pour eschever la dissipation de nostre Université et pour maintenir nostre estude et suppostz en bonne union et loyauté envers nostre souverain seigneur le roy, il nous est grant besoing demorer paisiblement en nos benefices selon le contenu de vos lettres de abolicion[1], ainsy que autresfoiz et naguerez nous avons escript supplié sur ce et autres choses au roy nostredit seigneur, et aussi à vostre haulte providence. Sur quoy depuis nous aiez envoié vos tres benignez lettres et responses receuez par nous moult honorablement et en grande joie, par lesquelles nous a esté donnee toute esperance de consolacion et de acomplissement de nos humbles supplicacions pour l'entretenement de nostredite estude, auquel vostre haulte grâce se monstre bien avoir toute dilection et faveur; maiz aussi depuiz ce sur nos requestes et supplications touchans lesdis benefices, icellui nostre souverain seigneur le roy nous ait donné response par escript[2] de laquelle la copie est enclose en ces lettres presentes, par laquelle response n'a pas esté plainement satisfait à nostre humble requeste, ne donné plain effect au contenu de icelles vos lettres de abolicion, ne aussi denegacion de ce faicte, et nous soit grant besoing avoir briefment sur ce bonne et finale conclusion. Considerans, pour icelle obtenir, tres hault et tres puissant prince, nostre tres redoubté seigneur, vostre bon aide et faveur nous estre tres necessairez (lesquelx vostre liberale bonté a tousjours offers et emploiez au bien commun de nous et de

tout ce royaume), nous vous supplions le plus humblement et cordialement que fère povons, que sur ce vous plaise emploier aucunement vostre tres noble et saige providence envers nostredit souverain seigneur le roy, tellement que nous appercevons au moien de vostre aide et intercession yceulx benefices demorer paisiblement à nosdis suppostz, pour obvier aux inconveniens, parvenir aux biens dessus touchiez, perseverer aussy loyaument en iceulx, à l'utilité de tout ce royaume, en demonstrant que vos dictez lettres vous voulez bien contenir verité, et sortir vray effect selon la teneur d'icelles, pour la conservation de vostre tres hault nom et honneur sans repprouche et pour les grans biens qui s'en ensuivent. Nostre tres redoubté seigneur, nous sommes tous desirans et tenus acomplir de tous nos povoirs les bons plaisirs et commandemens de vostre tres noble haultesse, laquelle en sa sainte garde et conduite veille tousjours avoir le Sauveur de tout le monde. Escript (*sic*).

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65^b, n° 88 (olim A. 3. rrr), sine temporis nota.

1. Caroli VII et ducis Burgundiae. an. 1436, Febr 28. Cf. supra n° 2485, not. 1. In *Lib. bedelli fac. theol.* (ms. lat. 5494, p. 175) legitur ad April. 22 « Item ex ordinatione facultatis tradidi pro litteris abolitionis regis et domini Burgundie xij sol. ». — 2 Responsum a rege Biturigis Maii 17 ambassiatoribus datum satisfacere non potuit; nam quantum ad beneficia ab Anglis collata respondit « le roi ... n'en ordonne rien pour le present ». Idem responsum eis datum est quantum ad beneficia ab omnibus (excepto rege) extra dioecesim Paris. collata. Vid. FÉLIBIEN, *Hist. de Paris*, V, p. 269 sq. Epistola regis, Maio, ne verbum quidem de beneficiis continet (supra n° 2486).

2489. « *Conclusio [facultatis theologiae] super birretis dandis per magistrandos.* »

1436, Junii 4, Parisiis.

Anno Domini M° CCCC° XXXVI° quarta die Junii facultas theologie solenniter congregata et super facto birretorum specialiter vocata, conclusit, ordinavit et statuit pro honore facultatis et singulorum magistrorum ejusdem, quod licentiati, qui post festum Exaltationis Sancte Crucis anno presenti incipient in dicta facultate et pro tempore futuro licentiabuntur et in dicta facultate incipient, singulis magistris ac etiam duobus servitoribus dicte facultatis tradent birreta dupplicia. Et istud statutum vult dicta facultas pro tempore futuro inviolabiliter observari[1].

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 10402, fol. 8^b. In ms lat 5494, p. 175, legitur, deputatos fac. theol. ante Jun 7 fuisse congregatos « super materia birretorum ». « Pro scribendo in libro facultatis nova statuta de quinque annis ante licentiam (vid. n° 2472) et de birretis duplicibus » bedellus facultatis solvit inter Aug. et Octob. 3 sol. (ms. 5494, p. 189).

1. Hucusque etiam D'ARGENTRÉ, *Coll. jud.*, II^a, 475. Sed in ms^{to} adjungitur statutum de jubileo, quod tamen vid. infra n° 2529.

2490. *Cursores in facultate theologiae.*

1435, Octob.-1436, Septemb., Parisiis

Frat. Nicolaus du Valasse, Ord Cisterc., 17 Octob. 1um curs
Mag Johannes de Bosco, 12 Decemb 1um curs
— Guillermus Paris, 9 Jan. 1um curs sub mag Johanne Pulcripatris
— Jacobus Carpentier, 24 Martii 1um curs
— Roulandus de Capella, 26 Martii 1um curs.
— Johannes de Castiliono[1], 30 April. 1um curs.
— Vincencius Vyon, 8 Maii 1um curs.
— Stephanus Lamberti, 3 Jul 1um curs. sub mag Johanne Pulcripatris.
— Henricus Liroys, 12 Julii 1um curs
Mag Guillermus Pommier, 2 Jul 2um curs
Frat. Matheus du Valasse, 7 Aug 2um curs
— Nicolaus Riflardi, relig. S Germani de Pratis, 21 Aug 1um curs
Mag. Petrus Ricerii [Richier], 27 Aug 2um curs
— Guillelmus Aubery, 11 Septemb. 2um curs
— Nicolaus Champenoys, 12 Septemb 1um curs.
— Bernardus Poully, 15 Septemb 1um curs sub mag. Johanne Pulcripatris
— Johannes Pain et Char, 20 Septemb. 2um curs.

[17]

Bibl. nat. Paris , ms. lat. 5494, p. 176, 178 sq., 183.

1. Italus, de nobili genere procreatus, affinis Brandae de Castiliono, episcopo Portuens., et an. 1434 mag. art. et studens Parisiis theol. atque annos 21 natus (Suppl. Eugen IV, n° 287, fol. 32), an. 1436 ut can. Rotomagens. et Mediolanens., canonicatum Constantiens., scholastriam Bajocens , et archidiaconatum Vexin-Normand, vacantem per promotionem Johannis Chevrot, petit (n° 319, fol. 137b, n° 324, fol. 100). An. 1438 jam ut magister theol. occurrit (ibid., n° 338, fol. 63), non Paris., sed ex gratia An. 1444, Sept. 2, cum esset protonot apost., episcopus Constantiens. (Arch. Vat., Obl. n° 72, fol. 5b, cf. TOUSTAIN DE BILLY, *Hist. eccles. du dioc de Coutances*, II, p. 265), an. 1453, Octob. 3, translatus ad sedem Papiens. (Obl., l. c., fol. 58), an 1456, Decemb. 17, cardinalis, 1457, Martii 9, tit. S. Clementis (Arch. Vat., arm. XXXI, fol. 26, 27). Ut jam p. 522, not. 2, observavimus, distinguendus est a seniore Johanne de Castellione Gallico. Quae BEAUREPAIRE, *Notes sur les juges*, p. 115, ab an. 1433-1439, affert, non ad seniorem et Gallicum Johannem qui processui Johannae d'Arc assistebat, pertinent, sed ad Italum Johannem de Castiglione.

2491. *Sententiarii et Biblici Parisienses*

1436, Septemb., Parisiis.

Nomina bachalariorum qui inceperunt Sentencias in mense Septemb. CCCC XXXVI° :

Frat. Egidius Cum Crine, Carm., xxiiij sol , fuit formatus 1a Martii.
Mag. Guillermus Pommier, xxiiij sol , form 2a Mart
— Petrus Ricerii, xxiiij sol , form 4a Mart.
— Guillermus Auberi, xxiiij sol., form 5a Mart
Mag. Johannes Pain et Char, xxiiij sol., formatus 11 Mart.
Frat. Guillermus Valée, Ord. Pred , xxiiij sol.
— Guillermus de Torculary, Ord. Min., xxiiij sol
— Stephanus Morelli, Ord August , xxiiij sol.

[8]

Biblici :

Frat. Johannes Zamorensis, Hispanus, Ord. Min , xx sol.
— Johannes de Pratis de Cambrone, Ord Cisterc., xx sol.
Frat Anthonius Boissonis, Ord Carmel., xx sol
— Egidius Anselmi, August., incepit post alios, xx sol.

[4]

Bibl nat. Paris., ms. lat. 5494, p 184.

2492. *Magistri regentes in facultate theologiae.*

1436, Septemb., Parisiis.

Nomina magistrorum nostrorum qui inceperunt legere in mense Septembri CCCCXXXVI :

Mag. Thomas Monachi.
— Johannes de Trecis [*etc. ut an.* 1435 *usque* Gaufridum Coclearis, *excepto* Hieronymo de Viterbio].
— Stephanus Bureti.
— Nicolaus Confrant.
— Egidius Remondi.
— Ro[bertus] de Porta.
— Reginaldus Pelée.
— Petrus de Laleu.
Mag. Johannes de Ponte.
— Robertus Dyonisii.
— Johannes Floridi.
— Johannes Vineti.
— Guillermus Heuze.
— Donatus de Puteo.
— Bertrandus de Alna,
— Ra[dulphus] de Porta, rediit xxiiij^a^ Novembris. [27]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 183.

2493. *Magistri regentes in facultate medicinae an. 1436-37.*

1436, Novembre ineunte, Parisiis.

Sequuntur regentes presentis decanatus :

Mag. Petrus Cardonnel
— Henricus Thibout.
— Johannes Lengrenoys[1].
— Robertus Poitevin
— Benardus Nivert[2].
— Petrus de Chaciaco.
Mag Roulandus Scriptoris
— Inguerrandus de Parenti.
— Petrus Coulombi.
— Guillelmus de Longolio.
— Guillelmus de Camera[3].
— Guillelmus de Algia[4]. [12]

Comment. fac med., II, p. 8. — Nov. 3 decanus electus est Guill. de Longolio

1. In marg add. « Vacat Non continuavit regentiam ». — 2. In marg. « Vacat. Non continuavit ». — 3. Vid. supra (Mart. 10). Hunc ne confundas cum Guil. de Camera, mag regente an. 1398-1426. — 4. Ms. « Aligia » Vid. supra ad 1430, Nov.

2494. *Universitas Paris. sub magistro Gerardo Gehe, rectore Universitatis, apud S. Maturinum statuit, quod amodo in solemnitatibus et festis SS. Cosmae et Damiani*[1] *et S Germani veteris*[2] *non legatur in Universitate aut aliqua facultate.* « Ad perpetuam rei memoriam, anno quo supra ».

1436, Novembris 29, Parisiis.

Bul., V, p. 439, e Libro nat. Gallic

1 Septemb. 27. In Kalendario, v. g Bibl. nat nouv. acq. 535, postea adjunctum est « non legitur » (fol. 11). — 2. Maii 28. In aliquibus Kalendariis, v. g. nationis Anglicanae (vid. *Auctar.*, I, p. 5), etiam nomen sancti defuit, et solum postea adjunctum est simul cum « non legitur » (ms. cit. 535, fol. 9).

2495. *Facultas decretorum duobus baccalareis licentiam extra tempus statutum confert.*

1436, Novemb. 26-Decemb. 3, Parisiis.

Die lune xxvj Novembris ejusdem anni MCCCC[1] XXXVI facultas, propter nonnullas causas rationabiles et urgentissimas, admisit ad examen pro licentia in facultate decretorum recipienda venerabiles et discretos viros mag. Joh. Alardoti et mag. Ricardum Lucratoris, qui per tres dies sequentes examinati exstiterunt et postea per facultatem tanquam ydonei ad recipiendum gradum licentie admissi, et demum domino cancellario B. Marie presentati et recepti.

Die tertia Decembris ejusdem anni fuerunt licentiati hii [qui] sequuntur in aula episcopali Paris. per mag. Joh. de Ponte, sacre theologie professorem, commissum a domino cancellario ecclesie Paris. :

Mag Joh Alardot, Cabilonens. diocesis, canonicus S. Honorati Paris
Mag Ricardus Lucratoris, Constanciens dioc., mag. in artibus.

Memor. fac decret , I, fol. 182.

2496. *Universitas Paris chirurgos approbatos ut scholares juratos Universitatis reputat.*

1436, Decembris 13, Parisiis.

Universis presentes litteras inspecturis rector et Universitas magistrorum et scolarium Parisius studentium eternam in Domino salutem. Notum facimus quod nobis super nonnullis arduis inter nos tractandis negotiis solemniter congregatis, vir venerabilis mag. Johannes de Subfurno, in artibus et chirurgia magister, tam suo quam discretorum virorum Dionysii Palluau, Johannis Perricardi, Ade Martini, Johannis Gileberti, Gaufridi Serre, Rogerii Ernoult, Dionisii de Lens et Petri Peuple, magistrorum Parisius approbatorum in scientia et arte chirurgie Parisius per illos ad quos spectat examinatorum et approbatorum, in nostra Parisiensi Universitate verorum scolarium existentium nominibus exposuit, quod contra bonum reipublice plures insurgunt abusores, non approbati, et falsi seu ficti chirurgici, venerabilem chirurgie scientiam permaxime deturbantes ac vilipendentes, quod cedit in grave et horrendum scandalum populi et detrimentum ejusdem, quod etiam redundare videtur in dictorum exponentium prejudicium et gravamen non modicum, attentis magnis et notabilibus privilegiis a multis Francorum regibus eisdem exponentibus et suis in dicta chirurgie scientia predecessoribus concessis et indultis, videlicet quod nulli possunt in scientia seu practica chirurgie in villa Parisiensi seu vicecomitatu ejusdem practicare, vel officium chirurgie exercere, nisi per juratos domini nostri regis in suo Castelleto Paris. et prepositum[1] chirurgicorum, vocatis vocandis, prius fuerint examinati diligenter et approbati, prout plenius in dictis suis privilegiis dicebat contineri[2]. Supplicans idem magister

Johannes de Subfurno nominibus quibus supra, quatenus predictos chirurgicos et ceteros in futurum in arte chirurgie prout decet approbatos, reputare scolares, ac ipsos privilegiis, franchisiis, libertatibus et immunitatibus nobis concessis et concedendis uti et gaudere, ac ipsos juvare[3] vellemus.

Nos vero post maturam diuturnamque deliberationem super premissis more solito prehabitam, suplicationem predictorum chirurgicorum concessimus et concedimus, proviso tamen quod ipsi lectiones magistrorum actu Parisius in facultate medecine regentium, ut moris est, frequentent. In cujus rei testimonium sigillum nostrum magnum presentibus litteris duximus apponendum. Datum Parisius in nostra congregatione generali apud S. Maturinum solemniter celebrata anno Dom. millesimo quadringentesimo tricesimo sexto, die decima tertia mensis Decembris.

M. HEBERT.

ESTIENNE PASQUIER, *Les recherches de la France* (l. IX, ch. 30), Amsterdam 1723, I, p. 960. *Recherches critiques et hist. sur l'origine et les progrès de la chirurgie en France*, 1744, p. 167, not. (omissis nominibus aliisque).

1. Editio: « preposito ». — 2. Vid. tom. III *Chartul.*, n^is 1205, 1231. — 3. Editio « jurare ».

2497. *Universitas Paris. regi Carolo VII scribit, ut Gerardo Gehe Parisiensi, mag. art. et baccal formato in theol., nunc iterum atque tertium rectori Universitatis, aliquod beneficium ecclesiasticum vel dignitatem conferat.* « Très hault ... Pour ce que »

1436, Octob.-Decemb., Parisiis.

Minuta chartac. in Arch. nat Paris., M 65^b, n° 34 (olim A 3. i.). Ibidem altera epistola « ad confessorem », i e Gerardum Macheti, ut apud regem pro Gerardo Gehe intercedat: « Regie scribimus majestati »

Gerardus Gehe an. 1436, Octob. 10-Decemb. 16, tertium rector Universitatis fuit.

2498. *Henricus VI, Franciae et Angliae rex, studiis theologiae et artium in civitate Cadomensi eadem privilegia quae jam facultatibus juris canonici et civilis an. 1432 concesserat, tribuit.* Donné à Rouen le quinziesme jour de Fevrier, l'an de grâce mil CCCC trente six et de nostre règne le quinziesme Par le roy, à la relacion de Mons le duc d'Yorck. J DE DROSAY « Comme en noz lettres »

1437, Februarii 15, Rotomagi

Originale in Arch. dép. du Calvados, D 1. — A. BENET, *Inventaire des Archives de l'Univ. de Caen*, I, p. 3. — An. 1438, Martii 19, Henricus facultates theologiae et artium et insuper medicinae aliis duabus facultatibus expresse adjunxit (l. c), cum jam an. 1437, Maii 30, Eugenius IV studium generale in omnibus his facultatibus Cadomi erexisset (BUL., V, 846, BENET, p. 27, BOURMONT, *La fondation de l'Université de Caen*, p. 266).

2499. *Carolus VII praepositum Paris.[1] caeterosque justitiarios certiores facit, quod non obstante edicto 22 Februarii magistri regentes, paedagogi et veri scholares, officiarii et bedelli facultatum et nationum (minime tamen qui non causa studii Parisiis commorantur) sint immunes excubiarum, gueti et custodiae portarum.*

Donné à Paris le xvj^e jour de Mars l'an de grace mil CCCC trente et six, et de nostre regne le quinziesme. — Par le roy à la relation du grant conseil. MILET. « Comme par nos autres lettres ».

1437, Martii 16, Parisiis.

Originale in Arch. nat. Paris., M 66^b, n° 37 (olim A. 6. z.). Deest sigillum. X^1a 8624, fol. 47, apographum K 180, liasse 1, n° 5. *Défense des droits de l'Université*, p. 168, add. p. 15 sq.

1. Ambrosium de Loré.

2500. *Martinus Cati canonicus S. Genovefae Eugenio IV supplicat, ut in cancellarium S Genovefae ipse confirmetur, quamvis non sit magister artium.*

1437, Martii 25, Bononiae.

Beatissime pater. Dudum cancellaria monasterii Sancte Genovefe Parisiens., Ord. S. August., tunc per obitum quondam cujusdam[1] in cancellaria declarandi ipsius monasterii cancellarii, dum viveret, extra Romanam curiam defuncti, vacante, abbas ejusdem monasterii tunc existens dictam cancellariam (que simplex officium ad nutum revocabile est et cum aliis beneficiis per canonicos ipsius monasterii regi consuetis obtineri consuevit et ad quam juxta quoddam ipsius monasterii statutum apostolicum assumi debet magister in artibus[2], si quis ex dictis canonicis talis existat) devoto vestro Martino Cati[3], canonico dicti monasterii et parrochialis ecclesie S^ti Stephani site juxta ipsum monasterium et ab eo dependentis rectori, nullo ex ipsius monasterii canonicis tunc in eisdem artibus magistro existente, contulit et providit etiam de eodem. Cum autem, pater sancte, dictus Martinus officium predictum laudabiliter per plures annos rexerit et exercuerit pacifice et quiete, et ab eadem cancellaria non sine nota et dedecore et vilipendio persone sue amoveretur, dignemini S. V. eidem Martino, quod absque sua culpa et demeritis ab ipsa cancellaria, cujus fructus, etc., viginti libr. turon. parv. sec. communem extimationem valorem annuum non excedunt, invitus quoad vixerit amoveri non possit, etiam si interim et ex nunc aliquis ex dictis canonicis magister in artibus existat, concedere ac decernere de gratia speciali, prefato et aliis ipsius monasterii statutis et consuetudinibus, quodque ... paroch. ecclesiam predictam, cujus fructus centum libr. ... obtineat ... non obstantibus quibuscumque ... — Concessum sine rationabili causa... JOH. DE MELLA. — Dat. Bononie viij kal. Aprilis, anno VII.

Reg. Suppl. Eugenii IV, n° 326, fol. 239.

1 Johannis le Merle, ut in ms^to S Genovefae Paris., n° 2151, narratur. — 2. Vid. tom. III *Chartul.*, p 145. — 3. Seu « le Chat » e ms^to S. Genovefae In *Reg.* potius « Cate ».

2501. *Cum Universitas cessationes cancellario Franciae minaretur, is quemdam laicum contra quemdam scholarem litigantem comparere coram conservatore privilegiorum cogit.*

1437, Martio, Parisiis.

Die (*sic*) mensis Marcii Universitate congregata in Sancto Maturino, sicuti pluries fuerat, ad intimandum cessationes domino cancellario Francie et ultime concludendum in

causa cujusdam scolaris mota contra quendam laycum in curia conservatoris; qui quidem laycus declinabat curiam tamquam non subditum. Et licet super hoc fuissent facte et mote plures discensiones tam in Parlamento quam in Castelleto ex parte dicti layci, et facte fuissent plures propositiones tam coram domino connestabulario hic presenti quam domino cancellario, tamen pacificatum fuit negotium ex parte dicti domini cancellarii, videlicet quod dictus laycus responderet coram conservatore, et veniret dictus laicus ad petendum beneficium absolutionis hujus litis.

Comment. fac. med , II, p. 9. — BUL., V, 440.

2502. *Gradus baccalareatus in medicina, quemadmodum in aliis facultatibus, ab Universitate ut gradus recognoscitur.*

1437, Aprilis 6, Parisiis.

Die sexta mensis Aprilis congregata Universitate per dominum rectorem[1] solenniter in Sancto Mathurino super certis articulis tangentibus Universitatem et tandem in ultimo articulo qui fuit super supplicationibus, etc., supplicavi[2] ex parte facultatis matris mee quatenus vellet declarare gradum baccalariatus in medicina esse gradum quemadmodum et in aliis facultatibus[3]. Que supplicatio fuit concessa per omnes facultates, ut constat per litteras patentes sigillatas sigillo dicte Universitatis.

Comment. fac. med., II, p. 10. — BUL., V, 441.

1. Robertum Ciboule — 2. Loquitur decanus fac. med. Guillelmus de Longolio. — 3 Jam an. 1416, Maii 9, Natalis Regis, mag. in art. et baccal. in medicina in Universitate Paris., asseruit, quod « de consuetudine et communi observantia in curia Rom. et in dicta Universit. Paris. notorie observata bachalariatus in medicina gradus reputabatur, ac similem prerogativam expectantibus ut bachalariatus in decretis in dicta Universitate receptus conferebat » (Arch nat. Paris., X1a 61, fol. 296).

2503. *Rector Universitatis Paris. cum pluribus Universitatis comparuit in Capitulo Paris , requirens « ut vellent procedere diligenter ad expediendum mag Petrum Maugier, prisionarium Capituli Cui responsum est, quod domini faciunt et facient super hoc totam diligentiam eis possibilem »*

1437, Maii 17, Parisiis.

Arch. nat. Paris., LL 114, fol. 142.

2504. *Ambassiatores ad rotulum secundum portandum Eugenio IV papae ab Universitate eliguntur*[1].

1437, Junio[2], *Parisiis.*

Anno Domini millesimo IIIIcmo XXXVII, in rectoria mag. Roberti Cybole, electi fuerunt ambassiatores de qualibet facultate et natione. Et fuit electus mag. Nicolaus Confrant pro facultate theologie; pro fac. decretorum mag. [Eustacius Marcade][3]; pro fac. medicine ego G. de Longolio decanus; pro natione Francie mag. Andreas Pelé; pro nat. Norman.

mag. Robertus Cybole tunc rector; pro nat. Picardie mag. Joh. Haneron; pro nat. Almanie, mag. Albertus[4].

Comment. fac. med., II, p. 10 — In Lib. bedelli facult. theol. (Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 190) legitur ad an. 1437, Maio « Item, pro copia articulorum secundi rotuli transmittendi pape, in mense Maii CCCC XXXVII, iij sol Item, quando domini deputati facultatis fuerunt congregati in camera domini decani ad visitandum dictos articulos, [pro] vino, xij den. Item, quando dicti domini deputati facultatis fuerunt congregati in camera domini decani super eadem materia, xij den » (Vid. *Auctar.* II, p 495). Minime tamen rotulus missus est

1. Legitur paulo superius « Anno 1436 [i. e 1437] in fine rectorie mag. Gauffridi Amici fuit deliberatum quod mitterentur ambassiatores ex parte Universitatis ad dominum nostrum summum ponthificem Eugenium pro rotulo secundo. » — 2 Non uno eodemque die omnes electi sunt. Junii 1 nat. Picard., ante Maii 23 nat. Angl. elegisse ambassiatorem scimus e *Partie des pieces et actes qui concernent l'Université de Paris*, rec. IX, alias VIII, p. 16, ubi et p. 15, plura de hoc rotulo e Lib. proc. nat. Picard — 3. Hoc nomen deest in ms cit., quia nondum fac decr. suum elegerat, supplevimus e *Memor. fac. decret.*, I, fol 183b, quo legitur Eust. Marcade, priorem de Ovis, electum fuisse a fac. decr. 14a Augusti « in portitorem rotuli ». — 4. I. e Albertus Vorden, tunc procurator nat. Almaniae. Vid. *Auctar.* II, p. 496, 8.

2505. *Mag. Johannes Chuffart aliique in facultate decret. vesperizati et doctorizati.*

1437, Julii 28-31, Parisiis.

Anno Domini M° CCCC° XXXVII°, xxviija mensis Julii, magister Johannes Chuffart, mag. Martinus de Freisnes, mag. Eustacius Marcade prior de Ovis[1], et mag. Petrus de Brena fuerunt vesperiati, et die martis sequente, que fuit penultima ejusdem mensis, fecerunt festum suum in domo domini archiepiscopi Remensis prope fratres Minores.

Memor. fac. decret., I, fol. 183b. — Iidem doctorizati ultima die ejusdem mensis, recepti sunt ad regentiam. Johannes Chuffart, cancellarius Paris., Julii 29, invitavit canonicos, ut Julii 30 « vellent sibi et suis sociis facere honorem in scolis et in prandio. Cui responsum est ut domini facient ut melius poterunt » (Arch. nat., LL 114, p 321).

1. Qui in n° 2506 vocatur « prior de Oeulx », et alias « d'Oeus ».

2506. *Facultas decretorum de vestitu magistrorum regentium congregationibus Universitatis adsistentium.*

1437, Augusti 14, Parisiis.

Eodem anno xiiija mensis Augusti facultas solempniter congregata, confirmando et exequendo ea que in aliis congregationibus fuerant tractata et deliberata, statuendo decrevit, quod nullus regens in dicta facultate presumat de cetero interesse in congregationibus Universitatis nisi aliquo habituum sequentium sit ornatus, scil. capa, epitogio, mantello foderato vel capucio foderato. Quod si quis in contrarium attemptaverit, pro illa vice careat vocis suffragio. Datum in eadem congregatione die et anno predictis, presentibus domino Livino Neuelinc, dom. Joh. de Courcellis[1], dom. Joh. Chufardi, dom. Martino de Freisnes, dom. priore de Oeulx et mag. Petro de Brena.

Item in eadem congregatione fuit electus in portitorem rotuli pro eadem facultate mag. Eustacius Marcade, prior de Ovis.

Memor. fac. decret., I, fol. 183b. — *Preuves des droits des docteurs regens*, p. 17.

1. Qui tunc (ab an 1436, Maii 16) decanus fuit; Aug. 31 electus est Martinus de Fraxinis.

2507. *Carolus VII commissariis deputatis ad impositiones accipiendas ut civitas castellumque « Monstreau ou foult d'Yone » ab Anglis redimatur, mandat Universitatem Paris. concessisse ut solveretur contributio « pour ce cas seulement » et quin privilegiis franchisiisque magistrorum doctorum, regentium, scholarium, paedagogorum, magistrorum scholas actu tenentium, vere studentium ad gradus acquirendos, praecipuorum officiariorum, quatuordecim bedellorum facultatum nationumque, quatuor principalium librariorum in posterum detractaretur.* Donné à Paris le second jour de Septembre, l'an de grâce mil CCCC trente et sept, et de nostre règne le quinziesme. *Par le roy, à la relation du grant conseil*, A NANTON. « Comme par l'ordonnance ».

1437, Septembris 2, Parisiis.

Originale in Arch Univ. Paris., thec. II, A. 5. n. Appendet taeniolum membr. cum fragmento sigilli. — *Recueil des privileges de l'Univ.*, p. 95, *Ordonn. des rois*, XIII, p. 239.

2508. *Cursores in facultate theologiae.*

1436, Octob.-1437, Septemb., Parisiis.

Mag. Symon Germani, 15 Octob 1um curs.
— Alphunsus Martini, 7 Jan 1um curs.
Frat. Nicolaus de Hamo Premonstrat. eccl. canonicus, 9 Jan 1um curs
Mag. Olavus Magni, 28 Jan. 1um curs.
— Johannes Boucart, 9 Martii 1um curs
— Philippus Fouquerel, 16 Martii 1um curs.
Mag. Robertus de Landa, 23 Maii 1um curs.
— Egidius Marié, 4 Junii 1um curs.
— Johannes de Oliva, 16 Julii 2um curs.
Frat. Johannes Vyon, 27 Aug. 2um curs.
Mag. Petrus de Vausello, 5 Septemb. 2um curs
— Guillelmus Paris, 9 Septemb 2um curs.
[12]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 184, 192

2509. *Sententiarii et Biblici.*

1437, Septemb., Parisiis.

Nomina bachalariorum qui inceperunt Sentencias in mense Septembri ejusdem anni CCCCXXXVII[1] :

Frat. Johannes de Monte Henrico, Ord. Carm , xxiiij sol , formatus 1a Martii.
Mag. Petrus de Vausello, xxiiij sol.
— Johannes de Oliva, xxiiij sol.
— Guillermus Paris, xxiiij sol
Frat Johannes Vyon[1], Ord. Cisterc., xxiiij sol.
— Herveus de Villanova, Ord Pred , xxiiij sol.
— Petrus Quatresoubz, Ord. Min., xxiiij sol.
— Jacobus d'Ostende[2], Ord August , xxiiij sol
[8]

Biblici ejusdem anni :

Frat. Guillermus Burgensis, biblicus fratr. Predic , xx sol.
Frat. Guillermus Francisci, biblicus Augustin , xx sol.
Frat. Jacobus de Balerna, biblicus S Bernardi, xx sol.
Frat. Guillermus Danielis, biblicus Carmel., xx sol.
[4]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494. p. 192 sq.

1. Minime ad magisterium in theol. pervenit, sed baccal. formatus remansit, postquam abbas Cistercii fuerat. Vid. supra nº 2467, not. 4. — 2. Infra nº 2531 vocatur Jacobus de Brugis.

2510. *Magistri regentes in facultate theol.*

1437, Septemb., Parisiis.

Nomina magistrorum nostrorum qui inceperunt legere in mense Septembri CCCCXXXVII :

Mag. Radulphus de Porta, decanus facultatis.
— Johannes de Trecis.
— Roulandus Barguenel
— Eustacius de Mesnillo.
— Johannes de Gondivillier,
— Johannes Pulcripatris.
— Rogerus de Gallon
— Johannes Beroudi.
— Dyonisius de Sabrevoys
— Gaufridus Coclearis.
— Ricardus de Mesnillo
— Guillermus Evrardi[1].

Mag. Stephanus Bureti.
— Nicolaus Confrant.
— Johannes de Ponte
— Robertus Dyonisii.
— Guillermus Heuse.
— Johannes Postelli.
— Guillermus Adelie.
— Thomas Verelli
— Robertus de Porta
— Johannes Cornis.
— Johannes Morandi

[23]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p 192.

1. Primum ut magister regens in theol affertur.

2511. *Facultas theologiae deliberat, an Mendicantes cursus facere debeant ante lecturam Sententiarum.*

1437, Septemb., Parisiis.

[Pro] vino quando domini deputati facultatis fuerunt congregati in camera domini decani ad visitandum statuta Mendicantium, utrum debeant facere cursus ante lecturam Sententiarum[1].

Bibl. nat. Paris., ms lat. 5494, p. 199.

1. Mendicantes praetendebant, missos ex fratribus a suis superioribus Parisios ad legendas Sententias sine lectura Bibliae et sine Cursibus admittendos esse. Plures magistri se opposuerunt. Vid. infra bullam Eugenii IV an 1442, Martii 24. Fortasse jam an. 1433 de hoc agebatur. Vid. nº 2455

2512. *Facultas theol a Concilio Basileensi sententiam postulat ne quis cancellariam Paris., nisi magister theologiae, obtinere possit.*

1437, Octob., Parisiis.

Ex ordinacione facultatis et dominorum clavigerorum tradidi magistro nostro Dyonisio de Sabrevoys ambassiatori ad subveniendum in suis necessitatibus, et ut procuraret a sacro

Concilio Basiliensi, ne quis possit amodo obtinere cancellariam ecclesie Parisiensis, nisi sit magister in theologia, sommam ix lib. xij sol.

Item, pane et vino, quando domini deputati facultatis fuerunt congregati in camera domini decani super responsione bachalarii de domo Minorum pro temptativa, xvij[a] Octobris, iij sol.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 199. — Cf. etiam HEMERAEUS, *De academia Paris.*, p. 87.

2513. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1437-38*

1437, Novembre ineunte, Parisiis.

Sequuntur nomina eorum qui suas lectiones eodem anno inceperunt et fuerunt regentes :

Mag Petrus Cardonnelli[1].	Mag. Inguerrandus de Parenti.
— Henricus Thibout	— Guillelmus de Algia.
— Robertus Poitevin	— Petrus Columbi[2]
— Petrus de Chacy	— Guillelmus de Longolio.
— Rolandus Scriptoris	[9]

Comment fac. med., II, p. 16. — Nov. 2, decanus electus est Guillelmus de Algia.

1. Ultimum inter regentes inseritur. Eo defuncto inventarium bonorum ejus factum est an. 1438, Decembr. 13, de quo vid. CHEREAU, *La bibliothèque d'un médecin au XV[e] siècle* (in *Bull. du bibliophile*, 1863, p. 224-243). — 2. Non jam inter regentes nominabitur. Legimus ad an. 1438 « Pro servicio magistri Petri Columbi facto in facultate tam pro missa et vigiliis quam etiam pro distributionibus mag. presencium et etiam bidellorum, xxiiij sol par. » (Comment. fac. med., II, p. 25).

2514. *Carolus VII Novembris 12 civitatem Paris. ingressus est, eique rector, doctores et magistri Universitatis cum aliis usque ad Capellam S. Dionysii obviam iverunt. Ante portale Nostrae Dominae Universitas « devant lui proposa en brief ».*

1437, Novembris 12, Parisiis.

Chron. de Monstrelet, V, p. 304. BERRY ap. GODEFROY, *Hist. de Charles VII*, p. 398. In Arch. nat. Paris., LL 114, p. 357-359, praeter cancellarium Johannem Chuffart, nullus Universitatis affertur.

Jam n° 2399, not., observavimus, doctos hactenus perperam Nicolaum Midy ut proponentem Universitatis asseruisse. Quia CREVIER *Hist de l'Université*, IV, p. 88, intellexit, Instructiones a BULAEO, V, p. 442, editas vix ante Nostram Dominam pronuntiatas fuisse, aliam occasionem proprio marte invenit, ut illis Instructionibus, quae ad an. 1431 pertinent, locum dare posset. Dum in *Auctar. Univers.*, II, Instructionum pro proponente coram Henrico VI an. 1431 mentio fit (p. 460), de propositione coram Carolo VII an. 1437 altum silentium tenetur (p. 500), utique, quia ea fuit « en brief ».

2515. *Carolus VII, Francorum rex, litteras Philippi Valesii de apothecariis[1] atque Caroli VI de medicina nonnisi ab examinatis exercenda[2] confirmat.* Donné à Paris le derrenier jour de Novembre, l'an de grace mil CCCC trente et sept, et de nostre regne le xvj[e]. « Noz bien amez les doyen ».

1437, Novembris 30, Parisiis.

Arch. nat Paris. Y 4 (Livre vert vieil second du Chastelet), fol 32. « Publiées en jugement en Chastellet de Paris le lundi xxviij[e] jour d'Avril, l'an mil CCCC XXXVIII ». — *Ordonn des rois*, XIII, 244.

1. Anni 1336, Maii 22. *Chartul.*, II, n° 1001 — 2 Anni 1390, Aug. 3. *Chartul*, III, n° 1586.

2516. *Universitas Paris supplicat Eugenio IV, ut Alanum de Lespervez, ab adolescentia in Ordine Minorum, quamquam « ex insignibus seculi militibus ac magnatibus opulentissimis duxerit originem », qui etiam primogeniti*[1] *ducis Britanniae a multis annis « eruditor, doctor atque confessor » effectus est, ad aliquam sedem episcopalem promoveat.* Scriptum, etc. « Si ecclesie fundamenta ».

1437, ante Decembris 11, Parisiis.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65[a], n° 29. Ibidem duae epistolae, una ad collegium cardinalium, altera ad quemdam cardinalem, de eodem argumento Sed M 65[a], n° 41, exstat alia *minuta* (pessumdata) cum epistola posteriori ad papam, in qua praeterea narratur, Alanum primum juri in Aurelianensi civitate studuisse. Universitas supplicat, ut ecclesiae Briocensi vacanti praeficiatur « Dum consideramus ». De eodem argumento ibidem exstat epistola ad collegium cardinalium, in qua etiam scribitur, Alanum esse in s. theol. baccalareum formatum. Cum tamen id minime verum esset, Universitas injungit auditori causarum, ut hoc deleat (quod et factum est), et petit, ut Alanus ad episcopatum Leonens. promoveatur.

An. 1437, Decemb 11, Eugenius IV eum sedi Dolensi praefecit (Arch. Vat, Oblig n° 66, fol. 38[b]), an. 1444, Aug. 24, translatus ad Corisopitens. (Obl n° 72, fol. 6) In *Gall. christ.*, I, 828 (et apud Gams, *Ser. episc*) cum Alano episcopo Avenionensi confunditur, qui tamen non ab an. 1440, sed ab an. 1437, Octob. 30, episcopus Avenionens. fuit, cum antea esset praepositus de Oeto in eccl. S. Martini Turonens. (Reg. Vat Eugen. IV, n° 367, fol 108[b]). Correctius in *Gall. christ.*, XIV, 1061

1. Francisci, comitis de Montfort, filii Johannis V ducis Britanniae.

2517. *Licentiati in facultate theologiae.*

1437, Decembris 20, Parisiis.

Licencia theologie fuit facta per mag. nostrum Johannem de Ponte, commissum a magistro Johanne Chufardi cancellario ecclesie Parisiensis, anno CCCCXXXVII°, die xx[a] Decembris, et fuerunt xiij licenciati, et fr. Johannes Givoys vocatus.

Nomina dominorum licenciatorum :

Mag. Robertus Cybolle[1].
— Petrus Godemen[2].
Frat. Johannes Soret[3].
— Nicolaus Emerici[4].
— Robertus de Ursicampo.
Mag. Alexander Volart[5].
Frat. Laurencius de Sancto Silvestro.
— Johannes Operatoris[6].
Frat. Johannes de Bonoportu[7].
— Johannes Givoys[8], vocatus, et non licenciatus fuit, licenciatus x[a] Februarii [an. 1438]
— Johannes Lucubus[9].
— Leonardus de Bagnaria[10].
— Thomas Dyonisii[11].
— Vincencius Canuti.

[14]

Bibl. nat. Paris, ms. lat. 5494, p. 193 — Ms. lat. 5657[a], fol 19.

1. Magister an. 1438, Febr. 17 (p. 193). — 2. Magister Martii 13 (ibid.). — 3. Magister Maii 26 (p. 194). — 4. Magister Martii 26 (p. 193). — 5. Magister April. 21 (ibid.) — 6. Magister an. 1441, Septemb. 26 (ms. lat. 5657[a], fol. 19). An. 1448 vocatur Philippi ducis Burgundiae consiliarius (Reg. Vat. Nicol. V, n° 388, fol. 215). — 7. « Mag. Johannes de Bonoportu, abbas de Valle B. Marie, fuit magister xxij Septemb » an. 1438 (ms 5494. p. 201). — 8. Magister Novemb. 17 (p. 202). — 9. Magister Novemb. 28 (ibid). — 10. Magister an. 1440, Aug 30 (ms. lat. 5657[a], fol. 19). — 11. Magister 1438, Maii 5 (ms. 5494, p. 193) An. 1445 Thomas « Denis », cum esset gardianus Minorum Cadomens., fuit professor in Univers. Cadomensi (Benet, *Inventaire des Archives de l'Université de Caen*, t. II, p. 10).

2518. *Universitas Paris ad quemdam principem (ducem Burgundiae?), ut se pro Johanne Jordani, abbate S. Petri in Valle Carnotens , interponat.*

1434-1437, Parisiis.

Tres hault et tres puissant prince et nostre tres redoubté seigneur, tres humble recommendacion precedent. Verité est que nous avons eu longuement demourant avecques nous en l'estude honorable et devote personne Jehan[1] abbé de Saint Père en la Valée de Chartres, nostre escolier, lequel est homme de religieuse et honneste vie, de belle conversacion et tres digne de toute recommendacion, et ne avons point apperceu que il se soit ou temps passé entremis fors seulement de servir Dieu et de gouverner deuement son église selon sa profession regulière, et aussy à exercer et faire ses faiz d'estude en la science et faculté de sainte theologie, en laquelle par ses bonnes merites il a obtenu le degré de bachelier[2] honorablement. Et combien que ledit abbé ait esté moult canoniquement et sans contredit institué prelat et abbé en sa dicte eglise, et que d'icelle il ait joy par pluseurs années paisiblement, neantmoins au pourchas, comme on dit, de aucuns ses religieux ou autres qui veulent bien estre sans pasteur et maistre et sans discipline et correction regulières, et qui veulent appliquer à leur plaisir les revenus d'icelle eglise, nostre dit escolier a esté et est durement empeschié en la joyssance et possession d'icelle eglise. Et tellement par les dessusdits ont esté informez contre ledit escolier monseigneur le bastart d'Orleans, le cappitaine de Chartres et autres seigneurs desdis lieux, que ledit escolier ne ose aler à sa dicte eglise. Et nous a dit oultre icellui escollier, que jasoit ce que pour estre obey audit lieu et joir d'icelle eglise il ait obtenu pluseurs mandemens roialx, toutesvoiez on ne le a osé mettre à execucion pour doubte desdis cappitaines; et encores depuis ce, à la supplicacion dudit escolier, aient parlé audit monseigneur le bastart nos tres redoubtez seigneurs le conestable et le chancellier de France pour la restitucion dudit escolier (à quoy n'ait voulu entendre ledit monseigneur le bastart), et ainsi soit demoré ledit escolier comme desert et destruit et de fait privé de sa dicte eglise piteusement. Et pourtant, tres hault et tres puissant prince et nostre tres redoubté seigneur, que de vostre benigne grâce vous avez tousjours nous et nos suppostz aidiez et favorisez en bonne justice et equité, et euz en singuliere dilection, encore de present nous supplions tres humblement que vostre haulte providence veille avoir nostredit escolier en bonne recommendacion et lui faire ouvrir la voie de justice et cesser toute violence et voie de fait en ens[uivant] ces abolicions derrainement octroiéez tellement que ledit abbé soit obey en sa dicte eglise et receu à l'administration d'icelle comme vray abbé et pasteur en la manière acoustumée en tel caz, en escripsant sur ce vos benignes lettres recommendatoires au conseil du roy, ausdiz monseigneur le bastart et cappitaine de Chartres ou autres telx qu'il plaira à vostre haulte noblesce, à laquelle nous offrons oroysons et prières devotes et tous services à

nous possibles selon nostre profession, et laquelle en toute prosperité et felicité perdurable veille maintenir et conduire la divine puissance de nostre Redempteur. Escrit

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65b, no 44 (olim A. 3. t). Secundum *Gall christ.*, VIII, p. 1230 sq., an. 1434 restitutus est Ast epistola supra edita potius post an. 1436 scripta est, cum Universitas Carolo VII adhaesit, et directa, ut opinamur, ad Philippum ducem Burgundiae. Inde epistolam ad annos supra notatos referimus.

1. Johannes Jordani, abbas ab an. 1429 (vid. no 2434). — 2 An. 1432-1433 fuit cursor (vid supra no 2434), proindeque solum ab eodem anno fuit baccalareus. An. 1434 fuit in Concil. Basil. (*Mon. Concil gen. saec XV*, t. II, p. 669).

2518a. *Johannes Typhaigne, presbyter, mag in medicina, medicus Caroli VII, Eugenio IV supplicat, ut Parisius vel in alio studio generali in medicina regere, legere, disputare et alios actus scholasticos licite exercere possit*[1]. Concessum ut petitur .. C ARIMINENS — Dat Bononie iij non Januarii, an. VII.

1438, Januarii 3, Bononiae.

Reg. Suppl. Eugenii IV, no 336, fol. 5.

1. Legitur in Comm. fac. med., II, p 28 . « Die sabbati ante festum S. Martini hyemalis (Novemb. 8) .. mag. Joh. Tiphaine supplicavit pro regentia et apportavit dispensationem, qua ostensa et visa, fuit concessum quod disputaret de pastillaria, et disputavit pastillarie in vigilia S. Andree »

2519. *Licentiati in facultate medicinae.*

1438, Februarii 22, Parisiis.

Die sabbati 22a mensis Februarii post missam facultatis medicine, fuit facultas congregata ... in S. Maturino hora octava per scedulam ... Facultas recepit tanquam sufficientes et ydoneos [baccalareos ad licentiam], videlicet mag. Johannem Cailloiau[1] et Odonem Nobilis ... Placuit facultati quod presentarentur domino cancellario, et tunc fuerunt sibi presentati per prenominatos mag. Inguerrandum de Parenti, Petrum Columbi et me G. de Algia, decanum.

Comment. fac. med , II, p. 19.

1. In eadem pagina scribitur « Cailleau », et paulo post (p. 28) « Mag. Joh. Cailliau fuit vesperiatus die 27 Febr anni 1438 (1439) et fuit magistratus die secunda mensis sequentis ». Inter medicos duci Aurelianensi servientes invenitur « Jehan Cailleau vel Caillau » an 1455-1472 (LABORDE, *Ducs de Bourgogne*, Preuves, III, p. 357, 371, 386, 392, 412).

2520. *Licentiati in facultate decretorum*

1438, Aprilis 8, Parisiis.

Anno Domini M°CCCCmo XXXVII, viij die Aprilis ante Pascha fuerunt licentiati in jure canonico per dominum cancellarium ecclesie Paris. bachalarii qui sequuntur :

Et primo rev in Christo pater dom episcopus Lingonensis[1], sub Livino
Mag. Michael Laillier, mag. in artibus, — domino Martino
Stephanus [de] Montigny,

Nicolaus [de] Montigny.	
Jacobus Barre,	sub dom. Eustacio Marcade
Arnulphus Doriot[2],	— Chuffardi.
Radulphus Barnaci [*al.* Barnesse][3].	
Stephanus Colini	
Stephanus Seminelli [*al.* Symerel],	— Eustacio.
Nicolaus de Capella,	— Martino
Guillelmus Toulouse	
Johannes de Levisoliis	

[12]

Memor. fac. decret., I, fol. 186b.

1. Philippus de Vienna, prior prioratus S. Marcelli O. S. B. Cabilonens., episcopus, defuncto Carolo, ab an. 1434, April. 12 (Reg. Lat. Eugen. IV, no 328, fol. 216). Ad haec vid. *Gall. christ.*, IV, p. 628. — 2. Bacc. decr. an 1416, Jul. 16. — 3. Bacc. decr. an. 1417, Dec. 4.

2521. *Universitas Paris. eligit ambassiatores ad Concilium ecclesiae Gallicanae Bituricense mittendos.*

1438, Aprilis 23, Parisiis.

Die xxiij Aprilis anni MCCCCXXXVIII congregata Universitate apud S. Maturinum super electione ambasiatorum destinandorum Biturigis, conclusum est quod de singulis facultatibus et nationibus unus ambasiator mitteretur expensis facultatis et nationis mittentis. Et pro facultate theol. electus fuit decanus facultatis ejusdem, scil. R[adulphus] de Porta, pro fac. decretorum Johannes de Corcellis, pro fac. medicine Henricus Thibout, pro natione Francie electus fuit Simon de Bergeris, pro nat. Picardie Johannes d'Auchy et Johannes de Haneron in casu quo Joh. d'Auchy recusaret; pro nat. Normannie electus fuit Petrus Richerii. Natio Alemanie non vult habere ambassiatorem pro nunc, quia pauca habet supposita.

Partie des pièces et actes qui concernent l'estat de l'Université de Paris, rec. VIII, alias VII, p. 31. — Haec sufficiant pro hoc volumine, caetera require in tom. V *Chartul.*

Notum est, in illo Concilio fuisse sancitam *Pragmaticam sanctionem*, a rege Julii 7 publicatam, in qua de auctoritate Conciliorum, de beneficiorum collatione, de electionibus, appellationibus, annatis, regnum Franciae tangentibus, agebatur (vid. Arch. nat., X1a 8605, fol. 57-68). *Ordonn. des rois*, XIII, p. 267 sqq.). Saepe affirmatur, Universitatem Paris. obnoxiam fuisse. Concedimus hoc quantum ad theoriam de auctoritate Conciliorum. Quantum vero ad subtrahenda beneficia cum omnibus annexis a summo pontifice, Universitas ab an. 1412 (cf. nis 1943, 1944) pro majori parte collationem beneficiorum papae adjudicavit, an. 1418 contra Carolum delphinum, an. 1419 contra Parlamentum propugnavit (vid. nos 2096, 2098, p 358, no 2128). Carolus VII, qui an. 1418 delphinus, semper opinionis fuit, collationem ad ecclesiam Gallicanam pertinere, et an. 1426 solum utilitatis causa Martino V obsecutus est. Potens factus tanto libentius secundum judicium, quod olim ut delphinus proferebat, egit, cum major pars praelatorum Franciae ei obsecundaverit, et Universitas tunc minime sicut an. 1418 viam incesserit, licet postea, ut ex *Auctario* II videndum, semper contra *pragmaticam sanctionem* se declaraverit.

2522. *Facultas decretorum Johannem Chuffardi et Eustachium Marcade, legatos ad regem missos, praesentes reputat.*

1438, Maii 15, Parisiis.

Jovis post *Cantate* anni millesimi XXXVIII dominus Johannes Chuffardi et Eustachius Marcade alias electi per facultatem ad eundum Bituris, ad mandatum domini nostri regis,

pro concordia domini Eugenii pape et Concilii Basiliensis et aliis tangentibus honorem regis et regni, etc., supplicaverunt ea, et maxime dictus Eustachius, casu quo irent ad dictam civitatem Bituricensem, quod reputarentur regentes tempore absentie sue et predicta durante et continuata usque ad regressum. Super quo fuit responsum illico quod facultas ipsos et quemlibet eorum reputabat presentem, concessumque quod quilibet ipsorum tempore absentie sue perciperet, haberet et reciperet omnia emolumenta undecunque et qualitercunque obvenientia in quibuscunque rebus et emolumentis ac si essent presentes, presentibus ad hoc dominis Livino, Courcellis, Chuffardi, Fresnes, Eustachio et domino Petro de Brena.

Memor fac. decret., I, fol. 186b. — Eodem die Guillelmus subbedellus, propter infirmitatem « quae dicitur scrofule, gallice escroelles », officium resignavit, quod facultas commisit Petro Burgondi At Sept. 4, jam Petro e vivis defuncto, nominatus est subbedellus Hugo de Monteformoso.

2523. *Juxta mandatum Capituli generalis Cisterc. abbas Quinciaci compellat abbatem Maceriarum, abbas de Eleemosyna vero abbates de Curia Dei, de Landesio, de Fontanis Albis et de Bardella, ut quilibet sub poenis excommunicationis et dupli unum scholarem « infra festum Omnium Sanctorum » cum debitis provisionibus ad Collegium S. Bernardi Parisius mittat.*

1438, Septemb. 12, Cistercii.

Constit. et Capp. general. Cisterc in Arch, status Luzern., nº 544, p. 614, 613 sq.

2524. *Cursores in facultate theologiae.*

1438, Martio-Septemb., Parisius.

Frat Jacobus Oper, religiosus de Salem, Ord Cisterc.. 28 Martii 1um curs.
— Nicolaus Amberg, religiosus monasterii de Lucezella[1], Ord Cisterc , 29 Martii 1um curs
Mag Ludovicus Baillif, 3 April 1um curs
— Johannes Solerii, 7 Maii 1um curs.
Frat. Johannes de Faucoigneyo, Ord Min , incepit vetus Testamentum die xxv Junii
Mag Nicolaus Eveuret, 28 Julii 1um curs
— Robertus Masselin[2], 4 Aug. 1um curs
Frat Johannes de Pratis dictus de Cambrone, Ord. Cist , 26 Aug. 2um curs.
Mag. Johannes Hue, 9 Septemb. 1um curs [9]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 193, 201.

1. I. e. Lucella (Lutzel) in Alemannia superiori Cf. Janauschek, *Orig. Cisterc.*, I, p. 12 — 2. De Rotomago, an 1441, in Universitate Cadomensi studuit (Bénet, *Inventaire des Archives de l'Université de Caen*, t. II, p. 9 sq).

2525. *Sententiarii et Biblici Parisiens.*

1438, Septemb , Parisiis.

Nomina bachalariorum qui inceperunt Sentencias in mense Septembri CCCCXXXVIII :

Frat. Anthonius Boyssonis, Ord. Carm., xxiiij [sol]
— Johannes de Pratis alias de Cambrone, Ord Cisterc , incepit sub magistro Johanne de Ponte, xxiiij [sol.]
Frat. Huguo Theobaldi, Ord. Min , xxiiij [sol.]
— Michael de Epila[1], Ord. Pred , xxiiij [sol]
— Mauricius Picardi[2] legit Sentencias per bullam, Ord. frat. Pred., xlviij [sol]. [6]

Biblici ejusdem anni :

Frat. Matheus de Claromarisco, Ord. Cisterc, xx [sol.]

Frat. Michael Vlissing[3], Ord. Carm., xx [sol.] [2]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 201.

1. Qui an. 1448, si non inquisitor, saltem in servitio inquisitionis regni Franciae fuit. Vid. *Auctar.*, II, p. 731, not. 4. — 2. In fine biblicorum. — 3. Qui an. 1445 (1446), Febr. 9, vocatur « de Zelandia ».

2526. *Magistri regentes in theologia.*

1438, Septemb., Parisiis.

Nomina magistrorum nostrorum qui inceperunt legere in mense Septembri CCCCXXXVIII :

Mag. Radulphus de Porta, decanus.
— Johannes de Trecis.
— Roulandus Barguenel.
— Johannes de Gondiviller.
— Johannes Pulcripatris.
— Rogerus de Gallon.
— Johannes Beroudi.
— Dyonisius de Sabrevoys.
— Gaufridus Coclearis.
— Ricardus de Mesnillo.
— Nicolaus Confrant.
Mag. Johannes de Ponte.
— Guillermus Heuze.
— Johannes Postelli.
— Guillermus Adelie.
— Johannes Vinet.
— Thomas Dyonisii.
— Nicholaus Emerici.
— Johannes Soret.
— Petrus Godemen.
— Alexander Volart.
[21]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 201.

2527. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1438-39.*

1438, Novembre ineunte, Parisiis.

Sequuntur nomina regentium illius anni :

Henricus Thibout.
Johannes Lengrenoys.
Robertus Poitevin.
Johannes Thiphaine.
Petrus de Chacy.
Rolandus Scriptoris.
Inguerrandus de Parenti.
Guillelmus de Algia.
Guillelmus de Longolio.
[9]

Comment. fac. med., II, p. 27. — Nov. 4 Guillelmus de Algia « electus fuit in decanum facultatis pro secundo anno per venerabilem mag. Johannem Lengrenois ». Inde concludendum caeteros mag. regentes a congregatione afuisse.

2528. *Gerolphus Hobe, mag. art. et lic. in decret. Parisius, Eugenio IV supplicat, ut non obstante juramento doctoratus gradum in Rom. curia vel in alio studio Italiae recipere possit, « cum ad civitatem Parisiens.*

propter viarum discrimina tutus non pateat accessus, dictusque gradus inibi sine magnis, gravibus et excessivis expensis non consuevit adipisci[1] ». Concessum ut petitur in studio curie.. C ARIMINENS. — Dat Florentie septimo kal. Martii, anno octavo.

1439, Februarii 23, Florentiae.

Reg. Suppl. Eugen. IV, n° 346, fol. 278.

1. Sed de hoc etiam quantum ad caeteras Universitates, v g. Tolosanam, conquerebantur.

2529. *Statutum facultatis theologiae, quod licentiae in theol. dentur solum de biennio in biennium.*

1439, Aprilis 14, Parisiis.

Quia non obstante quinquennii statuto et roboratione facta per facultatem super hoc specialiter ad statuendum anno Domini M° CCCC° tricesimo quinto vice trina convocatam[1], aliqui bacalarii suam promotionem ad licenciam in dicta facultate per medium principum et dominorum ac etiam nonnullarum dominarum secularium, nec non aliquorum nostre facultatis magistrorum, procurarunt ante tempus anni jubilei, tempore extraordinario; quod posset trahi ad consequentiam pro temporibus futuris, in detrimentum scole et honoris facultatis non modicum, possentque ex talibus oriri scissure et divisiones inter magistros nostre facultatis; volentes quantum in nobis est talibus obviare, statuimus et ordinavimus quod de cetero fiat licentia in anno jubileo et non in alio tempore, non obstantibus precibus quorumcumque principum et dominorum sive ecclesiasticorum sive laicorum, nisi de beneplacito et communi assensu omnium et singulorum magistrorum dicte nostre facultatis. Si quis autem magister vel bacalarius dicte facultatis oppositum hujus nostre ordinationis procuraverit, penis subjaceat pretaxatis in statuto de quinquennio.

Bibl. nat. Paris., ms lat. 10402, fol. 8[b], post statutum de birretis an. 1436. Sed ad an. 1439 pertinet, nam in *Lib. bedelli facult. theol.* (ms. lat. 5494, p. 206) legitur ad an 1439 : « Item pro una quarta vini xiiij Aprilis, quando domini deputati fuerunt congregati super materia statuti, ne fierent licentie nisi de duobus annis in duobus, ij sol. ». — JOURDAIN, n° 1253, e RICHERIO, t I (Bibl. nat Paris., ms lat. 9943, fol. 212) ad an. 1436.

1. Vid. supra n° 2472.

2530. *Licentiati in facultate theologiae.*

1439, Junii 1, Parisiis.

Nomina licenciatorum anno CCCC° XXXIX, die prima mensis Junii

Frat Martinus de Trespaderne[1], Ord. Min.
— Johannes Menerii[2], Ord. Carmel.
Mag. Paulus Nicholay[3].
Frat. Johannes de Sancto Petro[4], Ord. Cisterc
— Johannes de Curia[5], Ord August. [5]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5494, p. 202. — Ms. lat. 5657[a], fol 19.

1. Magister Octob. 19 (ms. lat. 5657[a], fol. 19). — 2. Mag. an. 1440, Febr. 23 (ibid.). — 3. Postquam omnibus processibus renuntiaverat, et ut in Universitate reciperetur petiverat, facultas annuit ei licentiam dare. Vid. *Auctar.*, II, p. 509, 17 sqq., 36 sqq. — 4. « Mag. Johannes de S. Petro, abbas de la Ferté, fuit magister xxv Junii (an. 1439) sine prejudicio » (ms. lat. 5494, p. 202). — 5. Magister an. 1439, Octob. 26 (ms. lat. 5657[a], fol. 19)

2531. *Jacobus de Brugis, Ord. frat. Eremit. S Aug, qui jam suos cursus Parisiis perfecit, illucque « causantibus guerrarum et mortalitatum turbinibus » ad magisterium in theol. recipiendum redire non possit, supplicat Eugenio IV, ut a juramento praestito dispensetur et Lovanii vel in alio studio generali magisterium suscipere possit.* — Concessum ut petitur . . C ARIMINENS. — Dat Florentie quinto id. Julii, anno nono.

1439, Julii 11, Florentiae.

Reg. Suppl. Eugenii IV, n° 353, fol. 146b — Sub an. 1441, Maii 18, iterum Jacobus, baccalareus formatus, « cujus alias cognomen est de Ostendis », et tunc prior provincialis provinciae Coloniae et ducis Burgundiae consiliarius, Eugenio IV de hoc supplicat, petens tamen, quod ad magisterium recipiendum accedere possit « ad villam Brugensem, Tornacens dioc, insignem utique et famosam, *et in qua multo plures quam in Lovanio theologie doctores habentur*..., ita quod insignia hujusmodi a mag. Antonio de Recanato (*ms.* Rachanate)[1] seu mag. Hyeronimo de Viterbio aut alio ex magistris Parisiens. in eadem villa (in qua ipse ad placitum ejusdem ducis residere habet) residentibus... recipere licite possit ». « Concessum cum diligenti examine per sex magistros ad minus » (Suppl. Eugen. IV, n° 366, fol. 173), quamvis Jacobus adjunxisset, Brugis esse bonum studium in artibus et theol., aliosque sine lectura Sententiarum a legatis apostolicis promotos fuisse. — An. 1442 Parisiis fuit (*Auctar.*, II, p. 562,19).

1 Licent. 1424 (vid. n° 2234). In ms lat. 5657a, fol. 16, annotatur, eum nominatum esse « Columbella », proindeque episcopum Senogalliens (ab an. 1438).

2532. *Cursores in facultate theologiae.*

1438, Octob.-1439, Julii, Parisiis.

Mag Guillelmus Boyvin, 7 Octob 1um curs
Frat Launomarus de Longeleire, O S. B, 16 Decemb 1um curs
Mag Dyonisius Citharedi, 15 Jan. 1um curs
— Guillelmus Boullé[1], 12 Febr 2um curs.
— Martinus Chaboz[2], 18 Maii 1um curs.
Frat Johannes Molendinarii, Ord Premonstr., 6 Jul 1um curs
Mag Johannes Militis, 7 Julii 1um curs
Frat Nicolaus Juvenis[3], 9 Julii 2um curs.
— Johannes Regis, 19 Julii 2um curs. [9]

Bibl nat. Paris., ms lat. 5494, p. 201, 202, 207.

1. Seu « Bouillé ». — 2. Vid. *Auctar.*, II, p. 633, not. 2 — 3 Occurrit ut can. regul. S. Genovefae.

2533. *Johannes le Bugle supplicat Eugenio IV, ut in notarium et scribam curiae conservatoris confirmetur*

1439, Septembris 5, Florentiae.

Beatissime pater. Cum de consuetudine comprobata episcopus Belvacensis sit conservator privilegiorum Universitatis Parisiensis et habet in eodem turno instituere notarium et scribam in curia conservatoris privilegiorum dicte Universitatis si ibidem deficiat, et nuper Johannes episcopus modernus Belvacensis[1] in eadem Universitate devotum vestrum Johannem Buglier[2] clericum Parisiensem in notarium et scribam curie conservatoris dictorum privilegiorum instituerit et ordinaverit, ipseque Johannes officium hujusmodi pro nunc exerceat : supplicat S. V. prefatus Johannes quatinus sibi specialem gratiam facientes institucionem et ordinacionem hujusmodi ratam et gratam habentes eandem ex certa scientia auctoritate apostolica confirmare, ratificare pariter et approbare et nichilominus

eundem Johannem de novo eadem auctoritate apostolica in scribam et notarium hujusmodi instituere et ordinare dignemini ... — Concessum ut petitur, si consuevit esse perpetuus, in presentia domini nostri pape. C. ARIMINENS. — Dat. Florentie nonis Septembris, anno nono.

Reg. Suppl Eugenii IV, nº 355, fol 281ᵇ.

1. Johannes Juvenalis des Ursins Vid. supra nº 2480, an. 1436. — 2. Ms « Bigier ». Sed scribendum ut supra, vel « le Bugle ». Vid. infra nⁱˢ 2584, 2597.

2534. *Capitulum Cisterciense definit, illos abbates qui a decennio in studio Parisiensi nullum scholarem tenuerunt, et nihilominus divina celebrarunt, cum tamen irregulares sint, ab omni suorum monasteriorum regimine spirituali et temporali suspendendos esse.*

1439, Septembris 12, Cistercii.

Constit. et Capp. gener. Cisterc. in Arch. status Luzernens., nº 544, p. 657

2535. *Universitas Paris. proponit deputatos eligi ad Concilium trium statuum mittendos.*

1439, Septembris 18, Parisiis.

Anno Dom. M CCCC XXXIX, die vero xviij Septembris... Quoad requisitionem domini cancellarii Francie, quam fecit domino rectori pro eligendo ambassiatores transmittendos ad Concilium trium statuum[1], et ad Concilium gallicanum Bituris celebrandum[2], natio [Normannie] vult eligere suum ambasiatorem, et vult quod eligantur per facultates et nationes. Et Universitas dedit deputatos ad videndum et reperiendum modum eligendi et nominandi per facultates et nationes, et ad reperiendum modum habendi pecunias pro dictis ambasiatoribus ibidem transmittendis.

J. BOUCHART.

Partie des pièces et actes qui concernent l'estat de l'Université de Paris, rec. VIII, alias VII, p. 33, e Lib. procur. nat Normann.

1. Sept. 25 Parisiis celebrandum (vid. DE BEAUCOURT, t. III, p. 527), sed « à cop », ut Joh. Juvenalis scribit, Aurelianos translatum. Vid. nº 2536. — 2. A Carolo VII indictum est Octob. 15 Biturigis celebrandum, deinde prorogatum ad Novemb. 20 (vid. epist. Caroli VII Novemb. 18 in Arch. nat., Y 4, fol 42ᵇ), tandem dilatum est ad annum 1440, Aug (vid. *Auctar.*, II, p. 518, not. 8).

2536. « *Instructiones ambaxiatorum Universitatis transmittendorum ad convencionem trium statuum hujus regni pro pace generali.* »

1439, Septemb -Octob., Parisiis.

Primo, significabunt ipsam convencionem fuisse intimatam dicte Universitati ex parte domini nostri regis, cujus obtemperando mandatis, ipsa Universitas ipsos transmisit ambaxiatores pro representando ipsam Universitatem, cum procuratione sufficienti ad deliberandum, pro et nomine dicte Universitatis, et cetera solita faciendum, secundum formam suarum instructionum.

Item, et ubi eis concederetur publica audiencia, habebunt ostendere neccessitatem pacis componende in hoc regno christianissimo, detestando et apperiendo mala que advenerunt et assidue emergunt, occasione continuacionis guerrarum in regno eodem : et ex adverso, manifestando bona futura per generalis pacis adeptionem, laudando et exaltando ipsius pacis et desiderate unionis fructum, serenitatem et quietem, declarando quod felices erunt post tanta guerrarum discrimina, qui in dies suos pacem ipsam poterunt invenire; quibus (et precipue eis qui circa pacis media laborarunt) plurimum est et erit regraciandum, et eis universa plebs afficietur, preter meritum eternum quod a summo bonorum retributore consequentur.

Item, et specialiter poterit et ostendi, quanta a xxx[a] annis, occasione guerre, hoc miserabile regnum subierit detrimenta, scilicet in desolacione ecclesiarum et diminucione cultus divini, in opprobrium et contemptum fidei catholice et orthodoxe religionis. Sunt enim immense ecclesie manu sacrilega depredate, orbate presbiteris et populo, destructe et in ruinam irreparabilem collapse; sacre reliquie et vasa sacra violenta direpcione asportata; ymo ipsum preciosissimum Christi corpus sepe infideli temeritate irreverenter tractatum, et viliter humi projectum, ad depredacionem sacri vasis ad ejus custodiam ordinati. Sunt insuper homicidia innumera, eciam in sacris perpetrata edibus, templa succensa igni, et ad ea reffugientes innocentes, qualibet spreta emunitate, absque offensa[1], inhumaniter trucidati, combusti, aut alias, absque pietate, gladio interempti[2]. Neque vero describi possent tyrannides quibus indifferenter tam religiosi aut ecclesiastici, quam seculares, impiis manibus et diversis tormentorum, questionum et penarum generibus sunt afflicti, adeo quod eciam infideles et pagani populum christianum tam enormi crudelitate tractare vererentur, si eisdem tributum redderetur. Quante insuper mulieres violate, virgines deflorate, conjugia fedata, pregnantes mulieres suffocate, partus et parvuli absque baptismo et sepe in utero matris periclitati sint, exprimi non posset. Preterea edificiorum demolicio, et ruina immensa patens est; et non est qui terras vel agros audeat excolere, neque per vias incedere sub vite periculo; et, quod pium est referre, omnium oculis innotuit fames, calamitas et miseria, quibus multitudo magna populi et parvulorum hac occasione periit[3]. Et ut multa brevi verbo dicantur, in tantum mala excreverunt, quod n[ulla] iniquitas et impietas super excogitari valeat.

Item, et ostendantur mala predicta, occasione guerre exorta, tam per factum [guerre quam] per excessus et indisciplinatam insolentiam armatorum, obedire diu nesc[iorum][4], qui omnes adeo sunt malorum cumulo universaliter dediti, ut jam fidem catholicam et omnem Dei timorem aut noticiam a se videantur penitus abjecisse.

Item, et multum agraventur in inconveniencia (proth dolor) contingentia perdicionem animarum que occasione prefata verisimiliter perierunt, si divina miseracio compassa non fuerit : super quibus in futurum, arguente divina justicia, racionem sunt reddituri illi ad quos providisse spectat, si debitum provisionis non adimpleverint officium.

Item, et similiter aperiantur bona consequencia pacem, que sunt reparacio et augmentacio divini cultus, reconciliacio fidelium ad Deum et ad proximum; restauracio templorum et locorum piorum; populi multiplicacio; agricultura et mercanciarum cursus, viarum securitas, et populacio regni, civitatum et studiorum, cum universa dictorum inconveniencium, tyrannidum et iniquitatum sedacione et extirpacione.

Item, et aperiatur quomodo pondere guerrarum regnum istud in tantum est depressum, quod amplius guerram sustinere non potest, et ubi pax non interveniet, compellit neccessitas regnicolas ad loca extranea transire, et partes Francie relinquere desertas.

Item, et pro speciali interesse Universitatis, ostendatur depopulacio suorum suppositorum[5] et proxima, si non provideatur, futura ejus dissipacio, quam avertat Deus; unde insurgerent varia scandala adversus fidem, ecclesiam Christi, decus hujus regni et domini nostri : ymo finale excidium rei publice : considerato fructu per dictam Universitatem et suos assiduis salutaribus doctrinis facto hactenus, et per Dei graciam futuro in evum.

Item, petatur et requiratur, quod si per tractatum pacis aliqua terra vel portio hujus regni assignetur adversariis regni, talis modificacio apponatur, quod ecclesie et collegia que consueverunt percipere redditus in illa terra, nullo modo priventur perceptione hujusmodi reddituum, ne cultus divinus minuatur; aut Universitas que in collegiis fundata est, penitus enervetur[6], quodque beneficiati in suis manuteneantur beneficiis, et gaudeant fructibus eorumdem.

Universis, etc. Rector, etc. Notum facimus, etc., quod nos fecimus, constituimus, facimusque, etc., procuratores, etc., videlicet tel, etc., dantes et concedentes eisdem plenam et liberam potestatem assistendi et comparendi, nosque et dictam nostram Universitatem representandi, in consilio et congregacione seu convencione proximo celebranda per dominum nostrum regem et suum consilium trium statuum Francie, Parisius, Aureleanis et Bitturis, seu alibi, ubicumque fuerit celebrandum; nec non in Consilio ecclesie Galicane, per prefatum dominum nostrum regem, prelatos et ecclesiasticos viros, proximo, ubicumque fuerit, celebrandum; et in eisdem consiliis et eorum quolibet dicen[di], proponendi et deliberandi omnia et singula que a nostra intencione procedere cognoverint, juxta tamen formam et seriem suarum instructionum, sub nostro magno sigillo sibi tradditarum seu traddendarum : in quorum testimonium presentibus litteris sigillum nostrum magnum, etc.

Minuta chartac. in Arch. Univ. Paris., theca I, A 1. a. — JOURDAIN, nº 1247, quem difficultates et compendia scripturae in plurimos errores induxerunt, has Instructiones mirabiliter ad an. 1435, i. e ad consessum Atrebatens., refert, ad quem Universitas suos ambassiatores instigante duce Burgundiae misit, cum nondum cum Carolo VII commercium habuit; ad conventum vero, de quo in *Instructionibus* agitur, ambassiatores suos e mandato regis misit, ut JOURDAIN ex ipsis videre potuit. Revera hoc evenit an. 1439, mediante cancellario Franciae (vid num 2535). Deinde solum an. 1439, et non an. 1435, agebatur tam de celebrando conventu trium statuum, quam de celebrando Concilio ecclesiae Gallicanae, utroque a rege indicto. An 1439 etiam solum conventus in una civitatum in *Instructionibus* nominatarum, scil. Aurelianis (Octobris 25) « pour

le fait de la paix generale », ut rex pluries scripsit, celebratus est. Cf BEAUCOURT, t III, p. 63 sqq., 401 sq., 441 sq , et PÉCHENARD, *Jean Juvénal des Ursins* (1876), p. 194 sq., 198 sqq Johannes Juvenalis describit in sua *Complainte* miseriam temporis ut Universitas

1. Minuta : « offensi ». — 2. Vid. de hoc DENIFLE, *La désolation des églises en France*. in singulis paginis. — 3. Miseriam illius temporis, imprimis Parisiis, describit *Thomas Basin, Hist des règnes de Charles VII et de Louis XI*, ed. QUICHERAT, I, p 124 sq. (vid. *Auctar.*, II, p. 505, not. 1). An. 1438 gravis epidemia et fames valida Parisiis alibique grassabantur, ita ut Parisiis 45-50000 hominum et parvulorum succubuerint (*Chartier Chron.*, ed. VALLET DE VIRIVILLE, I, p 245 sq., *Journal d'un bourgeois*, p. 342, *Journal de Maupoint*, ed FAGNIEZ, p 25). — 4. Loquuntur de « écorcheurs » seu « laniobus ». Vid THOMAS BASIN, l. c., et QUICHERAT, *Rodrigue de Villandrando*. p. 121 sq , ubi alii scriptores afferuntur. — 5. Natio Alemanniae per plures menses cessit (vid. *Auctar.*, p. 506 sq.). Etiam caeterae nationes et facultates omnino debiles, Collegia evacuata studentibus erant (vid. infra n° 2552 et p 648), in ruinam tendebant et libri perdebantur (*Lib. procur. nat. Gallic.*, fol. 32b). — 6. De Normannia supra praecipue agitur, nam, ut in Instructionibus an 1444, Decemb., narratur, fere media pars Collegiorum ibidem suos habuit fructus.

2537. *Universitas Paris bis se opponit, ne scholares veri, baccalarei et magistri vectigal a burgensibus Parisiens. vino impositum solvant, et concludit se defensuram privilegia « usque ad cessationes inclusive », et regem adituram — Melior modus quantum ad provisionem beneficiorum inveniatur, quam modus in Concilio Bituricensi (an. 1438) propositus.*

1439, Septembris 24, 25, Parisiis

BUL., V, 445, e Lib. proc. nat Gall.

2538. *Facultas decretorum contra magistros suos praevaricantes poenas statuit.*

1439, Octobris 10, Parisiis.

Sabbato xa Octobris anno Domini M CCCC XXXIX domini doctores in Sancto Johanne propter hoc solemniter congregati, audientes et scientes rumores currentes contra aliquos qui dabant aliquas cedulas scolaribus aliquibus non veris scolaribus, aliquotiens etiam pro pretio aliquo vini aut pecunie, et quotienscunque petebantur cedule, nolebant dare sine pecuniis, immo urgebant pecuniam hac de causa, ordinavit juxta antiqua statuta, de communi consensu omnium, quod hoc faciens punietur pro restituendo pecunias, deinde privabitur actu regentie sue per quatuor menses continuos aut alias, juxta idem statutum ad quod se referunt, et statuerunt quod non dentur cedule nisi veris scolaribus. Fuerunt omnes doctores presentes, videlicet domini Livinus, Joh. de Courcellis, Joh. Chuffart, M. de Fraxinis, E[ustacius] Marcade decanus facultatis[1], officialis Corb. Datum ubi supra et registratum per me Eustacium decanum facultatis.

Memor. fac. decret., I, fol. 192.

1. A Febr. 24 decanus, post Johannem de Courcellis (ab an. 1438, Novemb. 6)

2539. *Mag. Johannes Mileti explicat, in quo aetatis anno baccalareatus et licentia in theol tunc Parisiis obtineri possint.*

1439, Octobris 27, Florentiae.

Beatissime pater. Cum ex statutis et privilegiis necnon ordinationibus, tam apostolicis quam alme Universitatis Parisiensis, caveatur, ne quis in facultate sacre theologie in pre-

fata Universitate studens ad bacallariatus nisi in vicesimo octavo, necnon ad licencie gradus, nisi in tricesimo sue etatis anno constitutus extiterit, promoveatur aut assumatur, *[Johannes Mileti*[1]*, subdiaconus ac mag. in art. in vicesimo tercio vel circa sue aetatis anno constitutus, per plures annos in dicta facultate volumina ejusdem discurrendo studens supplicat, cum doctores dictae facultatis in eadem Universitate pro tempore regentes gradus ei reservaverint « donec per sanctam sedem apostolicam cum ipso Johanne super defectu hujusmodi etatis benigne fuerit dispensatum », ut summus pontifex statutis, privilegiis, et ordinationibus praedictis hac vice dumtaxat deroget, ita ut in 24° aetatis suae anno baccalareatus gradum in theol., in 28° vero licentiae et doctoratus gradus recipere possit.]* — Concessum ut petitur in presencia domini nostri pape. C ARIMINENS — Dat. Florencie sexto kal. Novembris, anno nono.

Reg. Suppl. Eugenii IV, n° 356, fol. 209b

1. Johannes Mileti Parisius tunc in Collegio Navarrae morabatur, et non confundendus cum cursore an. 1428-1429. An. 1436, Maio, narrat, se esse in 22° aetatis suae anno constitutum (Suppl. Eugen. IV, n° 321, fol. 248), quod, cum an. 1502 aetatis annum 88um compleverit (vid LAUNOIUS, *Hist. gymnas. Navarr.*, p 603), utique verius est quam assertio supra posita An. 1435, Septemb., adhuc a duce Bedfordiae Eugenio IV commendatus erat (Suppl n° 305, fol. 260) An. 1440 decanus eccl. Suessionens., et 1442 ibid. in episcopum electus (vid. *Auctar.*, II, p. 562, 37), an. 1443, Febr 15, a papa confirmatus (Arch. Vat , Oblig. n° 66, fol. 62).

2540. *Magistri regentes in facultate medicinae an 1439-1440.*

1439, Novembre ineunte, Parisiis.

Nomina magistrorum regentium *[sunt iidem qui an.* 1438; *hic solum adjunguntur* Guillelmus de Camera, Robertus Julienne][1]. [11]

Comment fac. med., II, p. 31. — Sabbati post festum Omnium Sanctorum decanus fuit electus Henricus Thibout « penitenciarius et canonicus Parisiensis » Fere nihil decanus ille in registro inscripsit.

Anno 1440, Nov., duodecim mag. regentes inveniuntur, iidem qui an. 1439, addito Eustachio Calculi[2] (ibid., p. 33) Tum decanus fuit Robertus Julienne, qui an 1441, Nov. 4, continuatus fuit (ibid., p. 37).

1. Quanquam Guillelmus de Longolio nominetur inter regentes an 1440, Novembr., paulo post mortuus est. Nam in primis lineis computi a decano Julienne confectis legimus « Recepi ab heredibus seu executoribus defuncti mag. Guillelmi de Longolio pro faciendo suum obitum xj sol. » (ibid., p. 34). — 2. Is vetus mag. regens (vid. supra an. 1420 sq.) postea fuerat medicus ducissae Burgundiae, saltem an. 1439 (DELABORDE, *Ducs de Bourgogne*, I, p. 361 Eustace Cailleu, phisicien de madame la duchesse).

2541. *Licentiati in facultate theologiae.*

1439, Decembris 22, Parisiis.

Mag. Gerardus Gehe[1].
— Johannes Rivière[2], [Sorb.].
Frat. Johannes Hoeau, Pred.
— Johannes Britonnelly, Minor[3]. [4]

Bibl. nat Paris., ms. lat. 5657a, fol. 20.

1. Mag theol an. 1440, Febr 4 (ibid.) — 2. Magister an. 1441, Jun. 26 (ibid). — 3 Magister an. 1440, Maii 30 (ibid.).

2542. *Licentiati in facultate decretorum.*

1440, Martii 23, Parisiis.

Nomina et ordo licentiatorum in facultate decretorum xxiij[a] Marcii anno Domini M° CCCC° XXXIX° ante Pascha, et erant presentes et regentes mag. Livinus, mag. Joh. de Courcellis, mag. Joh. Chufart, mag. Martinus de Fraxinis :

Mag. Jacobus Juvenalis,	sub Courcelles.	
Dom. Guichardus de Combornio, abbas S. Petri Usarcie[1],	— Livinus.	
Mag. Eustacius Lullier,	— Fresnes	
— Nicasius Joie,	— Chufart.	
— Simon Clerici,	— Fresnes	
— Johannes Godart,	— Fresnes	
— Johannes Guijon, abbas S. Medardi Suessionens[2],	— Chufart	
— Leobinus Belot,	— Chufart.	
— Johannes de Frocourt,	— Courcelles	
Frat. Theobaldus Lombardi [O. S. B],	— Courcelles	
Mag Balduinus Beguin,	— Livinus	
Frat Eustacius Lermine [O. S. B],	— Livinus.	[12]

Memor. fac. decret., I. fol. 194. — Decano Eustachio Marcade defuncto, an. 1440, Jan. 13, Johannes de Courcellis, tunc receptor, factus est decanus, a Nov. 9 vero usque 1441, Nov 9, Guillelmus de Conty.

1. Seu « Usercen. », Lemovicens. dioec. Jam an. 1431 abbas fuit (Suppl. Eugen. IV, n° 260, fol. 160[b]) — 2. In *Gall. christ.*, IX, p. 420, perperam : ab an. 1446.

2543. *Qui in facultate decret doctoratum receperint*

1440, Aprilis 20-Junii 20, Parisiis.

Anno Domini M° CCCC° XL°, die xx[a] Aprilis, presentaverunt se ad insignia doctoratus recipienda hii qui sequntur :

Frater Johannes Topeti[1], abbas Gaudiivallis, Premonstr Ordinis,
Mag. Ludovicus Bailli, Parisiens , mag. in artibus et licentiatus in jure can ,
— Johannes Midoulx, Parisiens , mag in art. et licent in decretis,

qui omnes fuerunt admissi et recepti.

Item eodem anno die veneris xxvij[a] Maii mag. Johannes de Montigny officialis Parisiensis presentavit se ad gradum doctoratus recipiendum, qui fuit admissus et adjunctus cum aliis tribus.

Item eodem anno xx[a] Junii presentarunt se ad insignia doctoratus recipienda mag. Petrus Maugerii Parisiens. et dompnus frater Johannes de Mota de Rothomago, prior de Conflans, Parisiens. diocesis, religiosus monasterii de Becco Heluini.

Qui omnes fuerunt admissi et juraverunt.

Memor. fac. decret , I, fol. 193[b] — Die veneris xvij[a] Junii ii sex vesperiati fuerunt, et die martis sequente insignia doctoratus receperunt

1. Idem atque Touppet, qui an. 1428 licentiatus est Vid. n° 2306, et not 6

2544. *Pseudo-Johanna d'Arc, foemina des Armoises, coram Universitate Paris et Parlamento comparet.*

1440, Augusto, Parisiis.

Journal d'un bourgeois de Paris, p. 354 sq. Documenta de hac foemina vid. apud QUICHERAT, *Procès de Jeanne d'Arc*, V, p. 319-336. Ad haec LECOY DE LA MARCHE, *Une fausse Jeanne d'Arc* in libro *Le roi René*, t. I, p. 308-327, t. II, Pieces justif., nº XL, p. 281. Vid. de toto argumento LEFÈVRE-PONTALIS, *La fausse Jeanne d'Arc* (Extrait du *Moyen Age*, de Mai-Juin 1895).

2545. *Capitulum Ord Cisterciens abbati de Bellavalle*[1] *Viennensi licentiam dat eundi ad studium Paris. et ibidem remanendi tres annos ad scientiam ibidem acquirendam salutarem.*

1440, Septembris 12, Cistercii.

Constit. et Capp general. Cisterc in Archiv. status Lucern., cod. 544, p. 684.

1. Cum supra dicatur « Viennensi », non est « Bellavallis », Bisuntinens dioec., sed « Bonavallis ». Abbas ejusdem temporis deest in *Gall. christ*, XVI, p. 211.

2546. *Guillelmus Adeline, professus Carmel., Carthusiens, demum Ord. S Ben., theol. magister Rom curiae, defensor honoris summi pontificis, finit ut magus condemnatus, etiam per Universitatem Paris*

1441, Februarii 16, Florentiae.

Exponitur S. V. pro parte devoti oratoris vestri Guillermi Adeline, s. theologie professoris, quod olim postquam ipse propter honorem ejusdem sanctitatis atque s sedis apost. et contra prevaricationem atque malitiam nonnullorum scismaticorum dampnate congregationis Basiliens. diversos sermones et predicationes (unitatem inconsutilis tunice D. N. J. C. et universalis ecclesie sponse sue, cui E. S. presidet, experiendo et testimonio evangeliorum et aliarum scripturarum sacrarum corroborando) pluries et pluries publice peregerat contra dictos scismaticos et eorum sequaces, maximo favore declarando et ad eorum reductionem summo desiderio laborando; attamen nonnulli ipsorum confusione ducti nequientes veritati resistere, diversas minas et conspirationes eidem exponenti intulerunt, et adeo atroces quod ipse de periculo persone sue dubitans et ut eos evitare posset, de Ordine Carmelitarum B. Marie, in quo per decem et octo annos extiterat ac in eo professionem emiserat, pro ejus securitate in conventu Ord. Cartusiens. Parisiens. quantocius potuit se transtulit, et antequam medietatem temporis ad professionem et probationem ordinati ibidem peregisset, a fratribus dicti Ord. Cartusiens. fuit coactus ibidem professionem (contra tamen propriam voluntatem) emittere, alias ipsum volebant expellere. Et cum in dicto Ord. Cartusiens. certis de causis animum suum moventibus et pro nunc omissis, non posset sana conscientia remanere, neque ad prefatum Ord. Carmelitarum, propter dictas conspirationes et indignationes evitandas, tunc reverti, cupiens tamen sub aliqua sacra religione perpetuo famulari Altissimo, vigore quarundam litterarum per dom. archiep.

Florentin., tunc ad partes Franchie nuncium ab eadem sanctitate cum potestate legati de latere destinatum, concessarum, necnon processuum inde secutorum ad Ord. S. Benedicti se transtulit, et in eo professionem emisit, ipsius habitum publice deferendo. Cum autem, P. S , licet dictus exponens cupiat in dicto O. S B. remanere et ad laudem ejusdem S. atque sedis apost. etiam contra dictos scismaticos sermones et actus publicos quotiens opus erit exercere, attamen dubitat illud absque ulteriori licentia E. S. adimplere non posse. *[Supplicat ut ab excommunicatione et aliis sententiis, censuris et paenis, si quas incurrerit, absolvatur, et beneficia recipere possit.]* — Concessum ut petitur et ad beneficia. In presentia dom. nostri pape. C. Ariminens. — Dat. Florentie xiv kal Martii, anno decimo.

Suppl Eugen. IV, n° 364, fol. 43[b]. — An. 1445, April. 21, cum « Adeline » esset praesens in curia Rom., petens beneficia, jam fuit prior SS. Germani et Vincentii in Laya, O. S. B. (Suppl n° 398, fol. 101[b], Reg. Lat.. n° 416, fol 40[b]). Per supra edita certiores facti sumus de variis statibus hujus viri, qui tam tristem finem habuit. Non ergo antea « Augustin. » fuit, ut asseritur in *Chartier Chron.*, ed. Vallet de Viriville, III, p. 44, ubi, ut alias, vocatur « Edeline ». Non confundendus est cum Guillelmo Adelie, seu Edelie, qui fuit Ord. Praed. et magister Parisiens., dum contra Adeline Avenione sub Johanne Faci, priore generali Carm., cursus fecit et licentiam recepit, magisterium in curia Rom. (Suppl. Eugen. IV, n° 366, fol 75) Utique tamen relationem habet ad Universitatem Paris. Nam cum Guillelmus illustris cujusdam foeminae amoribus teneretur, neque consuetudine ejus frui facile posset, daemonem sibi patronum adhibens, eum in hirci seu arietis specie adoravit, a quo postea edoctus scopam sumere et inter femora. equitis instar, ponere, quo volebat per aera brevi momento se traducebat, tandem an. 1453, adhuc prior S. Germani, instigante inquisitore in dioecesi Ebroicens. captus (Chartier, l. c., Gaguinus, *Compendium de origine et gestis Franc.*, fol. 248[b]), in judicio convictus, confessus est ultra triginta articulos erroneos, qui per theologos examinati tanquam exsecrabiles damnati sunt Adeline Universitatem Cadomens. in auxilium sui advocavit, Guillelmus de Floques vero, episcopus Ebroicens., in adjutorium assumpsit Universitatem Paris A doctoribus interrogatus tandem abjuravit praesente inquisitore Decemb. 23, et ad perpetuos carceres condemnatus, ibique mortuus repertus est (*Anonymi Cartusiens. de religionum origine*, apud Martène, *Ampl coll.*, VI, p 57 sqq., ubi etiam recte ut Carmelita, Carthusiens. et Ord. S. Ben. designatur). Vid. etiam *Jacques du Clercq*, *Mem.*, ed. Buchon (1838), p. 83, ubi tamen falso vocatur Guillaume « de l'Ollive ». Plura falsa etiam ap. Vallet de Viriville, *Hist. de Charles VII*, t. III, p. 334 sq.

2547. *Capitulum generale Ord. Cisterciens., abbatibus de Maceriis, de Balerna, de Bellavalle, de Caroloco, de Castellariis, de Morolus, de Gratia Dei Pictavensi, de Bellabranca, de Re, de Busayo, de Villanova, de Claromonte, de Savignyaco et de Oliva, praecipit, ut scholares idoneos et habiles cum debitis et sufficientibus provisionibus infra festum B. Remigii proxime futuri mittant Parisios ad Collegium S. Bernardi, alioquin si oppositum fecerint, ab eis et a quolibet ipsorum exigetur summa in* Benedictina[1] *contenta*

1441, Septembris 12, Cistercii.

Constit. et Capp. general. Cisterc. in Arch. status Lucern., cod. 544, p. 706.

1. I. e. in Constitutione Benedicti XII.

2548. « *Statutum [fac theol.] quod nullus decetero per rescriptum aut alias ad lecturam in vacationibus admittetur Sententiarum, ac etiam quod nisi unicus de singulis Ordinibus indifferenter tempore ordinario admittetur, preter fratres Predicatores qui duntaxat habebunt duos.* »

1441, Octobris 27, Parisiis.

Summum legislatorem Deum pacis imitando, qui ait : « Non veni solvere legem, sed adimplere »[1], et idem « pacem relinquo vobis », ad inviolabiliter implendum amodo statuta summi pontificis, Universitatis et nostre sacre theologice facultatis Parisiensis, tollendas

vexationes et pacem nobis habendam et posteris nostris relinquendam, super unicis scolis singulorum Ordinum religiosorum et promotione suorum ad lecturam Sententiarum et pro solo tempore ordinario preter fratres Predicatores, qui duas scolas seu duos legentes Sententias habere soliti sunt (in qua lectura nonnulli ipsorum religiosorum suas querentes promotiones per litteras apostolicas, preces regis, principum et aliorum dominorum et amicorum suorum, multas nuper dederunt vexationes nostre facultati et importunitates contra libertatem facultatis et magistrorum ejusdem) : idcirco nos volentes de remedio providere opportuno de communi omnium facultatis magistrorum, religiosorum et secularium, consensu, statuimus, quod nullus de cetero sive per rescriptum vel licentiam, sive per dispensationem Concilii generalis, summi pontificis, Universitatis aut nostre facultatis ad lecturam Sententiarum in vacationibus admittatur, neque nisi unicus de singulis Ordinibus religiosorum, tam Mendicantium quam non Mendicantium, ad ipsam lecturam Sententiarum tempore ordinarii singulorum annorum recipiatur, promoveatur aut admittatur preter fratres Predicatores, qui non habebunt plures quam duos solitos legentes, sub proportionalibus penis in statuto quinquennii licentiarum positis; ita quod, si (quod absit) decanus vel alius facultatem super admissione aut dispensatione contra dictum statutum convocaverit, ipso facto sit privatus a decanatu et consortio dicte facultatis per duos annos; et si quis magistrorum ejusdem facultatis deliberando super hujusmodi admissione vel dispensatione compareat, eo ipso sit privatus a dicto consortio etiam duobus annis. Insuper, si contingat aliquem dictorum magistrorum prebere auxilium, consensum vel favorem ad impetrandum rescriptum, licentiam aut dispensationem contra formam dicti statuti, vel ad utendum jam impetrata, talis magister privetur a regentia per duos annos. Et si non fuerit regens, privetur a dicto consortio totidem annis, et denique baccalarius tale rescriptum, licentiam vel dispensationem impetrans aut impetrata uti conaturus, sit eo ipso ab ipsa Sententiarum lectura per quatuor annos retardatus. Conclusa fuerunt hec predicta in tribus magistrorum facultatis theologie congregationibus finitis die vicesima septima mensis Octobris, anni Domini millesimi quadringentesimi quadragesimi primi.

Bibl. nat. Paris, ms. lat 10402, fol. 9. — D'ARGENTRÉ, *Coll. jud.*, t. I[1], p. 473.

1. *Matth.*, v, 17. Sequens sententia *Joh.*, xiv, 27.

2549. *Carolus VII confirmat privilegia magistris et baccalareis in chirurgia Paris. an. 1381 a Carolo VI, an 1364 et 1370 a Carolo V concessa*[1]. Datum Parisius mense Octobris anno Dom millesimo quadringentesimo quadragesimo primo, et regni nostri decimo nono « Notum facimus universis »

1441, Octob, Parisius.

Arch. nat. Paris, Y 4 (Livre vieux vert 2e du Châtelet), fol. 147b. — *Ordonn. des rois*, XIII, p. 337. *Recherches critiques et hist. sur l'origine et sur les progrès de la chirurgie en France*, 1744, p. 458. *Statuts, privil et règlements du Collège de Chirurgie de Paris*, p. 74.

1. Vid. epistolas praetactas in *Chartul.*, III, nº 1296, et not 78.

2550. *Gerardus Macheti, episcopus Castrensis et confessor regis, exhortans Johannem Chuffart ad cancellariam Paris resignandam, Egidium Carlerii monet, ut onus cancellariae suscipiat.*

1441, Junii-Novemb., Parisiis.

Habundantioris sapientie et exemplaris virtutis viro, magistro Egidio Carlerii sacre theologie professori, decano Cameracensi, fratri et amico germanitus amplectendo.

Urget animum meum et non parum sollicitat hanc pagellam dictare zelus et ardor amoris, quem debeo sacre facultati theologie, ymo alme parenti, que nos ambos genuit et aluit in sinu suo, studio scilicet Parisiensi. Nostis, amantissime frater, quam necessarium sit officium cancellarie Parisiensis, que totum pondus ginasii scolastici super se gerit, et potissime certamen illud sacratissimum theologici examinis, ad quod ferendum et debite excercendum excercitatissimus theologie professor vix sufficeret. Unde hac consideratione permotus sepenumero adhortatus sum magistrum Johannem Chuffart, vestre caritati amicissimum, ut prefatum officium cancellarie quod occupat in manus vestras aut alterius professoris resignaret. Qui quidem respondit se elegisse personam vestram ad tam pium et necessarium opus excercendum. Laudavi animum ejus; verum pernimium tardat id excequi et opere adimplere tam desideratum munus. Qua in re per amorem et honorem, quem debemus matri communi nostre, festinate et nolite tardare sarcinam istam tam laudabilem, tam fructuosam, tamque opportunam et neccessariam super humeros vestros ad id idoneos et aptos inferre. Hoc pia mater ipsa jure matris totis votis expostulat, hoc neccessitas exigit et officium illud summopere desiderat, ymo languorem patitur pro tardatione desiderii sui. Parcite, frater, zelo qui me urgentius stimulat, sed et caritas Christi me compellit, in quo valete, mei semper memor in orationibus et suspiriis vestris ad Dominum. [Actum Parisius.]

Bibl nat Paris., ms. lat. 8577, fol 14 LAUNOIUS, *Regii Navarrae Gymnasii hist* (1677), p. 536, sub inscriptione falsa : « ... fratri Guillelmo Brissonio. . ». Eodem tempore Gerardus scripsit Martino Berruerii, se sollicitasse Johannem Chuffart ad resignandum. « Utinam finem daret aut in favorem persone vestre, aut mag. Egidii Carlerii, pro quo, ut ait, reservat, cui hac consideratione permotus presentialiter scribo » (fol. 15). Haec epistola subscripta est « Actum Parisius[1] », proindeque etiam supra edita Parisiis scripta est Postquam epistolam Eugenii IV an 1442, Februarii 7 (vid n° 2557), prae manibus habuerat, speravit « quod dominus noster scriberet tenenti cancellariam, ut spontanee resignaret in manus alicujus theologi » (fol. 36[b]), sed nec episcopus Meldens. de hoc aliquid a papa recepit (fol. 38). Postea adhuc Gerardus spem fovebat, Johannem Chuffart resignaturum, proindeque Egidium Carlerii admonuit, ne recusaret laborem (fol 51). Sed an. 1445 experientia coactus Gerardus Martino Bruerii scripsit : « Timeo ne frustra laboretis apud eum (Johannem Chuffart), quemcumque ei offerat devotio vestra, quia forsan primatum illum amat » (fol. 64). Jam an. 1423, quando conatus est fieri cancellarius Isabellae viduae, quamvis minime pro parte Isabellae dimicaverit, ambitionem suam ostentabat. Semper « altiora » quaerebat. Vid. infra n° 2597.

1. Dum rex a mense Junii coram Pontisara pugnavit, Gerardus Macheti tam apud S. Dionysium, quam Parisiis moratus est, et solum ter aciem regis visitavit, ut iterato scribit.

2551. *Petrus de Vaucello, « rector Universitatis magistrorum et scolarium Parisius studentium », testatur, dictam Universitatem adjunctam esse Johanni Poquet, « altero xxiiij^or librariorum juratorum dicte Universitatis » in causa appellationis per dictum Poquet a sententia electorum Paris super facto subsidiorum ordinatorum pro guerra interjectae, per quam sententiam Poquet condemnatus erat solvere 10 marcas argenti receptori subsidiorum pro rege.* Dat sub sigillo rectorie Universitatis prefate anno Dom M CCCC XLI°, die xvj^a mensis Novembris « Nos Petrus »

1441, Novembris 16, Parisius.

Minuta chartac. in Arch. Univers. Paris., thec. I, A 1. y. Bul., V, p. 520. — Vid. de hoc *Auctar.*, II, p. 528, 23

2552. *Gerardus Macheti Parisius lectiones magistrales resumpsit; fuit decanus facultatis theolog. Collegia, praeter collegium Navarrae, jacent inculta, vacua studentibus*

1441, circa Novemb. 17, Ambasiae.

Viro literato et sane diserto magistro Jacobo [de Ciresio Lugduni], fratri et amico peroptando.

Parisius adeo educti fuimus, ut vix inde exire potuerimus, ubi recepi cartulam vestram de tertia Octobris. Inveni aerem civitatis accommodum complexioni mee, forsan ideo quia per annos plurimos ibidem hausi celum, vel quia apropinquat partibus unde oriundus sum[1], quo sit constellatio temperatior. Inveniuntur illic munitiones lignorum adversus brumam yemalem. Feceram fenum ad usum equorum, coemeram superlectilem opportunam caro satis pretio, verens mutuo recipere ab amicis, ne quem illorum gravarem aliena consumens. Gratam habitationem et amenum viridarium inveni. Et ne otio torperem, aut vacui dies transirent sine fructu, deliberavi lectiones meas diu intermissas cum regentibus in nostra facultate repetere. Jam et novum saporem ingerebat nostra theologia, unde et labor gratissimus erat, ubi decani fungebar officio, sicut annosior in gradu. Augentur supposita facultatis potissime secularia. Collegium regale solum ibi floret, cetera jacent inculta, evacuata studentibus. Beneficia pauci valoris, victualia foro competenti et optima pro gustu meo et temperatura corpusculi. Vina mirum in modum sapiebant et nutriebant artus meos, que ibidem habundant ex omni parte et regione. Revertitur dominus baillivus ad propria, qui viriliter egit supra multos in obsidione Pontisare[2]... Ex Ambasia[3].

Bibl. nat. Paris., ms. 8577, fol. 29^b. — Paulo tardius, an. 1442, Februario, de hoc scripsit Jordano Morini, eleemosynario S. Martini Turon. in haec verba · « Steti Parisius per menses aliquos, quieto satis animo extra tumultum aulicorum, ubi resumpsi lectiones magistrales usque ad vernarium[4]. Videbar michi quasi renovari in pristinos dies, dum florebat studium tot claris luminaribus collustratum et miro modo decoratum. Fungebar vestri in absentia officio decanatus nostre facultatis, qui utinam vos invenissem sospitem et prospere valere. Volui videre magistros professores in loco habitationis mee Suborta siquidem erat divisio inter seculares et religiosos Mendicantes, quam utcumque paccatam reddidi[5]. Inveni temperiem aeris pro complexione non parum ydoneam et accommodam, gratissimam habens domum, quam inhabitabam ex dono regio, vallatam gratissimis viridariis, aqua fontium dulci susurro decurrente per totam domum et [h]ortum amenissimum, ita ut quemdam paradisum exhibere videretur cernentibus, in cujus utpote medio fons exilit irrigans superficiem terre » (fol. 32^b, et Launoius, *Reg. Navarrae gymnasii hist.*, p. 541, ubi epistola perperam Egidio inscribitur)

1. Scil. e dioec. Remens. (vid. supra p 84, et p. 90, not 24), ut etiam apparet ex Epp. Gerardi, fol. 75b sq. — 2. 1441, Junio-Septemb. — 3. Saltem Novemb. 17 rex ibidem morabatur (vid. not sequentem). — 4. « Usque ad vernarium », i. e. vernum tempus, difficulter explicatur, nam rex, et cum ipso Gerardus, Novemb. 17 jam fuit Ambasiae (vid. *Ordonn. des rois*, XVI, 571), Decemb. 12 Salmuri, ubi an. 1442, Januarii 6, adhuc fuit (BEAUCOURT, *Hist. de Charles VII*, t. III, p. 235 sq.), et cum ipso Gerardus Ambo deinde in Aquitaniam profecti sunt. — 5. Agitur de controversia exorta inter Universitatem et Mendicantes quantum ad legentes Bibliam et Sententias (cf. etiam nº 2548) et praesentatos ab his Ordinibus. « Utcumque », dicit Gerardus. Nam revera lis non sopita erat. Vid. epistolam Eugenii IV an. 1442 nº 2562, et quae postea evenerunt.

2553. *Cum supposita Universitatis Paris. sive per tributum vinarium, sive per subsidia pro facto guerrarum indicta molestarentur; cum praeterea consilium regium officiarios Universitatis in Parlamento et Castelleto deminuere vellet, Universitas Paris. a Novemb. 30[1] cessavit a lectionibus et praedicationibus.*

1441, Novembris 30, Parisiis.

Auctar. Chartul Univers. Paris., II, p. 527, 28, 528, 17, 529, 14, 24 sqq., *Journal Parisien de Jean Maupoint*, ed. FAGNIEZ in *Mém. de la soc de l'hist de Paris*, IV, p. 28. — Cessarunt usque ad an 1442, Februarii 18, dominicam Brandonum, et illa die, postquam ambassiatores, de quibus nº 2555, a rege reversi erant, Universitas ivit processionaliter ad S. Maglorium, « et là fut faict sermon solemnel au peuple par maistre Thomas de Courcelles, excellent docteur en theologie, enquel sermon entr'autres choses fut dict par ledit docteur, que le roy liberalement avoit reconfermez et rebaillez à nostre dicte mere l'Université tous ses privilèges et vouloit que doresenavant tous les supposts d'icelle en usassent et jouissent paisiblement » (*Maupoint*, l. c.). Vid. etiam infra nº 2560.

1. Jam Septemb 2 Universitas minabatur cessationes, nisi cessassent gravationes suppositorum, cum etiam quidam « propter talias dandas » incarcerati essent (*Auctar.*, II, 520, 13 sq : 521, 7 sqq.).

2554. *Facultas medicinae deliberat absentes magistros inter regentes non annumerandos esse, nisi 18 solidos decano solvant, atque statutum de refusionibus et de magistris in missa non comparentibus stricte observandum.*

1441, Decembris 11, Parisiis.

Anno quo supra undecima die mensis Decembris postquam pluries facultas fuerat congregata pro advisando modum continuandi servicium et refusiones magistrorum et bidellorum in missis facultatis comparentium, conclusit eadem facultas, nemine discrepante, quod nullus absens magister, qui facit suam moram extra de Parisius, de cetero ad disputandum per procuratorem recipiatur aut inter magistros regentes annumeretur, nisi primitus solvat decem octo solidos paris. decano applicandos pro servicii sustentacione et refusionum solutione. Item ordinavit quod statutum de modo refusionum et de magistris non comparentibus in missa, quod aliquibus annis retroactis usu caruit, praticetur et ad actum reducatur et usum, presentibus ad hoc magistris Johanne Lengrenoys, Johanne Tifaine, Petro de Chacyaco, Inguerrando de Parenti, Guillelmo de Algia et me Roberto Julienne tunc decano, cum Guerino bidello.

Comment. fac. med., II, p. 37.

2555. *Facultas decretorum, petente rectore, Petrum de Brena Johanni Painetchair ad regem legato adjungit.*

1442, Januarii 4, Parisiis.

Jovis 4 Januarii in missa facultatis venit mag. Joh Painetchar, bacalarius formatus in theologia, ad facultatem ex parte rectoris[1], ut dicebat, narrando necessitatem Universitatis ad mittendum ad regem pro materia pro nunc currente[2] Subjunxit modicum esse de uno solo ambaxiatore, cum dicitur : « Ve soli »[3]. Idcirco dictus rector supplicavit facultati duo : primum erat ex quo facultas alias nominaverat ac elegerat mag. Petrum de Brena doctorem, placeret facultati eundem ad predictam ambaxiatam destinare; secundo quatenus intuitu rectoris et ambaxiate facultas reputaret ipsum mag. Petrum presentem quoad omnia emolumenta ejusdem facultatis, que perciperet si esset actualiter presens ac regens. Que supplicationes erant concesse in forma, et responsione data mag. Johanni supranominato specificavit supplicationem secundam, petendo omnia et singula emolumenta proveniencia ex futura licentia[4] sibi preservari ac distribui prout fieret aliis doctoribus. Conclusit facultas, habita in ejus absentia matura deliberatione, quod volebat servare statuta super distributione emolumentorum licencie edita, prout alias deliberaverat quando idem magister effectualiter aliis supplicaverat hoc idem.

Memor. fac. decret., I, fol 203. — Cf. *Auctar*, II, p. 531-532.

1. Johannis Solerii — 2 I e. privilegiorum quae violabant collectores impositorum Vid. nº 2553 — 3 *Ecclesiastes*, IV, 10. Recte cogitabant. Rex tunc Lesigniaci morabatur Vid. infra nº 2559 epistolam Gerardi Macheti ad rectorem Universitatis. — 4. In theologia, quae licentia data est Februarii 22 Vid. nº 2558.

2556. *Rector et Universitas promittunt duobus ambassiatoribus ad regem missis solvere 24 sol. De occidione fratris Eremit S. Aug.*

1442, Januarii 8, Parisiis.

Nos rector et Universitas studii Parisiensis dilectis et fidelibus nostris magistris Petro de Brena in decretis doctori, et Johanni Painetchar in theologia baccalario formato, in artibus magistris, ambassiatoribus nostris ad dominum nostrum regem destinandis pro nonnullis negociis nos et privilegia nostra concernentibus juxta formam ac tenorem instructionum per nos eis traditarum prosequendis promittimus bona fide pro qualibet die, computando a die sui recessus a villa Paris., quandiu in sua legatione permanebunt, tradere et solvere xxiiij sol. paris., videlicet cuilibet ipsorum xij sol. paris., eosque reddere indempnes. Et pro majori securitate ipsis de facto et pre manibus summam xxviij lib. turon. tradi et liberari fecimus.

Preterea volumus et consentimus quod quedam littera obligatoria a quibusdam malefactoribus, qui nuper quemdam religiosum de Ord. fr. Heremitarum B. Augustini interfecerunt[1], nobis facta in manibus dictorum ambassiatorum ponatur, ut ipsi super summa nos

contingente aliquas pecunias mutuo recipere possint. In cujus rei testimonium sigillum nostrum magnum presentibus litteris duximus apponendum. Datum Parisius in nostra congregatione generali apud Sanctum Maturinum solemniter celebrata, anno Domini MCCCCXLI, die viij[a] mensis Januarii.

Minuta chartac. in Arch. Univers. Paris, theca I, A. 1 y Bul., V, p 521. — Ambassiatores ad regem missi sunt propter causas ob quas etiam a lectionibus et sermonibus Universitas cessavit. Vid. supra n° 2553

1. De hoc celebri facto lectorem remittimus ad *Auctar Chartul. Univers. Paris.*, II, p. 509, not. 2, 523, 40, 524, 16-46, 544, 36. Dubreul, *Le théâtre des antiquitez de Paris* (1639), p. 419 sq. Occisus frater vocabatur Petrus Gougis, mag theol. Nicolaus Aymerici captivus abductus est.

2557. *Eugenius IV mandat Gerardo Macheti, episcopo Castrens., et Petro de Versaliis, episc. Meldens., ut inquirant de statu cancellariae Paris*

1442, Februarii 7, Florentiae.

Eugenius, etc., venerabilibus frat..... Castrens. et Meldens. episcopis salutem, etc. Dum universalis ecclesie regimini presidentes insignem doctorum et magistrorum aliorumque litteratissimorum virorum multitudinem, quam dilecta filia nostra Universitas studii Parisiens. veluti fons exuberans producere non desinit; dum insuper juges curas, solicitosque labores quos in prosequenda et conservanda sancte Rom. ecclesie unione sustinuit; dum denique singularem devotionis affectum, quem ad nos et eandem ecclesiam indefesse gerit, solerter attendimus : ea profecto libenter concedimus, que ipsius Universitatis augmentum conspiciunt et honorem. Sane nonnulli doctores et magistri ejusdem Universitatis nobis nuper exponere curarunt,quod cancellariam ecclesie Parisiens. pro tempore obtinenti, studentibus in eodem studio in theologie, decretorum, et medicine ac artium facultatibus (postquam inibi ordinarios in predictis facultatibus peregerunt cursus ac per doctores et magistros ad hoc per eum quo ad facultatem artium deputatos examinati sufficientesque repperti fuerunt) gradum licentie ex institutis apostolicis impendere, nonnullos sermones ad clerum et in dicta Universitate facere, baccalarios et alios in theologia suos actus secundum morem dicti studii exercentes (si forsan veritatem offendant) scolastice corrigere et ad viam veritatis reducere, necnon in eorum magisterio presidere et ad certas conclusiones theologicas arguere, aliosque scolasticos actus frequenter exercere incumbit, que et alia eidem cancellarie incumbentium onera convenientius atque reverentius (quemadmodum antea usque ad tempora moderni ejusdem ecclesie cancellarii, in theologia non graduati, fuit observatum) per unum in theologia, quam in alia facultate graduatum, fierent et exequerentur. Quare pro parte eorundem doctorum et magistrorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hoc oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui ejusdem Universitatis tanquam lucerne in domo Domini fulgentis decorem et statum prosperum salutaremque directionem cupimus, de premissis certam notitiam non

habentes, eorundem exponentium in hac parte supplicationibus inclinati fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus super expositis hujusmodi auctoritate nostra nos informare curetis, et si per informationem hujusmodi ita esse reppereritis, super quo vestras conscientias oneramus, vos, quod amodo imperpetuum ipsa cancellaria alteri quam in theologia Parisius magistro conferri, aut per alium obtineri regi vel exerceri non possit, eadem auctoritate statuatis et ordinetis, facientes quod statueritis et ordinaveritis per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia firmiter observari .... Dat. Florentie anno Incarnationis dominice milles. quadringentes. quadragesimo primo, septimo id. Februarii, anno undecimo.

Reg. Lat. Eugen. IV, nº 382, fol. 122. — Summus pontifex certior factus est per episcopum Meldens. (Petrum de Versalis) et per Robertum de Ciboule, qui tunc in curia Rom. pro parte regis Caroli agebant. HEMERAEO, in suo libro *De academia Paris.*, p. 87, nota erat bulla, quam perperam ad an. 10 Eugenii refert.

2558. *Licentiati in facultate theologiae.*

1442, Februarii 22, Parisiis.

Mag Petrus de Vaucello[1], Navar.
— Johannes de Oliva[2]
— Guillelmus Aubery[3].
— Petrus Richerii[4].
Frat. Guillelmus Vallée, Pred[5]
— Anthonius de Rubo, Carm.[6].
— Johannes Pain et Chair, vocatus, [sed non licentiatus][7].
Frat Guillelmus de Torculari, Carm
Mag Guillelmus Pommier[8], Navar
Frat Nicolaus Quadrigarii, Aug[9]
Mag Mattheus Andree, Sorb
Frat Johannes Boerii, Aug.
— Johannes de Cambrone, Cist.[10].
— Nicolaus Anberg[11], Cisterc.
Mag Nicolaus de Parisius, Sorb. [15]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5657ª, fol. 20. — Gerardus Macheti « miratus est ordinem illum datum in licentia ». Idem et Robertus de Ciboule. Remedio opus esse (Epp., fol. 40ᵇ).

1. Vesperisatus April. 9, magister theol April. 23 (ibid.), de quo etiam scribit Gerardus Macheti mense Maii (Epp., fol. 39). Anno sequenti magister theologorum in Collegio Navarrae a rege factus est. Eum Gerardus Macheti, cujus vicarius generalis fuit (fol. 41ᵇ), tantopere et saepe commendat. — **2.** Vesperisatus April. 16, magister Maii 14 Ab an 1458 cancellarius Parisiens — **3.** Magister Maii 19. — **4.** Mag an. 1451, Novemb. 22. — **5.** Magister an. 1444, Januar. 14. — **6.** Magister an 1442, Decemb. 13. — **7** Tunc in ambassiata fuit, et solum April 7 licentiam recepit, magisterium Sept. 24. Cf de hoc etiam *Auctar.*, II, p 529, not. 3. — **8.** Mag theol. 1446, Sept. 22. Cf. de eo *Auctar.*, II, p. 510, not. 5. Ap. Gerard Macheti (Epp., fol. 40, 61, 90ᵇ) vocatur « Guillelmus Pomi » — **9.** Mag. theol. 1443, Jan. 8. — **10.** Mag. theol. an. 1442, Octob. 22. — **11.** Mag. theol. an. 1443, Febr. 18. De eo, tunc solum cursore, vid. supra ad an. 1438, nº 2524

2559. *Gerardus Macheti Johanni Chuffart, cancellario Paris., scribit de controversia mota inter Universitatem et Mendicantes.*

1442, Martio, Lesigniaci.

Honorando domino et fratri domino Johanni Chuffart, cancellario Parisiensi.

Honorande domine, prelibata recommissione. Suscepi grata scripta vestra ex Parisius xiijª Januarii, quibus semel et iterum perlectis, non parum dubius hesit animus, videns controversiam magistrorum nostrorum. Utrinque rationes fundate sunt. Quo autem ad

presentatos Ordinum michi, si bene memini, ita visum est, quod licenciandi sunt, etiamsi tempus non impleverint quinquennii secundum statutum[1]. Et ita observatum vidi meo judicio, nam et hoc previlegium habent aut consuetudo et permissio facultatis dedit eis. Quoad ceteros fateor, quod rigor servandus est, nisi suppetat excusatio nimium legitima. Malo autem favere juramento et statutis facultatis, quam habenas laxare, potissime quoad religiosos Mendicantium, qui se ingerunt, et prevalere nituntur numero aut bullis apostolicis. Sapiens est[ote] et pacis amicus, nam et in dubiis securior pars eligenda est, ut nostis. Si illa sacra facultas passim ita relaxetur et dispenset, in contemptum veniet gradus et magisterium. Hec sunt que occurrunt michi inter medias acies constituto, judicio saniori salvo. Valeat feliciter et prospere vestra dominatio cum augmento gratiarum. Ex castro Lezsigniaci[2].

Bibl nat. Paris., ms lat. 8577, fol. 33.

1 Vid. infra epistolam Eugenii IV, nº 2562. — 2 An 1442, saltem Martii 2, rex fuit Lesigniaci (Lusignan). Vid. BEAUCOURT, *Hist. de Charles VII*, t III, p. 237.

2560. *Gerardus Macheti scribit rectori Universitatis Paris. de adventu ambassiatorum*

1442, Martio, Lesigniaci.

Honorando domino domino rectori[1] alme matris Universitatis Parisiens

Honorande domine, previa debita recommissione. Exhibitores presentium delegati ab alma nostra matre Universitate, animo jugiter meo retinenda et honoranda, huc ad regiam majestatem accesserunt, utique non sine timore et justo tremore propter varia viarum discrimina. Quodsi in via forsan nimium tardasse visi sunt, nemo mirari debuit, attentis tot insidiatoribus itinerum, qui omnem pene callem et semitam occupant. Magis autem demiror, quomodo ausi sunt tantis se exponere discriminibus, quod vix audent etiam audacissimi et fortes armati. Vicit autem iter durum, omne discrimen et periculum, pietas[2], amor matris, qui omnia vincit. Hec scribo vestre caritati ad excusationem ipsorum, et ne quis ignavie imputare velit tarditatem. Revertuntur autem ad matris ubera, fructum reportantes exoptatum[3], uti sermone protentiori explicabunt. Dominationem vestram feliciter pervalere desidero. Scriptum Lezigniaci.

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 8577, fol. 33ᵇ Cum Petrus de Brena jam reversus esset (April. 5), Gerardus ei gratulatus est « sospitem ad propria rediisse post varia vie discrimina », adjungens pulchram sententiam « Non debet mater pia filio gratiam rependere, qui omnia alme parenti debuit, nec satis unquam vicem reddet, etiamsi millibus annis superstes viveret » (fol. 39). Quis unquam Universitatem tam sincere, tam intime sicut matrem suam venerabatur, quam Gerardus Macheti?

1. Johanni Solerii. — 2. Cf. VERG., *Æn.*, VI, 688 « Vicit iter durum pietas ». — 3 Vid. supra nº 2553, not., et *Auctar.*, II, p. 542, 18 sqq.

2561. *Licentiati in facultate medicinae.*

1442, Martii 10, Parisiis

Decima die mensis Marcii .. fuerunt licentiati :

Mag. Karolus de Mauregard, *primus.*
— Dionisius Nugues, *secundus*

Comment. fac. med., II, p 39. — Ambo mox magistri facti sunt « Mag. K. de Mauregart incepit die 10 Aprilis 1442 post Pascha » (ibid.), — « a mag. Dionisio Nugues pro bursa magisterii, xx s. » (ibid., p. 40). Sic pluries signat ipse (non Migues) in dictis Commentariis.

2562. *Eugenius IV ad supplicationem generalium et fratrum Minorum, Praedicatorum, Eremitarum S. Aug. et Carmelitarum statuit, ut fratres horum Ordinum per suos superiores ad hoc potestatem habentes Parisios missi ad publice ibi legendam Bibliam, indilate et absque mora solutis juribus admittantur, si per deputatos facultatis theologiae idonei reperti fuerint; missi vero ad legendas Sententias « nulla cujusvis temporis expectata mora, sine lectura Biblie, sine Cursibus et absque ulla ipsorum Cursuum persolutione libere admittantur »; postquam vero sunt baccalarei formati, quilibet horum Ordinum regens unum ex dictis baccalareis pro obtinenda licentia cancellario Paris praesentet et praesentare debeat, et sic praesentatus immediate ad obtinendam licentiam admittatur, etiamsi statuti temporis spatium quinque annorum non compleverit*[1]*, dum tamen bis in ordinaria responderit Has fuisse antiquas consuetudines in facultate theologiae ab immemorabili tempore observatas, quibus a multis citra annis nonnulli facultatis theologiae se opposuerunt.* Dat. Florentie anno Incarnat. Dom milles quadringentes. quadragesimo primo, nono[2] kal. Aprilis, pontificatus nostri anno duodecimo. « Ad jugem divine scientie et sacre theologie propagacionem »

1442, Martii 24, Florentiae.

Reg. Lat. Eugen. IV, nº 390, fol. 287. Fol. 288ᵇ episc. Meldens. et abbates S. Genovefae et S. Germani de Pratis sub eadem temporis nota exsecutores deputantur « Hodie nostre ». Priorem epistolam exhibent Bul.. V, p. 524, Wadding, *Ann Min.*, 2 ed., XI, p. 163, Torelli, *Secoli Agostiniani*, VI, p. 729, *Bull. Carmel.*, I, p. 599, Ripoll, *Bull. Ord. Praed.*, III, 149. Haec bulla seminarium magnae turbationis in Universitate fuit.

1. Quantum ad hoc Mendicantes utique usum antiquum afferre potuerunt, et Gerardus Macheti hoc confirmat Vid supra nº 2559. — 2. Bul., Torelli, *Carmel.*, Jourdain « 3 kal. April. »; omnes etiam, excepto Ripoll, in litteris Eugenii scribunt 1442, non cognoscentes stilum curiae Rom illius temporis

---

2563. *Gerardus Macheti Roberto Ciboule, ut Sententiarii saeculares facultatis theologiae multiplicentur.*

1442, Mart.-April.

Viro sapientissimo sane discreto et prudenti mag Roberto Cibole. sacrarum litterarum professori, fratri et amico multum desiderabili.

Nostis fervens desiderium animi mei, quo afficior multiplicare supposita nostre facultatis, potissime secularia, ad deffensionem catholice veritatis, quam professi sumus in licentia magistrali. Scio quod et eodem affectu ducimini. Deliberaveram Parisius juxta hunc affectum querere bacallarios ad lecturam Sententiarum anni instantis, et eis distribuere sommam aliquam pecuniarum pro sumptibus; quod et perfecissem, si paulo longius moram traxissem illuc. Vos autem elegi ad hoc opus sanctum et pernecessarium, ut per-

quiratis viros ydoneos, instando opportune, importune, ut ad opus prefatum lecture se preparent, et me revertente juxta consilium vestrum ministrabo partem sumptuum necessariorum.

Bibl nat. Paris, ms. lat 8577, fol. 38 LAUNOIUS, *Reg. Navarrae gymnasii hist.*, p. 545. — De eodem scribit Simoni Germani, baccalareo formato (ibid.). Roberto Ciboule iterum scribit ut sollicitet baccalareos saeculares ad arripiendum onus lecturae Sententiarum (fol. 40^{b}). Immo, episcopum Trecens. (Oudardum Hennequin) etiam admonet de penuria theologorum (fol. 42^{b}), eique adhuc an. 1444 commendat multiplicationem theologorum (fol. 56^{b}).

2564. *Licentiati in facultate decretorum. Modus tradendi rotulum cancellario Paris*

1442, Martii 23-Aprilis 7, Parisiis.

Facultas sollempniter congregata xxiij^{a} mensis Martii, conclusit non velle vocari super collocatione seu situatione baccalariorum [licentiandorum] usque ad diem licentie, et ita factum est. Exemplum enim dedi decanis futuris ut quemadmodum ego feci, ita consimiliter faciant. Qua die licentie, tradidi[1] rotulum clausum tribus sigillis, scilicet sigillo antiquioris doctoris, sigillo decanatus ac sigillo junioris doctoris, domino cancellario ecclesie Parisiensis, cui dixi effectualiter ea que secuntur : « Domine cancellarie, ego presento vobis presentem rotulum tribus sigillis sigillatum in quo continentur nomina licentiandorum secundum ordinem quem facultas ordinavit, et istum rotulum habetis tradere sic sigillatum magno bedello facultatis, secundum usum et laudabilem consuetudinem conservatam in facultate. » Item magnus bedellus facultatis recepto rotulo habet eum presentare antiquiori doctori primo loco, secundo decano, et tertio juniori, ut videant an rotulus sit sigillis ipsorum legittime sigillatus; quibus factis habet antiquior doctor apperire rotulum ac eum tradere magno bedello ad proclamandum licentiandos.

Item die sabbati septima Aprilis fuerunt licentiati et adoptati modo qui sequitur :

Mag. Milo de Yliers,	sub domino Livino Neuelinc
— Johannes Chenetau,	— Joh. de Courcellis.
— Johannes Baille,	— Joh. Midouls.
— Claudius de Castello novo,	— Ludovico Bailli.
— Johannes Garini,	— Martino de Frazinis
— Petrus Fievé,	— Guill de Conty, abb S Katerine.
Frat Reginaldus Gourre,	sub dicto de Courcellis.
Mag. Robertus de Monte Mileri,	— Livino.
Frat. Johannes Belin,	— Conty, abbate.
Mag. Jacobus Guion,	sub domino Joh de Montigny.
— Symon Chapitant,	— Petro Maugier
— Johannes du Chastellier,	sub dicto Fresnez.
— Michael de Alnetis,	sub domino priore de Mota.
Frat. Jacobus de Hesdignoeul,	— Johanne Suffart[2]
Mag. Guillelmus Brieusy,	sub eodem Suffart.

[15]

Memor. fac. decret., I, fol. 207. Sequitur « Nota quod a die assignationis decreti quilibet doctor habuit quartam vini in die usque post clausuram examinis, nec antiquior doctor nec decanus habuerunt plus quam unam quartam » — Vid. supra an. 1434, April. 4.

1. Decanus Livinus Neuelinc a Novemb. 9 an. 1441-1442, Novemb. 10 Sed jam an. 1443 defunctus est. — 2. I. e. Chuffart.

2565. *Facultas decretorum magistros monet ut de baccalareandis certa testimonia ferant, candidati xv cedulas monstrent.*

1442, Maii 9, Parisiis.

[ix[a] Maii] fuit accusatus Andreas Monili presentatus ad examen quod solum sex mensibus in jure canonico Parisius studuisset, propter quod deputati fuerunt domini abbas Gaud[ii Vallis][1] et prior de Becco ad se informandos. Et facta relatione fuit conclusum ut supra. Ab hac die in antea doctores admittendorum ad bachalariatum diligenter se informent de statu suorum scolarium et referant fideliter, et quod non admittantur aliqui de cetero nisi habeant xv cedulas, et quod fiat informatio.

Memor. fac. decret., I, fol 211.

1. Johannes Topeti.

2566. *Capitulum generale Cisterc. ordinat, quod fr Arnulphus*[1] *monasterii de Ellantio a festo S Remigii lecturam Bibliae ordinariam in Collegio S. Bernardi exsequatur et usque ad festum B. Mariae Magdalenae ibidem resideat. 21 abbatibus injungitur, ut scholares Parisios mittant*

1442, Septembris 12, Cistercii.

Constit. et Capit. Cisterc. in Arch. status Luzern., ms. 544, p. 724 sqq.

1. Qui an. 1445 ut abbas Ellantii occurrit. *Gall. christ.*, IX, p. 311.

2567. *Conclusio quatuor nationum contra Ordines Mendicantium: graduatos et non graduatos, consortio Universitatis privandos.*

1442, Septembris 20, Parisiis.

Anno Domini 1442, Universitate convocata in Sancto Bernardo per dominum rectorem[1], 20 Septembris, propter quandam bullam contradictoriam ex directo privilegiis Universitatis et specialiter statutis facultatis theologie a quatuor Ordinibus Mendicantium impetratam a summo pontifice, conclusum est per nationem Francie et conformiter per alias nationes, quod privarentur omnes tam graduati quam non graduati dictorum quatuor Ordinum a consortio Universitatis, et unanimiter ad supplicationem venerande facultatis theologie ab omnibus actibus scolasticis, donec et quousque dicti Mendicantes impetrassent aliam bullam novam contrariam de verbo ad verbum isti bulle per eos impetrate a summo pontifice[2]. Quinimo etiam voluit natio una cum aliis nationibus, quod habita nova bulla contraria impetrata Universitas haberet videre, quid esset actura de nova incorporatione

dictorum fratrum. Et de omnibus istis quesivit dominus rector qui pro tunc erat instrumenta publica. ODO DE CREDULIO[3].

BUL., V, 522, e Lib. procurat. nat Gallic. Vid. n° 2570.

1. Petrum Corii — 2. Supra n° 2562. — 3. Procurator nat. Gallicanae.

2568. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1442-43.*

1442, Novemb, Parisiis.

Nomina magistrorum regentium :

Henricus Tybout.
Johannes Langrenoys
Robertus Poytevin.
Johannes Tifaine
Petrus de Chaciaco
Ingerrandus de Parenti
Guillelmus de Algia
Guillelmus de Camera.
Robertus Jullienne.
Dyonisius Nugues[1]. [10]

Comment. fac. med., II, p. 43. — Nov. 3 decanus electus est Dion. Nugues.

1 Nomina « Eustacii Calculi » et « Roulandi Scriptoris », prius inscripta, in hac serie deleta sunt De Rolando Scriptoris vid. infra 1443, Nov.

2569. *Quia « a paucis diebus citra multi impositi erant ex officiariis Universitatis ad magnas summas per modum mutui dandas domino bastardo Aurelianensi ituro pro levando obsidionem de villa de Dieppe*[1]*, et de facto multi ex officiariis incarcerati essent in bastilia », Universitas intimavit cessationes a sermonibus Novemb. 16, solum Decemb 1 apud S Maglorium sermones resumpti sunt.*

1442, Novemb. 16-Decemb. 1, Parisiis.

Auctar. Chartul. Univers. Paris., II, p. 561, 40-562, 10, 30, 40

1. Vid. not. in *Auctar.*

2570. *Facultas theologiae, approbante Universitate, restringit consuetudinem Mendicantium quantum ad Biblicos, Sententiarios et praesentatos; revocentur litterae Eugenii IV.*

1442, Decembris 11, Parisiis.

Anno Domini 1442, die 11 mensis Decembris tempore procurationis Odonis de Credulio, licentiati in medicina[1], concorditer fuit conclusum in Sancto Mathurino per nationes et facultates propter controversiam motam in veneranda facultate theologie inter Mendicantes et alios non Mendicantes occasione cujusdam bulle impetrate a dictis Mendicantibus, contradictorie ex directo statutis facultatis theologie et Universitatis, quamplurimum derogantis eisdem, quod articuli sequentes redigerentur in scriptis in libris nationum, et illos juraverunt omnes magistri quatuor Ordinum Mendicantium tam regentium quam non regentium specialiter ad hoc vocati, et baccalarii in theologia dictorum Ordinum, in conspectu videlicet Universitatis, observare. Sic vero erat inscriptum in scedula :

Super controversia nuper mota inter venerandam facultatem theologie studii Parisiens. et dominos religiosos quatuor Ordinum Mendicantium occasione cujusdam bulle noviter impetrate a domino Eugenio papa IV nomine predictorum quatuor Ordinum, que sic incipit: *Ad jugem divine scientie*, etc.,[2] post multas disceptationes et crebras collationes habitas tam per deputatos quam in pluribus congregationibus magistrorum ejusdem facultatis, tandem et novissime, die videlicet 10 Decembris anni 1442, predicta facultas super hoc specialiter convocata conclusit pro pace et concordia finali media sive articulos qui sequntur.

Pro securitate facultatis predicti fratres, tam magistri quam baccalarii, jurabunt et promittent bona fide, quantum in eis est et mediante instrumento, in presentia facultatis et totius Universitatis, nunquam uti bulla predicta noviter impetrata nomine quatuor Ordinum, quodque laborabunt et cum effectu dabunt operam toto conatu et posse suo erga suos generales, quatinus revocatoriam illius vel cassatoriam in registro curie Rom. impetrent, et de predictis cassatione et annulatione facient constare dicte facultati theologie intra festum Exaltationis S. Crucis proximum[3].

Et ne in posterum super biblicis baccalariis et presentandis eorundem Ordinum alicujus discordie suboriatur occasio, determinavit et conclusit predicta facultas die quo supra in Sancto Mathurino convocata quedam in forma subscripta satis conformiter ad cedulas per eosdem religiosos exhibitas facultati, videlicet quod studentes quatuor Ordinum, qui mittentur ad legendum Sententias, stent Parisius ante dictam lecturam per tres annos, videlicet per annum ante lecturam Biblie, et per annum in quo legent Bibliam, et per tertium[4] in quo se disponent ad lecturam Sententiarum, ut sententia ipsorum et mores comprobentur. Et si contingat aliquem mitti a suo superiori ad legendum Sententias, qui non fuerit dispositus et ordinatus ad legendum Bibliam, tenebitur similiter iste Parisius stetisse per tres annos ante dictam lecturam Sententiarum, in quorum secundo vel tertio tenebitur facere duos cursus et solvere jura facultatis. Si vero quis extraneus, id est de extra Gallias, fuerit ad predictam lecturam Sententiarum assignatus, stabit Parisius ante lecturam Sententiarum per duos annos, ut mitius agatur cum iis, qui de longinquo veniunt ad preclarissimum Parisiense studium. Reliquam[5] [vero] temporum moram requisitam de statuto papali ad lecturam Sententiarum acquirent in Universitatibus aut studiis generalibus suorum Ordinum, in quibus secundum morem cujuslibet Ordinis sunt lectores, regentes et baccalarii actu legentes Sententias scolastice et ordinarie et respondentes de questionibus ordinariis, et in quibus consueverunt assignari studentes pro exercitio theologie (que quidem studia sua vel conventus preter Universitates generales in Galliis ad certum numerum designata sunt et per eosdem descripta, extra vero Gallias non designarunt, quia non habent certam de illis notitiam), ita tamen quod propter reverentiam hujus Parisiensis studii duo anni in predictis Universitatibus aut studiis suis pro uno anno sibi computentur.

De presentatis autem conclusit facultas conformiter ad cedulas per eosdem religiosos datas, quod de cetero et in posterum antiquior baccalarius formatus presens Parisius presentetur in die licentie ordinarie presente facultate, servata apud Predicatores vicissitudine intraneorum et extraneorum; et habeat sic presentatus sex menses ultra alios, quo casu tenebitur respondere de duplici ordinaria, prout in statuto habetur.

Que omnia supradicta juraverunt et promiserunt religiosi tenere, et modo quo supra dictum est quantum in eis est observare, et a suis predictis generalibus, ut premissum est, impetrationem annulationis antedicte [bulle] procurare et promovere intra predictum instans festum Exaltationis S. Crucis. His autem per ipsos religiosos juratis et promissis facultas predicta decrevit et conclusit, privationem de eis factam suspendere, ac ipsa suspendit usque ad predictum festum, et pari forma Universitas. Infra quod si de predictis adnullatione et cassatione aut revocatoria predictis non constiterit[6], decernit ex nunc prout ex tunc eos prout sunt privatos fore usque ad beneplacitum ejusdem facultatis. Et de omnibus antedictis habetur instrumentum a magistro Michaele Heberti scriba Universitatis, quod est in archa Universitatis.

Bul., V, p 522 sq., e Lib. procurat nat. Gallic.

1. Attamen solum an 1444, Martii 23, licentiatus est. Vid. infra. — **2** Supra nº 2562 — **3** I. e. Sept. 14, an 1443. Postea terminum dabant festum Assumptionis B. Mariae (Aug. 15) an. 1444. Vid infra nº 2577. — **4.** Antea per duos annos Bibliam legere debuerunt. Si tamen tertius annus praeparationi ad legendas Sententias destinatus erat, quare Universitas permisit saecularibus uno eodemque anno legere Cursum 2um et Sententias? Attamen Mendicantes magis exercitati erant (in studiis tum generalibus, tum privatis) quam saeculares — **5.** Bul. incipit sententiam « Quoad reliquam », etc. — **6.** Minime tamen bulla revocatoria emanavit. Hinc nova perturbatio exorta est, ut infra videbimus.

2571. *Universitas Paris scribit ad Universitatem Cracoviens promittendo magistrum Sanctum Butconitz, eccl S. Georgii Gnesnens praepositum*[1], *quem ut litteras addisceret Cracovienses commendaverant, benigniter a se exceptum iri. Nonnulla subjicit de suo indefesso in pacem ecclesiae studio.* Scriptum [Parisius in nostra congregatione generali apud S Maturinum solemniter celebrata anno Dom. milles. quadringentes quadragesimo secundo] « Claris censetur laudibus extollenda »

1442, Parisiis.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65b, nº 25 (antea A. 3. ff), ubi desunt quae supra uncis inclusa sunt — *Bibl. de l'école des chartes*, sér. IV, tom. V, p. 513, *Cod. diplom. Universit studii Cracoviens.*, II, 21.

1. An. 1443, Novemb. 18, adhuc Parisiis morabatur. *Auctar* , II, p. 575, 10.

2572. « *Nota instrumenti continentis revocationem factam per magistrum Nicolaum Qadrigarii*[1] *Ordinis fratrum Heremitarum Beati Augustini, de mandato et ordinatione facultatis theologie sine auctoritate cancellarii ecclesie Parisiensis occasione quarumdam propositionum erronearum per dictum Qadrigarii dictarum.* »

1443, Januarii 9, Parisiis.

Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, die nona mensis Januarii, infra scolas venerabilis conventus frat. Heremit. B. Aug. Paris. ex conclusione et

speciali ordinatione venerande facultatis theologie in Universitate Paris. in mei Laurentii Poutrelli presbyteri, principalis bidelli dicte facultatis ac publici apostolica et imperiali auctoritate notarii, testiumque infrascriptorum ad hec vocatorum presentia, venerabilis et religiosus vir magister Nicolaus Quadrigarii, in theologia magister dicti Ord. frat. Heremit. Aug , in sua prima lectione magistrali in crastino doctoratus sui reparavit quasdam propositiones per eum a paucis diebus citra in suis vesperiis dictas et pronunciatas, modo et forma contentis in quadam cedula papirea, cujus tenor sequitur :

In vesperiis meis quidam fuerunt minus bene edificati ex duobus per nonnullos tunc in scola existentes intellectis, sicut michi significatum est per matrem meam facultatem theologie, quasi intellexerint me dixisse in primo, quod a providentia divina omnia que fiunt, ex[2] necessitate eveniunt, quamvis crediderim dixisse, quod a providentia divina omnia que fiunt quadam necessitate eveniunt. Assero enim et profiteor quod omnia creata a divina providentia liberrime prodeunt, nec ullam pono necessitatem in[3] creatione aut providentia rerum, nisi necessitatem conditionalem vel suppositionis immutabilitatis divine providentie, aut necessitatem consequentie.

Secundum dictum fuit in xij^mo correllario et collativo : « [sola] pape potestas in tota ecclesia immediate est a Christo », intelligendo correllarium de potestate jurisdictionis temporalis et spiritualis, et non de potestate ordinis. Ego, quantum in me est, volens tollere omne scandalum et esse filius obedientie et pacis et assertor veritatis, dico nunc, sicut tunc dixissem, si fuissem absolute et non collative loquutus (et hoc ex ordinatione ejusdem matris mee facultatis theologie, cujus ordinationi, dispositioni et omnimode determinationi me submisi et submitto, ac etiam ultranea voluntate), veritatem que sequitur, quam quidem veritatem predicta facultas submittit determinationi ecclesie sacri generalis Concilii et sancte sedis apostolice, videlicet : « omnes potestates jurisdictionis ecclesiastice, alie a papali potestate, sunt ab ipso Christo quantum ad institutionem et collationem primariam; a papa autem et ab ecclesia quantum ad limitationem et dispensationem ministerialem[4] ».

Acta fuerunt hec in dictis scolis fratrum Heremit. B. Aug., presentibus ad hoc venerabilibus et circumspectis viris magistris Martino Chabot, Johanne Solerii, Gauffrido Normani, Johanne Bocart, in artibus magistris et bacchalariis formatis in theologia, ac fratribus Guillelmo Danielis. Stephano Morelli et Nicolao Juvenis, etiam in theologia bacchalariis formatis, cum pluribus aliis magistris et scolaribus ibidem existentibus, testibus ad hec vocatis et rogatis. Ita est. L. POUTRELLI.

Originale in Arch. nat. Paris , M 71, n° 1. Cod. Vat Reg. lat. 870, fol. 27^b, e quo inscriptio. — D'ARGENTRÉ, *Coll. jud.*, I², p. 239 sq.

1. Cod. Reg. : « Gadrigarii ». — 2. Quae sequuntur usque « quadam » desunt ap. D'ARGENTRÉ. — 3. « in .. rerum » desunt ap. D'ARGENTRÉ. — 4. Eandem omnino sententiam etiam Johannes Sarrasin, O. Praed , an. 1430 asserere coactus erat. Vid. supra p. 475, not 1.

2573. *Gerardus Macheti ad Guillelmum Evrardi de dissensionibus suppositorum Universitatis quantum ad officia rectoris et procuratorum.*

An. 1443 ineunte.

Studiosis divine sapientie viris magistris G[uillelmo] Evrardi ac ceteris theologis collegii Campanie, alias Navarre

Multa michi, carissimi, gloriatio et gaudium in Domino Jesu pro vobis audiens profectum vestrum, fervorem studii, dignam et exemplarem conversationem vestram; habeo siquidem ad vos multam caritatem, nam et voluntas cordis mei est, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei[1] in scientia et agnitione veritatis..... Sic enim decet vos, qui tractatis eloquia Dei sacratissima, dogmata casta et septuplum purgatissima[2].. . Unde in hoc positus sum excitare devotionem vestram et omnem affectum ut solliciti sitis servare unitatem spiritus in vinculo pacis, invicem diligentes in fraternitatis amore[3]..... Hec ideo premisi, quoniam subaudio nunnullos decertantes pro rectoriis Universitatis[4] aut officio procuratoris, que quantum detrimenti studiosis viris afferant, ipsi nostis Vidi et in diebus meis, et hec agnoscens, statui animo meo, dum excercebar in ginasio theologico, numquam ambire ad hec officia, sed et ne umquam functus sum aliquo eorum[5], ne tempus perderem, quod breve nimium est, sed emularer carismata meliora[6]. Intelligitis que dico, quia doctis viris loquor Confidimus autem de vobis, quod quecumque scribimus, facietis, et super id quod scribo perficietis. Manete fratres in dilectione et mutuo adortamini ad anteriora sese extendere[7], fructum multum perferre in patientia et pia longanimitate, ut filii sitis sapientie, ipsius amatores. Gratia Domini nostri Jesu Christi maneat vobiscum in eternum. Orate pro rege, qui vos hospicio suo honorat, fovet et nutrit regali sua providencia. Salutate omnes invicem in osculo pacis, in amplexibus veri et sinceri amoris viscerose et sancte dilectionis, michi suffragium precum vestrarum, qui in mediis fluctibus et tempestatibus hujus seculi ambulo, impartientes

Bibl. nat. Paris., ms. lat 8577, fol 52^{b} sq.

1. *Ephes.* III, 19, *Coloss.*, I, 9 sq. — **2.** *Psalm.* XI, 7. — **3.** *Ephes.*, IV, 3, *Rom.*, XII, 10 — **4** Tunc temporis continua litigia erant in Universitate Paris. de electione rectoris, v g. an. 1443 (*Auctar Chartul.*, II, p. 577 sq.), an. 1444 (ibid., p. 592, 598 sq., 604, sq , etc.). Et eodem modo de procuratoribus nationum res se habebat, v. g. 1442-1443 in nat. Alemanniae. An. 1444, Martio, duo nationis Franciae voluerunt esse procuratores (*Lib. proc nat Gall.*, fol. 10), an. 1445 controversia (ibid , et *Auctar* , II, p. 613, 1). Multa tamen oblivioni data sunt, quae evenerunt an 1442 et tempore Gerardi Macheti. — **5.** Nihilominus BUL , V, 875, eum an. 1405 in rectorem instituit! — **6.** Vid. I *Cor.*, XII, 31. — **7.** Vid. *Philipp.*, III, 13, ubi « ad . . priora ».

2574. *Facultatis medicinae major pars licentiam duobus candidatis petentibus, anno non jubilaeo, concedendam censet.*

1443, Martii 9, Parisiis.

Die sabbati 9 Marcii ..... convocavi ipsam facultatem per scedullam ad requestam mag. Petri Pilatre, qui quidem predicte facultati supplicavit ut in isto anno placeret sibi ipsum recipere ad licenciam, non obstante anno non jubileo, quemadmodum volebant recipere

mag. Odonem de Credulio. Super quo deliberavit ipsa facultas vel saltim major et sanior pars ipsius quod utrique fieret equalis gratia. *Interempta*[1] *fuit supplicacio ipsius et alterius, ut patet in sequenti pagina.*

Comment. fac. med., II, p. 45.

1. Quae sequuntur, posterius addita sunt. Vid. nº 2582.

2575. « *Determinatio facultatis [medicinae] ne fiat licentia in medicina in anno non jubileo, perpetuo tenenda, sed quod solum fiat in anno jubileo, non obstantibus quibuscunque.* »

1443, Aprilis 8, 16, Parisiis.

Die lune, Aprilis octava, anni millesimi quadringentesimi quadragesimi secundi fuit facultas solemniter congregata per Guerinum de Roncourt bedellum, ut moris est, per cedullam et sub debito juramenti super duobus articulis. Primus fuit ad referendum ea que fuerant advisata per deputatos prius datos a facultate circa factum baccalariorum licentiandorum hoc anno non jubileo volentium; et etiam ad audiendum ea que circa hoc innovata fuerant; et etiam providendum de remedio opportuno. Secundus fuit communis super supplicationibus et injuriis.

Quantum ad primum et etiam quantum ad secundum, deliberavit facultas istud totum negotium tractari in ipsa facultate, et nullomodo exire amplius facultate ipsa. Condolet etiam innovationibus factis, que veniunt in magnam notam et magnum scandallum ipsius facultatis (quibus vult obviare omnibus viis et modis possibilibus), etiam quitquit prefatis baccalariis licentiandis favorabiliter aut gratiose concesserit. Post multas tamen et maturas deliberationes attentius considerans et sanctius tractans juramenta propria sepius prestita... tandem concorditer, nemine etiam reclamante, conclusit dare deputatos suos solemnes et notabiles viros, scilicet dominum penitenciarium mag. Henricum Tybout, mag. Johannem Tiphaine et mag. Guillelmum de Algia, actu regentes in eadem facultate, presente decano et secum vocato magistro Inguerrendo de Parenti si vellet interesse. Quibus quidem deputatis supranominatis dedit eadem facultas plenariam et omnimodam potestatem honeste et utiliter tractandi istam controversiam .... Quibus quidem deputatis die certa, videlicet martis, Aprilis sextadecima, in ecclesia B. Marie Parisiensis convenientibus et premissa simul tractantibus, ut superius dicitur, longo tractu et matura deliberatione previis, demum concorditer et unanimiter concluserunt, nedum presentes baccalarios etiam ambos[1], verum et quoscumque futuros perpetuo debere remitti et reservari usque ad annum jubileum pro licentia et magisterio obtinendis. Et si quis interventione principum aut aliorum dominorum, excellentia meritorum, precibus amicorum, aut aliis quibuscunque mediis pretenderit, imploraverit, laboraverit aut alias quesierit per se vel per alium quovismodo tempus congruum et solitum pro licentia et gradu altero obtinendo prevenire,

careat eo ipso et sentiatur privandus fructu quesito, vel intentione petita, donec et quousque venerit ad facultatem, et facultas super hoc quid agendum ordinaverit. Et hanc sententiam, ymmo verum venerande facultatis conclusionem intimari honorando domino, domino cancellario concorditer ut prius concluserunt. Et si quis etiam magister vel alius in contrarium veniat, regentie honore aut alia promotione privetur.

Comment. fac. med., II, p. 46

1. Qui cum tertio an 1444 licentiati sunt, et de quibus in num° praecedenti agitur

---

2576. *Capitulum Cisterciense injungit abbati de Dunis, ut Parisios mittat fr. Gerardum Dulcis cum debitis provisionibus infra festum S. Remigii, ut illuc studeat, ac in moribus et scientia proficiat.*

1443, Septembris 12, Cistercii.

Constitut. et Capp Cisterc. in Arch. status Luzern., ms. 544, p 551, 748. — Abbas non obedivit, et anno sequenti Capitulum ei iterum sub poenis injunxit (ibid., fol. 782). Cf. MARTÈNE, *Thes nov. anecd.*, IV, 1604.

2577. *Facultas theol. Octob 7 ex gratia concessit Mendicantibus ad impetrandam revocatoriam bullam litterarum Eugenii IV dilationem usque ad festum Assumptionis*[1] *an. 1444.*

1443, Octobris 7, Parisiis.

Auctar Chartul. Univers., II, p. 573, 18 sqq. — Antea Mendicantibus dabatur terminus festum Exaltationis S. Crucis (an. 1443, Septemb. 14) Vid. supra n° 2570.

1. Augusti 15.

2578. *Magistri regentes facultatis medicinae an 1443-44.*

1443, Novemb , Parisiis.

Nomina magistrorum regentium :

Henricus Tibout	Inguerandus de Parenti
Johannes Lengrenoys	Guillelmus de Algia,
Robertus Poytevin	Guillelmus de Camera[2],
Johannes Tiphaine.	Robertus Julienne.
Petrus de Chaciaco	Karolus de Mauregart.
Rolandus Scriptoris[1]	Dyonisius Nugues. [12]

Comment. fac med., II, p. 53. — Nov. 2. decanus fac. electus est Carolus de Mauregart.

1. In marg. add. : « Vacat, quia non continuavit regentiam ». Ultimum inter regentes apparet An. 1430, cum esset canon. capellae palatii regalis, habuit titulo commodati e biblioth. Nostrae Dominae tres primas decades Titi Livii, pro corrigendo unum suum similem librum (FRANKLIN, *Anciennes bibl. de Paris*, I, 52). Similiter an. 1435 librum astrologiae e bibl. Sorbonensi mutuavit (DELISLE, *Cab des ms* , II, 194). Laudatur ut « phisicien et astrologien » a Joh. Textoris chirurgo (ibid., III, 314). — 2. In marg. add. « vacat, quia non continuaverat »

2579. *Universitas Paris cessavit a praedicationibus a medio Augusto usque ad Decemb. 8, quia connivente Consilio regio receptor taliarum molestationes intulit suppositis Universitatis, eos et pignora cum pecuniis ab eisdem in subventionem taliae capiendo Robertus Ciboule Consilium regium adiit, quod promisit omnia vadia remittere, dum tamen Universitas absolveret receptorem vinculo excommunicationis irretitum, et sermones resumeret*

1443, Augusti 15-Decemb. 8, Parisiis.

Auctar. Chartul Univers. Paris, II, p. 575, 18 sqq., 41 sqq., 576. *Lib procurat. nat Gall.*, in Arch. Univers. Paris, I, fol. 3b Sermones a medio Augusto interdictos fuisse, invenitur in *Journal d'un bourgeois*, p. 369.

2580. *Licentiati in facultate theologiae*

1444, Januarii 20, Parisiis

Mag. Johannes d'Aucy, Cholet[1]
— Guillelmus Bouillé[2],
Frat Michael de Epila, Pred [3]
Mag Petrus Corii[4].
Frat Johannes Regis, Cluniac [5]
— Hugo Theobaldi, Minor[6].
Frat Guido Moretini, Minor[7].
— Guillelmus Danielis, Carm [8]
— Thomas Amoret, Pred [9].
— Nicolaus Juvenis[10].
— Stephanus Morelly, Aug.[11].

[11]

Bibl. nat. Paris, ms. lat. 5657a, fol 20b — Tunc temporis mag. Eustachius de Mesnillo decanus facultatis fuit, an. 1437 adhuc quartus in ordine. Vid. supra.

1. Mag. theol Febr. 17. — **2.** Mag Mart. 27. — **3.** Mag. Jun. 25. — **4.** Mag. an. 1445, Nov 22 — **5.** Mag. 1444, April. 2 — **6.** Mag Maii 4. — **7.** Mag. Jun. 16. — **8.** Mag. 1446, Januar. 18. — **9.** Mag. 1444, Maii 22. — **10.** Mag. Jun. 9. In msto adjungitur . « cancellarius S. Genovefae », scil. an. 1451 — **11.** Mag. Martii 3

2581. *Cum civitas Sancti Quintini statuta publicavisset, quae observationem festorum quorumdam violabant, Universitas Paris, in curia, ore Radulphi de Porta magistri in theol, consilium suum affert.*

1443, Decemb. 30-1444, Januar. 30, Parisiis.

Lundi xxxe jour [de Decembre]. — En la cause d'entre les doyen et chapitre de Saint-Quentin en Vermandois demandeurs et complegnans d'une part, et les maire et eschevins ou jurés dudit lieu defendeurs et opposans d'autre part.

Pour les demandeurs dit que l'eglise est de fondation royal, la collation et disposition des benefices appartient au roy . . [*Opponentes fecerunt civitati statuta*] soubz coleur de bien, c'est assavoir que l'en gardera les festes qu'ilz y declarent, mais ilz y laissent S. Quentin, S. Martin, la Magdalène et autres, et que qui fera le contraire ou ouvrera fenestres de quelque mestier qu'il soit, l'amendera à eulx de xx sol., senon à jour de samedi, à quel jour non[obstant] la feste qui y escherroit chascun pourra marchander; et qui au jour d'une desdictes festes vouldra faire aucune chose, leur en demandera congié

et ils leurs pourveeront. Et par ainsi en enfraignant les festes l'eglise ne les pourroit pugnir soubz umbre de congié ... Lesdiz opposans aux sermons publiques firent publier leurs statuz, ... firent defense à l'official que n'en cogneust ... Dit d'un mareschal qui pour cheval avoit necessité le soigner, demanda congié à l'official, lequel lui octroya, quant opposans le sceurent; en despit de ce, quant le sceurent, ne lui vouldrent donner congié; qui demonstre bien la bonne entention qu'ilz ont à l'eglise.

Rapiout, pour les opposans et aussi demandeurs contre frère Jehan Vinet[1], inquisiteur, dit que la ville de S. Quentin est ville assise en pais de Marche, à cinq lieues des fins du royaume, ... le marché y est chascun samedi ...

Mardi derrenier jour. — Rapiout, ... continuant ses defenses, dit que ... n'ont parties recitez au vray leurs statuz et y advise bien l'Université. Dit que les defendeurs avoient pris lettres royaulx par lesquèles leurs avoient fait defendre que ne les troublassent en leurs statuz et fait de la police ..

Jeudi ix[e] jour [de Janvier]. — En la cause d'entre les maire, eschevins et jurez de la ville de Saint-Quentin demandeurs d'une part et les doyen et chapitre de Saint-Quentin defendeurs, et sur ce que comme autrefois a esté requis, le recteur de l'Université a demandé estre ouy, a esté faite distribucion de conseil ausdits maire et eschevins de Rapiout et Billet contre l'Université, et à l'Université de Luilier et Veay, sans prejudice que les maire et eschevins dient que l'Université n'y doit estre receue.

Maistre R[aoul] de la Porte, maistre en theologie, pour l'Université dit que l'Université voulant monstrer à chascun ce que est si on dit que Jhesucrist est *corpus nostrum misticum, habemus jurisdictionem, ecclesiasticam scilicet et temporalem*, qui ne doivent s'anprendre l'une sans l'autre, *per corpus predictum misticum.* La temporelle jurisdiction regarde la police et union des creatures, l'ecclesiastique *non solum respicit policiam et unionem temporalem,* mais *etiam spiritualem, plura membra in unum corpus sunt, sed non eundem actum habent*[2]. Le roy nostre sire est le chef de la juridiction temporelle *in regno suo*, moult favorisée et grande pource que lui et ses predecesseurs *magis certarunt pro fide*, et lui ont les pape et l'eglise donné grans terres et seigneuries, comme Albigois et autres. *Universitas ejus filia* le y veult aidier, advertir et favoriser en ce mesmes qui regarde la foy, et aussi sa court souveraine. Dit que, à la requeste des rois de France tres crestiens, ont obtenu des papes l'inquisiteur de la foy, que chascun doit aidier, et dès ce que l'en parle de la foy ou chose qui y puisse toucher, chascun doit craindre et trembler et doit l'en l'inquisiteur et son auttorité et puissance moult craindre et entretenir, sans *super his que sue sunt jurisdictionis* aucune chose entreprendre. Et neanmoins lesdis demandeurs y ont fort entrepris; car combien que à eulx ne appartiègne statuer de la foy, *fecerunt contra,* comme il dira; *nam credere debemus articulos fidei et precepta decalogi servare; et ea moderare vel infringere jurisdictio temporalis non potest, eo quod esset venire eciam contra jurisdictionem, quod* ung chascun crestien fait quand on le mect à

l'eglise; n'est raison que la temporalité perturbe l'espiritualité, car ce seroit incourir les peines qui sont en droit; et, qui plus est, telz choses furent *inicium errorum enormium* des Boesmes, qui *in initium statuere volebant de festis*. Et quant l'en leur soufferoit statuer *de divinis*, à grant peine se pourroit l'en reparer pour les tres grans inconveniens qui en vendroient. Et pour ce, voyans que les statuz que ont faiz sont erronéez, chascun est tenu obeyr à l'eglise, sur peine d'erreur commettre contre la foy, et y doit chascun crestien bien panser, afin aussi de eschever les pugnitions de Dieu, ... et aussi que nostre noble royaume ne perde le tiltre de tres crestien. Dit que l'Université, voyant que les statuz touchent et sont contre la foy, s'est adjoincte et adjoinct avecques ledit inquisiteur. Et quant l'en scet que cecy touche la foy, chascun y doit tendre à reparacion, ny empescher l'inquisiteur, mais le tenir pour excusé. Maintenant quant l'en voit que cecy vient contre la foy, et qu'il a bien procedé et usé de sa jurisdiction, requiert l'Université la court qu'elle la tiègne pour excusée, le laisser pleinement joyr de sa jurisdiction et ne l'empesche aucunement; car les statuz des demandeurs sont contre la foy et tres suspectz. Dit que pour l'onneur de la court, l'inquisiteur a sursis un an, et voyant au bout de l'an que son procès encommancié se interrupoit et que cecy touchoit la foy et y pouvoit avoir inconvenient, n'a peu plus dissimuler. L'Université en ce le veult soustenir *usque ad mortem*. Dit que chascun desdis membres *corporis mistici* doit aidier l'aùtre, et pourtant le recteur et l'Université *adjurant curiam per sacra sacramenta baptismi*, etc., que en ce elle secoure, favorise et aide ledit inquisiteur et l'Université, *ut facere tenentur*, *possunt et debent*. Et au surplus a requis que la court les ait en sa bonne grâce, *offerentes personas*, etc. Dit que le statut contrarie *observationem sabbati*, chascun de la court le scet et cognoist : *sine fide Deo placere non possunt*[3], dont la jurisdiction temporelle ne peut cognoistre, mais appartient à l'eglise.

Luilier, pour l'inquisiteur, dit que le fait de l'inquisition a esté assez dessus touché. Maistre Jehan Vinet pour sa prodomie et souffisance a esté ordonné inquisiteur. Dit *quod in his que sunt fidei* il ne peut delayer; dit que *per visionem statutorum et informationum et per oppositionem magistrorum* en ceste ville a trouvé aucuns de S. Quentin estre suspectz en la foy, et les fist citer; au jour ne comparurent, et *in contemptum regis et curie nichil egit,* mais leur vouldroit en tout son pouvoir obeir et les reverer, mais il fault qu'il face le devoir de son office. Dit que ne croit que la court vueille cognoistre que la chose touche la foy ou non, car à l'inquisiteur appartient. L'inquisiteur a procedé plus doulcement que la matière ne le requiert, et pluseurs sont citez *in materia fidei* qui pourtant n'on[t] peché, mais il convient qu'ilz obeyssent et viègnent par devant l'inquisiteur eulx purger .. Et le fait de l'inquisiteur ne touche point la communauté de la ville, mais seulement les particuliers ....

Rapiout dit que la manière de l'adjunction de l'Université est bien estrange, car ilz ne dient ne monstrent point quelle chose ne en quoy est contre la foy.

Luilier dit que c'est sur ce sur quoy ilz sont citez par devant l'inquisiteur, autrement ne le declarera, car à l'inquisiteur appartient en cognoistre.

Rapiout dit que ... ilz ont voulu prendre autre texte que celui de leurs statuz declarez en leur complainte.

Jeudi xvj[e] jour. — Rapiout, pour les opposans contre l'Université et le procureur du roy, dit que l'inquisiteur a deceue l'Université, et n'avoit cause de soy adjoindre, et ne se peut excuser l'inquisiteur qui n'ait failly et abusé en son procès ... Dit que a fait certaines propositions à son appetit, desquèles il lut la teneur qu'il dit que les opposans et defendeurs ont fait, icelles propositions il a baillées à l'Université pour savoir s'elles touchoient point et estoient contre la foy, et ne sont lesdites propositions ou conclusions dudit inquisiteur tèles que sont les statuz des maire et eschevins ... Dit que en ceste ville sur les boulengiers, barbiers et autres mecaniques, le roy qui est tres crestien et ses officiers d'ancienneté ont fait et gardé statuz sur la police aux jours des festes *propter necessitatem* que les inquisiteur et Université n'ont maintenu estre contre la foy ...

[Jeudi xxiij]. — Piedefer, pour les defendeurs, dit que .. en trois choses les statuz ne se peuent soustenir, en ce que y ont imposé peine de xx sol. par appliquée à leur profit, ... ilz ont fait *contra* le commandement de l'eglise, et par ce doit l'amende appartenir à l'eglise; *aliud esset* s'ilz eussent statué sur le poix, sur l'aulne, sur mauvaise marchandise et *talia hujusmodi*, ouquel cas amende leur pourroit appartenir, et en appert de leur ambition ... Aussi le second point . . c'est de donner congié de besoigner aux festes et de le defendre, ce qui seulement appartient à l'eglise . , ils ordonneroient indiferemment que les festes seroient festivées, et autres non ... Ont dit que quant feste cherra au samedi, que l'en marchandera, *ergo* indiferamment chascun besoignera et marchandera ...

Leurs statuz portent que eulx mesmes les ont faiz et non les officiers du roy .. Après la publication de leurs statuz ceulx de l'eglise se sont assemblez et leur ont remonstré par le doyen de l'eglise, qui est notable maistre en theologie, comment en ce ils avoient mal fait et qu'ilz le reparassent; n'en vouldrent riens faire. ... Dit que maintenant parties envoyent querir les femmes qui reçoivent les enfans et leur font faire serement et certains interrogatoires, ou contempt et prejudice de la jurisdiction ecclesiastique.

[Jeudi xxx[e] jour]. — Sur ce que les parties estoient appoinctées au Conseil pour faire comme la cour les appoincteroit, dit a esté que lesdites parties mettront tout dont se vouldront aidier dedans trois jours par devans la cour et au Conseil[4].

Arch nat Paris., X[1a] 4800, fol. 21[b], 23[b], 27, 30[b], 38, 45. — Rem tetigit Quentin de la Fons, edente Ch. GOMART, *Hist. particuliere de l'eglise de S. Quentin*, I, p. 339.

1. Ms. hic et infra « Binet » Ille Vineti, de quo supra saepius. Vid. nº 2474. — 2. Vid. *Rom.*, xii, 4. — 3. Vid. *Hebr.*, xi, 4 — 4. Auctore Quentin de la Fons, major scabinique usurpasse jura capituli declarati sunt, prohibitumque est ne mercatores diebus festivis venderent.

2582. *Licentiati in facultate medicinae*

1444, Martii 23, Parisiis.

Die lune xxiij^{a} mensis Marcii fuerunt licenciati et vocati hujusmodi baccalarii secundum hunc ordinem; primo

Magister Odo de Credulio, nationis Francie.
— Gaufridus Amici, nacionis Normanie.
— Petrus Pilatre, Galicus

Comment. fac. med., II, p. 59. — Ibidem legitur « 30 Marcii fuit vesperiatus mag Odo in domo magistri sui, item 2^{a} April. fuit magistratus dictus Odo in fac. med., — 20 April. vesperiatus Gaufridus ».

2583. *Licentiati in facultate decretorum*

1444, Aprilis 7-8, Parisiis.

Anno eodem, die martis septima Aprilis post Ramos palmarum, fuerunt in sero signeta bachalariis transmissa ex parte domini cancellarii Paris. pro licentia in crastinum celebranda. Die mercurii octava dicti mensis, que fuit mercurii septimane sancte, convenerunt domini de mane in domo prefati domini cancellarii Paris qui et ipse doctor est regens, et ibi post aliquas altercaciones ratione ordinis, tandem suum rotulum confecerunt ubi ordo bachalariorum licentiandorum fuit descriptus, et ipsum rotulum sigillaverunt tribus sigillis solito more ...

Licentiati anno M^{o}CCCC^{o}XLIII°, viij Aprilis ante sanctum Pascha :

Dominus Albertus de Capsa, abbas Versiliacens [1],	adoptatus per dom abbatem S Khaterine
— Theobaldus Viardi, abb de Ungiaco [2],	— — Joh. Chuffart, cancel
Magister Johannes Mortis [3], cantor s capel palatii Paris ,	— — P de Brena.
Frater Johannes de Narbonesio [O S B],	— — Joh de Courcellis
Magister Anthonius de Laye,	— — abbatem Gaudiivallis.
— Sigerus Clerici,	— — abbatem S Katherine
— Gervasius Meloti,	— — Joh. Midoulx
— Mauricius Folpe,	— — Martinum de Fraxenis
— Guillelmus [de] Hericourt.	— — Ludovicum Bailly.
— Stephanus Yver,	— — Joh de Montigny
— Johannes Magistri,	— per me Petrum Maugier, decan. fac
— Blasius Gresle,	— per dom Martinum de Fraxenis
— Anthonius de Fuers,	— — Joh. Chuffart
— Philippus le Bègue,	— — Petrum de Brena
— Thomas Bonne,	— — Joh de Mota, priorem de Beco.
— Ricardus Galli,	— per dictum Joh Midoulx
— Franciscus Courtois,	— per dom abbatem Gaudiivallis
— Guillelmus Acuti,	— per me Petrum Maugier, decanum.
— Johannes de Wuilleris,	— per dom Joh Chuffart
— Guillelmus de Layens,	— — Joh de Montigny,
— Johannes Chappeti,	— — Joh de Mota, priorem de Beco
— Petrus de Partis.	— — Joh de Courcellis.

Magister Nicolaus Catonis,	adoptatus per dom. abbatem S Katherine
— Balduinus Multoris,	— — Joh de Courcellis
Frater Johannes de Bona,	— — Ludovicum Bailly
Magister Petrus Mantelli,	— — Martinum de Fraxenis.

[26]

Et statim post licentiam duo, scil. magistri Blasius Gresle et Petrus de Partis, qui de locis suis non fuerunt contenti, verba contumeliosa dixerunt aliquibus ex dominis et continuaverunt per aliquos dies sequentes. Contra quos conclusit facultas procedere et fecit fieri informationem per mag. Johannem Lestournel et Guillelmum de Bosco.

Memor. fac. decret., I, fol. 218b. Post Petrum de Brena (ab an. 1442, Nov 10) fuit decanus Petrus Maugier (an 1443, Novemb 7-1444, Novemb. 7).

1. Saltem an. 1444 jam abbas fuit. In *Gall. christ* , IV, 474, solum ad an 1457 affertur. — 2. Vid. *Gall. christ.*, IV, 489, ubi tamen nullus annus notatur, an. 1454 ad S Stephanum Divionens translatus est (ibid., p. 764). — 3. Eodem anno, Aug. 22, petit a papa ut cum par. eccl. de Savigniaco, Lugdun. dioec., retinere valeat plura beneficia (Suppl Eugen. IV, n° 392, fol. 82).

2584. *Eugenius IV confirmat Johannem le Bugle in scribam curiae conservatoris privilegiorum*

1444, Aprilis 8, Romae.

Eugenius, etc. Dil. fil. archidiacono ecclesie Parisiensis .. Sincere devotionis affectus. ... Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis le Bugle[1], clerici Parisiens., petitio continebat, quod olim officium notariatus principalis seu scribe curie conservationis privilegiorum universis magistris, doctoribus et scolaribus Parisius studentibus indultorum certo modo vacans ven. fr. noster Johannes episcopus Belvacens., unus ex judicibus et conservatoribus privilegiorum hujusmodi a sede apostolica specialiter deputatus[2], officium ipsum sic vacans deputationis hujusmodi vigore prefato Johanni cum omnibus juribus et pertinentiis suis universis contulit, donavit et assignavit, ac etiam de illo sibi providit.

[Confirmat summus pontifex provisionem, et quod ab eodem officio quoad vixerit per episcopum Belvacens. vel alium sine rationabili causa amoveri non possit]. Dat. Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dom. millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, vj id. Aprilis, pontificatus nostri anno quarto decimo.

Reg. Vat. Eugen IV, n° 362, fol 132.

1. Vid. supra n° 2533. — 2. Johannes Juvenalis des Ursins conservator fuit ab an. 1436. Vid. n° 2480. Sed jam hoc anno, a mense Februario, designatus erat ad sedem Laudunensem, et de novo episcopo Belvacensi agebatur (cf. PÉCHENARD, *Jean Juvénal des Ursins*, p. 219) Antiquus scriba conservatoris, Johannes le Bugle, de suo officio timebat, et juste quidem, nam revera novus conservator episcopus Meldens Petrus de Versaliis (vid. n° 2585), mag. Johannem Pickquardi ut scribam praesentavit (*Auctar.*, II, p. 591, 22). Inde magna contentio, etiam in curia Parlamenti, oriebatur, ut infra mox apparebit. Vid. n° 2597.

2585. *Gerardus Macheti facultati theologiae Paris. de conservatore privilegiorum et de Mendicantibus.*

1444, Julii 29, Villemori.

Clarissimis viris, sacrorum eloquiorum professoribus emeritis, dominis et magistris decano et ceteris suppositis sacre facultatis theologie studii Parisiensis.

Omni et sane optimo jure, viri patres et fratres Deo amabiles, plurimam debui vestre sancte congregationi et singulari merito unicuique vestrum gratiam pro officio conservatoris privilegiorum alme matris nostre Universitatis, ope vestra et sedulitate exactissima collato viro utique dignissimo, reverendo utpote in Christo patri et domino, domino episcopo Meldensi[1], supposito non ignobili vestre facultatis sacratissime, pro quo vehementi studio, corde et animo attentius caritatem vestram vicariis scriptis exoraveram. Unde vestri medio fruens desiderio, me ipsum (si quid sum) vestro cetui desideratissimo obligatiorem ipse profiteor. Tantam ergo erga meam exiguitatem expertus benivolentiam, multa fiducia utor apud vos, et caritas Christi urget me, Deus pacis et dilectionis, supliciter exorare pro concordia et pace observanda cum fratribus quatuor Ordinum Mendicantium, qui, ut verbis utar apostoli, sunt « carissimi propter patres[2] », doctores nostros loquor, qui seminaverunt nobis bonum semen fidei et doctrine, quorum sapientia fulget ecclesia et facultas nostra, per orbem nominatissima. Quod si usquequaque refformari non valeat pax tam desiderata, hoc unum donate michi, patres, ut nichil innovetur usque adventum regis ad urbem Parisiensem[3], qui, ut spero, non tardabit, quo accedente annuente Domino vos omnes toto affectu desideratos videbo. Ministrabit autem, sicut michi sperare fas est, Dominus auctor pacis et amator media opportuna transquille unanimitatis Adaugeat Dominus incrementa frugum caritatis vestre et supposita multiplicet in diebus nostris, ut opus est. Actum in equitatu regio, tugurio parvissimo pagi Villemori, luce xxix[a] Julii.

Bibl. nat Paris., ms. lat. 8577, fol 54[b].

1. Johanne Juvenalis des Ursins, episcopo Belvacensi, Laudunum translato, et nondum confirmato (April. 3, Arch. Vat , Oblig. nº 72, fol. 3), Petrus de Versaliis, episc. Meldens., Martii 12 supplicavit, ut sibi officium conservatoris conferretur (*Auctar.*, II, p. 584, 2 sqq , 42 sqq.). Solum Jun. 11 officium obtinuit, recusato Guillelmo de Helandia, novo episcopo Belvacensi (ibid., p. 590, 33 sqq.). — 2. *Rom.*, xi, 28. — 3 Cum Mendicantes bullam revocatoriam non procuraverint (vid supra n[is] 2570 et 2576), nova difficultas exorta est (vid. *Auctar.*, II, p. 603, 35), Universitas tamen, Gerardo Macheti obtemperans, factum usque ad adventum ejus suspendit (ibid., p. 604, 3). Mendicantes vero uti volebant privilegiis sicut ante emanationem bullae, quod Universitas non concessit (ibid , p 606, 8 sqq., 608, 36) Gerardus Macheti in fine anni 1444, vel principio anni 1445 scribit de querela fratrum Mendicantium « qui cum facultate nostra contendunt. Quo super late animum meum aperui mag. Guillelmo Buillé, et antea cum uno magistrorum nostrorum cognominato [Michaele] Anglici » (ms. lat. 8577, fol. 61). Guillelmus Bouillé Universitatis ambassiator ad regem fuit Decemb. 12. Vid. nº 2591. Lis non sopita, de novo exarsit an 1456, et Mendicantes pejora quam hac tempestate ab Universitate passi sunt. Vid. BUL., V, p. 601 sqq.

2586. *Mense Augusti « una nova impositio supra aliqua supposita Universitatis per consiliarios regios adinventa » facta est, ut regi subveniretur. Summae impositae erant per modum mutui. Rector Universitatis et procuratores nationum electos (élus sur le fait des aides) adierunt ad conquerendum, sed aliqui electorum*

contra rectorem et procuratores Franciae et Picardiae manus levaverunt rectoremque vulneraverunt « usque ad effusionem sanguinis[1] » Propter hoc et propter impositiones Universitas indixit cessationes a lectionibus et sermonibus. Et revera cessavit a Septemb. 4, lectiones resumpsit Octob. 11, sermones vero solum an. 1445, Martii 14. Duo ambassiatores ad regem mittuntur[2].

1444, Aug., Septemb. 4, Parisiis.

Auctar Chartul., II, p 593, 17 sqq ; 594, 37, 599, 25 sqq., 612, 29. Ibidem singula enarrantur *Journal d'un bourgeois*, p. 375, *Journal Parisien de Maupoint*, p. 32, ubi quantum ad lectionum cessationes assignantur Septemb. 2 usque Octob. 15.

1 Rector Universitatis tunc (Jun. 23-Octob. 10) fuit Albertus Scriptoris, nat. Alemanniae, et per annum et dimidium de hac injuria in Universitate agebatur. Vid. *Auctar.*, p 595, not., et 638, 45. Apud BUL., V, 534, et TUETEY in *Journal d'un bourgeois*, p. 376, not. 1. factum perperam refertur ad Martinum Chabaz. — 2. Rex Septemb. 11-14 apud Spinellam, a Sept. 20 Nancen morabatur (vid. BEAUCOURT, *Hist. de Charles VII*, t. IV, 50, 52) Ambassiatores missi erant Johannes de Oliva et Johannes Haneron (*Auctar. Univers.*, II, p. 595, 26, 37). Ut ex Instructionibus nº 2592 liquet (p. 649), Universitas ambassiatoribus Instructiones dedit, quae tamen nunc desiderantur. Octob. 11 ambassiatores jam reversi erant, et narraverunt, regem cessationes aegre tulisse (ibid. p. 599, 27, 30), portaveruntque « litteram » regiam, quae, quia Universitati non placuit, non praesentata est, quod regi displicuit (p. 628, 27 sqq). Ideo ejusdem notitiam non habemus Tenor tamen ejusdem aliqualiter ex Instructionibus infra editis, p. 649, cognoscitur (vid. etiam *Auctar.*, II, p. 599, not. 4), et in damnum Universitatis imprimis quantum ad injuriarum illatarum reparationem et arbitros in causis constitutos composita erat.

2587. *Capitulum Cisterciense abbati de Ellantio mandat, ut Arnulphum, qui in Collegio S. Bernardi lecturam Bibliae peregit, ad legendas Sententias in immediate sequenti anno ordinet, et infra Pascha cum debitis provisionibus Parisios mittat, eumque ibidem teneat, usquedum Sententias finiverit. Abbates de Signiaco, de Valle regis, de Caherio, de Caladia, de Valleclara et de Igniaco certas summas solvant pro supportatione dictae lecturae.*

1444, Septembris 12, Cistercii.

Constit. et Capp. general. Cisterc in Archivo status Luzern , ms. 544, p. 779-780.

2588. *De reformatione facultatis artium.*

1444, Septembris 25, Parisiis

Vicesima quinta Septembris an Dom. millesimo CCCCXLIIII, que fuit dies veneris, celebrata est per dom. rectorem congregatio facultatis artium in S. Juliano super reformatione facienda in dicta facultate. Et placuit nationi [Francie] procedere ad dictam reformationem. Et ad hoc dedit deputatos sequentes, videl. venerabiles et discretos viros mag. Johannem François, Yvonem de Ponto, Senonens. et Turonens. provinciarum decanos, Egidium Houdebin, Johannem Solerii, Victorem Textoris et Darianum [Petri], una mecum [Stephano Nicolai] procuratore. Et voluit natio quod futurus rector haberet jurare perficere pro viribus complementum dicte reformationis[1].

[Puncta reformationis.] Primo quod scolares de una domo in aliam domum vadunt; 2º faciunt magna festa, inde sequuntur magna inconvenientia; 3º de aliquibus qui emunt scolares et habent suos factores; 4º de aliquibus qui legunt textum tocius logice, phisice aut metaphisice infra triduum vel biduum; 5º de conclavi, scil. quod tertius superveniens non posset se revocare[2].

1. Arch Univers Paris., *Lib. procur. nat. Gallic.*, I, fol. 14[b]. — 2. *Auctar. Chartul.*, II, p. 597, 13 sqq., ubi etiam delegati nat. Alemanniae notantur Johannes de Dorlo, Jacobus de Gouda, Lambertus Schout.

2589. *Magistri regentes facultatis medicinae an 1444-45.*

1444, Novemb., Parisiis.

Nomina magistrorum regentium :

Henricus Thibout,
Johannes Lengrenoys
Robertus Poitevin
Johannes Tiphaine
Petrus de Chaciaco.
Ingarandus de Parenti.
Guillelmus de Algia
Guillelmus de Camera.
Robertus Julienne
Karolus de Mauregart.
Dionisius Nugues
Odo de Credulio.
Petrus Pilatre[1].

[13]

Comment. fac. med , II, p. 61. — Nov. 7, decanus fac. continuatus est Karolus de Mauregart. An 1445, eosdem omnino tredecim regentes invenimus, Petro de Chacy Nov. 6 decano fac. med. electo (ibid., p. 67).

1. Nomen postea add., nam Decemb. 3 solummodo incepit P. Pilatre sub mag Joh. Lengrenois (ibid., p. 61).

2590. *Universitas Paris ad Gerardum Macheti, ut praelati sub poena compellantur suppositis beneficiis providere; remedium afferatur contra deportatores librorum, agit contra judices a rege assignatos*

1444, Octob -Decemb., Parisiis.

Exulavit solita quies, pater in Christo reverendissime atque domine singularis, dum nostras deseruit oras vestre tuitionis paterne personalis propiciatio, si nostrarum peticionum cepta negotia vestre providencie munus amplissimum fine prospero non dixerit celeriter terminari. Protulimus regie celsitudinis in conspectu magnifico et scripto dedimus articulos vestre paternitati notissimos[1], quibus precipue indigemus ad nostri studii transquillam validamque salutem. Sed eorum responsa valida non habemus. Petimus idcirco et vestram dominationem excelsam (que nobis reffugium efficitur singulare) humiliter deposcimus, ut in articulis memoratis litteras regias nobis promissas expediri et ipsa regie auctoritatis eisdem inseri responsa valida, nostre quieti propicia, vestra operari dignetur reverendissima paternitas. Petebamus, reverendissime pater, *sanctionis pragmatice* cursum pacificum, et secundum eam nostris nominatis et nominandis ad beneficiales promotiones congrue provideri per dominos patronos et prelatos, et eosdem ad hoc compelli per suarum temporalitatum detentiones. Sed vestra dominatio nobis responsum regium manifestans, nostram dixit [e]xauditam sic petitionem, quod loco captionis temporalitatum penam gravem rex apposuit, [quin]quaginta scilicet marcharum auri in ipsos prelatos ac ceteros contrarium facientes. Super quo litteras petimus cohercivas. Et nece[....], earum que suborte sunt inter papam et Concilium disceptationum occasione, privationes cessare

beneficiales sub artissimis penis[2] similiter petebamus; atque librorum deportaciones [contra] nostrum consensum acrius querebamus inhiberi; rursumque serv[ationem] nostro[rum pri]vilegiorum et illius imp[osition]is revocationem, que pro audit[ionibus?] generalium a domino nostro rege .... manavit, petimus instanter.

Quanta autem necessitudine pro nostra salute petitis in[di]geamus, cognoscit aperte vestra providissima paternitas. Non enim florebit nostrum studium, pater et protector reverendissime, si solite desint nostris suppositis beneficiorum provisiones, que viris literatis debite sunt, et sine libris litora colere[3] diceremur, et sine cursu nostrorum privillegiorum, quibus ab omni exactionis jugo liberi videamur, cum universis nostris officiariis, consiliariis et servitoribus plenissime, quos summe nobis neccessarios restringere non possemus, non valemus subsistere. Illa insuper exorbitans littera generalium, que nostra jura confundit et opprimit, evellenda est celerius. Placebit itaque dominationi V. reverendissime litteras nobis facere expediri, que premissorum votiva responsa teneant et penis gravibus execucionem debitam superaddant. Sic enim vestris obsequiis dediti summum opificem colemus pacifice, studio nostro quiete vacabimus et regie prosperitatis in evum, vestrasque devotius orabimus felicitates ac salutes. Scriptum.

Minuta chartac. pessumdata in Arch nat. Paris., M 65ª, nº 97 (olim A 33. x). — Epistola certe ad Gerardum Macheti scripta est. Ad eam tempestatem, qua ambassiatores apud regem morabantur, et quidem an. 1444, pertinet. De compulsione praelatorum etiam in Instructionibus infra p 647 agitur. Eodem anno praeterea, Augusti 21. repertum est « dolia libris repleta asportari de Universitate et villa Paris. ad extraneas partes in permaximam evacuationem librorum studii Paris. » (*Auctar.*, II, p. 593, 26). « Deportatores » librorum perquirantur et puniantur (ibid., lin. 41) In *Lib procurat. nat. Gallie.*, fol. 32ᵇ, etiam scribitur ad an. 1445, libros Collegiorum quorumdam perdi Et de istis, ut insuper de judicibus a rege assignatis, in hac epistola Universitas monet. Opinamur eam compositam esse inter primam (Septemb.-Octob.) et secundam ambassiatam (Decemb.).

1. Qui in prima ambassiata proponebantur, et quorum in Instructionibus nº 2592, p. 649, mentio fit. — 2. Concilium Basil. Ferrariam transferendo an. 1437-1438, Eugenius IV excommunicavit beneficiisque privavit eos qui in congregatione Basil. manserunt vel ei adhaeserunt. Quorum beneficia a caeteris papae fidelibus postulata sunt, itaque Suppl. Vatic. talibus petitionibus, beneficia magistrorum Parisiens. saepe cupientibus, referta sunt Vid. etiam infra p. 647. — 3. I. e « terram sterilem arare ».

2591. *Ambassiata ad regem mittitur, pro facultate theol Guillelmus Bouillé[1], pro fac decret mag. Petrus Maugier, pro fac med mag. Robertus Julienne, pro natione Franciae mag Joh. Soleri, pro nat. Picardiae mag Joh. Baille, pro nat. Normanniae mag Petrus Richier, pro nat. Alemanniae mag. Albertus Scriptoris. Novemb. 8 electi, Decemb 12 jam iter arripuerant, secum Instructiones[2] portantes.*

1444, Decembris 12, Parisiis.

Auctar. Chartul. Univers. Paris, II, p. 600, 39 sqq, 603, 38 — Januarii 2 jam regem attigerant (*Auct.*, p. 605, 40), qui tunc Nancei commoratus est Februarii 5 Parisios reversi erant (*Auct.*, II, p. 610, 10).

1. Primo etiam Johannes d'Aussi electus erat, sed ipso impedito (vid. *Auctar.*, II, 603, 7) Guillelmus solus pro theologis profectus est, cum quo etiam Gerardus Macheti conversabatur (Bibl. nat. Paris., ms. lat. 8577, fol 61) — 2 Quas vid. nº 2592.

2592. « *Instructiones alme Parisiensis Universitatis pro suis ambassiatoribus ad dominum nostrum regem destinandis.* »

1444, Decemb., Parisiis.

Primo exhibitis humiliter reverentia et honore debitis, et presentatis litteris credentialibus Universitatis ejusdem, ipsaque Universitate regie celsitudini devote commendata, suas legationis causas seriose reserabunt.

In primis, quod ipsa Universitas, perpetua et primogenita filia regie majestatis, zelatrix fidelissima publice salutis catholici orbis, precipue regie exaltationis et prosperitatis hujus christianissimi regni, ex debito sue professionis unionem, pacem et transquilitatem ubique desiderans ea, que ad pacem sunt, hortari et dogmatizare[1] tenetur.

Et singulariter, quod circa statum ecclesie, vigente nunc (proth dolor) notorio et pestifero scismate, plurimum turbate necessariam et salutarem unionem ipsa Universitas prosequi tenetur, et circa hunc insistentes articulum dicti oratores habeant reserare, quantum sit hujusmodi unio neccessaria et utilis, extra quam nullus residere censetur fidelis catholicus; cum gratiarum etiam actionibus ma[g]nificis regiam extollentes providentiam, que ad suorum instar illustris memorie precessorum, multis jam prelatorum Francie convocationibus, ambassiatis, laboribus et sumptibus circa hanc unionem vacare dignata est.

Item ad regiam deducant memoriam protestationes consultissimas per suam excelsam providentiam in materia ecclesie solemniter emissas, quibus tandem exprimere voluit ut christianissimus rex quod, ut sancte ecclesie determinationem tutius inquireret et ipsius unionis media pertingeret, suam Francie ecclesiam convocaret solemniter et secundum advisamenta et consultationes ejusdem securus ambularet.

Item et ostendant quod jam opus instat ipsam ecclesiam Francie congregare in loco aptissimo et numero solemni in omnibus suis suppositis notabilibus, ut exinde solemnis procedat deliberatio, quam prosequi regia fidelitas secure poterit et debebit ad investigandam ecclesie unionem.

Petant igitur humiliter circa hanc materiam prefati oratores quod placeat regie majestati vocare prelatos omnes hujus regni (sancte et provide advisaturos media pacis et ecclesiastice unionis) ac in propria persona comparituros, neque per procuratores admittendos, nisi urgente neccessitate impedimentum prebente legitimum, de quo fidem facere tenebuntur, qui tunc valide excusati loco sui viros notabiles singuli singulos suis sumptibus mittere non differant. Sitque locus hujusmodi congregationis Parisiensis hec civitas, in qua locorum et victualium amplitudo viget, et multitudo residet litteratorum, qui veritatem bene noverint discernere et consulere fideliter et sane.

Item quod usque ad ipsam ecclesie Gallicane congregationem petitam nichil valeat innovari neque immutari, neque etiam[2] in collatione beneficiorum, electionum celebra-

tione, ac ceteris Bituris alias solempniter conclusis, et precipue donec ipsa Universitas super his ad plenum sit audita, cujus interest gravissime.

Item neque in oppositum movere debet regiam celsitudinem congregatio predicta facta Bituris[3], in qua pauci admodum prelati interfuerunt, cum tamen res tanta requirat solemnem omnium prelatorum comparitionem et presentiam.

Item, et quoniam provisio suppositorum Universitatis seu nominationum ejusdem, per *sanctionem pragmaticam* expressa, fere inanis et inutilis censetur ex deffectu compulsionis collatorum, petant ipsam compulsionis litteram alias a regia majestate Universitati concessam, aut talem saltem compulsionem qualem dominus noster rex pro suis nominatis excercet assidue.

Item et sicut ex litteris regiis patentibus alias ordinatum et proclamatum extitit, iterum ordinetur et publicetur, quod pendente hujusmodi prosecutionis ecclesiastice pacis tempore, nullus molestetur in persona, beneficiis seu bonis per quamcunque auctoritatem vel censuram hac occasione vel ratione. Et si quid factum sit, revocetur, et compellantur compellendi[4].

Item et ubi contingeret aliquid super collatione beneficiorum innovari, ita quod domino nostro pape altera pars, et altera dominis prelatis seu collatoribus et patronis ordinariis assignaretur, sic dignetur regia majestas pro provisione studentium intendere, quod pro nominatis et nominandis per Universitates quatuor menses in quolibet anno assignentur discreti et expressi, quoniam et sic litium sublata materia et pace relicta studentibus, recte ipsa beneficia ecclesiastica conferentur illis, quibus sacra jurium documenta jubent, volunt et decernunt ea debite assignari.

Item ut vitetur circuitus, et ordo rectus confusionem aboleat, disponatur quod in qualibet provincia unicus, scilicet metropolitanus, conferat per Universitates nominandis omnia beneficia in dictis quatuor mensibus vacantia, preter illa que ad suam propriam collationem seu qualemcunque dispositionem vacare contigerit, que per primum suum suffraganeum certum et nominandum conferantur dicto tempore alteri dictorum nominandorum. Et[5] quia hec fecunde eruditionis parens non ex una regione solum, sed diversis mundi partibus viros in se tenet beneficialium promotionum capaces, procuretur omnibus commune bonum et promotio juxta posse, sic videlicet quod ita ordinetur per summum pontificem eisdem fieri in singulis christianissimis regionibus.

Pax regni.

Item et consequenter, ipsi oratores, apperientes ruinas et scissuras hujusmodi christianissimi regni (proth dolor!) occasione guerrarum in eo prolixarum desolatissimi, laudare et commendare habeant pacem et serenitatem ejusdem fore convenientissime perquirendam, solidam tamen atque veracem.

Item et quoniam ad pacis media treuga aliqua publicata est, per dominum nostrum regem concessa ad tempus[6], ostendatur quod hac treuga durante damna non modica inferuntur Universitati Parisiensi, necnon pluribus ecclesiis et viris ecclesiasticis hujus regni, qui suos redditus habent spirituales seu ecclesiasticos et beneficiales in partibus Normannie, qui redditus jam ad utilitatem cedunt notorie Anglicorum.

Item precipue apperiatur, quomodo ipsa Universitas Parisiensis in suis Collegiis maxime fundata est, in quibus quasi tota residet, ymo et durantibus guerrarum discidiis jam ipsa perisset, si in ipsis Collegiis non esset conservata Quorum tamen Collegiorum fere media pars in dictis Normanie partibus suos habet fructus et redditus, quibus et scolares in studio alimentari et ipsa Collegiorum edificia sustentari solita sunt. Sunt etiam plures scolares et magistri in dictis partibus Normannie beneficiati, qui suorum beneficiorum fructibus in studio sustentari solebant

Item et jam pium est intueri ipsa Universitatis Collegia ibidem fundata ruinas minari gravissimas, suppositis et studentibus vacuari, ipsosque ibi beneficiatos egestate confundi, ex eo precipue, quod a tempore reductionis urbis Parisiensis ad regiam obedientiam suos redditus et fructus consuetos minime perceperunt; que in dicte Universitatis jacturam non modicam cedere noscuntur.

Item et longe gravius in dicte Universitatis dissipationem cedit, quod dictorum Collegiorum fructus et redditus per adversarios applicantur ad quosdam in illo studio Cadomensi de novo studentes pretensos, qui in hujusmodi Universitatis extirpationem erigi noscuntur. Et jam in ulteriorem cedit jacturam, quod dicti Cadomenses publica proclamatione fecerunt seu procuraverunt inhiberi, ne quis de dictis partibus Normannie audeat ad studium Parisiense accedere sub gravibus et maximis penis, ymo ab apostolica sede, ut fertur, impetrarunt quod preferantur in assecutione beneficiorum omnibus aliis studiis et alibi studentibus.

Petant igitur oratores prefati, ut regie celsitudinis providentia, dum aguntur media pacis seu treugarum concessio, placeat ad publicam salutem maxime in sancte ecclesie et ejusdem Universitatis favorem et conservationem sic agenda disponere, ut ipsi ecclesiarum, Collegiorum et beneficiatorum redditus ad suos reddeant antiquos possessores, scilicet ad loca et personas prefatas precipue hic in studio morantes, cum sint res spirituales censende, ymo et ipsi ecclesie et Universitatis alumpni tali notorie immunitate gaudere debeant, quod nullo jure intra guerrarum prophanos amplexus debeant comprehendi, tollaturque dicta inhibitio, et liberum sit omnibus Parisius studere volentibus accedere, ibidem et morari, et ceteris preferri studiis et nominatis secundum formam suorum privilegiorum et observantias notorias. Petent etiam omnium privilegiorum dicte Universitatis et precipue papalium plenum et liberum cursum in dictas Normannie partes expediri, necnon alia dominia in regno Francie Anglicis subjecta.

Pax Universitatis.

Item et quoniam in tranquilitate et pace propria Universitas ipsa viget et conservatur, regia semper clementia disponente et paterno favore filiam tantam amplexante, justum censetur, ut ipsa jam turbata Universitas ad regium paternumque recurrat auxilium.

Item et hujusmodi turbationis causam cum omni humilitate et amaritudine poterunt ipsi oratores declarare et cetera conferentia advertere et exprimere, prout in instructionibus novissime datis duobus venerabilibus magistris[7] ad regiam majestatem transmissis latissime continetur. Que instructiones[8] sigillate presentibus oratoribus pro sua rursum instructione traddite sunt, ac si hic haberentur inserte et de verbo ad verbum expresse, ut ipsi oratores presentes illa procurent, petant et perficiant pro viribus, que per dictos venerabiles magistros non fuerunt completa et perfecta, petita vel obtenta.

Item et quoniam dicti venerabiles magistri a regia serenitate benignissime suscepti sunt, et inter petita quedam utilia reportarunt, regie celsitudini gratiarum dicentur actiones, etiam quia alteri dictorum magistrorum, prout ipse retulit, ipsa regia liberalitas sommam centum[9] scutorum donavit gratissime.

Item et quia non est satisfactum humilibus ejusdem Universitatis requestis, neque sentit ipsa Universitas suarum attrocium injuriarum aliquam reparationem, sed potius agravationem et magnam processuum involutionem per quedam contenta litterarum, quas ipsi venerabiles magistri attulerunt, idcirco querendo que ad pacem sunt, iterum Universitas eadem remedium iterato decrevit humiliter implorandum

Item et super hoc ipsi oratores habeant declarare, quomodo Universitas contra regis officiarios nichil querelle vult, voluit neque vellet intentare, sed solum contra excessuum perpetratores singulares in suum caput et rectorem, in suos officiarios et alumpnos palam commissorum, in enorme scandalum eorundem, lesionem atque jacturam, scilicet contra N. et T.[10] suosque complices. Et nichilominus ipsa littera regios officiarios, ymo et sic regium procuratorem partem formalem adversus Universitatem constituere videtur, contra dicte Universitatis mentem et intentionem. Absit enim, quod contra dominum nostrum regem aut suum procuratorem ipsa Universitas litem debeat neque velit intentare, cujus adjunctionem et tuitionem ipsa postulat humiliter et instanter.

Item et apperiantur cetera ex ipsa littera oriri parata in eadem Universitate turbamina, inquietationes et prolixe processuum ordinariorum involutiones, difficultas congregandi in unum quatuor dispares judices, quos Universitas suos non esse judices profitetur, cum sola regia majestas presentialiter sui corporis causas solita sit tractare tanquam sue filie primogenite et perpetue, inter quos etiam judices pretensos unus ex generalibus assignatur, licet ipsa Universitas, diu est, appellavit, ne quis generalium de suis cognoscat agendis. Hec enim omnia frangunt et graviter offendunt jura, privilegia, libertates et usus, ymo transquillitatem et quietem Universitatis ejusdem.

Item et declaretur quomodo ipsa Universitas sine judiciorum strepitu audiri debet et expediri, et sibi illata lesio sommarie et de plano per judicium regie celsitudinis reparari. Et ita factum est temporibus retroactis in facto domini Karoli de Savoisy, in facto domini Guillelmi de Tygnonville et aliis pluribus. Sic enim notoria mala continuo reparantur, justitia petentibus erogatur, et pax perhennis in eadem Universitate servatur.

Item ostendant ipsi oratores, quod licet ad nullam illate Universitati injurie reparationem sit processum, ob reverentiam tamen regie majestatis et pro suarum satisfaciendo contentis litterarum, ipsa Universitas omnes scolarum et lectionum actus resumpsit[11], licet suorum privilegiorum tenor haberet, quod licebat usque ad condignam reparationem cessare[12].

Item, ut jam pateat cum omni reverentia loquendo, quod ipsarum litterarum contenta nova inconvenientia, turbationes et contentiones pariant et afferant, declaretur modus quem isti domini pretensi judices tenuerunt, et quomodo regius procurator partes contra Universitatem assumit, injuriarum auctoribus in pace dimissis. Quanquam neque Universitas neque partes adverse litteras ipsas acceptaverint, presentaverint aut se eisdem voluerint juvare, ymo ex partibus adversis declarantibus se partes constituere non velle.

Item et satis est mirandum quod commissarii ordinati super illo mutuo, cujus occasione orta est contentio[13], instante Universitate, noluerunt nomina et sommas dare Universitati illorum per eos impositorum et compulsorum, quos dicebant velle eximi et abuti privilegiis dicte Universitatis, quanquam ipsa Universitas eorum nomina peteret, ut reformaret, si quos repperiret abusus et a domino nostro rege non peteret liberationem abutentium quorumcunque; et ut posset regia majestas concipere, quod pro modica summa tanta insurgit turbatio, similiter etiam non obstante ordinatione regia anullante mutuum nuper impositum, non redduntur neque restituuntur vadia capta quibusdam suppositis, scilicet Johanni Theobaldi papietario nostro, neque Francisco Fanouche[14].

Petant igitur dicti oratores, quod placeat domino nostro regi reparationem injuriarum Universitati illatarum, sicut petitur, aut alias rationabilem in promptu et sommarie decernere et ordinare, attento quod clare constat de eisdem per multiplices et solemnes informationes, immo ipsa facti notorietate, advocatis ad suam regiam presentiam omnium litium et processuum exinde ortorum et finitorum materiis atque causis, et imposito silentio suo procuratori et [nomin]atis seu pretensis judicibus ac aliis quibuscunque; quod etiam privilegia dicte Universitatis illesa ab omnibus conserventur, et secundum ea sigillo rectorie plena fides adhibeatur ubique.

Minuta chartac. in Arch. Univ. Paris., theca I, AA. i et AA k (Duas notationes accepit, quia duobus papyri foliis constat.) — Bul., V, 535 sqq , qui ut etiam Jourdain, nº 1284, Instructiones perperam ad Decemb. an. 1445 refert. An. 1444, Novemb. 23, in Universitate lectae sunt, Decemb. 1 minutae confectae erant (*Auctar.*, II, p. 602, 7; 603, 3). Instructionibus an. 1444 compositis in principio an. 1445 usi sunt.

1. Minuta : « digmatizare ». — 2. Minuta « etiam neque ». — 3. Pro Maii 1 an 1444 indicta, sed Septemb. celebrata. 82.

Vid. *Auctar*, II, p. 588, 29, et not. 3, et 593, not. 1. — **4.** Vid. supra nº 2590, not. 2. — **5.** Sententia « Et . . regionibus » in fine documenti addita est cum signo insertionis, at illam omisit BULAEUS. — **6.** Induciae factae sunt a Junii 1 usque ad an. 1446, April. 1, (CHARTIER, ed. VALLET DE VIRIVILLE, II, 43). — **7.** Scil. Johanne de Oliva et Johanne Haneron. Vid. supra nº 2586, not. 2. — **8.** Nunc desiderantur. — **9.** Minuta « cetutum ». — **10.** « Ingerramnum de Thumeri, Petrum de Carnay et suos complices » in marg. imo add. In Arch nat, Z¹ª 15, fol. 13ᵇ, ad an 1445, April. 5, posterior vocatur « Jehan le Carnier ». — **11** Vid supra nº 2586; non tamen sermones resumpsit. — **12.** Vid *Chartul.*, I, p. 138, lin. 2. — **13.** Vid. nº 2586 — **14** Deinde in marg. add. : « similiter vadia capta a nostris suppositis non restituuntur », quod jam in praecedenti sententia, ipsa primae redactioni superposita, exprimitur. De his Universitas ab hoc tempore continue conquerebatur. Vid. infra ad an. 1450, nº 2655.

2593. *Dux Burgundiae scribit Universitati Paris. quod est promptus omni cum affectu ipsius Universitatis privilegia et libertates secundum suum posse manutenere.*

1445, ante Januarii 8.

Auctar. Chartul Univers. Paris., II, p. 608, 15 sqq.

2594. *Facultas decretorum Milonem d'Illiers, petente duce Aurelianensi, ad lecturam matutinalem admittit*

1445. Martii 11, Parisiis

Die xj mensis Martii anno Domini MCCCCXLIIII, presentibus dominis Joh. de Courcellis, Joh. Chuffart[1], M. de Fraxinis, P. de Brena, L. Bailli, P. Maugier et J. de Mota decretorum doctoribus, auditis supplicationibus in facultate hodie factis per magistros Millonem d'Illiers[2] et Johannem Guerin, contendentes et contendere volentes super lectura lectionis matutinalis, facultas pro bono pacis et concordie et ob reverentiam illustrissimi principis domini ducis Aurelianensis, qui supplicari fecit pro dicto mag. Milone, et aliorum multorum dominorum et magistrorum qui pro dictis contendentibus supplicaverunt, certis etiam aliis causis legittimis ipsam facultatem moventibus, ordinavit, deliberavit et conclusit, quod magister Millo leget ordinarium ab hac die usque ad festum Penthecostes proxime futurum exclusive, et a dicto festo Penthecostes et deinceps dictus Johannes Guerini leget dictum ordinarium in magnis scolis et cum capa, et etiam ab hac die usque ad festum Penthecostes proxime futurum dictus Johannes Guerini leget ordinarium in secundis scolis, si voluerit; quodque dicti contendentes promittent hujusmodi conclusionem fideliter tenere et servare et non venire aliquomodo contra dictam conclusionem, directe vel indirecte, publice vel occulte in dicta lectura et temporibus predictis, sub omni pena possibili inferri; qui contendentes ita promiserunt, et dixit expresse dictus mag. Millo quod stare volebat conclusioni et arbitrio dicte facultatis.

Memor. fac. decret, I, fol. 221. — De iisdem super lectione contendentibus pluries in sequentibus congregationibus agitur.

1. Tunc (ab an 1444, Nov. 7) decano. — **2** Ab an. 1443 decanum Carnotens. (vid. *Gall. christ.*. VIII, p. 1205) An 1452 cum facultate decret. litigavit propter ordinem, quo doctoratum in fac. decr. receperat (vid. infra) An. 1459, Maio, in episcopum Carnotens. a capitulo electus, Aug. 31 a Pio II confirmatus est (*Gall. christ.*, l. c, p. 1185). Vid. de ipso A. CLERVAL, *Les écoles de Chartres*, p. 524 (Index)

2595. *Epistola et 14 conclusiones facultatis theologiae Paris. ad ecclesiarum praelatos contra* festum fatuorum *in Octavis Nativitatis Domini vel prima Januarii in quibusdam ecclesiis celebratum.*

1445, Martii 12, Parisiis.

Universis ecclesiarum prelatis et earum venerabilibus capitulis ubilibet constitutis, humilis sacre theologie facultas studii alme Universitatis Parisiens. honorem et debitum christiane pietati obsequium. Zelus cultus divini atque multorum fidelium clamor, necnon quorundam episcoporum querulosa requisitio nos inducunt et impellunt sub brevi epistola describere, quantum abhorreamus quantumque detestemur illum cujusdam festivitatis ritum, quem sui compositores *festum fatuorum* vocant. Et quamquam ex sacre Scripture testimoniis, tam veteris quam novi Testamenti, quibus Deus ab omni spurcitia templum suum ac ministros mundos esse et sanctificatos districtissime mandavit, tale festivitatis gurgustium, quo sacerdotes et clerici interiori et exteriori spurcitia se polluunt, templumque Dei et ecclesias fedant, facillimum sit reprobare; tamen, quia hujus rei patratores se consuetudinis lege protegere conantur, ac inde pertinaciter suis superioribus resistunt, majori acriorique opus est reprehensione et tanta, quod correctionis acerbitas contumaciam talium pertinacium frangat et superet. Quocirca quid in hac re sentimus, breviter et succincte declarabimus[1], quatenus prelati studiosius et audentius a suis subditis, etiam per cauterium dure punitionis, si sit opus, hunc pestiferum ritum depellant.

Et primo, quid de ejus origine censemus. Porro a gentilibus venit hec spurcitia atque de reliquiis gentilitatis est hec festivitas, licet festum fatuorum a suis fautoribus intituletur.

[Facultas deinde demonstrat, gentiles ad superstitiones tractos fuisse, statuas daemonibus dicatas coluisse. Principes « se deificare existimantes » idola sibi similia colenda statuerunt, et festa in certis mensibus et diebus sibi per ludos secundum desideria carnis celebranda instituerunt, in quibus sacerdotes prae aliis debacchabantur. « Sic in principio Maii festum Veneris et Priappi, sic in Februario festum Plutonis et Proserpine, sic in kalendis Januarii festum spurcissimi Jani » celebrabantur. « Sola vero spurcissimi Jani nefaria traditio in kalendis Januarii hucusque perseveravit », et quidem in ecclesiis, in locis sanctificatis, et quidem a personis Deo consecratis, in Octavis Nativitatis Salvatoris, in quibus omni sanctimoniae studere deberent.]

Quis, queso, christianorum sensatus non diceret malos illos sacerdotes et clericos, quos divini officii tempore videret larvatos, monstruosos vultibus, aut in vestibus mulierum aut lenonum vel hystrionum choreas ducere, in choro cantilenas inhonestas cantare, offas pingues supra cornu altaris juxta celebrantem missam comedere, ludum taxillorum ibidem exercere[2], thurificare de fumo fetido ex coreo veterum sotularium, et per totam ecclesiam ligurire[3], saltare, turpitudinem suam non erubescere, ac deinde per villam et theatra in curribus et vehiculis sordidis duci ad infamia[4] spectacula, pro risu astantium

et concurrentium turpes gesticulationes sui corporis[5] faciendo, et verba impudicissima ac scurrilia proferendo? Et sic de multis aliis abhominationibus, quarum pudet reminisci et recitare horret animus, que tamen, ut fideli relatione accepimus, hoc in anno multis locis facte sunt[6]. Quis, queso, fidelis intelligens, hos ecclesiasticos impios et crudeles in Dei honorem, in ecclesie honestatem, et in famam propriam non judicaret? ...

« Sed, inquiunt, nos ista joco, et non serio, facimus, sicut consuetum est ab antiquo, ut fatuitas nobis innata semel in anno affluat[7] et evaporetur Nonne utres et dolia vini sepius rumperentur, si spiraculum ipsorum interdum non relaxaretur? *Nos quidem utres veteres sumus*[8] et dolia semirupta; quare sapientie vinum nimis fervens, quod per totum annum in Dei servitio nos comprimentes vi retinemus, efflueret inaniter, si non interdum ludis et fatuitatibus vacaremus. Jocis igitur aliquando vacandum est, ut fortiores postea ad retinendam sapientiam redeamus. » Hec et similia dicunt, necnon inveterati senes dierum malorum complices, eorum excusationem in peccatis querentes; preterea juvenes, novitatum ludorumque semper avidi, talibus monstris risum provocantibus applaudunt. Sed homines de sua salute solliciti aliter longe ab istis sentiunt. *[Facultas per longum his excusationibus ecclesiasticorum, qui etiam consuetudinem longaevam allegabant, sanam doctrinam evangelicam et boni sensus opponit.]*

Quapropter, o reverendi patres et honorati prelati, attendite legi Dei et sanctis, quos Deus mirificavit in terris, ut essent nobis in exemplum et testimonium sue voluntatis. Nolite subdolas voces hominum audire sic dicentium : « Predecessores nostri, qui erant notabiles viri reputati, illud festum permiserunt[9], sufficiat nobis vivere ut ipsi. » Procul dubio istud argumentum diabolicum est, et infernalis hec persuasio, nam illorum exitum ignoratis, scilicet an bonus vel malus fuerit. Sequamini ergo illos, quos Deus sectandos miraculis declaravit. Sequamini sanctos...; sequamini gloriosos episcopos quamplurimos...; sequamini canones sacros summorum pontificum ac generalium Conciliorum, hec ludibria condemnantes veluti pestes animarum; sequamini insuper graves et devotas personas, que hec nefanda spectacula sine merore non possunt aspicere.

Istud, o patres celeberrimi, precamur, attendite, et ad dissipandam destruendamque hanc impietatis colligationem nervos omnes vestre potestatis extendite. Neque vos retardet aut dimoveat cujuscumque exemptio vel privilegium; nam cum in his casibus sit vehemens heretice pravitatis suspicio, nulli suffragari debet exemptio. *[Facultas prosequitur admonitionem cum exemplis e sacra Scriptura.]*

Itaque finem nostre epistole imponendo concludimus, quod a vobis prelatis pendet continuatio vel abolitio hujus pestiferi ritus; nam ipsos ecclesiasticos ita dementes esse et obstinatos in hac furia non est verisimile. Quodsi faciem prelati reperirent rigidam et nullatenus flexibilem a punitione, cum assistentia inquisitorum fidei et auxilio brachii secularis, quam illico cederent aut frangerent. Timerent namque carceres, timerent perdere beneficia, perdere famam et ab altaribus sacris repelli. Oramus ergo Deum Patrem

clementissimum, ut det vobis spiritum fortitudinis adversus has diabolicas furias et omnes pestilentes homines. Amen.

Sequuntur quedam conclusiones a supradicta venerabili facultate theologie examinate, approbate et qualificate ad detestationem et totalem destructionem seu abolitionem supradicti damnabilis et paganici festi fatuorum.

Prima conclusio. Consuetudo introducta ab antiquo[10], secundum quam in quibusdam ecclesiis tam cathedralibus quam collegiatis vel aliis, annis singulis in festo Innocentium, aut S. Stephani, vel Circumcisionis Domini, aut alio, ab ecclesiasticis viris fit quoddam festum, quod *festum stultorum* vocant, in quo solent per eosdem fieri mille derisiones et fatuitates, etiam contra reverentiam Dei et in vituperium magnum cleri et totius status ecclesiastici, est a sanctis patribus et generalibus Conciliis reprobata, et magis est dicenda corruptela quam consuetudo, nec pretextu cujuscunque statuti observanda[11].

Secunda conclusio. Non licet in aliqua ecclesia sub pretextu prefate male et damnate consuetudinis eligere episcopum vel archiepiscopum fatuorum, vel etiam sic electum derisorie et cum ludibrio confirmare, cum episcopalis dignitas fuit a Christo primitus in Novo Testamento instituta et ordinata ad regimen ecclesie sue sancte et salutem animarum; et propterea illi qui de tanta dignitate illudunt et derisoria ac ludibriosa faciunt, videntur male sentire de auctoritate et preeminentia pontificalis dignitatis, que tamen est prima in ecclesie gerarchia. Tales quoque sunt graviter puniendi.

Tertia conclusio. Non licet hujusmodi episcopis vel archiepiscopis fatuorum uti quovis modo insigniis pontificum, videlicet mitra et baculo pastorali aut ceteris hujusmodi; nec etiam decet eisdem archiepiscopis ante se facere portari crucem cum baculo, sicut facere solet archiepiscopus ambulando vel equitando per suam provinciam, cum talia sint in magnum derisum et vituperium episcopalis vel archiepiscopalis dignitatis.

Quarta conclusio. Non licet insuper prefatis episcopis vel archiepiscopis fatuorum facere divinum officium in ecclesia cum supradictis insigniis, nec dare benedictiones legentibus lectiones matutinales, nec etiam benedicere populum; cum talia sint in magnum contemptum et irreverentiam Dei et ejus servitii, et in vituperium magnum episcopalis dignitatis, quam non solum instituit Christus, sed sicut sanctus et verus pontifex primus ea usus fuit, et eam suis apostolis communicavit et eorum successoribus.

Quinta conclusio. Cum supradicta sint districte prohibita, tam per summorum pontificum decretales, quam per generalium Conciliorum decreta, si aliqui, maxime post eorundem decretorum recensitam publicationem et declarationem per prelatum loci aut ejus auctoritate factam, animo pertinaci et indurato supradicta fecerint, aut facientibus auxilium vel auctoritatem dederint, tales poterunt et debebunt puniri sicut contemptores et violatores sacrorum decretorum; et cum hujusmodi violatores decretorum secundum jus canonicum heretici aut in fide suspecti censeantur, cum male videantur sentire de auctoritate ecclesie, poterit contra eos procedi per inquisitorem heretice pravitatis.

Sexta conclusio. Si non licet juxta premissa in predicto festo stultorum facere episcopos aut archiepiscopos fatuorum, qui utantur insigniis pontificum, et faciant divinum officium in ecclesiis, et benedictionem populo impendant, a fortiori ratione non est licitum, etiam pretextu cujuscunque antique consuetudinis aut verius corruptele, in aliqua ecclesia exempta et immediate sedi apostolice subdita facere unum papam fatuorum, qui similiter cum insigniis papalibus faciat divinum servitium, aut benedicat populum, aut alias quovis modo officium pape exerceat, cum talia sint in magnum contemptum et irreverentiam papalis dignitatis.

Septima conclusio. Non licet, nec decet viris ecclesiasticis et maxime in sacris ordinibus constitutis, in quibus magis devotio, sanctimonia et gravitas morum elucere debent, quod sub pretextu aut colore dicti festi fatuorum faciant officium divinum, aut illi intersint, sive[12] habitibus et vestimentis secularium, aut stultorum, vel aliis prophanis, cum talia sint in vituperium et derisum officii divini; peccant mortaliter, et sunt graviter puniendi.

Octava conclusio. Non licet ducere choreas in ecclesia, quando fit divinum servitium, aut comedere seu bibere circa altare, quando missa celebratur, aut alias similes derisiones et fatuitates facere, cum talia sint contra reverentiam Dei et honorem, in contemptum et derisum divini servitii. Et qui talia fecerint, sunt merito secundum qualitatem excessuum puniendi, et si fuerint rebelles et incorrigibiles, contra tales poterit invocari brachium seculare, et adversus eos procedi tanquam suspectos de fide.

Nona conclusio. Non licet ecclesiasticis sub pretextu et colore festi fatuorum dimittere et deponere vestimenta sua clericalia seu ecclesiastica, et uti vestimentis secularium virorum, aut stultorum, etiam extra ecclesiam (cum talia plurimum derogent clericorum honestati et suorum morum gravitati), et adhuc minus licet eis larvatas accipere facies aut depictas, vel assumere vestimenta muliebria, aut facere ludos theatrales, vel ludibria aut spectacula suorum corporum, et alios personagiorum ludos, et maxime in locis publicis, vel coram magna populorum multitudine; et qui contrarium fecerint, etiam pretextu aut sub colore supradicti festi, maxime post supradictorum decretorum publicationem, peccant mortaliter, ymmo tanquam contemptores et violatores sacrorum decretorum sunt puniendi.

Decima conclusio. Non licet viris ecclesiasticis et maxime presbyteris aut aliis in sacris ordinibus constitutis in conspectu populi ludere aliqua personagia ludorum, qui nec ad devotionem movent nec ad mores, sed magis ad risum et ludibrium, cum talia facere nullo modo spectet honestati vel gravitati clericorum.

Undecima conclusio. Seculares homines faciendo tales ludos, qui sunt duntaxat ad risum vel ad ludibrium, non debent uti habitibus vel vestimentis monachorum, vel monialium aut aliorum ecclesiasticorum, cum illud sit etiam a civili jure prohibitum.

Duodecima conclusio. Dicere et pertinaciter asserere, « quod illi, qui impediunt ne decetero fiat festum stultorum supradictum, peccant et sunt excommunicati », heresim sentit et errorem in fide; cum ecclesiastica censura sit ecclesie a Christo concessa contra rebelles

et contumaces, et non contra bene agentes. Dicere enim quod pro actu virtutis sit aliquis excommunicandus et extra ecclesiam proiciendus, male sapit in fide.

Tertiadecima conclusio. Cum secundum beatum Augustinum[13] festum fatuorum supradictum initium et originem sumpserit a paganis et gentilibus, qui similia ludibria in capite Januarii faciebant ad honorem Jani, quem Deum esse credebant, et cui ydolum fabricaverant, in cujus conspectu et quasi illi sacrificando faciebant ludos supradictos, christiani debent maxime talia ludibria evitare et fugere, ne ea faciendo aut assistendo videantur paganizare, et ydolo Jani velle reverentiam et honorem facere, et maxime quando talia fuerint in principio Januarii, qui ab ipso Jano nomen accepit.

Quartadecima conclusio. Si illi, qui supradictum festum consueverunt facere, fuerint de premissa beati Augustini auctoritate sufficienter et, precipue per suum prelatum, certificati, advisati, ymo admoniti, ne predicta ludibria decetero faciant, et maxime in principio Januarii, ne paganizare aut idolatrare videantur, et deinde indurato et pertinaci animo contrarium fecerint, contra illos tanquam in fide suspectos, et paganicorum rituum insectores est procedendum et per inquisitorem heretice pravitatis et cum invocatione brachii secularis, si opus fuerit.

Acta fuerunt hec supradicta et conclusa epistola scilicet que premittitur, et qualificationes, in fine congregationis venerande facultatis theologie in Universitate Parisiensi, in Sancto Mathurino celebrata anno Domini MCCCCXLIIII°, die xij^a^ mensis Martii, per organum venerande circumspectionis et scientie viri magistri Eustasii de Mesnillo, in sacra theologia professoris et decani ejusdem facultatis, post maturam deliberationem, presentibus venerabilibus et circumspectis viris, magistris Johanne de Vernone, Johanne Beroudi, Guillelmo Evrardi[14], Roberto Cybole, Johanne Vineti, Petro de Vaucello et Johanne de Oliva, in theologia magistris, cum pluribus aliis ibidem presentibus. L. POUTRELLI.

Bibl. Divionens., ms. 837 (491), cum inscriptione ut in editionibus, fol. 53-56^b^, e quo editio prima mox citanda. Bibl nat Paris., ms. lat. 9945 (RICHER), fol. 169^b^ *Petri Blesens Opp. omnia* (Parisiis, 1667), p 782-788. MIGNE, *Patrol. lat.*, t. CCVII, p. 1169-1176 D'ARGENTRÉ, *Coll jud.*, I², p. 243-248. Prohibitum est festum fatuorum in ecclesiis sub poena suspensionis omnium proventuum ecclesiast. in Concil. Basil. an. 1435, Jun. 9 (*Mon. Concil gen. saec. XV*, t. II, p 804 sq), et per *Pragmaticam sanctionem* (vid *Ordonn. des rois*, t. XIII, p. 287). Diversus est *ludus episcopalis*, de quo quaedam diximus *Chartul*, III, p. 175, not. 2 Contra festum fatuorum GERSON, *Opp.* II, 109, III, 309, IV, 620 Ludovicus archiepisc. Senonens. et Stephanus vicarius inquisitoris regni Franciae an 1445, Nov. 24, epistolam Universitatis solum exponunt (*Gall christ.*, XII, Instrum., p. 95 sq.). Vid. etiam CHÉRUEL, *Hist. de Rouen sous la domination anglaise*, p. 205 sq , ad an. 1446.

1 Edd. « declaravimus ». — **2** Edd. « exarare ». — **3.** Ms Div. « lugurire » ; edd. « currere ». — **4.** Ms. Div. « Infancia » — **5.** Ms Divion. potius « corporum » — **6.** V. g. Trecis (vid n^um^ sequentem). — **7.** Edd. « effluat ». — **8.** Proverbium adhuc in quibusdam regionibus usitatum. — **9** Capitula quandoque haec festa permiserunt, nam v. g Trecis capitulum S Petri an. 1372, Januar. 10, solum prohibuit suis vicariis celebrare festum fatuorum « sans sa permission » (vid. BOUTIOT, *Hist de la ville de Troyes*, II, p. 264). — **10.** Vid. DUCANGE-HENSCHEL, v *Kalendae*; BOUTIOT, l. c., I, p. 494, CASTAN, *La fête des Fous à Besançon*, in *Mém. de la soc. d'émulation du Doubs*, 1877-1878, p. 388, DÜRR, *Comment. historica de episcopis puerorum* (Moguntiae, 1756, p. 28 sq). — **11.** Facultas singulis conclusionibus « qualificationes » adjungit, quas, cum nihil novi afferant, immo succincte jam dicta exprimant, consulto omittimus — **12.** Edd. « sine habitibus et vestimentis ecclesiasticis, sicut in quibusdam ecclesiis pridem fuit observatum, et qui contrarium fecerint, utendo scilicet in divinis officiis vestimentis secularium, aut stultorum », etc. — **13.** In sermone *De Circumcisione Domini* (*Opp.*, Parisiis, 1700, V, p. 903 sqq.). — **14.** Ms. Divion. et edd. « Errardi ».

2596. *Carolus VII condemnat « la feste aux fols, laquelle en plusieurs églises cathedrales et autres collegiales estoit accoustumé de faire environ les festes et octave de Noel, en laquelle faisant iceux gens d'église irreverences et dérisions de Dieu . en usant d'habits indecents . vestements de femmes, aucuns de faux visages »; ecclesiastici Trecenses, imprimis cathedralis et collegiatarum S Stephani et S Urbani, postquam per paucos annos abstinuerant, hoc anno pejus quam umquam egerunt, dicentes, Pragmaticam sanctionem abrogatam esse*[1]. *Ut tantis malis obviaretur, facultas theologiae Paris composuit « certaine notable epistre » contra talem usum, eamque capitulis regni misit Rex injungit baillivo et praeposito Trecensi et locumtenentibus, ut publicent conclusiones theologicae facultatis Paris., impediendo ne in posterum talia fiant, inobedientes graviter puniendo.* Donné à Nancy en Lorraine le xvij jour d'Avril, l'an de grace M CCCC XLV après Pasques, et de nostre regne le xxiij, sous notre scel ordinaire, en l'absence du grand. « Nostre amé et feal conseiller l'evesque de Troyes »

1445, April. 17, Nanceii

Martène, *Thes. nov anecd.*, I, p. 1804-1807. *Mercure de France*, Octobre 1747, p. 56-63, ex alio fonte. — Cf. Boutiot, *Hist. de la ville de Troyes*, III, p. 19 sqq., et supra nº 2595.

1 Ut tunc rumor fuit, quia Petrus Brixiens., legatus papae, cum Carolo VII morabatur ad finem ut abrogatio fieret.

2597. *Johannes le Bugle, scriba conservatoris antiqui privilegiorum Universitatis, contra Joh Picardi litigat, ad munus suum a novo conservatore vocatum Oppositio Johannis le Bugle a Parlamento admittitur*

1444, Julii 7, 14-1445, Martii 24, Parisiis.

Mardi vij^e jour de Juillet. — Entre maistre Jehan Le Bugle demandeur et complegnant en cas de novelleté, d'une part, et l'evesque de Meaulx, conservateur des privilèges de l'Université de Paris, et maistre Jehan Picart et le procureur de ladicte Université adjoint avecques eulx, defendeurs et opposans, d'autre.

Rapiout pour le demandeur appellant, comme il dit, du recteur de ladicte Université, dit que le demandeur est notables homs et tousjours a esté en l'obeissance du roy, et pour les divisions lui et les siens ont beaucoup perdu; puis la reduction de Paris a esté créé et ordonné scribe principal de la court du conservateur de ladicte Université, lequel est office notable et perpetuel et ne peut estre osté *vita currente* de celui qui le tient, s'il ne le forfait; et quant il vacque, le conservateur le confère. Dit que maistre Jehan Marson longtemps l'excerça, et paravant un autre qu'il nomme, et derrenement vaca par un nommé de Brossis, qui longtemps l'avoit tenu. Par laquèle vacation l'evesque de Beauvais, qui estoit conservateur, le lui confera, et depuis en a joy et le excerce sans reprouche : propose *possessione pertinent* en ceste matière; dit que depuis que Meaulx a esté conservateur, ledit Picart s'est voulu nommer scribe, pour quoy par un *debitis* Le Bugle se fist maintenir, et signifier la sauvegarde et maintenue à l'evesque de Meaulx et audit Picart. Lesquelx respondirent que se garderoient de mesprendre, et furent adjornez aux requestes. Ce nonobstant, l'evesque de Meaulx fist Le Bugle admonester de baillier les registres. Le Bugle dist qu'estoit scribe et ne les bailleroit. L'evesque conservateur ne voust soy desister desdictes monicions; pourquoy Bugle appella de lui. Ce nonobstant, le recteur

envoya un bedeau pour contraindre Bugle à bailler les registres. Se y opposa et dist au bedeau et au recteur comment il estoit scribe, le procès pendant et l'appel dudit conservateur. Le recteur ne le voult recevoir et pour ce appella de lui...

Luilier, pour les opposanz, dit que par privilège l'Université a l'election de un des trois pour conservateur, dont l'evesque de Meaulx est l'un, et dit que ledit de Meaulx a esté promeu à ladite conservation par la promotion de l'evesque de Beauvais à l'evesché de Laon; et au conservateur appartient instituer trois principaulx officiers, c'est assavoir un vicesgerent, un scribe et un promoteur, *dummodo sint grati* à l'Université. Dit[1] aussi que, comme *cessavit potestas* de l'evesque de Beauvais, *cessavit etiam potestas* du Bugle et des vicesgerens et promoteur, et pour ce Meaulx a ordonné maistre Jehan Picart, qui est notables homs pratician et en sa personne saura bien excercer ledit office. Dit que l'evesque de Meaulx conservateur est en possession de povoir ordonner et instituer scribe, et ledit Picart, par le moyen de ladicte institution, en possession de joyr et d'excercer ledit office[2]... Le Bugle ne se cognoist guères en latin; qui plus est, quant Beauvais fut promeu à Laon[3], il fist requeste en pleine Université que l'en laissast les officiers qu'il avoit ordonnés, qu'il requeroit *potissime* pour Le Bugle ...; qui n'est à dire que ce feust office perpetuel ...

Rapiout dit que n'est raison que en soit despoinctié et veult sur ce estre ouy; aussi autre que lui ne peut expedier les actes qu'il a receues et qui sont siens et du temps de l'evesque de Beauvais et qu'il a faiz à ses despens et dont il est en possession et desquelx il doit avoir les proufiz, fault que esdis appoinctemens et actes l'evesque de Beauvais parlera et non autre; et ne sont lesdis papiers contentieux et seront sans ce les causes tres bien continuées et non retardées; aussi par les registres il est chargé de plusieurs actes, procès et munimens et obligié, dont il pouvoit choir en inconvenient, car tel estoit bien son amy qui maintenant lui torne le dos, aussi en ses registres on pouvoit faire des lineatures ou rasures, qui seroit à sa fo[l]le charge...

Luilier dit que y a registre des predecesseurs scribes qu'il n'a faiz, et en ce n'a interest, aussi poy n'y a interest recevable de ceulx de son temps, car les registres est chose publique et interest publique et pour ce doivent estre mis es mains des commissaires du roy, qui comme commis signeront et expedieront, et ne se pourroit faire que à chacune fois les commissaires alassent pardevers lui. Aussi quant de Brossis en fut desmis, ledit de Brossis depuis onques n'excerça ne signa; et lui garderont les commissaires son interest...

Mardi xiiij^{e} jour [de Juillet]. — Rapiout pour le demandeur dit par son fait son entencion estre bien fondée, car l'office de scribe est perpetuel et créé *auctoritate apostolica*, car les privilèges aussi sont *auctoritate apostolica* et les conservateurs aussi sont perpetuez et ne se peuent muer, et *eadem auctoritate sunt creati et conservator et notarius curie conservationis privilegiorum apostolicorum;* un legat qui a aucun pourveu d'aucun bene-

fice, il ne le peut muer ne donner à autre, *quia auctoritate apostolica* il avoit donné au premier; *legatus, etiam est officium perpetuum*. Dit que les autres notaires de la conservaterie sont perpetuez et doncques par plus forte raison le scribe doit estre perpetuel, autrement s'ensuivroit qu'il convendroit que le scribe feist ce que vouldroit le conservateur, et lè scribe est contrerôle du conservateur, et est l'interest grant de la chose publique que soit perpetuel. L'en voit des officiers royaulx qui par les ordonnances royaulx sans cause ne doivent estre muez, et si y a diference entre les seigneurs subjectz, quant à leurs officiers, et le roy quant aux siens, mais il y a plus, car, comme il a dit, les predecesseurs scribes du demandeur ont tousjours joy sans estre muez comme il a declaré, et ne scet, quoy que die partie, que l'office de scribe soit muable; se les vicesg[er]ens et promoteur sont muables ou non, s'en rapporte à ce qui en est, mais il y a grant diference desdis offices. Felix, Marson et Brossis *successive* furent scribes et ne furent muez, et ne scet riens que prissent nouvelles lettres de l'office à la mutation des conservateurs. A ce que l'evesque de Beauvais en mist hors Brossis et y mist le defendeur, et que Chuffart qui l'estoit fut mué par Cauchon evesque de Beauvais conservateur[4]. *Quant à Chuffart, dit que il fut mué par Cauchon, qui estoit fort partial es diférences et divisions qui couroient lors, et tenoit suspect Chuffart du party que tenoit Cauchon*[5]. *Pour cause desdictes divisions*, *Cauchon estoit dangereux;* et n'en voult Chuffart prendre debat aussi; quar il tendoit *ad altiora*, c'est assavoir ne s'en party qu'il ne feust chancellier de la feue royne. Quant à Brossis, Beauvais n'ot onques voulenté de le changer. Vray fut que Brossis estoit aussi fort reputé partial avecques Cauchon et qu'il avoit beaucop de ses biens, et Beauvais absent, l'esleu de Reims[6], frère de Beauvais, pour ces causes et murmures qui en estoient (car ledit esleu estoit vicaire dudit de Beauvais) suspendit Brossis *ab officio* et y commist le defendeur. Apres trespassa Brossis et au defendeur Beauvais donna l'office.

A ce que Hubert fut mué vicesgerent et y fut mis Courcelles par arrest de la court, etc., dit que n'est tout un, car le vicesgerent n'est que comme un lieutenant, mais aussi le conservateur ne commet vicesgerent senon tant comme il lui plaira, et le conservateur qui avoit commis Hubert ne l'estoit plus...

Aux plaintes venues du Bugle, dit que c'est à tort, car Le Bugle *fuit gratus Universitati* et *sic non* aussi *revocandus;* n'a fait en l'office chose qui ne soit bonne, et quant l'en lui a demandé aucune chose, il s'est trouvé que moins a pris et plus genereusement s'est contenté en autant que ont fait ses predecesseurs, et quoy que dient parties il est souffisant à l'office et l'a bien excercé, sans reprehension, et parle bien latin... Les bedeaulx de l'Université sont revocables *ad nutum* et chascun an apportent leurs verges, mais non portant *reperitur* que aucun en ait esté mué ne osté. Se merveille comment Meaulx, qui est notable docteur en theologie, prent en ceste partie sa voulenté pour raison, par laquèle il vouldroit descouvrir un aultre pour en couvrir un autre. Dit que changement est dommage et perilleux, mesmement que Le Bugle est *filius Universitatis* et l'a nourry et s'est attendu

pour son estat et vie audit office, et se y est destiné. Dit qu'il a don du pape dudit office, qui par ses bulles le lui a baillé à perpetuité[7], sur lesquèles bulles a esté le procès bien fait, et les employe. A ce que l'evesque de Beauvais fit requeste en l'Université, ce fut principalment pour Me Louys Bailli vicesgerent, mais pour Le Bugle seulement que l'en ne lui donnast point de competiteur, par quoy ne confessoit que l'office feust muable. Dit que Meaulx lui promist ainsi le faire et neantmoins a fait tout le contraire, combien que autrefoiz Beauvais l'a bien servy, car il fut cause que fut abbé de Talemont[8] et y ala en personne. Si lui seront ses conclusions adjugées en la novelleté, et ne sera provision faicte des papiers, veu ce que autrefoiz en a dit, et aussi que ce seroit decider l'appel du Bugle ou appeaulx faiz par devant et derrière recteur et conservateur, qui ne se doit faire aux appeaulx. Dit que l'appel qu'il a fait est pour ce que le recteur procedoit contre lui *auctoritate Universitatis* et non *de se*, et par ce vient l'appel ceans, et le roy a mis l'appel en opposition dedans les viij jours, qui vault reliefvement, et l'appel est *de connexis novitatis* qui est ceans, partie n'en a requis le renvoy en l'Université et n'a conclud en l'appel, mais que seulement à fin de non recevoir et par ce a gaigné ses causes d'appel et lui seront ses lettres enterinées et aura estat en recreance veu son fait, bulles et tiltres, ainsi le requiert...

[An. 1445, Martii 24.] — Cum in certa causa in nostra Parlamenti curia inter mag. Johannem Le Bugle[9], ... et ... episc. Meldensem, conservatorem privilegiorum apostolicorum ... tantum processum extitisset quod partibus in omnibus que circa premissa dicere, proponere, requirere et concludere voluerant ad plenum auditis, prefata curia nostra partes ipsas ad producendum penes eam quicquid in hac parte producere vellent ac in jure seu in arresto appunctasset. Tandem ... per suum arrestum obtemperando predictis litteris nostris per predictum actorem et appellantem obtentis, appellationem predictam in oppositionem absque emenda mutavit et mutat. Et respectu predicte novitatis per idem arrestum dictum fuit, quod partes predicte erant et sunt contrarie. Facient igitur facta sua, et inquesta facta curie nostre predicte reportata et ad judicandum recepta, ipsa curia faciet jus, recredentiam predicte rei contentiose dicto actori et conquerenti pendente dicto processu et absque prejudicio ipsius adjudicando. In cujus, etc.

Pronuntiatum xxiiij^ta Martii M^o CCCC^o XLIIII^to. MARLE.

Arch. nat. Paris., X^1a 4800, fol. 159^b sqq., 165 (quae sunt an 1444), X^1a 74, fol. 106 (quae sunt an. 1445). — Nescimus an tunc Le Bugle resumptus fuerit in scribam Fortasse solum an. 1448, nam tunc scriba juramentum praestare debuit (*Auctar.*, II, p. 715, 32), et an. 1450 contra « Le Bugle scribam curie conservationis » promotor Universitatis Radulphus Barnasse in Universitate insurrexit, cum « enormiter esset illesus ex verberatione dicti Bugle » (ibid., p. 829, 18, 834, 34).

1. Ms. add. « que ». — 2. Narratur, post Johannem Marson fuisse scribam mag Johannem Chuffart, in cujus locum episcopus Belvacens. (Petrus Cauchon) G. de Brossis suffecit, quem iterum excipiebat Le Bugle. Etiam in facult. decret Johannes de Courcellis subrogatus est in officium vicesgerentis, quod antea tenuit Joh. Hubert (vid ad haec n° 2440). — 3. Vid. n^is 2584 et 2585. — 4 Ab an. 1423. Vid. supra p. 389, not. — 5 Ex quo liquet, Johannem Chuffart saltem tunc minime « Anglo-Bourguignon », ut Petrum Cauchon, fuisse, vel « adversaire intraitable des Armagnacs », ut a principio fuit auctor libri *Journal d'un bourgeois* (vid. TUETEY, in ed.. p. XXIV), immo Petro Cauchon suspectus fuit de sua secreta adhaesione

parti Armagniacorum, seu Caroli VII. Certe postea partes suorum in Universitate collegarum secutus est. Praeterea Johannes Chuffart Petro Cauchon suspectus fuit, licet conatus sit fieri cancellarius Isabellae viduae Caroli VI. Nam hoc fecit non ut adhaerens parti Anglo-Burgundorum, sed quia, ut supra scribitur, ad altiora tendebat. Chuffart fuit homo ambitiosus, et hoc monstravit tam in cumulatione beneficiorum, quam in assecutione et tenaci conservacione cancellariatus eccl. Paris. Hoc etiam Gerardus Macheti dixit (vid supra, n° 2550, not.). Utique etiam ex ambitione processit, si Johannes Chuffart tractatum Trecens. acceptavit. Caeterum vid. supra *Introductionem*. — 6. Jacobus Juvenalis des Ursins, qui etiam fuit decanus Belvacens., ab an. 1444, Junii 25, archiepiscopus Remens. (vid. PÉCHENARD. *Jean Juvénal des Ursins*, p 216 sq., 220 sqq.). Fuit archidiacon. Paris. et tunc etiam vicesgerens conservatoris. — 7. Vid. n^{is} 2533, 2584. — 8. Ex dictis liquet, Petrum de Versaliis non sine Johanne Juvenalis an. 1420, Jul. 3, factum fuisse abbatem S. Crucis Talmundens. (cf. supra p. 224, not. 11).

2598. *Natio Franciae se opponit novo cancellario S Genovefae Johanni de Puteo, Philippo Anglici auxilium conferendo.*

1445, Maii 4, Parisiis.

Die martis quarta Maii facultate artium convocata in S. Maturino ad recipiendum cancellarium et subcancellarium S. Genovefe, natione [Francie] existente in loco debito ad deliberandum, quia per abbatem S. Genovefe[1] presentatus fuerat quidam non graduatus[2], relicto quodam graduato qui vocatur mag. Philippus Langlois, quod veniebat directe contra statuta papalia[3] : ideo natio mater mea se opposuit, casu quo ille presentatus reciperetur, et appellavit. Voluit insuper dicta natio mater mea eidem mag. Philippo dare adjunctionem, favorem et auxilium et consilium in agendis suis, eique de propriis peccuniis subvenire, si eis egeat.

Lib procur. nat. Gall. in Arch Univers Paris., Reg. I, fol. 24^{b}. — In *Auctar.*, II, p. 614, 37 sqq., jam ad Maii 3 de hoc agitur, ubi tamen scribitur, supplicationem Philippi Anglici, ut Johanni de Puteo praeferretur, non fuisse admissam.

1. Petrum Caillou. — 2. Johannes de Puteo Vid. n^{um} sequentem. — 3. Scil. Urbani V. Vid. *Chartul*, III, p. 145, et n^{um} sequent.

2599. *Eugenius IV injungit archidiacono de Josayo, ut inquirat, cuinam, Johanni de Puteo an Philippo Anglici, competat cancellariatus facultatis artium Universitatis Paris.*

1445, Junii 9, Romae.

Eugenius, etc. Dil. fil. archidiacono de Josayo in ecclesia Parisiensi salutem, etc. Litterarum scientia.... Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Johannis [de Puteo[1], can. monasterii S. Genovefe Paris., Ord. S. Aug., bacc. in theol.] peticio continebat quod olim *cancellariatu facultatis artium* dil. fil. Universitatis studii Parisiens. (qui officium, non tamen ecclesiasticum, existit[2], et per monachos prefati monasterii dumtaxat teneri et exerceri consuevit, et[3] quem quondam Martinus Cati monachus monasterii et cancellarius facultatis predictorum dum viveret tenebat et exercebat[4], per obitum ipsius Martini, qui extra Rom. cur. diem clausit extremum) vacante, dil. fil. Petrus[5], abbas dicti monasterii, ad cujus abbatem pro tempore existentem collatio et quevis alia dispositio prefati cancellariatus dum vacat ex speciali privilegio sedis apostolice (cui non est hactenus in aliquo derogatum) pertinent, ipsum cancellariatum sic vacantem dicto Johanni auctoritate ordi-

naria contulit, et in cancellarium prefate facultatis deputavit, ipseque Johannes collacionis et deputacionis hujusmodi vigore (licet dil. fil. Philippus Anglici, qui se gerit pro monacho prefati monasterii et magistro in artibus, a moribus, vita, scientia et gravitate dicti Johannis multum differens, hiis omnibus se opponeret et prefatum cancellariatum ad se spectare assereret[6]) per dil. fil. Universitatem facultatis et rectorem Universitatis studii predictorum ad ipsum cancellariatum admissus[7], illum exinde per se vel alium tenuit et exercuit, prout tenet et etiam exercet de presenti. Cum autem, sicut eadem peticio subjungebat, pro eo quod in quodam statuto auctoritate apostolica edito seu confirmato dicitur caveri expresse, quod in ipso cancellariatu dum vacaverit canonicus dicti monasterii, magister in artibus, si in eodem monasterio talis fuerit, ceteris debeat anteferri[8], et ex certis aliis causis de dictarum collationis et deputationis viribus a plurisque hesitetur, pro parte ejusdem Johannis nobis fuit humiliter supplicatum ut prefatis collationi et deputacioni ac omnibus et singulis inde secutis pro eorum subsistentia firmiori robur apostolice confirmacionis adicere de benignitate apostolica dignaremur : nos qui de premissis certam noticiam non habemus, hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis Philippo prefato et aliis qui fuerint evocandi super premissis et eorum circumstantiis universis auctoritate nostra te diligenter informes, et si per informationem hujusmodi ea vera esse, et dicto Philippo in ipso cancellariatu seu ad illum jus non competere reppereris, collacionem, deputacionem et inde secuta predicta auctoritate nostra prefata approbes et confirmes, supplendo omnes et singulos defectus si qui forsan intervenerint in eisdem. Non obstantibus, *etc.* Dat. Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, quinto id. Junii, anno quintodecimo.

Reg. Lat. Eugen. IV, nº 416, fol. 182. — In Suppl. Eugen. IV, nº 399, fol. 86, exstat supplicatio Johannis de Puteo, concessa eodem die, sed in ea, ut nunc registrata est, omittitur quae supra dicuntur de Philippo Anglici, nec etiam ibidem archidiacono de Josayo commissa est inquisitio, sed supplicatio simpliciter conceditur.

1. Seu « Dupuys ». In Bibl. S Genovefae, ms. 2151, fol. 11, refertur, eum ab an. 1440 circiter cancellarium fuisse. — **2.** Fructus ejusdem erant 24 lib. annuatim. — **3.** Ms. « ad ». — **4.** Vid. supra nº 2500. — **5** Petrus Caillou. — **6** Perperam igitur in ms[to] S. Genovefae asseritur, Philippum solum de cura S Stephani in Monte cum Johanne de Puteo contendisse, qui propterea Philippo cancellariam reliquisset. Vid. etiam num[um] sequentem. — **7.** Minime per omnes. Vid. num[um] praecedentem — **8.** Vid *Chartul.*, III, p. 145.

2600. *Natio Franciae Universitatis et Philippus Anglici supplicant Eugenio IV, ut episcopo Meldensi committat inquisitionem de cancellariatu S. Genovefae. Philippus postea e sententia episcopi in cancellarium instituitur.*

1445, Septembris 27, Romae.

Beatissime pater. Exponitur S. V. pro parte devotorum vestrorum nationis Francie, alterius et primi membri dicte V. S. filie Universitatis Parisiens., et Philippi Anglici magistri in artibus Parisiens., canonici expresse professi monasterii S. Genovefe Parisiens. S. Au-

gustini, quod, licet dudum bo. me. Johannes tit. S. Marci et Egidius tit. S. Martini in Montibus presb. cardinales de sancta sede apostolica deputati auctoritate apostolica statuerint et ordinaverint inter cetera, quod cancellarius S. Genovefe sit et esse debeat canonicus ejusdem monasterii et magister in artibus, si ibi sit, qui jurare habeat aut teneatur coram facultate artium dicte Universitatis, quod secundum merita personarum et depositionem magistrorum examinatorum licentiam largiatur graduandis, cum adjectione decreti irritantis, prout in litteris et processibus inde confectis ... plenius continetur[1]; tamen nuper cancellariatu predicti monasterii per obitum quondam Martini Cati, ipsius monasterii dum viveret cancellarii, extra Rom. curiam defuncti, vacante, abbas ipsius monasterii asserens, deputationem et collationem dicti cancellariatus ad eum spectare et pertinere, ad cancellariatum[2] sic vacantem quemdam Johannem de Puteo, monachum dicti mon., non tamen in artibus magistrum, in prejudicium non modicum prefati Philippi, in artibus magistri, et dicti officii capacis (dictum officium instantissime requirentis, prout etiam de jure sibi juxta decreta apostolica predicta debebatur), preter et contra statuta et ordinationes hujusmodi, que tamen minime de jure facere potuit aut debuit, deputavit, cancellariatumque hujusmodi eidem Johanni contulit, licet de facto, quibus quidem deputationi et collationi natio et Philippus prefati se opposuerunt, ac idem[3] P[hilippus] ab illis ad S. V. ad sanctam sedem apostolicam appellavit, cujus appellationis causa per S. V. domino Petro Martini de Caveis Rubeis vestri s. palatii apostolici causarum auditori primo, et deinde certis causis ad hoc S. V. moventibus advocata et domino episcopo Meldensi ad partes commissa extitit. Cum autem, pater sancte, dicte collatio et deputatio videantur res mali exempli, videlicet nec liceat aut permittere debeatur dicto abbati auctoritate propria corrumpere statuta dicte Universitatis, ex consequenti et retrahere homines a studio, cum non denegari [debeat][4] quod per decreta apostolica eis debetur : supplicant humillime V. S. natio et Philippus prefati, quatenus prefato episcopo Meldens., judici in hac parte[5], mandare dignemini, si ei constiterit premissa vera esse, [ut] prefatas collationem et deputationem dicto Johanni et de eo per prefatum abbatem factas et litteras apostolicas super confirmatione premissorum (si que emanaverint, si tacuerit de oppositione dicte nationis et appellatione dicti Philippi[6]) casset, revocet et annullet eaque nullius roboris existere decernat et declaret, statuta, ordinationes hujusmodi Universitatis in suis robore et firmitate teneri faciat, et dictum officium, quod sine cura est et cujus fructus, etc., viginti librar. turon. parv. secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt ...., dicto Philippo auctoritate apostolica conferat, ipsumque Philippum cancellarium dicti monasterii deputet et ordinet. Non obstantibus quibuscunque. Cum clausulis oportunis. — Concessum, quod committatur episcopo Meldensi[7], ut faciat servari statuta. In presentia dom. nostri pape. Jo. ZAMORENS. Dat. Rome apud S. Petrum quinto kal. Septembris, anno quintodecimo.

Suppl. Eugen. IV, n° 400, fol. 270b. — De hoc exstat bulla Eugenii IV ad episcopum Meldens. « Religionis zelus, literarum scientia, vite ac morum honestas .. super quibus dil. fil. Philippus Anglici canonicus monasterii S. Genovefae ... mag.

in art. apud nos fide digno commendatur testimonio, nos inducunt ut petitiones suas ... admittamus », etc. (HEMERAEUS, *Athenaeum Genovefanum*, in Bibl S. Genovefae Paris, ms 577, fol 411[b]). Sed nescimus sub qua temporis nota, cum ibidem non integra afferatur, et in Arch Vat. eam non invenerimus. Verisimiliter ad idem tempus atque supplicatio pertinet, licet in ms[to] citato ad an 1446 referatur. Ut ut sit, Philippus Anglici solum an 1446, Septemb. 19, bullam Eugenii IV in facultate artium protulit (*Auctar.*, II, p. 665, 25 sqq), vel jam Septemb 17, ut in *Lib. facult. nat Gall.*, fol. 57, narratur, et scripto deinde ostendit, episcopum Meldensem inquisitionem fecisse (post Februar 20 tantum, ut concludimus e *Lib. procur. nat. Gall*, fol. 46[b]) et tandem in suum favorem sententiam protulisse et officium cancellariatus contulisse. Natio Franciae inde conclusit recipere juramentum mag. Philippi tamquam cancellarii Facultas artium eum recepit in cancellarium, eique adjunctionem promisit contra Johannem de Puteo, qui appellavit (ibid.) Philippus nunc cancellarius remansit, etiam postquam an. 1479, Aug. 4, in abbatem S. Genovefae institutus erat (vid. *Gall. christ.*, VII, p. 763 sq.), licet an. 1450, ut n° 2667 videbimus, Universitas contra ipsum similem litem intentaverit, ut saec. XIV contra Johannem Branchart et ad tempus Nicolaus Juvenis in cancellarium institutus fuerit. Vid. n° 2670. Ap. BUL. de his, non parvi momenti, quasi silentium.

1. Scil. *Chartul.*, III, p. 145. Quae supra de « adjectione decreti irritantis » dicuntur, referuntur ad bullam Urbani V (ibid., p. 142), qua decretum irritans generatim in transgressores statutorum emisit. — 2. Ms. « canonicatum ». — 3. Ms. « eidem ». — 4. Ms. « cum non denegatur ». — 5. Quia tunc conservator privilegiorum fuit. — 6. Revera Johannes de Puteo nec de oppositione nationis, nec de appellatione Philippi verba fecit. — 7. Petro de Versaliis.

2601. *Litterae regis Caroli VII, quibus, inter alios solum veros scholares Parisiis, Aurelianis, Andegavis, Pictavis excipiendo, caeteros non vere scholares, scholas non visitantes, ad talliam obligat.*

1445, Junii 19-August.-Septemb.

Arch. nat. Paris., Z[1a] 145[a], p. 28. Vid. *Auctar.*, II, p. 621, 46 sqq. et p. 628, 19, ubi vocantur litterae, « totaliter privilegia nostra extirpantes ». Universitas Paris. adivit praepositum Paris., ut impediret publicationem (vid. p. 622). Subsidia, quae rex a suis subditis pro facto bellorum exigebat, ascendebant ad 300 000 francos. Vid. Arch. nat., Z[1a] 15, fol. 116. Tunc temporis ambassiator Universitatis, Johannes Huwe, apud regem fuit (*Auctar.*, p. 626, 32), Novemb. 20 jam Parisios reversus (ibid., 628, 10).

2602. *Quidam notabilis vir*[1] *Universitatis Paris., nationis Alemanniae, in carceribus palatii positus est per generales. Episcopus Paris.*[2] *Novemb. 25 se opposuit rectori Universitatis ut liberaretur, immo dixit, eum ad se pertinere, adjungens, « quod ipse neque sui officiarii non tenebantur servare juramentum quod alias prestiterunt Universitati, quantum ad ea que concernunt utilitatem sue ecclesie, et quod de hujusmodi re habebat declarationem a summo pontifice » Interim detentus episcopo Paris. traditus est, eumque Novemb. 28 rector aliique adierunt, supplicando ut scholaris restitueretur. Episcopus recusavit, quia inhibitio ei facta est per clientes regios. Proinde Universitas Novemb. 29 conclusit, statim cessationes a sermonibus, et si scholaris intra triduum non restitueretur, etiam cessationes ab omni actu scholastico indicere*[3].

1445, Novemb. 25-29, Parisiis.

Lib procur. nat Gallic., fol. 40 (BUL., V, p. 532 sq.), *Auctar. Chart. Univers.*, II, 629-631, 13.

1. Non Jacobus de Gouda, ut BUL., V, p. 533, asserit, nam de Gouda solum anno sequenti, Febr 17, cum aliis detentus est. Vid. infra n° 2606 et not. 2 — 2. Dionysius de Molendino. patriarcha Antiochenus, postulatus in Paris. episcopus an. 1439, Febr 11, cum esset archiepiscopus Tolosanus, Jun. 10 ab Eugenio IV confirmatus (Arch. Vat., Oblig. n° 66, fol. 46[b]). — 3. Certe restitutus est, nam Universitas non cessavit, et deinde in Actis usque ad Februarii 22 nullius incarcerati mentio fit. BUL. tamen, p. 533, et CREVIER, IV, 129, ea quae Febr. 22 an. 1446 fiebant, confundebant cum factis Novemb. an. 1445.

2603. *In fine Novembris vel principio Decembris Parisios venit Hispanus quidam, Fernandus Cordubens., natus an. 23-24, doctor in omni scientia, qui se obtulit fide media respondere toti Universitati in omnibus scientiis,*

revera in separato conventu plurium magistrorum comparuit, nunquam tamen coram tota Universitate disputavit, immo semper se excusavit, proindeque Universitas eum, per aliquod tempus detentum, Decemb. 14 dimisit.

1445, Novemb. exeunte-Decemb. 14, Parisiis

Quae hactenus de hoc celebri juvene nota erant collegit Jul. HAVET in *Mém. de la Soc. de l'hist. de Paris*, IX, p 192-222. Eum fugerunt quae narrantur in *Lib. proc. nat. Alemanniae* (*Auctar.*, II, 632, 16, 633, 36, 635, 3-12. Vid not. 1), per quae plura ab ipso asserta corriguntur et relata a chronistis ad rectam mensuram rediguntur. Exposuimus haec ibid., p. 631, not. 5

2604. *Carolus VII per suas litteras « super materia injuriarum alias Universitati illatarum » dilationem actionis injuriarum usque dominicam* Quasimodo geniti[1], *qua forte personaliter Universitatem de injuriis ei alias in suum rectorem illatis contentam reddere posset, indixit.*

1445, Decemb.

Auctar. Chartul. Univers,, II, p. 634, 39 sqq. — Agitur de injuria an. 1444, Septemb , rectori Alberto Scriptoris et procuratoribus Franciae et Picardiae illata. Vid. supra nº 2586. An. 1446, April. 6, adhuc conclusit Universitas regi de hoc scribendum esse (*Auctar.*, p. 650, 24 sqq.).

1. April. 24.

2605. *Licentiati in facultate theologiae.*

1446, Februarii 7, Parisiis.

Mag Martinus Chabos[1].
— Johannes Haneron[2].
— Johannes Solerii[3]
— Gaufridus Normanni, Navar.[4].
— Egidius Houdebin[5]
Frat. Rolandus Cozic, Pred.[6].
— Michael de Zelandia, Carm[7].
— Petrus Viatoris, Pred[8]
— Henricus de Colonia, Minor[9]
Frat. Yvo Manguen, Pred.[10].
— Jacobus de Balerna, Cist.[11].
— Johannes Buhot, Carm.[12].
— Johannes Glirie, Aug[13].

Fuerunt licentiati de gratia 28 Maii 1446.

Mag. Simon Germani[14].
Frat Johannes Zamorensis, Minor.
[15]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5657ª, fol 20ᵇ.

1 Mag. theol. Maii 10. Adjungitur per errorem « antiquus rector », nam Chabot tunc « modernus rector » fuit (vid. *Auctar* , II, 634, 17, a Decemb. 16 ad Mart. 24), sequens vero, Johannes Haneron, revera tunc fuit antiquus rector, ab Octob 10 ad Decemb. 16. De Chabot vid. *Auctar.*, l c , p. 633, not. 2. — 2. Mag. Nov. 24. — 3. Mag. Junii 27 Et ideo Martii 24 adhuc in rectorem eligi potuit usque Jun. 23. Vid. *Auctar* , II, 649, 20. — 4. « Fecit vesperias et doctoratum an. 1481, Septemb., aetatis suae 78º anno, praesidente fratre suo [Johanne], eo juniore ». Ad haec vid. LAUNOIUS, *Navarrae gymnas. hist.*, p. 941. — 5 Alias « Houdin ». Mag. 1446, Maii 18. — 6. Mag Oct. 3. De nobili genere ex utroque parente, an 1450 fuit inquisitor in regno Franciae, et a Nicolao V petit, ut beneficium aliquod recipere possit, cum pro inquisitione nulla stipendia habeat (Suppl Nicol. V, nº 439, fol. 70) — Iterum an. 1471 ut inquisitor in toto regno Franciae affertur (Bibl. nat. Paris , ms. lat. 12390, fol 88ᵇ, ubi « Le Cozic »). — 7. Mag. Jun 23. An. 1438 vocatur « Vlilssing ». — 8. Mag. Jun. 22. — 9 Mag. Octob. 24. — 10. « Vel Johannes » Mag. an. 1447, Octob. 16. — 11 Mag 1446, Nov. 10. — 12. Mag 1447, Jun. 12. — 13. Mag. 1447, Octob. 16. — 14. De eo non semel Gerardus Macheti in suis epistolis.

2606. *Cum duo magistri cum septem scholaribus, qui faciebant « des jeunesses », in Castelleto detenti essent, eos magistri Joh. Beraud et Joh. Pain-et-Chair in Parlamento sub comminatione cessationum reclamarunt. Procurator regis eos increpabat vehementer non obtemperando eorum mandatis*

1446, Februarii 22-23, Parisiis.

Mardi xxij^e jour [de Fevrier]. — Sont venuz en la court durans les plaidoieries le recteur de l'Université de Paris, maistre Jehan Beraud, maistre Jehan Painetchar et autres suppos de l'Université de Paris en asses grant nombre, lesquelx ont fait dire et proposer de par ladicte Université, par la bouche dudit Painetchar, que par les privilèges de ladicte Université les escoliers d'icelle ne doivent pour cas leger tenir prison fermée, ainçois le prevost de Paris ou son lieutenant ou autres qui les detendroient tantost les doivent rendre à l'Université; et se tantost ne le font, tantost ilz peuent faire cessacions en ladicte Université, lequel et autres privilèges chascun escolier jure, et iceulx sont tenuz garder et observer *in vim juramenti;* et se neantmoins le cas requeroit prison, les escoliers qui seroient prisonniers doivent estre mis ès maisons ou maison d'aucun bourgois[1] de ladicte ville pour prison, et autrement ne doivent estre emprisonnez. Aucuneffoiz on appelle ou appellent avecques eulx l'evesque de Paris pour demander et requerir telz escoliers prisonniers estre delivrez à ladicte Université ou mis prisonniers chex un bourgois, comme dit est. Mais non pourtant est ce que l'evesque de Paris en aye ou doivent avoir aucunement la detencion ou prison. Et que ce nonobstant, depuis aucuns jours[2] en ça, sont detenuz prisonniers en Chastelet maistres Ja[ques] de Gouda et Teman son frère, François Bertin, Girard de Cremyne, Charles de Rogbroeck, Loquin de Honc, Girard de Camery, Jehan Halet et J. Outreman[3], qui sont nobles gens *et pro casu levi et levissimo*, lesquelx tantost furent requis audit prevost ou son lieutenant de les rendre selon et en gardant la forme de leurs privilèges, lequel en avoit esté et encores estoit refusant ou en demeure en faveur de l'evesque de Paris, lequel il disoit comme ses clercz ou autrement avoir requis. L'evesque aussi, afin que lui feussent renduz par ledit prevost, en avoit baillié une requeste en la court de ceans, laquelle avoit ordonné faire commandement audit prevost de les lui rendre, et en cas d'opposicion, les opposans adjornez ceans, et souz umbre de ce, avoient depuis esté et encores estoient prisonniers oudit Chastellet, en grant lesion et escandre de ladicte Université et de ses dits privilèges. Pourquoy avoit l'Université esté grandement et notablement assemblée, et par grande et tres meure deliberacion avoient ordonné eulx dessusnommez venir en ladite court et remonstrer ce que dit est; et au surplus requerir à icelle court que lui pleust leur rendre ou faire rendre leurs dits escoliers prisonniers, et garder et tenir leurs dits privilèges; *alias quod ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc* ilz, pour garder leurs seremens, veu que leur privilège contient que qui ne leur rendra leurs escoliers, *quod statim cessent*, ilz signifioient et ont signifié depar ladicte Université cessacion totale en icelle. Desquelles paroles, requestes et significacions

de cessacion ledit recteur a advoé ledit Painetchar, et dit que de ce dire et signifier ilz avoient expresse charge depar ladicte Université.

Barbin, pour le roy, dit que la court represente le roy *potentialiter* sans moien. Au roy en son royaume (car il y est empereur et non subgect a homme) appartient seul, et non à pape, ne autre, créer corps ne commune. Il a creé le corps de l'Université et grandement privilegié et c'est bien raison, et est l'Université sa fille, ainsi lui doit reverence, honneur et subjection. Et neantmoins sans grief, sans ordre, sans figure de jugement ne de justice, et sans ce et avant que aucune chose leur ait refusé ou denyé, viennent au roy et à sa presence, c'est assavoir ceans en sa court capital, ou sans y demander justice, et jasoit ce que la court en leur faveur leur eust fait assigner demain mercredi pour ouyr les parties et leur faire raison, combien que *istud sit inauditum et nunquam fuit visum* pour personne qui feust, que la court tint audience le mercredi pour les autres charges ordinaires que la court a audit jour ou conseil pour visiter et juger les procès, viennent de plain bout, comme l'espée ou poing, dire et signifier que qui ne leur fera ce qu'ilz demandent, *quod ex nunc* ilz cesseront. Qui est une grande irreverence [et] arrogance en la fille, chose de mauvaiz exemple *in tanta curia, in presencia tot hominum et in plena audientia* et n'a pas ceste matière esté par eulx bien digerée. Requiert que soient arrestez jusques ilz aient revoqué leurs cessacions; leur soit enjoinct et soient contrains faire tous faiz d'estude comme paravant. Aussi leur soit defendu à grans peines que doresenavant *ita ex arrupto* ne facent et ne notifient tèles cessacions, ilz deussent bien avoir eu regart à l'empeschement de l'evesque, et que n'y a pas grant delay de huy à demain.... Par la court a esté dit ausdiz de l'Université que jusquez à demain ... ilz tensissent pour non dicte et non signifiée ladicte cessacion. Sur quoy ilz ont dit que voulentiers se retrairoient et parleroient ensemble.

Et par ainsi se sont departiz de l'auditoire et parquet de la court; et après aucune espace de temps sont retournez en icelle, en laquelle ledit Painetchar a dit que ce qu'il avoit dit, requis et signifié estoit de la deliberacion meure et grande et par le commandement de ladicte Université et que autre chose ne autrement n'oseroient faire.... Et ausdits de l'Université a la court enjoinct sur toute l'obeissance qu'ilz doivent au roy, qu'ılz facent tous faiz d'estude comme ilz faisoient paravant ladicte notificacion et soubz semblable peine leur a defendu que riens ne facent de nouvel jusques par la court, lesdites parties ouyes, autrement en soit ordonné...

Mercredi xxiij[e] jour. — L'evesque de Paris en personne a dit que l'en menaça de priver de l'Université comme parjurez les gens de son conseil et mesme maistre Jehan Rapiout et maistre Guy Billet ses advocaz, et maistre Jehan de Saint Germain son procureur...

Piedefer, pour l'Université, dit que de par l'Université lesdiz prisonniers ont esté requis par vertu de leurs privilèges et selon la teneur d'iceulx, et dont de tous temps ont joy, et du contenu d'iceulx pour la plus part pourroient et devroient sans privilège joyr.

Sans suppos l'Université ne pourroit estre. *Inter cetera privilegia* les escolliers ne doivent estre emprisonnez *et potissime* se n'estoit *pro casu gravi, pro quo adhuc deberent tradi custodie in domo unius burgensis.* Escoliers sont jeunes gens et font aucunes autres fois des jeunesses, dont *in levibus* appartient la cognoiscence à leurs maistres... Si ne sont *pro enormi delicto* mis *in domo burgensi, ...* Le docteur le doit requerir; se ne lui est rendu, le recteur le doit requerir; se au recteur le prisonnier n'est rendu, le recteur doit requerir l'evesque *in subsidium*[4] de requerir à la justice temporelle le prisonnier pour le mettre *in domum burgensem...* L'Université a premierement requist les prisonniers, qui dès jeudi derrainement passé[5] sont detenuz... Jeudi au soir maistre Raoul Molin[6] qui tient pedagogie et ledit maistre Jaques orent paroles pour ce que ledit maistre Jaques s'en vouloit departir et aler demorer autre part. Des escoliers estant dehors l'ostel, c'est assavoir le cuisinier entra par une fenestre et après un escolier, qui de ladite noise ne savoient riens. Maistre Raoul est mal content dudit departement et qu'il veut dire que à ceste occasion aucuns de ses escolliers le laissent et veulent aler demorer avecques ledit maistre Jaques[7]. Le lieutenant du Chastellet cognut bien que n'y avoit matière de detencion et les vouloit bailler à l'Université; maistre Raoul Molin le senti *et in contemptum predictorum* le notifia à l'evesque, lequel en bailla sa requeste ceans, et y taysi que maistre Girard Gehe, docteur en theologie dudit maistre Jaques, l'eut requis et qu'il feust escolier... Maistre Raoul Morin dit que ne fist entrer son serviteur par la fenestre et n'a point la chose notifiée à l'evesque, lui et maistre Jaques orent paroles pour ce que maistre Jaques se devoit departir d'avecques lui avecques bien cinquante escoliers, et ilz avoient à compter assemble[8], et neantmoins s'en vouloient aler de Fr[ance] et emporter leurs bacg[age]s, comptant devant Jehan Colon et autres gens de bien par la fin duquel maistre Jaques lui demora devant viij^{xx} escus t....

Rapiout, pour l'evesque, dit que ne croit que le privilège soit tel, aussi n'en fait point de foy; aussi l'usage n'est tel, ainçois tout au contraire, *prout de* maistre Robert Juliane qui estoit prisonnier en Chastellet[9] et non *in domo burgensi*, lequel fut delivré par la court à l'evesque, et par la justice des generalx. Lui en fut rendu un autre qui est du pais d'Escosse, mais plus y a, car le texte du privilège est au contraire tant du pape Gregoire[10] que du roy; *nam pro levi casu in domo burgensi cum caucione scolaris potest detineri; pro levi casu, id est quando quis captus et detentus est per suspicionem; in aliis semper detentio spectat episcopo, et pro grandi delicto per episcopum debent in carceribus detineri et puniri....*

Appoinctié ..., et a la court fait ausdiz de ladicte Université les commandemens et defenses que hyer leur furent faictes de non cesser, sus peine de desobeissance envers le roy.

Arch. nat Paris., X^{1a} 4801, fol. 57^{b} sqq — De hac lite fuse agitur in *Auctar. Chartul. Univers.*, II, p. 640, 44 sqq. Cum BULAEUM haec omnia fugerint, ipse diversa documenta falso interpretatus est, et, ut etiam postea CREVIER, quibusdam falsam temporis notam assignavit. *Lib. procur. nat. Gall*, quo BUL. potissime usus est, pauca, immo vere nihil de hoc affert Status quaestionis bene exponitur infra in litteris Caroli VII, Martii 26, n° 2608.

1. Jam in privilegio Philippi Augusti decernitur, praepositum Parisiensem scholares arrestatos in domo scholaris custodire debere, donec eos jurisdictioni ecclesiast. tradere possit (*Chartul.*, I, p. 60, 123). Supra tamen verba bullae Gregorii IX (vid. infra not. 10) « honeste detineri », redduntur per « in domo burgensi detineri ». — **2.** A die jovis, ut infra narratur, scil. a Febr. 17. — **3.** Seu potius « Oudreman ». — **4.** Vid. *Chartul.*, I, p. 223, ad an. 1251. — **5.** Febr. 17. — **6.** Seu « Morini ». Propterea facultas theologiae eum privavit. Vid. *Auctar.*, II, p. 643, 13 sqq. — **7.** Idem verisimiliter Jacobus de Gouda collegium seu paedagogium Parisiis fundavit, nam in cod. 1099 biblioth civit Avenion. Petrus Zwancke de Dixmuda, dictus Pancouke, testatur se quemdam codicem an. 1450-51 scripsisse « in collegio mag. Jacobi de Gouda ». — **8.** Jam an. 1444 alius Alemannus, Albertus Scriptoris, accusatus erat, ipsum velle transferre Universitatem Paris. ad partes Alemanniae (*Auctar* , II, p. 597, 46). — **9.** An. 1443, Sept. 26, mag. Joh. Luillier eum nomine rectoris repetebat. Arch. nat., X1a 1482, fol. 256b. — **10.** In bulla *Parens scientiarum* (*Chartul.*, I, p. 138). Vid. supra n° 1.

2607. *Mandato curiae Parlamenti adversata, Universitas Paris indixit Februarii 23 cessationes a sermonibus, donec scholares capti et detenti restituerentur, quod Martii 10 fiebat. Martii 13 sermones resumpti sunt.*

1446, Februarii 23-Martii 13, Parisiis.

Auctar. Chartul. Univers., II, p. 643, 5 sqq.; 647, 44; 648, 16.

2608. *Carolus VII Parlamento Paris. committit omnes causas Universitatis ejusque suppositorum.*

1446, Martii 26, Parisiis.

Charles, par la grace de Dieu roy de France, à noz amez et feaulx conseillers les gens tenans nostre present Parlement et qui tendront ceulx à venir, salut et dilection. De la partie de nostre procureur general nous a esté exposé que puis naguères maistre Jehan de Gouda, maistre en ars, et autres escoliers de nostre fille l'Université de Paris, pour leurs demerites ont esté prins et mis prisonniers en la prevosté de Paris, lesquielx de Gouda et ses compaignons et complisses, nostre amé et feal conseiller le patriarche d'Antioche, evesque de Paris, ou ses officiers pour lui, requisdrent estre renduz audit evesque comme clers; et aussi pareillement le recteur de ladicte Université requist lesdiz de Gouda et sesdiz complisses lui estre renduz, parce qu'ilz estoient escoliers, par le prevost de Paris, lequel voyant le débat des parties, renvoya ladicte cause en nostredicte court de parlement avecques lesdiz escoliers prisonniers, pour estre par icelle nostredicte court decidé ladicte requisitoire, et que assez tost après ledit recteur, maistre Jehan Painecher, et autres eulx disans deputez de ladicte Université, vindrent en nostredicte court de parlement à ung jour de mardi, environ neuf heures, et requisdrent lesdiz de Gouda et ses complisses leur estre renduz promptement, et en cas que nostredicte court ne les leur rendroit promptement, ilz intimèrent tres irreveremment cessacions à nostredicte court. A quoy fut respondu par nostredicte court que lesdiz de Gouda et sesdiz complisses ne povoient estre delivrez ne renduz audit recteur sans ouyr nostredit conseiller l'evesque de Paris sur l'opposition qu'il avoit faicte, que lesdiz escoliers ne fussent renduz audit recteur. Et le lendemain jour de mercredi, combien que l'on n'eust acoustumé de plaider en nostredicte

court de parlement, à celui jour ilz seroient ouyz, et nostredit conseiller l'evesque de Paris contraint à dire les causes de sadicte opposition, en leur remonstrant qu'ilz se voulsissent deporter de ladicte intimation desdictes cessacions, dont ilz ne vouldrent riens faire. Pour laquelle cause, à la requeste de nostredit procureur general, exposé fut de par nous par nostredicte court, commandé et enjoinct à ladicte Université ès personnes desdiz recteur, Painecher et autres, qui ilecques estoient presens, sur tout ce qu'ilz se povoient meffaire envers nous, qu'ilz procedassent et continuassent en leurs lecçons et tous autres faiz d'estude, en leur defendant sur lesdictes peines, qu'ilz ne fussent si hardiz de cesser. Mais, ce nonobstant, ceux de ladicte Université, en grand contempt et mespris de nous et de nostredicte justice souveraine et desdictes defenses et commandemens, en mesprenant contre nous grandement, ont cessé et fait cesser de predicacions et faire sermons au peuple de la parole de Dieu, qui est contre raison; et disant que nostredicte court ne autres quelxconques fors nous en nostre personne ne povoit cognoistre de causes et affaires de ladicte Université, et qu'ilz n'estoient en riens subgetz de nostredicte court de parlement. Et disoit nostredit procureur que perilleuse et sumptueuse chose seroit, si pour chascune cause de ladicte Université il convenoit venir devers nous, mesmement que pour les grans affaires de nostredicte seigneurie et de la chose publique de nostredit royaume nous fault transporter en pluseurs parties de nostre royaume, loingtains de nostredicte ville de Paris, et que par telz voyes de cesser de prescher la parolle de Dieu le peuple de nostredicte ville de Paris a esté maintesfoiz scandalisé, et encores pourroit estre, si par nous n'estoit sur ce pourveu de remède convenable et de justice.

Par quoy nous, les choses dessusdictes considerées, et que nostredicte court de parlement est souveraine et capital de par nous de tout nostredit royaume, et y respondent et obeyssent tous noz parens, les pers, ducz, contes et autres grans seigneurs de nostre royaume, comme à nous et nostre justice souveraine, à laquelle tous ceulx de nostredit royaume sont subgetz, et aussi que pour les grans et haults affaires de nostre royaume, en quoy som[m]es continuelment occuppez, ne pourrions vacquer ne entendre à nostre personne, à ouyr, discuter et decider des querelles, causes, negoces et questions de nostredicte fille l'Université de Paris, ne des suppostz d'icelle, et que de plus grans choses de moult que celles de ladicte Université nostredicte court de parlement cognoist, decide et determine de jour en jour, et en laquèle est faicte justice à chascun sans acception de personne; voulans pourveoir à ladicte Université et aux suppostz d'icelle, et obvier aux inconveniens et scandales qui pourroient avenir en nostre royaume, et bonne justice et briefve expedition estre faicte et administrée à nostredicte fille l'Université de Paris et les suppostz d'icelle, et rejecter tous delaiz, longueur et involucions de procès et pour autres causes et considerations à ce nous mouvans, et eue sur ce grande et meure deliberacion de conseil, avons ordonné et appoinctié, ordonnons et appoinctons que vous cognoissez et determinez des causes, querelles et negoces de nostredicte fille l'Université de Paris et

des supposts d'icelle, tout ainsi que ferions en nostre propre personne, si presens y estions. Si vous mandons et commandons que vous cognoissez et determinez de toutes les causes, querelles, negoces, actions et petitions quelxconques, tant en demandant que en defendant, de nostredicte fille l'Université de Paris et des supposts d'icelle, en les contraignant à ce faire et souffrir et vous obeir, par toutes voies et manières deues et raisonnables, en leur administrant bonne et briefve expedition de justice, rejectez tous delaiz et involucions de procès; et en oultre pour ce que l'en dit pluseurs de ladicte Université estre principaulx aucteurs et induiseurs, et qui insistent et commeuent les suppostz de ladicte Université à telz voyes de cessacions et autres contre justice, informez vous ou faictes informer diligemment et bien sur ce et autres choses qui vous seront plus à plain baillées par declaracion, si mestier est; et ceulx que par ladicte information, ou autres ja faictes, vous en trouverez coulpables, pugnissés les et corrigés, ainsi que verrez au cas appartenir. Car ainsi nous voulons et nous plaist estre fait, sans prejudice des privilèges de nostredicte fille l'Université de Paris en autres choses. Donné à Chinon, le xxvj[e] jour de Mars, l'an de grace mil quatre cens quarante et cinq, et de nostre regne le xxiiij.

Par le Roy en son Conseil, ROLAND.

Arch nat Paris, X[1a] 8605, fol. 110 Et in dorso scriptum erat « Lecta et publicata Parisius in Parlamento, secunda die Maii, anno M°CCCC°XLVI[to] et registrata. CHENETEAU ». — Exstat in *Recueil des privilèges de l'Université de Paris*. p. 17, *Ordonn. des rois*, XIII, p 457. Ap BUL., V, p. 539, solum finis litterarum affertur. Ibidem etiam, et ap. CREVIER, IV, p. 126, litterae ut responsum ad Instructiones Universitatis an. 1444, Decemb., quas falso ad an. 1445 ponunt, considerantur.

Hae litterae omnia exponunt, quae in n[is] praecedentibus narrata sunt. Ut jam observavimus in *Auctar.*, II, 655, not. 1, ad quod lectorem remittimus, Universitas Paris. per illas praecipuum privilegium perdidit. « Visceraliter tangunt nostra privilegia » Universitas pronuntiavit (p. 655, 8).

2609. *Licentiati in facultate medicinae.*

1446, Martii 28, Parisiis.

Die xxviij[a] mensis Marcii ante Pasca fuerunt licenciati quinque sequentes :

Mag. Johannes Huistz[1]	Mag. Johannes Aujouère[3].
— Gobertus Cordier.	— Johannes Johannis
— Johannes Tartas[2].	[5]

Comment. fac. med., II, p. 69.

1. Idem inter regentes J. Wist nominatur — 2. Mox in Univ. Pictavensi mag regens. Ap. FOURNIER, *Statuts*, I, n° 1725, tanquam mag. medic. memoratur jam an. 1445, Dec. 9, sed ibi corrigendum « 1446 », si ejusdem n[um] 1726 legeris, apparet. — 3. Vid. de eo *Auctar.*, II, p. 657, 30 sqq. « Impudicissime » in suo festo doctoratus mense Julii molestatus est.

2610. *Martinus Questel, decanus ecclesiae Belvacens., postquam Parisiis magisterii gradum in artibus susceperat et in eisdem artibus diutius rexerat, inibi per plures annos in fac. theologica studuit et in ea baccalareus fuit, primumque et secundum cursus in ea peregit, multis actibus scholasticis, videlicet publice disputando et singulis arguentibus in scholis respondendo, ac tam ad populum quam ad clerum sermones faciendo, se interim exercendo, inibi magisterii in theologia gradum et insignia suscipere disposuerat, nisi ab inde causantibus guerrarum turbinibus quantocius discessisset. Cum unius filiorum nobilis viri Caroli ducis Bor-*

bonii instructor ad civitatem Parisiens. accedere non valeret, ad supplicationes Philippi Burgundie, cujus idem filius nepos est, ac Borbonii ducum, suasque Eugenius IV concedit, ut in quacunque alia civitate vel insigni oppido a quocumque maluerit in eadem facultate magistro magisterii gradum et insignia hujusmodi, tribus aut quatuor assistentibus magistris in theologia, diligenti et rigoroso examine peracto, ac post responsiones eisdem magistris, videlicet ipsorum cuilibet sigillatim de singulis quaestionibus theologicis solemniter factas, recipere possit Dat. Rome apud Sanctum Petrum anno, *etc*, millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, septimo id Aprilis, pontificatus nostri anno sextodecimo « Litterarum scientia ».

1446, Aprilis 7, Romae.

Reg. Vat. Eugen. IV, nº 378, fol. 56. — Ad haec vid. Suppl. Nicol. V, nº 445, fol. 131[b], ad an. 1451.

2611. *Licentiati in facultate decretorum.*

1446, Aprilis 11, Parisiis.

Lune xj[a] Aprilis ante Pascha eodem anno quadragesimo quinto fuerunt infra scripti adoptati et licentiati in ordine sequenti :

Johannes Guilloppo, canon. Paris.,	[quem] adoptavit :	abbas S. Katherine.
Ludovicus de Haricuria,	—	Joh. de Courcellis.
Paulus de Villa,	—	Martinus de Fraxinis.
Vincencius de Crossis,	—	Petrus de Brena.
Petrus le Moytier,	—	Joh. Chuffart.
Johannes Verjuti,	—	Joh. Chuffart
Johannes [de] Mauville,	—	Petrus de Brena.
Arnaldus [Raymundus] de Palacio,	—	abbas S Katherine.
Petrus Goujon,	—	Joh. de Courcellis.
Frater Bartholomeus Augerii [O. S B.],	—	abbas Gaudiivallis.
Johannes Nepotis,	—	Petrus Maugerii.
Andreas Lapieti,	—	Mart de Fraxinis.
Johannes de Paris	—	Joh. Mydoux
Petrus d'Aulé [*al.* d'Aulley, Morinens],	—	abbas Gaudiivallis.
Johannes Grossi,	—	Petrus de Brena.
Guillelmus de Vernone,	—	prior de Ovis, al. de Beco (Joh. de Mota)
Johannes de Molendinis,	—	Ludovicus Bailly.
Marcialis Celarii,	—	abb S. Katherine
Johannes Leporis,	—	prior de Ovis.
Theodericus Godiscalci,	—	Joh. de Montigny
Petrus Brode,	—	Joh. de Courcellis.
Jacobus de Leuftas,	—	Ludovicus Bailly.
Alanus Lezele [*al* Lesle],	—	Petrus Maugier.
Petrus de Marisiaco,	—	Joh. Mydoux
Pontius Bouron,	—	Joh. de Montigny
Johannes Sagacis,	—	Joh Chuffart
Johannes Remondi,	—	abbas Gaudiivallis
Desiderius Nicolai [de Valle Coloris, Tullens.],	—	Ludovicus Bailli.
Mauginus Canonici.	—	Martinus de Fraxinis. [29]

Memor. fac. decret., I, fol. 229[b]. — Cum Joh. Chuffart an. 1445, Octob. 14, ad partes Picardiae recessisset, Petrus Maugier ei ut decanus substitutus est, Decemb. 1 vel 2 vero electus est Joh. de Montigny, quem an. 1446, Novemb. 10, excepit Ludovicus Bailly.

2612. *Mag. Joh. Luilier nomine Universitatis se opponit in curia Parlamenti litteris regis.*

1446, Maii 30, Parisiis.

Lundi xxx[e] jour de May. — Maistre J. Luilier pour l'Université de Paris a requis que certaine opposition, qu'il veult bailler par escript à l'encontre de certaines lettres du roy nostre sire, et de la publication d'icelles[1], par lesquèles est mandé à la court cognoistre des causes de l'Université, soit enregistrée en la court. Le procureur du roy a dit que la veult veoir et estre ouy au contraire. Si lui sera monstrée ladicte scedule, et vendra jeudi dire ce qu'il vouldra.

Arch. nat. Paris., X[1a] 4801, fol. 122[b]. Ad haec vid. *Auctar.*, II, p. 655, 13 sqq.

1. Vid. supra n° 2608.

2613. *Universitas Paris. scripsit Universitatibus Aurelianensi, Andegavensi, Pictavensi, Tolosanae et Montispessulani « ut in unum convenirent planctum coram nostro rege, ut nobis et aliis Universitatibus sui regni provideret » de beneficiis.*

1446, Julii 21, Augusti 20, Parisiis.

Auctar. Chartul. Univers., II, p. 658, 20, 660, 35, 661, 2. — Universitates Pictavens. et Andegavens. responderunt (ibid., p. 668, 5, 671, 33), de caeteris silentium.

2614. *Mag. Robertus Julienne, fac. medicinae, praesentat dispensationem a resumpta.*

1446, Octobris 15, Parisiis.

Magister Robertus Julienne die xv[a] Octobris 1446 presentavit suam dispensacionem ad regendum et fuit admissus sine disputando de resumpta, quia non fecerat interrupcionem in disputacione de *Quolibet* ordinarie, sed habuit dispensacionem antequam fuisset presbiter seu sacerdos, propterea non fuit coactus disputare de resumpta sicut fecerunt plures alii presbiteri. Acta fuerunt hec in Sancto Maturino die et anno predictis, presentibus magistris Henrico Tibout, mag. Joh. Lengrenais, mag. Guillelmo d'Auge, Petro Chacy tunc decano facultatis, mag. Carolo de Mauregart, mag. Guillermo de Camera, mag. Johanne Aujouère, etc.

Comment. fac. med., II, p. 70.

2615. *Guillelmus Bouillé, s theol. mag , et Robertus Julienne, medicinae mag., ambassiatores Universitatis Paris. ad regem, recipiunt Instructiones.*

1446, Octobris 22, Parisiis.

Auctar. Chartul. Univers., II, p. 667, 19 sqq. — Decemb. 6 reversi erant. Decemb. 13 praesentatae sunt litterae regis (ibid., p. 672, 22, 36).

2616. *Die martis xv Novemb. assumptus est ad gradum doctoratus in veneranda decretorum facultate mag. Paulus de Villa, Lemovicens. dioec , licent. in legibus, post multas et varias congregationes ad hujusmodi gradum tandem admissus; qui festum suum, ut decebat praedecessorum more, in domo archiepiscopi Remensis honorifice consummavit.*

1446, Novembris 15, Parisiis.

Memor. fac. decret., I, fol. 237^{b}. — Paulus vesperias suas fecerat Octob. 29.

2617. *Defuncto episcopo Meldensi*[1]*, novus conservator privilegiorum Universitatis eligitur, scil. Guillelmus de Hellande*[2]*, episcopus Belvacens. Universitas ei supplicavit, ne propter alias habitam discordiam*[3] *officiarios mutaret*[4].

1446, Novembris 18, Parisiis.

Auctar. Chartul. Univers. Paris., II, p. 669, 27 sqq., 670, 5.

1. Petro de Versaliis Novemb. 11 defuncto. — 2. Qui jam an. 1444, Martio, pro hoc officio supplicabat (*Auctar.*, II, 584, 9, 585, 1, 590, 36) Fuit nepos archiepiscopi Remens , et an. 1439 baccal. decret. Univers. Aurelianens (Suppl. Eugen. IV, nis 353, fol. 245, 354, fol. 265). — 3. Vid supra n° 2597. — 4. Radulphus Barnesse, a longo tempore assumptus in promotorem Universitatis, et an. 1444 retentus (vid *Auctar.*, II, 591, 30), an. 1447, Januarii, supplicavit Eugenio IV, ut confirmaretur (Suppl. Eug IV, n° 407, fol 197).

2618. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1446-47.*

1446, Novemb., Parisiis.

Nomina regentium :

Magister Henricus Thibout.
— Johannes Lengrenois.
— Robertus Poitevin
— Johannes Ptiphaine
— Petrus de Chacy.
— Inguerrandus de Parenty.
— Guillelmus de Algia.
— Guillelmus de Camera.

Magister Robertus Julienne.
— Karolus de Mauregart.
— Dyonisius Nugues
— Odo de Credulio
— Petrus Pilatre.
— Johannes Wist.
— Johannes Aujouère.

[15]

Comment. fac. med., II, p. 73. — Nov. 5, decanus electus est Odo de Credulio.

2619. *Universitas Paris. se opponit decimae nuper a summo pontifice aliquibus principibus Franciae concessae, et a summo pontifice ad Concilium generale futurum vel ad illos ad quos spectat appellat, vultque ut appellatio levetur, et procurator in curia Parlamenti se opponat publicationi litterarum tam regiarum quam apostolicarum. Placuit ut scriberetur domino regi super istis.*

1446, Decembris 29, 30, Parisiis.

Auctar. Chartul. Univers., II, p 675, 7 sqq. *Lib. proc. nat. Gallic.*, fol. 60.

2620. *Eugenius IV in suis litteris ad omnes praelatos ecclesiae directis damnat errores aliquorum, imprimis Johannis de Polliaco, qui fratribus Mendicantibus jus confessiones parochianorum audiendi eisque absolutionis beneficium impendendi denegant et denegarunt.* Dat Rome ap. S. Petrum anno, *etc.*, millesimo quadrin-

gentesimo quadragesimo sexto, decimo septimo kal Februarii, pontificatus nostri an. sextodecimo. « Gregis nobis crediti ».

1447, Januarii 16, Romae.

Reg Vat. Eugenii IV, nº 379, fol 137ᵇ — RAYNALD, *Ann*, an. 1447, nº 11, WADDING, *Ann Min.*, XIII, p. 31, *Bull. Carmel.*, p. 210; *Bull. Rom.*, ed. COCQUELINES, III, part. 3, p. 53, RIPOLL. *Bull. Praed.*, III, p. 206. Hanc bullam annotamus, quia Nicolaus V postea eam innovavit et sic causa remota fuit novae impugnationis Mendicantium in Universitate Paris. Vid. infra nº 2636. Eugenius IV vero solum Constitutionem Alexandri V (vid. supra nº 1868) partim innovavit.

2621. *Barbitonsores Paris. coram Parlamento a praeposito Paris appellant, ne sibi chirurgiae cura in multis casibus adimatur.*

1447, Martii 6, Parisiis.

Lundi vj^{e} jour [de Mars]. — Entre les jurez et communauté des barbiers de Paris appelans du prevost de Paris ou de son lieutenant d'une part, et maistre Adam Martin et autres licenciés en cisurgie à Paris, intimez d'autre part.

Luilier pour les appelans dit que, longtemps a, parties obtindrent lettres touchant le mestier de cisurgie, et les vouldrent faire publier, que barbiers ne s'entremissent de cisurgie, à quoy les barbiers s'opposèrent, et demoura la chose; l'an XXIIII les cisurgiens de rechef obtindrent lettres[1], semblablement les barbiers se y opposèrent, et obtindrent sentence qui fut confermée. Et de nouvel partie ont obtenu aucunes lettres et en Chastellet se sont opposez et ont esté ouiz les barbiers en leurs oppositions, et pour leurs possessions ont employé leur sentence et jugié. Le lieutenant dist par sa sentence qu'ilz declareroient toutes autres possessions touchant la matière que bon leur sembleroit dedans viij jours, qui ne leur eust pas esté possible, et aussi suffisoit bien ce qu'ilz en declaroyent, et pour ce en appellèrent. Conclud mal jugié et bien appellé, et à despens.

Rapiout dit que la science de cisurgie est bien requise, et necessaire que gens souffisans et non autres s'en entremettent pour les maladies, qui sont diverses et dangereuses; aussi y a il belles ordonnances royaulx de quelx gens s'en doivent mesler; et des pieça les barbiers s'en vouldrent mesler de garir cloz et bosses, et s'en ensuy sentence et arest selon lesquelx les intimez se veulent regler, et en Chastellet l'ont offert. Or à chascun nouvel roy ilz ont fait confirmer leurs ordonnances et privilèges, et dès l'an XLI le roy les confirma[2]; en requistrent la publication en Chastellet; les barbiers s'opposèrent et sur leurs opposicions furent ouiz, et repliquèrent les cisurgiens dès l'an XLI, orent barbiers à dupliquer voire et par absence dès mars XLI, après obtindrent lettres à la chancellerie de ne dupliquer jusques ilz eussent la confirmacion des lettres de leur mestier, soubz umbre que le notaire auquel le roy les avoit commandées estoit trespassé, ilz les debatirent. Parties distrent que en avoient le brevet; cisurgiens offrirent que ... ilz duplicassent sans prejudice toutesvoies desdiz arrest et sentence, et que cependant iceulx barbiers usassent selon la teneur desdiz sentence et arrest. Barbiers n'en furent contens, et tant que furent sur ce appoinctés à escripre; permotiz, y ont escript; et tout veu fust dit qu'ilz

procederoient, et pour ce les cisurgiens requistrent que declarassent leur opposition. Les barbiers distrent que avoient autres possessions, lettres, privilèges et choses sur ledit mestier que leurdiz sentence et arrest. Ainsi estoit troublement parlé....

Luilier pour les appelans.... Aussi bien peut un barbier estre cisurgien comme un cousturier qui est l'un des cisurgiens, car les barbiers ont de beaulx et bons livres en françois, et aucuns sont des cisurgiens qui ne scèvent mot de latin. Ne sont que six cisurgiens à Paris, qui ne pourroient fournir à ceulx de la ville et à ceulx qui y affluent; quant un est blecié par autre, les barbiers le doivent rapporter à justice, pour faire la poursuite contre celui à mort blecié, mais non quant aucun de sa cheute se blèce, ou de bosses ou cloz.

Rapiout dit que bosses sont plus perilleuses que blessures, car elles se causent par diverses façons où il fault grant cognoiscence que un barbier ne scet pas...

Appoincté est que la court met l'appellation ... au néant... Et mettront les parties le procès fait en Chastellet leurs chartres, privilèges et ce que ont allégué d'une part et d'autre par devers la court et au conseil, ... et joyront cependant les barbiers de cisurgie selon les sentence et arrest dont ou procès est faicte mention.

Arch. nat. Paris., X1a 4801, fol. 236 *bis*.

1. Vid. supra nº 2227. — 2. Vid. nº 2549.

2622. *Carolus de Mauregart, mag. in medicina uxoratus, cum a praeposito Paris. sententiam obtinuisset, humiliter facultati medicinae supplicat, et pleraque at non omnia regentium jura recuperat.*

1447, Novembris 27, Parisiis.

Anno Domini millesimo CCCCmo XLVIIo, xxvija die mensis Novembris, facultate medicine congregata ad sedandum et finaliter terminandum litem inceptam inter ipsam ex una parte et magistrum Karolum de Mauregart uxoratum cum muliere vidua ex altera; qui impetraverat casum novitatis a preposito Parisiensi, per quem nisus est magistros regentes ejusdem facultatis compellere ad hoc quod ipsum reciperent in regentem, non obstante statuto facultatis contrario. Primo fuit deliberatum quod dictus mag. Karolus suam impetrationem primitus cassabit, anullabit et revocabit, ipsamque facultatem et magistros regentes in eadem, contra quos dictum casum exequtari fecit, indempnes reddet. Insuper quod quidquid a facultate obtinebit per supplicationem gratiosam, quam unus solus potest impedire, habebit.

Quibus sic deliberatis et nuntiatis dicto magistro Karolo, ipse acquiescens per omnia voluntati dicte facultatis renuntiavit, cassavit et anullavit suam impetrationem, promisitque ipsam facultatem et singulos magistros hac de causa inquietatos indempnes reddere. Et ulterius humiliter tanquam obedientie filius supplicavit quatinus mater facultas cum eo vellet dispensare quod ad regentiam admitteretur, non obstante statuto contrariante.

Qua supplicatione audita, magistri ibidem presentes, ob reverentiam gradus et persone dicti supplicantis, et pensata ejus humilitate, concluserunt et deliberaverunt cum eo favorabiliter procedere quantum statuta possent portare. Et primo quod dictus magister Karolus de Mauregart in processionibus Universitatis et missis facultatis, cum voluerit, poterit comparere in habitu regentium, percipere etiam distributiones, subjacendo penis refusionis. Voluerunt etiam dicti magistri quod in festis magistrandorum in habitu regentium compareat, biretum et cirotecas recipiendo. Permittunt insuper quod legere possit, omnia alia ad viros regentes pertinentia hic non expressa in dicto magistro Karolo dicta facultas suspendit[1].

Comment. fac. med., II, p. 79. Bul., V, 541 sq

1. Ipse « K. de Mauregart » deliberationi signaculum suum in libro facultatis apposuit

---

2623. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1447-48.*

1447, Novemb., Parisiis.

Nomina regentium. [*Sunt iidem qui an.* 1446, *praeter* Karolum Mauregart, Johann. Aujouère; *adjungitur* Johannes Johannis[1].] [14]

Comment. fac. med., II, p. 78. — Novemb. 4 decanus fac. electus est Robertus Julienne.

1 Nomen Petri Pilatre linea deletum est cum nota « vacat »; nomina Joh Wist et Joh Johannis posterius addita sunt.

2624. *Robertus Ciboule, mag. theol., supplicat Universitati Paris. nomine ecclesiae Paris., ut canonicis ecclesiae litteras recommendatorias sigillatas magno sigillo Universitatis ad summum pontificem et cardinales tradant pro confirmatione magistri Guillelmi Quadrigarii, Decemb. 6 in episcopum Paris electi Similes litteras petivit ad regem Franciae, ad Gerardum Macheti et ad metropolitanum, archiepiscopum Senonensem, mitti. Universitas concessit petitiones. Decemb. 12 litterae missivae lectae sunt.*

1447, Decembris 7, 12, Parisiis.

Auctar. Chartul. Univers., II, p. 702, 37 sqq. *Lib. proc. nat. Gall.*, fol. 76b. — Dionysius de Molendino, episcopus Paris., Septemb. 15, defunctus est. Nicolaus V, Octob. 27, Antonium Crespin in episcopum elegit. Vid. *Auctar.*, l. c., not. 9. An. 1449, Aug. 18, solum Guillelmus a papa confirmatus est (ibid.). Rectorem Universitatis episcopis in actibus scholasticis praeferendum pronuntiavit (ibid , p. 735, not 4).

2625. *Licentiati in facultate theologiae.*

1448, Januarii 29, Parisiis.

Mag. Johannes Boucart[1], [e collegio mag] Gervas.
Frat. Guillelmus de Valle Rulonis[2], Minor.
Mag Salomon Dagorne, Nav.[3]
Frat Johannes Conani, Pred[4].
Mag. Johannes Hue, Nav[5].
Frat. Johannes Foucherii[6], Carm.
Frat. Genesius de Palma, Minor[7].
— Johannes Marsille, Aug.[8].
— Henricus Alain, Carm.[9]
— Guillelmus Burgensis[10], Pred.
— Johannes Canuti, Pred[11].
— Johannes Olearii, Cluniac.[12]. [12]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5657[a], fol. 21.

1. Mag. theol an 1449, April. 21. Vid. de eo *Auctar.*, II, p. 555, not. 2. An. 1453, April. 28, episcopus Abrincens. — 2 Jam an. 1429 sententiarius Mag theol. an. 1448, April. 1. Diversimode in mss[tis] et edd. scribitur « Vallerovillonis » (ms. 5657[a]); « Varallon » (ms. lat. 12390, fol. 31 ubi etiam vocatur « Aquila »), « Vaurilongus » (WADDING); « Vaurillon » (D'ARGENTRÉ). Fuit Brito, conventus Dinanens., proindeque a Vaurouaut (Côtes-du-Nord). An. 1463, circa Natale, adjunctis duobus Minoribus coram Pio II disputavit cum tribus Praedicatoribus de Sanguine Christi (in ms. lat 12390; cf etiam QUÉTIF-ÉCHARD, *Script. Praed*, I, 822 sqq.). Fortasse idem ac Guillelmus Vallis, O. Min., theol. mag, an. 1450 confessor reginae Franciae (Suppl. Nicol. V, nº 439, fol. 187) — 3 Magister Maii 27. — 4. Mag. Novemb. 25. — 5. Mag. April 9. — 6 Non confundendus cum Joh Foucherii, Min., jam an. 1431 magistro (vid p. 523, not. 47). Carmelita fuit mag. Octob. 2, 1448. — 7. Mag. an. 1449, Decemb. 2. — 8. Mag. 1448, Jun 17 — 9. Mag. an. 1450, Jun. 9. — 10. Jam an 1437 Biblicus. Mag. an. 1449, Novemb. 24. — 11. Mag. an. 1448, Jun. 10. — 12. Seu potius Carmelita, qui an. 1433 Sententias legit?

2626. *Natio Alemanniae, « proviso quod nulla penitus magistris possit esse provisio per* pragmaticam sanctionem, *in hoc regno aliquot annis practicatam, cum hujusmodi magistri alienigene et remoti sint ab hoc regno », conclusit rotulum pro provisione in gratiis expectativis ad Nicolaum V summum pontificem mittere. Albertus Scriptoris in ambassiatorem electus est. Universitas voluit ut etiam magistri omnium nationum et facultatum inscriberentur, « quia visum fuit Universitati, quod ista* pragmatica sanctio *non erat multum proficua magistris, cujuscunque nationis aut facultatis existerent ». Universitas etiam promisit litteras recommendatorias ad regem, ut rotulum ad papam permitteret.*

1448, Februarii 12-24, Parisiis.

Auctar. Chartul. Univers, II, p. 709, 20 sqq.; 710, 27, 711, 41 sqq.; 714, 19 sqq. — Sed Julii 2 Albertus Scriptoris nondum litteras recommendatorias a rege et Universitate ad papam habuit (ibid., p. 733, 33)

2627. *Licentiati in facultate medicinae.*

1448, mense Martio, Parisiis.

Mag. Girardus Turgis solvit pro bursis licencie iij scuta.
Mag. Laurentius Parvi, iij scuta
Mag Georgius Houd, iij scuta.
— Ludovicus Toupin, iij scuta
— Girardus Geronimi, iij scuta [5]

Et in isto ordine fuerunt dicti magistri licentiati.

Comment. fac. med., II, p. 81. — Non aliter licentiati anno illo inscripti sunt. Quisque eorum pro bursa magisterii solvit 1 scut. (ibid.).

2628. *Licentiati in facultate decretorum*

1448, Aprilis 4, Parisiis.

Dom. Johannes Olearii, abbas Riomi[1].
— Petrus de Fontetis, abb. S Secani[2].
— Jacobus Lupi, prepositus S. Flori.
Mag Johannes de Paris.
Frat Philibertus de Larriere [*al* Laire, Ord. Cluniac.]
Mag. Johannes de la Vignole.
— Johannes Fournier.
— Petrus Amici.
— Anthonius [de] Tramecourt.
— Guillelmus d'Orignac.

Hunc adoptavit dom. Joh. Chuffart.
— — [de Conty] abb. S. Katherine.
— — Joh de Courcellis.
— — Martinus de Fraxinis.
— — Ludovicus Bailly
— — Petrus de Brena.
— — Joh. de Montigny.
Ego Petrus Maugier [hunc adoptavi].
Hunc adoptavit dom. Joh. Midoulx.
— — Joh. de Courcellis.

Mag Johannes Laurencii.	Hunc adoptavit dom. Joh Chuffart.
— Yvo Nigri.	Ego Petrus Maugier [adoptavi]
— Guido Abbatis	Ego Petrus Maugier [adoptavi]
— Johannes Tybault.	Hunc adoptavit dom Petrus de Brena.
— Martinus [de] Mol	— — Martinus de Fraxenis.
— Jacobus Angeli	— — Joh. de Montigny.
Frat Johannes Pestilionis [Ord S. Antonii Viennens].	— — Ludovicus Bailly
Mag. Henricus de Embrica.	Ego Petrus Maugier, decanus fac [3] [adoptavi].
— Guillelmus Riveti.	Hunc adoptavit dom Joh. de Montigny.
— Johannes Burgundi.	— — Ludovicus Bailly.
— Johannes Docart	— — Joh. Chuffart.
— Arnoldus Bernardi	— — Martinus de Fraxenis.
— Bernardus Soubite,	— — Martinus de Fraxenis.
— Durandus Pinati.	— — Joh. de Courcellis.
Frat. Bertholomeus de Burgo judeo [Ord. S. August.].	— — abbas S Katherine.
Dom Anthonius Gerardi	— — Joh Chuffart.
Mag. Guillelmus Depardieu.	— — [Touppet] abbas Gaudiivallis
— Johannes Winoti	— — Joh. Midoulx.
Frat Guillelmus Guiart [Ord. Cluniac].	— — abbas S Katherine.
— Nicolaus Granoti.	— — Joh Midoulx.
Dom. Johannes Hue	— — Joh Chuffart.
Frat Johannes de Porta [O. S. B.].	— — Joh. de Courcellis.
Mag Bonnetus de Aumaneschiis	— — abbas Gaudiivallis.
— Johannes du Boquel.	— — Joh. de Montigny.
— Michael Dyane	— — abb. S Katherine.
— Johannes de Logiis.	— — Joh de Courcellis.
— Johannes de Fustelleya.	— — Petrus de Brena.
— Johannes Fornelli.	— — Ludovicus Bailly
— Petrus Glasseti.	— — abbas Gaudiivallis.
— Nicolaus Poireti.	— — abbas Gaudiivallis.
— Theodoricus de Savigny.	— — Joh Midoulx.
— Johannes Bourdet	— — abbas S. Katherine.
— Johannes Hure	— — Petrus de Brena [43]

Et quia reverendus dominus abbas Gaudiivallis, qui presens fuerat in assignatione locorum, discessit et hora optionis absens fuit, nichilominus facultas deliberata sibi dimisit in filios adoptivos illos quatuor suprascriptos, quorum subscriptio vacua est[4].

Memor. fac. decret., I, fol. 258^b et ultimo voluminis.

1. Dioec Claromontens. Jam 1437 abbas. Vid. Denifle, *La désolation des églises en France*, n° 629. — 2. Petrus « de Fonteneto » an 1439, Junii 8, factus est abbas S. Secani, Lingonens. dioec. (Arch Vat., Oblig. n° 66, fol. 47). — 3. Ab an 1447, Novemb. 9. — 4. Coram quatuor licentiatis revera nomen abbatis Gaudiivallis posterius additum est

---

2629. *Hervaeus Morillon, abbas S. Germani de Pratis, in causa adversus praepositum firmarium civitatis Meloduni, auxilium petit Universitatis Paris , quam indemnem fore promittit.*

1448, Aprilis 4, Parisiis.

Reverend père en Dieu Hervé Morillon, abbé de l'eglise S. Germain des Prez lès Paris, affirme que depuis un an en ça ou environ certaine cause a esté meue entre luy

demandeur et deffendeur d'une part, et le prevost fermier de la ville de Melun pour le roy nostre sire, aussi demandeur et deffendeur d'autre part, par devant le prevost de Paris ou son lieutenant; en laquelle cause les recteur et procureurs de l'Université de Paris se sont adjoints avec luy. Et pour ce, iceluy reverend père en Dieu promit de bonne foy conduire et faire conduire et demener ladite cause à ses cousts et despens en quelconque cour et jurisdiction qu'elle soit demeurée, soit par appel ou autrement; et de ladite adjonction les promet rendre indemnez à pur et à plain envers et contre tous, promettant, etc., obligeant, etc. Fait le jeudy 4 Avril 1448, après *Quasimodo*. — Sign. Boitard et Gaucher, notaires, avec paraphe.

Du Boulay, *Mémoires historiques sur la propriété et seigneurie du Pré-aux-Clercs* (Paris, 1675, 4°), p. 139. Rarissimus liber, cujus exemplar titulo mancum C. Jourdain possedit, nunc habet bibliotheca Civitatis Paris. (Musée Carnavalet) sub n° 27236, 4°.

2630. *Universitas Paris., litteris regis instigata, reformationi facultatum et nationum intendit, et deputatos per singulas facultates et nationes ad hoc eligit.*

1448, Mart. 5-April. 5, Parisiis.

Decimaquarta die mensis Martii ejusdem anni M¹[CCCC¹]XLVII convocata Universitate Parisiensi in Sancto Maturino super fienda reformacione in Universitate per regem ordinata et Universitati delegata. Secundo super supplicacionibus et injuriis. Quantum ad primum articulum regraciabatur veneranda nacio Francie supremo domino nostro regi, et quod notificaretur procuratori regio venerabilis curie Parlamenti, ut visis litteris desisteret a reformacione fienda in eadem Parlamenti curia, quia [rex] ad nos remittebat predictam reformacionem. Et quoad factum in se, placuit nationi prefate procedere ad reformacionem fiendam, si altiores facultates vellent in defectibus suis reformari, eciam per facultatem artium, alias non. Nullo tamen modo placuit nominacio reformatorum facta per magistrum Johannem de Oliva, in sacris apicibus magistrum, sed voluit, quod quelibet nacio unum aut plures nominaret reformatores. Nominavit honorabilem et scientificum virum mag. Johannem Luillier, baccalarium in theologia, actu legentem Sentencias Parisius in venerabili collegio Sorbone, et quod nominati per naciones et facultates haberent advisare modum reformacionis, nichil tamen concludere, sed tantum Universitati referre.

Lib. procurat. nat. Gallic. in Arch. Univers , I, fol. 81^{b}. — Jam Martii 5 litterae regis de reformatione Universitatis in congregatione Universitatis lectae sunt (*Auctar.*, II, p. 716, 15). Martii 9 « placuit Universitati dare deputatos in singulis facultatibus et nationibus, qui huic reformationi intenderent et procederent » (ibid., p. 718, 8) Per Johannem de Oliva rex scilicet aliquos articulos reformationis designavit, quos tamen Universitas April. 5 recusavit et solum inter deputatos distribuit, quia reformationem per ipsam Universitatem fieri maluit (ibid., p. 720, 40, *Lib proc. nat. Gallic.*, fol. 82, Bul., V, p. 541). Septemb. 11 de reformatione facultatis artium agebatur (*Auctar.*, II, p. 740, 17). Jam annis 1434 et 1444 de reformatione agebatur. Sed nec tunc nec anno 1448 quidquam evenit, reformatio solum an. 1452 facta est. Vid. n° 2690.

Similem Aurelianensi Universitati an. 1447, Jul. 31, Carolus VII reformationem imposuerat (vid. Fournier, *Statuts*, I, p. 215-222), cui reformationi parandae ipsos Aurelianenses magistros operam navavisse scimus e *minuta* in Arch. nat. Paris (L 427, n° 60) servata, cum titulo « Articuli qui videntur inter ceteros articulos reformandi, tam respectu corporis Universitatis, nationum et collegii in communi quam respectu doctorum, bachalariorum legentium et scolarium in particulari »

2631. *Cautio Universitati data pro Johanne Le Roy, uno e 24 librariis juratis.*

1448, Aprilis 16, Parisiis.

Jehan Le Roy, libraire juré en l'Université de Paris du nombre des vint quatre, Andry Emery, vendeur de bestail ou marché de Paris, maistre Guillaume Bouret, maistre ès ars, bacheler en decret, et Bertault Bertillet, marchant espicier, bourgois de Paris, se constituent et establissent, et chascun d'eulx pour le tout, pleiges et caucions jusques à la somme de cent livres parisis, ou telle autre somme au dessoubz que mestier sera, à et envers monseigneur le recteur de l'Université de Paris et messires les docteurs, maistres regens et escolliers estudians en icelle Université, et autres personnes qu'il appartendra, pour l'excercice dudit office de libraire deuement excercer par ledit Jehan Le Roy. Et pour rendre et restituer à iceulx docteurs, maistres regens, escolliers ou autres personnes qu'il appartendra, les livres qui audit Jehan Le Roy seroient baillez à vendre ou autrement ou les deniers de la vente d'iceulx et autrement en la manière acoustumée, et tout ce selon ce qu'il est ad ce tenuz par les statuz et ordonnances dudit office de libraire sur ce escripts et enregistrés en ladite Université. Et laquelle somme de cent livres parisis, ou telle autre somme au dessoubz que mestier sera ou seroit pour fournir, paier, enteriner et acomplir les choses dessusdites ils gaigent et promettent chascun pour le tout rendre, restituer et paier à iceulx monseigneur le recteur de ladite Université present et à venir, docteurs, maistres regens et escolliers, ou autres personnes qu'il appartendra ou cas que à la cause dessus dite ledit Jehan Le Roy seroit ou sera trouvé estre tenus à ce et si tost et quant le cas advendra, etc., promettent, etc., obligent chascun pour le tout, etc. Fait le mardi xvj[e] jour d'Avril mil CCCC quarante-huit, après *Jubilate*. M. Petit. Mautaint.

Originale in Arch. nat Paris., M. 68, n° 90 (olim D. 18. 00).

2632. *Cautio Universitati data pro « Denis Tronchart », uno e 24 librariis juratis.*

1448, Aprilis 16, Parisiis.

Originale in Arch. nat. Paris., M 68, n° 91 (olim D. 18. k). — Cautio omnino similis praecedenti. Dionysio Tronchart assistit « Nicolas Gourdin dit de Lormoye, tailleur de robes et bourgois de Paris, demourant en la rue de la Bûcherie, au coing de la rue S. Severin ».

2633. *« Jean Pocquet l'aisné, libraire juré en l'Université de Paris, du nombre des vint quatre », et Petrus Beurdant, pergamenarius juratus in Universitate, commorans Parisiis in via de Quinquempoix, se obligant sicut in n[is] 2631 et 2632 annotatis* Fait le jeudi xviij jour d'Avril mil CCCC quarante huit après Pasques Jaquet. J. Quatrelivres.

1448, Aprilis 18, Parisiis.

Originale in Arch. nat Paris., M 68, n° 92 (olim D 18. x) *Actes concernans le pouvoir et la direction de l'Université de Paris sur les escrivains de livres*, etc., p. 24 sq.

2634. *Facultas theologiae Paris. quantum ad Sanguinem Christi Rupellae conservatum definit, non repugnare aliquid de Sanguine Christi tempore passionis effusi remansisse.*

1448, Maii 28, Parisiis.

In nomine Domini. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno ejusdem Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, indictione undecima, mensis vero Maii die xxviij, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Nicolai divina providentia pape quinti anno secundo, coram venerabili et circumspecto viro domino decano venerabilis facultatis theologie, ipsa facultate solemniter apud S. Mathurinum congregata, comparuit venerabilis et circumspectus vir mag. Johannes Bretonnelli, sac. theologie professor, Ord. frat. Minor., dicens et referens, prout aliquis retulerat eidem facultati, quod orta erat noviter discordia seu dissensio in famoso oppido Rupelle, Xantonens. dioc., inter nonnullas personas ecclesiasticas et seculares non modice auctoritatis super materia Sanguinis Christi pro redemptione humani generis effusi[1], aliquibus dicentibus et asserentibus, quod Christus in resurrectione sua non totum sanguinem suum resumpserit; aliis autem oppositum asserentibus. De et super quibus dicta facultas solemniter congregata apud prefatum S. Mathurinum die secunda mensis Maii anni predicti, ad sedandam hujusmodi dissensionem et animum titubantium melius edificandum, deputavit venerabiles et circumspectos viros dominos et magistros Johannem Beroudi, Guillermum Evrardi, Petrum de Vaucello[2], Michaelem de Epila[3] ac Guillermum de Valle-Rullonis[4], sacre theologie professores, actu Parisius in dicta facultate regentes, ad[5] perscrutandam veritatem hujusmodi, et quid doctores in hac materia tenerent. Tandem dicta facultate ... solemniter apud dictum S. Mathurinum convocata et congregata, videlicet anno predicto die xxviij supradicti mensis Maii, qui quidem doctores unanimi consensu suam eidem facultati super hujusmodi materia fecerunt relationem. Qua audita, necnon rationibus et motivis per dictos dominos deputatos et eorum singulos tactis, post maturam deliberationem prefata facultas suam fecit conclusionem et conclusit, prout sequitur :

Non repugnat pietati fidelium credere, quod aliquid de Sanguine Christi effuso tempore Passionis remanserit in terris[6].

De et super quibus premissis omnibus et singulis prefatus magister Johannes Bretonnelli petiit a me notario publico infrascripto sibi fieri publicum instrumentum, seu publica instrumenta, unum aut plura.

Acta fuerunt hec Parisius apud dictum S. Mathurinum, sub anno, indictione, die, mense et pontificatu predictis, presentibus ad hec venerabilibus et circumspectis viris dominis et magistris, Michaele Anglici, Johanne Fabri, Guillermo Heuse[7] et Johanne de Oliva, sacre theologie professoribus, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Laurentius Poutrelli, presbyter curatus ecclesie parochialis de Anouvilla, *etc.*

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 16576 (saec. xvii), fol. 140, et incipit « Universis christifidelibus decanus et facultas theologie Universitatis Paris. salutem .. Notum facimus, quod cum discordia seu dissensio » etc., ut in textu lin. 8ª. D'ARGENTRÉ, *Coll. jud.*, I². p 250, ut supra.

1. Supra agitur, quod D'ARGENTRÉ fugit, de sanguine apud Minores Rupellae conservato et venerato, ut e documento sequenti certum fit. Inter alios episcopus Rupellens. venerationi se opposuit. — 2. Ed : « Vaucelt ». — 3. Ord. Praed. Cf. etiam *Auctar.*, II, p. 732, 4, et supra pluries. — 4. Ed « Vaurillon ». Fuit Ord. Min. Vid. nº 2625, not 2. — 5. « ad ... mensis Maii » om. editio. — 6. Facultatis theol. Paris judicium concordat cum pia fide saeculorum, quae praecesserant, particulas veri Sanguinis Christi, et quidem non solum in Oriente, sed etiam in Occidentem ex Oriente translati conservari. Ut aliqua saltem notemus, vid. *Translatio sanguinis Dom. in Augiam* an. 925 ap. MONE, *Quellensammlung*, I, p. 68-77. — De Sanguine Brugis conservato, *Act. SS.*, Martii II. p. 378, (CARTON) *Essai sur l'hist. du S. Sang* (Brugis, 1850), p 55, 68. — Mantuae et Weingarten, cf. BARON., *Ann.* ad an. 804, nº 1, et ap. PERTZ, *Mon. Germ.*, Script., XV, 2, p 921. — Fiscamni, vid. *Gall. christ.*, XI, p. 204, LE ROUX DE LINCY, *Essai hist. et littér. sur l'abbaye de Fécamp* (Rouen, 1840), p. 63 sqq ; A. POTTIER in *Revue rétrospective Normande* (Rouen, 1842), nº 5. — An. 1247 episcopus Norwicens., Guillelmus Bateman, et episcopus Lincolniens., Robertus Grosseteste, sermones pronuntiarunt in Concilio provinciali Westmonasteriensi de vero Sanguine Christi tunc ex Jerusalem in Angliam translato (MATTH PARIS, *Chron. maj.*, ed. LUARD, IV, p. 640-644, VI, p. 138-144). Et jam an 1205 Nivelo de Cherisy, episcopus Suessionens., Christi sanguinem ab ipso ex Oriente allatum ecclesiae S. Albani in Namurco concessit (*Gall. christ.*, IX, p. 365). — 7 Ed. « Ense ».

APPENDIX Nⁱ 2634.

2635. *Nicolaus V accipit Sanguinem Jesu Christi Rupellae apud Minores conservatum pro Sanguine ex imagine Beryti effuso.*

1449, Augusti 19, Fabriani.

Nicolaus, etc. Venerabili fr. Guidoni[1] episcopo Xanctonensi salutem, etc. Exhibita nobis nuper pro parte dil. fil fratrum Minorum conventus Rupelle tue dioc. petitio continebat, quod ipsi in eodem conventu ab annis plurimis de pretioso Sanguine domini nostri Jesu Christi aliquam particulam habentes illam christifidelibus adorandam monstrare consueverunt, propter quod magna populi multitudo ibidem affluere consueverit, in qua consuetudine prefatum Sanguinem adorandum fidelibus ostendendi, nullo antecessorum tuorum prohibente aut impedimentum prestante, usque in presens tempus pacifice permanserunt. Novissime autem asserunt fraternitatem tuam prohibuisse, ne per ipsos predicaretur ibidem de Sanguine domini nostri Jesu Christi haberi, quousque super hoc sedes apostolica consulta aliquid statuisset Nos igitur attendentes, que in septima Sinodo referuntur, ubi habetur sermo magni Athanasii Alexandrini pontificis[2], in quo miraculum illud insigne refertur, quod tempore suo in Berito civitate patratum est, ubi ex imagine Salvatoris a judeis ibidem commorantibus impie crudeliterque percussa plurimus sanguis effluxit, quo miraculo universa judeorum ibidem commorantium multitudo, Deo ita operante, commota fidei Christi colla submisit et christianam religionem professa est, qui postea in diversas mundi partes, Deo ita providente, divisus[3] a fidelibus populis adoratur et secundum quod fides adorantium meretur aut postulat, divina miracula corruscare non cessant, hoc igitur attendentes, fraternitati tue injungimus et mandamus, ut si a tanto tempore prefatus Sanguis Christi in conventu prefato monstrari consueverit, quod de contrario memoria non existat, nichil contra hanc consuetudinem antiquam innovare procures, sed christifideles ibidem affluere consuetos in ipsorum pia devotione perseverare permittas, cum hoc veritati fidei non repugnet, et devotioni fidelium plurimum consulatur. Omnibus insuper et singulis tam exemptis quam non exemptis in predicta tua diocesi existentibus in virtute sancte obedientie districtius inhibentes, ne populum a pia devotione, quam hactenus habuit, ad prefatum Christi Sanguinem in dicto conventu venerandum quoquomodo retrahere publice presumant. Datum Fabriani Camerinens dioc anno, etc., M CCCC XLIX, pridie id. Augusti, anno tertio.

Reg. Vat. Nicolai V, nº 389, fol. 226.

1. De Rupe, episcopo ab an. 1426, Aug. 2 (Arch. Vat., XII, 121, p. 204). — 2. Supra agitur de spurio. minime genuino, sermone seu opusculo S. Athanasii, qui in diversis recensionibus editus est in *Opp. S. Athanasii* (Parisiis, 1698), t. II, p. 344-355. Sicuti genuinum opus S. Athanasii a Petro Nicomediae episcopo perlectum est in sessione IVª Concil. II Nicaeni an. 787 (MANSI, *Coll. Concil.*, XIII, p. 24-32). — 3. Hoc refert SIGEBERTUS (saec. XI-XII) in sua *Chronica* ad an 765, ed. BETHMAN in PERTZ, *Mon. Germ.*, Script, VI, p 333, qui dicit « episcopus (Berytens) sanguinem per ampullas divisum

longe lateque dirigens ». In *Martyrologio Rom.* vero ad Novemb. 9 jam sine haesitatione profertur « Beryti in Syria commemoratio Imaginis Salvatoris, que a Judeis crucifixa, tam copiosum emisit sanguinem, ut orientales et occidentales ecclesie ex eo ubertim acceperint » (cf. BARON , *Ann.* ad an. 787, nº 31). Nicolaus V igitur aestimabat, sanguinem Christi hic illicque veneratum originem sumpsisse e sanguine qui profluxit ex imagine civitatis Beryti, non vero, ut theologi Paris. et multi alii opinabantur, e sanguine Christi in sua passione effusi. Adjungimus, Canonicos regulares Lateran. Nov 10 proprium Officium de hac Imagine cantare, in Oratione « *passio* imaginis Dom. Salvatoris » recolitur.

An. 1463 coram Pio II (qui abbati S. Mariae Xanctonens. scripserat, nihil esse absurdi, si diceremus Christum aliquam sui sanguinis partem in terris reliquisse) fuerunt disputationes inter Praedicatores et Minores (ms. lat. 12390), de Sanguine Christi, Praedicatoribus asserentibus, nihil veri Sanguinis Christi in terra remansisse, Minoribus hoc negantibus. Anno sequenti, Augusti 1, idem papa omnibus silentium imposuit (*Bull. Rom.*, ed. COCQUELINES, III^3, p. 116), quod utique fuit prudentius.

2636. *Nicolaus V innovat seu transcribit et confirmat Eugenii IV constitutionem*[1], *qua damnantur aliquorum, imprimis Johannis de Polliaco, errores de confessionibus Mendicantium.* Dat Rome ap. S. Petrum anno, *etc.* milles quadringentesimo octavo, tertio kal. Julii, pontificatus nostri an. secundo. « Provisionis nostre ».

[1448, Junii 29, Romae.

Calixtus III an. 1457, Martii 23, hanc bullam suis litteris « Inter cetera » inseruit (quae inveniuntur in Reg. Vat. nº 446, fol. 289, WADDING, *Ann. Min.*, 2ª ed , XIII, p. 34, RIPOLL, III, p. 362) Litterae Nicolai etiam apud RIPOLL, *Bull. Praed.*, III, p. 256, nº 26. Haec bulla solum an. 1456, Maio, episcopo Paris. et in Universitate praesentata est, et imprimis sub rectoribus Guillelmo Riveti, Gaufrido Calvi, Nicolao Bertoul et Ludovico Sconelinch (vid. *Auctar.*, II, 914, 8), seminarium magnae discordiae fuit. Vid. praeter Bibl. Arsenal ms. 1228, fol. 140 sqq., epist. citatam Calixti III, BUL., V, p. 601 sqq. Attamen bulla nihil novi continet, sicut nec actio Universitatis contra Mendicantes nova erat, eodem modo egit saec. XIII, deinde tempore Johannis XXII et Alexandri V. Joh. BRÉHAL, inquisitor Franciae, an. 1457 composuit tractatum contra Universitatem Paris. *De libera auctoritate audiendi confessiones religiosis mendicantibus concessa*, in 16 capitulis, de quo QUÉTIF-ÉCHARD, *Script Ord Praed.*, I, p 815.

1. Supra nº 2620.

2637. *Michael Anglici, mag theol. Paris., canonicus et thesaurarius eccl. Ebroicens , accusatur a Michaele de Epila, mag. theol. Ord Praed , de quibusdam articulis tam haeresim tangentibus quam male sonantibus Universitas remittit articulos ad fac. theologiae et decret. Inquisitor haeret. pravitatis fere 28 articulos notavit, quorum unum de confessione sacramentali.*

1448, Maii 27-Aug. 12, Parisiis.

Auctar. Chartul. Univers., II, p. 730, 31, 732, 2, 25, 734, 22, 736, 30.

2638. *Universitas quatuor ambassiatores ad regem mittendos eligit.*

1448, Octobris 26, Parisiis.

Die xxvjª mensis Octobris congregata fuit Universitas in S. Maturino super tribus articulis quorum secundus fuit specialiter ad eligendum et nominandum ambassiatores mittendos ad dominum nostrum regem, ad audiendas instructiones eorum, ad providendum de pecuniis et expediendum ipsos ... Facultas conclusit quod placebat expedire ambassiatores et nominare et providere de pecuniis. Et me [P. Maugier] pro suo ambassiatore elegit et nominavit, et pro theologia mag. Guillelmum Bouillé. De aliis se retulit aliis

facultatibus seu Universitati. Placuit facultati pro provisione ipsorum quod bursa currat quatuor solidorum que nuper currebat, et quod receptor futurus mutuet pecuniam. Placuit etiam quod ab officiariis Universitatis fiat aliquod mutuum, et visum est facultati quod dicti duo nominati sufficerent, et ad plus tres vel quatuor, de qualibet facultate unus, et vult quod recedant duo primo parati statim quod dominus Remensis venerit ad regem. Placuerunt facultati instructiones, sed non placuit quod fiat super licentiandis aliquod mutuum ... Et tandem ... Universitas conclusit ipsam ambassiatam fore in promptu expediendam. Et concorditer nominati fuerunt pro theologia mag. Guil. Bouillé, pro decretis ego Petrus Maugier, pro medicina mag. Guil. de Camera, pro artibus mag. Joh. Boucart. Et placuerunt Instructiones, et quod dicti quatuor ambassiatores, sive tres ipsorum, sive duo de altioribus facultatibus jam nominati parati sint et habeant plenam potestatem complendi contenta suarum Instructionum.

Memor. fac decret., I, fol. 256. — Ambassiata, de qua etiam in *Auctar.*, II, p. 748, 25, ad Octob. 28, mittebatur « pro unione pacis ecclesie ».

2639. *Johannes de Medon, monachus Sancti Bertini, O S. B., electus abbas a conventu monasterii, ac Guillelmus Fillastre, episcopus Verdunens., ejusdem monasterii abbas commendatarius a Nicolao V an. 1447, Octob. 13, nominatus, de abbatia litigabant Prior ab Universitate litteras commendaticias ad papam et ad ambassiatores ducis Burgundiae recepit, alter a duce Burgundiae et a papa fultus abbatiam obtinuit.*

1448, Julio-Octobre.

H. DE LAPLANE, *Les abbés de Saint-Bertin* (1854), I, p. 390 sq. *Auctar* , II, p. 743, 26 et not. 3.

2640. *In colloquio Octob. 1 Parisius inchoato ambassiatores ducis Burgundiae querelas ducis praesentabant, inter quas* « des vexations que font aux subgiés de monseigneur duc de Bourgogne plusieurs qui se dient estudiants en l'Université de Paris soubs umbre de transpors frauduleux » *Novemb. 19 responsum est,* « Advisé a esté que le roy y pourverra au bien de tout son royaume ». ... A Paris ... le xix jour de Novembre l'an M CCCC XLVIII. E. CHEVALIER J. GROS.

1448, Octob. 1-Novemb. 19, Parisiis.

Bibl. nat. Paris., *Coll. de Bourgogne*, t. 95, p. 1056. Vid. ad haec DE BEAUCOURT, *Hist. de Charles VII*, t. IV, p. 375 sqq.

2641. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1448-49.*

1448, Novemb., Parisiis.

Sequuntur nomina regentium istius anni :

Magister Henricus Thibout[1].
— Johannes Lengrenas.
— Robertus Potevin.
— Johannes Tifaine
— Petrus de Chasciaco.
— Inguerandus de Parenti.
— Guillelmus de Algia

Magister Guillelmus de Camera
— Dionisius Nugues
— Petrus Pilate
— Johannes Viiszt
— Gerardus Turgis[2].
— Ludovicus Toupin.
— Johannes Johannis. [14]

Comment. fac. med., II, p. 86. — Nov. 2, decanus fac. electus est Guillelmus de Camera, qui quidem jam Maii 11 ejusdem anni, defuncto Roberto Julienne, decanatum occupaverat.

1. Ultimum inter regentes nominatur. Cujus mox defuncti in domo sua, in vico Straminis, corpus a capitulo Nostrae Dominae processionaliter ablatum est (cf. HAZON, *Notice*, p. 17). Ejusdem obitus in scholarum sacello fundatus est « die festo S. Thomae, vigiliae pro Mag Henrico Thibout, penitentiario et canonico eccl. Paris., et die sequenti missa » (*Ritus et usus fac med.*, 1751, p. 5). — 2. Nomen linea deletum.

2642. *Universitas Paris. remedium opportunum quaerit « super facto cujusdam mandati regii impetrati et publicati per dom. praepositum Paris* [1] *contra privilegia Universitatis ». Quidam notabilis magister cum solemni comitiva adeat praepositum et alios dominos generales, monentes eos, ut ab hujusmodi vexationibus et tribulationibus cessent.*

1449, Januarii 16, Parisiis.

Auctar. Chartul., II, p. 753, 22, 28

1. Robertum d'Estouteville.

2643. *Inguerrandus de Parenty, mag. regens in fac. medicinae, supplicat Nicolao V, ut ipse in domo habitationis suae, « in qua beatus Marcellus confessor, dudum episcopus Paris., natus et nutritus extitit », unum altare ad honorem dicti sancti, in quo missae et alia divina officia celebrari possint, construere et componere valeat.* Dat. Rome ap. S. Petrum idus Februarii, an. secundo.

1449, Februarii 13, Romae.

Suppl. Nicol V, n° 427, fol. 5ᵇ — Eodem an., Sept. 15, obtinuit « ut ipse in sacerdotio constitutus, legere, practicare disputare, ceterosque actus scolasticos » in fac. medic. exercere posset (ibid., n° 434, fol. 311ᵇ).

2644. *Universitas concludit ambassiatam mittendam ad summum pontificem super provisione suppositorum. Articuli per deputatos solemnes mittendi « celerius quo poterit », videantur et corrigantur.*

1449, Julii 14, Parisiis.

Auctar. Chartul., II, p. 769, 18, 22. — Aug. 6 deliberabatur de bursa debita ambassiatoribus (771, 11, 21). Septemb. 15 ambassiatores nondum electi erant (775, 29) In Suppl. Vat. de hoc non agitur.

2645. *Capitulum generale Cisterc. scholaribus S. Bernardi concedit hortum retro chorum Collegii.*

1449, Septembris 12, Cistercii.

Presens Capitulum generale concedit scolaribus nationis Francie studentibus in Collegio S. Bernardi Parisius illud spacium terre inhabitabilis retro chorum dicti collegii ad faciendum ipsis unum hortulum sive spaciamentum suis expensis, et similiter annuit eis ingressum per parvas scholas.

Constit. et Capp. general. Cist in Arch. Status Luzern., ms. 544, p. 19.

2646. *Universitas ab omnibus christianis eleemosynas petit in favorem monasterii S. Victoris Parisiensis fere ruinosi.*

1449, Septembris 16, Parisiis.

Universis ecclesiarum prelatis, capitulis, rectoribus et ministris, ceterisque christifidelibus, rector et Universitas studii Parisiensis salutem in Christo Jesu Domino nostro Inter clare religionis loca universa hujus christianissime occidue Francorum regionis preciosum est monasterium Sancti Victoris, Ordinis regularium canonicorum Sancti Augustini, juxta civitatem hanc Parisiorum inclitissimam ab olim regia constructum providencia et alias dotatum competenter; in quo, sicut excelse complacuit majestati, sacrum religionis decus tante claritatis fulgore emicuit ut non inmerito a nobis debeat commendari. Locus enim ille sacer et celebris nostri studii membrum ab olim notabile, claros habuit litteris sacris excellentes doctores, et in eodem hodiernis adhuc temporibus studiosi viri exuberant litteris et moribus insignes. Quorum devotissimis obsequiis divinus religionis cultus perficitur et scienciarum exercicia laudabiliter amplexantur. Hujus autem venerabilis loci et precellentis cenobii inopiam, desolacionem et ruinas patentes quas (proth dolor!) guerrarum prolixa vorago contulit, intueri sine cordium amaritudine non valemus. Ad sobriam enim religiosorum sustentacionem divinis vacancium neque ad edificiorum suorum restaurandam ruinam extenuata monasterii copia sufficere potest. Et jam tanta viget ejusdem gravis inopia ut sua undequaque desolata dissipacio insurgere visa sit; cui fidelium catholicorum sexus uterque piis, ut credimus, lacrimis et possibilibus subsidiis tenetur occurrere. Nos itaque dictorum religiosorum venerabilium contemplacione et in Christi visceribus ejusdem compacientes, vestras hortamur in Domino caritates amplissimas, quatenus procuratores eorum et nuncios reliquiasque apud vos deferentes in Domino recommendatos habentes, per vos et ceteros christifideles caritativis tractetis subsidiis, vestrisque elemosinis, ad sue paupertatis solamen ac eorum ecclesie ceterorumque edificiorum suorum restaurationem relevare curetis, ut a bonorum omnium largitore eternam felicitatem pro premio optinere valeatis. Datum in congregatione generali apud Sanctum Maturinum Parisius solemniter celebrata die sextadecima mensis Septembris, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono. — NICOLAY[1].

Originale in Arch. nat. Paris , L 889, nº 15. Appendet sigillum Universitatis. — Alıud omnino simile ibidem nº 14, cum fragmento sigilli. De hoc in *Auctar. Chartul*, II, p. 776, 14 sqq., ad Septemb. 15.

1. Vid. nº 2668, not. 2.

2647. *Sententiarii et Biblici.*

1449, mense Septembri, Parisiis.

Sequuntur recepte et misie venerande facultatis theologie ab u[ltimo compoto] dom. Laurentii Poutrelli bidelli et receptoris ejusdem facultatis, quod [fuit die ... an. M]CCCCXLIX.

Primo recepit a bachalariis qui inceperunt Sententias in [Septembri] ejusdem anni :

Frat. Joh. Huen, Carmel., incepit Sententias [lic. 1454].
Mag. Joh. de Halliis, sub mag Petro de Vaucello [lic 1454].
— Jacobus Gosselin, sub eodem.
— Joh Escombart, sub mag. Roberto Cybolle [lic. 1454]
— Nicholaus de Mara, sub eodem [lic 1454].
— Joh. Beguin, sub mag. Girardo Gehe [lic 1454]
— Joh. Videgrain, sub eodem [lic. 1456].
Mag. Nicolaus Lambert, sub eodem [lic. 1454].
— Guillelmus Bremondi, sub mag. Petro de Vaucello [lic 1454].
— Laurentius Reverela, sub mag. Roberto Cybolle [lic. 1454]
Frat. Joh Davaugon, Ord Cist.
— Joh. Patini[1], Ord Predic
— Joh. Piati, Ord Minor [lic. 1454]
— Petrus Testoris, Ord. August.
— Martinus Francisci, Ord Predic, sententiarius apostolicus [lic. 1454]. [15]

Biblici ejusdem anni :

Frat. Joh. Ludovici, Ord Predic
— Joh. Cornage, Ord. Minor
— Ludovicus Godbaut, Ord August.
Frat. Joh. de Capella Thosan[2], Ord. Cist.
— Mathurinus Clementis, Carmel.
[5]

Bibl. nat. Paris, ms lat. 5657c, fol. 1. — Quilibet Sententiariorum solvit pro fac. theol. 24 sol., apostolicus autem sententiarius 48 sol. Quisque biblicus 20 sol. numeravit, ut jam ab an. 1421 annotavimus.

1. Lic. in theol. an. 1454, April 29 Fuit tunc vicarius inquisitoris Franciae, praesens in processu rehabilitationis Johannae d'Arc. Quicherat, *Procès*, III, 23, male scribit « Johannes *Martini* » (recte p. 2 « Patin »), indeque Vallet de Viriville, *Hist. de Charles VII*, t. II, p. 189, not. 2, eum confundit cum Martino Billory, qui an. 1431 pendente processu contra Johannam d'Arc subinquisitor fuit. — 2. Constantiens dioec., in Helvetia Vid. Janauschek, *Orig. Cist.*, I, p. 184.

2648. *Universitas Paris. Jul 14 concludit unum vel duos tanquam nuntios ad regem cum litteris Universitatis pro conservatione privilegiorum mittendos, « quia cotidie ratione impositionum et talliarum supposita Universitatis molestantur ». Augusti 6 Instructiones pro ambassiatoribus lectae sunt Statim post Septemb 15 magistri Guillelmus Bouillé[1] et Robertus Ciboule ad regem profecti sunt, qui Octob 4 apud ipsum commorabantur, misso ad eos ex parte Universitatis nuntio cum litteris Universitatis de conservandis libertatibus ejusdem.*

1449, Julii 14-Octobris 4, Parisiis.

Auctar. Chartul., II, p. 769, 30, 771, 10, 16, 772, 32, 39; 775, 33; 779, 5. Cf. etiam *Lib. procurat. nat. Gallic.*, fol 106b. Bul., V, 549, et de Beaucourt, *Hist. de Charles VII*, t. V, p. 303, not 9, confundunt hanc legationem cum posteriore mense Januarii sequentis facta.

1. Septemb. 15 Parisiis coram patriarcha Antiocheno, Jacobo Juvenalis des Ursins, proposuit nomine Universitatis (*Auctar.*, p. 775, 11, etc.).

2649. *Universitas Parisiens. Octob. 29 conclusit ut legatus apost. sedis (Alphonsus de Segura)[1] visitaretur, eique Universitas cum suppositis recommendaretur. Mag. Robertus Ciboule ut proponens electus est, qui in principio Novembris coram legato proposuit.*

1449, Octob. 29-Novemb. 8, Parisiis.

Auctar. Chartul., II, p. 783, 17, 20; 784, 29, 37 — An. 1450, etiam Universitas eum visitavit (801, 18, et not. 1).

1. Supra agitur de Alphonso de Segura, qui jam prius, cum esset decanus Toletan., causarum in palat. apost auditor, decret. doctor, in Francia legatus fuit, ut omnes norunt. Nunc autem factus episcopus *Mindoniens.*, i. e. Mondoñedo (scil. ab hoc anno, Jul. 14) iterum a Nicolao V in Franciam ut legatus missus est. D'Achery, *Spicil*, 2 ed., III, p. 785, et de Beaucourt, *Hist. de Charles VII*, t. V, p. 203, eum confundunt cum quodam episcopo *Minturnens.* (i e. Minturno, episcopatu jam ab aliquibus saeculis exstincto), indeque eos caeterosque omnes secunda legatio Alphonsi de Segura fugit. Latius de hoc egimus in *Auctar.*, II, p. 775, not. 3.

2650. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1449-50.*

1449, Novemb., Parisiis.

Sequuntur nomina regentium ejusdem anni :

Mag. Johannes Langrenois.
— Robertus Poitevin
— Johannes Thiphaine.
— Petrus de Chasciaco.
— Inguarrendus de Parenti.

Mag. Guillelmus de Algia.
— Guillelmus de Camera.
— Petrus Pilatre.
— Johannes Johannis. [9]

Comment. fac. med., II, p. 91. — Nov. 8 decanus facultatis continuatus est Guil. de Camera.

2651. *Licentiati in facultate theologiae.*

1449, Decembris 15, Parisiis.

Mag. Guill. de Castroforti[1], rector Univ.
— Ursinus Thibout[2].
— Thomas de Jarsonno[3].
— Robertus de Landa
— Dyonisius Citharedi[4].
— Bernardus de Miramonte
Frat Petrus de Grossis[5] [Minor].

Frat. Petrus Poleti[6] [Predic].
[Mag. Girardus Tho]me[7].
Frat. Joh. Gauffridi[8] [Predic.]
— Nicholaus Trenal[9], Aug
— Guido Marguetati[10], Predic.
Mag Johannes Berthe[11].
Frat. Egidius de Roya[12], Cisterc. [14]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5657[c], fol. 1, e quo 5657[a], fol. 21. — Decanus facultatis theol. hoc anno et sequentibus fuit mag. Rogerus de Gaillon, quia antiquissimus omnium An. 1456 Dionysius de Sabrevois decanus evasit, remansitque usque ad an. 1472.

1. Magister in theol. an. 1450, Febr. 9 (fol. 1[b]). — **2.** Mag. Febr. 26 (ibid). — **3.** Mag. Martii 10 (ibid.). Celeberrimus, de quo saepe in *Auctar.* II. — **4.** Seu « Le Harpeur ». Mag. an. 1454, April. 11 (fol. 18[b]) Ab an. 1471 caneellarius eccl. Parisiens. — **5.** Mag. an. 1450, April 20 (fol. 1[b]). — **6.** Mag. Martii 26 (ibid.). Postea ad Ord. S. Ben. transivit. — **7.** Mag. Junii 25 (ibid.). — **8.** Mag. Maii 4 (ibid.) — **9.** Mag. Junii 22 (ibid.). — **10.** Mag. an. 1451, Mart. 1 (fol. 5) — **11.** Presb. Laudunens. dioec., supplicat an. 1441, Decemb. 30, canonicatum eccl. Laudunens (Suppl. Eugen. IV, n° 371, fol. 223[b]). — **12** In ms[to] perperam vocatur « Johannes ». Mag. an. 1450, Octob. 19 (fol 5). Provisor Collegii S. Bernardi fuit, et an. 1453, Januarii 12, jam abbas Regalismontis (vid. *Gall. christ.*, IX, p. 845).

2652. *Capitulum ecclesiae Laudunensis renuntiat certis casibus novitatis seu mandatis regiis impetratis ab anno citra in praejudicium Universitatis Paris., proviso quod omnes alii processus qui emerserunt et emergere possent, tam occasione dictarum regiarum litterarum quam occasione Henrici de Furno, annullentur.*

1449, Decembris 17, Lauduni.

Bul., V, 553. — Rursus an. 1450, Jan. 9, Capitulum similem Universitati misit renuntiationem, quae lecta fuit in congregatione Univ. Januar. 28 (*Lib procur. nat. Gallic.*, fol. 110[b]). Ad requestam decani ecclesiae Laudunens, duo canonici Laudunens. ante mensem Novemb citati erant ad curiam conservatoris privilegiorum, qui non comparuerunt, indeque ab Universitate excommunicati sunt. Canonici impetrarunt mandatum regium contra curiam conservatoris, Universitas deinde omnes canonicos citavit Fuse de hoc in *Auctar.*, II, p. 784, 44 sqq., 786, 28. Jam vero Decemb. 9 quidam canonici comparuerunt et renuntiaverunt omnibus impetratis, aliique se excusaverunt (p 788, 3 sqq.). Vid. praeterea ibid., p. 790, 33; 794, 21.

2653. *Invitante « supremo domino nostro domino rege », Universitas eligit ambassiatores ad Concilium ecclesiae Gallicanae Rotomagens., et quidem tres theologos, duos decretistas, duos medicos et quatuor artistas*[1].

1450, Januarii 3, Parisiis.

Auctar. Chartul., II, p. 791, 12. — Mandatum regium jam an. 1449, Decemb. 7, receperat, conclusitque Universitas « plenam et solempnem ambassiatam » mittere, contra « morem antiquum et consuetum », ut videlicet « mitterentur duo theologi, unus decretista, unus medicus, et quatuor artiste » (p. 789, 11, 35). Ambassiatores Instructiones receperunt (790, 22 sqq.).

De illo Concilio quaedam notavimus in *Auctar.*, II, p. 791, not. 2 BUL., V, 554, et DE BEAUCOURT, t. V, p. 204, not 1, legatos Universitatis ad hoc Concilium cum legatis an. 1450, Decemb.-1451, Jan., Rotomagum (non ad Concilium) destinatis confuderunt (vid. ibid.) Ut Concilium Carnotens., Maii 15, sic etiam hoc Concilium rex sua sola auctoritate convocavit et ei praesedit, quod cum Carnoti quidam praelati aegre tulissent, Johannes Juvenalis des Ursins opposuit, jam an. 1398 jus illud regi collatum fuisse, ita ut per sic congregatam ecclesiam et suos principes leges ferre posset quantum ad libertates ecclesiae Gallicanae (*Remontrances*, etc., an 1453, in Bibl. nat. Paris, ms. franç. 2701, fol. 114 sqq, et *Hist de Charles VI*, ed. GODEFROY, p. 184).

Januarii 28 Universitati litterae ambassiatorum perlegebantur, Martii 9 Parisios reversi erant (*Lib. proc. nat. Gallic.*, fol. 110^b, *Auctar.*, II, p. 794, 13, 798, 12)

1. Quatuor tantum ex his ambassiatoribus hic illicque nominantur, Petrus Maugier pro decretistis (vid. infra p. 696), Guillelmus de Camera pro medicis (ibid.), Gerardus Thomae (*Auctar.*, II, p. 798, 13) et Albertus Scriptoris pro artistis (*Auctar.*, II, p. 854, 34-37). Hi duo Martii 24-31 postea de rectoria litigabunt Vid. ibid. p. 802 sq., et infra p. 697.

2654. *Carolus VII Guillelmo Bouillé, doct. in theologia ac decano Noviomensi, mandat, ut super processu alias facto contra Johannam dictam la Pucelle informatio diligens fiat quomodo ductus sit ille processus et informatio sic facta regi magnoque ejus Consilio mittatur.* Donné à Rouen, le quinziesme jour de Fevrier, l'an de grace mil quatre cens quarante neuf, et de nostre regne le vingt-huictiesme Par le roy, DANIEL « Comme ja pieça Jehanne ».

1450, Februarii 15, Rotomagi.

J. QUICHERAT, *Proces de Jeanne d'Arc*, II, p. 1 — Inter testes interrogatos ii qui pertinebant ad Univers. Paris. nominandi Guillelmus Manchon, notarius, verisimiliter Joh. Massieu, mag. Joh Beaupère, in theol. mag., tunc jam annorum 70, et Guillelmus Duval seu Vallée, licent. in theol. an. 1442 (vid. nº 2558), de quo dicitur (QUICHERAT, l. c., p. 9) eum fuisse in processu semel cum Ysambardo de Petra O P. Revera agitur de Mart. 27 an 1431. Sed ibidem per errorem vocatur Johannes Vallée (ap. QUICHERAT, I, 196), olim baccal in Universitate (vid. supra nº 2176). Qui error addendus iis quos jam supra, p. 518, notavimus. Johannes Toutmouillé affertur etiam ut doctor in theol., sed eum non inter Parisienses invenimus

---

2655. *Licentiati in facultate medicinae.*

1450, Martii 4, Parisiis.

Quarta die Marcii fuerunt bacalarii licentiati[1] isto ordine :

Primus magister Jacobus de Quara[2].
2us — Johannes Episcopi.
3us — Lambertus Scout[3].

Comment. fac. med., II, p. 96.

1. Febr. 13, deliberavit facultas quod admittebat eos ad licentiam sub spe quod melius ac melius continuarent in practica in sequendo magistros (ibid.). — 2. Vel de Carra. — 3 Lamberti Schout de Arnhem mentio saepius fit in *Auctar.* II.

2656. *Universitas Paris. remedium quaerit contra receptorem talliarum, qui a multis veris officiariis suis, v. g. bedello medicinae et nationis Normanniae aliisque suppositis vadia, i. e. praedes recepit. Cum paulo antea cancellarius Franciae, Guillelmus des Ursins, Universitatem objurgaverit de abusibus et de necessitate reformationis, eo praetermisso, vicesgerens conservatoris thesaurarium Franciae, mag. Johannem Bureau*[1], *monere debuit ut desisteret a vexationibus et vadia restitueret, eum excommunicando, si non obediret. Rector praeterea cum deputatis eundem adivit, qui tamen sicut cancellarius observavit, necesse esse ut Universitas se reformaret, cum multi abusus committerentur, « et multi dicerent se supposita Universitatis, qui tantum sunt publici tabernarii, mercatores et alii abusores, immo in maximo numero » Universitas det nomina suorum officiariorum, quod rector facere recusavit, nam credendum esse sigillo rectoriae*[2]. *Inde clientes thesaurarii quemdam magistrum in art. et in jure can. studentem, qui excommunicationem thesaurarii urgebat, incarceraverunt. Universitas propter hoc minata est cessare a sermonibus, non tamen cessavit*

1450, Martii 15-23, Parisiis.

Auctar. Chartul., II, p. 799, 22-801, 38. — Has querelas jam antea et postea Universitas contra officiarios regios exhibuit. Remittimus lectorem ad *Auctar.* II.

1. Fuit dominus de la Houssaye et de Monglat in Bria, et cum uxore sua Germana Hesseline fundationes fecit in ecclesia SS. Innocentium (Reg. Vat., n[is] 398, fol. 144, 462, fol. 92[b]). — 2. Hoc jam an 1444 Universitas regi supplicavit. Vid. supra p. 650.

2657. *Universitas Paris. ambassiatores sequentes eligit, mittendos Carnotum ad Concilium ecclesiae Gallicanae : pro fac. theol. Petrum de Vaucello; pro decret. Johannem de Montiniaco*[1]*; pro medicina Guillelmum de Algia; pro artistis Johannem Normanni.*

1450, Maii 18, Parisiis.

Auctar. Chartul., II, p. 809, 13 sqq. — Jam 29 Martii Universitas a rege invitata erat ad legatos illuc transmittendos (804, 35), qui Instructiones receperunt (808, 34). Vid. etiam *Partie des pieces et actes qui concernent l'Université de Paris*, rec. VIII, alias VII, p 34 (ubi Martii 28). Concilium a Maii 15 celebratum est. Vid. *Auctar.*, p 807, not. 3. Maii 23 solum ambassiatores in Universitate juramentum praestiterunt (810, 19). et post Maii 25 profecti sunt (811, 20 sqq).

1. Pro ipso deinde Martinus de Fraxinis electus est (810, 26).

2658. *Universitas 4ª et 11ª Julii ambassiatorem eligit ad regem pro provisione suppositorum, et quidem Johannem Painetchar, Petro de Vaucello impedito, qui Julii 20 Instructiones et litteras recepit, et Aug. 6 apud regem commoratus est, Aug. 21 Parisios reversus erat.*

Aug. 21 Petrus de Vaucello, Johannes Painetchar, Petrus Maugier et Gaufridus Normanni ambassiatores electi sunt ad regem, Aug. 31 juramentum praestiterunt et Instructiones receperunt; Octob. 8ª Parisios reversi erant.

1450, Julii 4-Aug. 31, Parisiis.

Arch. Univers. Paris., *Lib. procur. nat. Gall.*, fol 116[b], *Auctar. Chartul.*, II, p. 814, 32, 36, 47, 815, 10, 38, 816, 9, 11, 16, 39, 819, 39. — Rex tunc apud Turones morabatur, et ambassiatores « non habuerunt audientiam », nomine regis eis responsum est « quod Universitas remitteret ad ipsum circa festum S. Martini proxime instans, et quod tunc rex daret plenam audientiam », etc. (825, 30).

Circa idem tempus, Septemb. 15, mag. Everardus Custodis se accinxit ad iter peragendum Romam, ubi pro natione Alemanniae se laboraturum promisit (817, 32).

2659. *Facultas medicinae convocata in S. Mathurino, die SS. Egidii et Lupi, saeviit in mag. Odonem de Credulio, propter verba injuriosa per eum prolata in personam mag. Guillelmi de Algia; deliberavit se mite*

acturam cum Odone, dum veniret ad facultatem cum humilitate et reverentia dicendo quod verbis injuriosis per eum prolatis sibi displicebat et quod facultas vel[l]et habere pro non dictis et sibi indulgere, facultas eum reciperet ad regentiam in hunc modum, videlicet quod posset legere et de Quolibeto *in suo ordine disputare in domo sua et habere distributiones facultatis, secludendo etiam baccalareos et officia facultatis usque ad duos annos, et quod tempore medio facultas videret quomodo in pace se haberet cum magistris.*

1450, Septembris 1, Parisiis.

Comment. fac. med., II, p. 98. — In eadem congregatione « conclusit facultas quod decanus exortaretur baccalarios de juramentis per eos prestitis, et signanter super statuto in quo cavetur quod debent practicare Parisius cum magistris ante licentiam per duas estates, vel extra per duos annos, quod admodo habeant diligenter secundum juramenta eorum insequi magistros in practica, quodque si secus fecerint, protestatur facultas eos ad licentiam non recipere ».

2660. *Cursores in facultate theologiae*

1449, Novemb.-1450, Septemb., Parisiis.

Mag. Egidius Hugonis, 22 Nov. incepit 1um curs (Pet. de Vaucello)[1].
— Joh. de Martigniaco, 4 Dec. 1um curs. (Gerard Gehe).
Frat. Stephanus Bartonis, 17 Dec. 1um curs (Joh. Regis).
Mag. Joh. Verdière, 2 Mart 1um curs. (Rob. Cybolle), 18 Aug 2um curs.
— Henr. Megret, 4 Mart. 1um curs (Joh Boucart).
— Nichol. le Danoys, 23 Mart. 1um curs. (id).
— Merlinus de Westbusch, 24 Mart 1um curs. (Guill. Bullé).
Mag. Jacobus Fraterni[2], 31 Maii 1um curs. (Pet. de Vaucello).
— Guill. Daguenet, 11 Maii 1um curs. (Joh. Boucart).
— Michael Miniclardi[3], 12 Maii 1um curs. (Egid. Houdebin).
Frat. Joh. Barre, O. S Ben., 18 Jun. 1um curs. (Joh. Rivière).
— Thomas de Linione, Cisterc, 6 Jul. 2um curs.
Mag. Guil Riveti[4], 28 Jul. 1um curs. (Ger. Gehe).
— Fr. Symon de le Terière, Premonstr., 5 Sept. 1um curs. (Ger. Gehe).
[14]

Bib. nat. Paris., ms. lat. 5657c, fol. 1b, 5.

1. Cum in eo msto catalogus magistrorum regentium pro singulis annis desideretur, inter uncos adjungimus magistros, sub quibus inceperunt. — 2 Presb. Cameracens dioec, mag. in artibus, rector par. eccl. de Melzis, Laudunens. dioec., dictam ecclesiam resignavit an 1449, April 3 (Suppl. Nicol. V, no 428, fol. 72b) Distinguendus ab ipso Nicolaus Fraterni, Collegii Marchiani (*Auctar.*, II, p. 836, 23) — 3. De quo no 2668. — 4. Postea rector Universitatis et adversarius Mendicantium.

2661. *Sententiarii et Biblici.*

1450, mense Septembri, Paris.

Nomina baccalariorum qui inceperunt Sententias in mense Septembri :

Frat. Toussanus Castelain, Carmel.
Mag Joh Verdière, sub mag. Rob Cybolle
Frat Thomas de Linione, Cisterc
— Philibertus Willodi, Ord Predic.
Frat Joh. Cretel, Ord. Minor.
— Dominicus Geminiani [Aug., lic. 1456[1]
— Petrus Cailliardi, Predic., sententiarius apostolicus. [7]

Biblici :

Frat Joh. Wattat [Pred , lic. 1460]
— Joh. de Mota, August.
— Guillelmus Papin[1], Ord Cisterc.
— Rodericus Velasti, Biblicus Minor[2].

Frat. Toussanus de Villanova, Biblicus Carmel.
— Laurentius de Colonia, Biblicus August., incepit Bibliam 4ª Decemb.
[6]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5657ᶜ, fol. 5.

1. An. 1454, Septemb., Capitulum generale Cisterc extollit « laudabilem vitam, scientiam et dispositionem ad actus virtuosos fr. Guillelmi Papin de Mortuomari, baccal formati in theol. », ipsumque retinet Parisiis, expensis monasterii de Mortuomari, usque ad magisterium (Arch status Luzern., ms. 544, p. 187). An 1458, Febr 13, licent. est (ms. lat Paris. 5657ᶜ), cum jam esset abbas de Bellobecco (vid. *Gall. christ.*, XI, p. 303) — 2. Is et sequens post alios inceperunt.

2662. *Universitas Paris. concludit, ut rector cum deputatis facultatum et nationum Carolum ducem Aurelianens. visitet, qui ambassiatam nuper ad regem missam benigne in civitate Blesensi recepit. Proponens, Thomas de Courcellis, ei recommendet privilegia Universitatis et promotionem suppositorum, praecipue etiam destructionem « studioli Cadomens. »*[1]*, quod proponens etiam fecit.*

1450, Novembris 8-14, Parisiis.

Auctar. Chartul., II, p. 827, 44 sqq., 828, 31.

1. Universitas Paris. tunc fortiter dimicavit tam apud regem quam apud summum pontificem aliosque contra studium Cadomense, quod Universitati libuit nominare « studiolum », et, quod, civitate Cadomens. a Jun 24, totaque Normannia ab Aug. 12 ad regem Franciae reductis, omnino destruendum fore decrevit, cum ab Anglis, in praejudicium Universitatis Paris., erectum esset. Prolixe de hoc in *Auctar.*, II, p. 825-835; 838-841. Nihilominus tamen tam rex quam papa studium Cadomense protexerunt; jam Octob. 13 de quibusdam privilegiis a papa Cadomensibus in praejudicium Universitatis Paris. concessis agebatur (p. 820, 42, et not. 5, 6). Revera Nicolaus V an. 1448, Febr. 27, statuit, ut studentes Cadomenses rotulum conficerent et ad cur. Rom. transmitterent, concedendo, ut nullus alius praeter eos ad petita beneficia vacantia duobus mensibus ab ipso designatis admitteretur (Reg. Vat., nº 406, fol. 268ᵇ).

2663. *Magistri regentes facultatis medicinae an. 1450-51.*

1450, Novemb., Parisiis.

Nomina regentium :

Mag. Johannes Lengrenays[1].
— Robertus Poitevin.
— Johannes Tiphaine.
— Petrus de Chasciaco[2].
— Inguerrandus de Parenti.

Mag Guillelmus de Algia.
— Guillelmus de Camera
— Petrus Pilatre.
— Johannes Johannis.
— Johannes Episcopi. [10]

Comment. fac. med., II, p. 101. — Nov. 7 decanus facultatis electus est Johannes Episcopi
An. 1451, Nov. 8, Johanne Episcopi continuato decano, eosdem mag. regentes invenimus, praeter Petrum de Chasciaco et Johannem Johannis, addito autem Karolo de Mauregart (ibid., p. 107).

1. Fuit presbyter, rector paroch. eccl. de Barcho, Ebroicens. dioec., cum an. 1451, Sept. 28, Nicolao V supplicaret pro alio incompatibili obtinendo (Suppl. Nicol. V, nº 447, fol. 75). Ultimum an. 1451, Nov., inter regentes memoratur. Ejus obitus in scholarum sacello Oct. 24 quotannis celebratus est, et die sequenti missa. (Cf. *Ritus et usus fac. med.*, 1751, p. 5.) Instrumentum quo Joh. Lengrenais xix sol. annui redditus pro illo obitu legavit « le samedi feste de S. Luc, 18 Octobre 1449 » servatur in Arch. nat. Paris., M 70, nº 14. — 2 Non nominabitur amplius Petrus de Chacy, canon Paris , qui saltem an. 1430-35 negotiis bibliothecae Nostrae Dominae vacaverat. Cf. FRANKLIN, *Anciennes biblioth. de Paris*, I, p. 52.

2664. *Universitas a rege auxilium petit, ut sui debitores ad solvendum impellantur.*

1450, Novemb.-Decemb., Parisiis.

Almifice pietatis rex illustrissime, supplicat vobis et regie majestati vestre felicissime vestra devota filia Universitas magistrorum et scolarium Parisiens., quod cum ipsi vix vel nonquam seu cum tediosa dificultate a debitoribus suis possint sua justa debita prosequi et habere, plerumque oporteat ipsos ab Universitate predicta et studio distrahi ob hujusmodi deffectum, quare, vestri misericordia et pietatis intuitu, velitis eisdem concedere quod detentores suos veros et nullatenus fictos possint convenire justo modo et facere conveniri coram preposito vestro Parisiensi, et vestras litteras eis super hoc prefato preposito se dirigentes, de gracia speciali concedere, virtute quarum possit prelibatis Universitati, magistris et scolaribus de debitoribus suis et super debitis justis eorum bonum et breve facere justitie complementum, et ad satisfactionem congruam dictos debitores justo modo compellere, privilegiis et consuetudinibus Normannorum seu aliorum quorumcunque regnicolarum in contrarium concessis seu concedendis super hoc expresse in contrarium nullatenus obstantibus, maxime quia sunt alique alie Universitates regni vestri qui consimile in et super hoc habent speciale privilegium.

Originale in Arch. nat. Paris., M 65b, nº 94 (olim A. 3. zzz). A tergo: « supplicat Universitas ad regem quedam ». — Ad tempestatem Anglorum epistola vix pertinere potest, cum sub eorum dominatione praeter Parisiensem non fuerunt « alique alie Universitates », sed solum Cadomensis. De fundatione Universitatis Burdigalens. an. 1439 tantum agebatur (vid. DENIFLE, *La désolation des églises en France*, nº 346), i. e. Anglis e civitate Paris. jam ejectis. Normannia vero solum ab an. 1450 ad coronam Franciae iterum pertinuit. Universitas eodem anno, Novemb. et Decemb., de conservatione suorum privilegiorum in ducatu Normanniae laboravit (*Auctar.*, II, p. 826, 3; 829, 3, 44; 834, 20). Novemb. 17 de « resta debitorum et creditorum » etiam agebatur (830, 21). An. 1451, Novemb. 6, iterum de istis (865, 36 sqq.).

2665. *Universitas Paris. Decemb. 11 nuntios eligit ad comitem Dunensem Rotomagum mittendos, Petrum de Vaucello, Thomam de Courcellis et Petrum Maugier. Ast Decemb. 19 constituit legatos Guillelmum Evrardi, Petrum Maugier et Gaufridum Normanni. Finis*[1] *legationis fuit* « pro tuitione et conservatione privilegiorum, pro obviando erectoribus studii Cadomens.[2], pro provisione suppositorum Universitatis ».

1450, Decemb. 11-19, Parisiis.

Auctar. Chartul., II, p. 834, 17 sqq.; 835, 11; 837, 6-22. — Comes Dunens. (Joh. bastardus Aurelianens.) litteras misit Universitati, de quibus vid. ibid. — Antea Universitas anceps fuit, an ambassiata ad regem mittenda esset. Vid. ibid., p. 825, 25, 828, 37. BUL., V, 554, hanc legationem perperam refert ad Januarium an. 1450, et quidem ad Concil. Rotomagens., simulque eam confundit cum legatione an. 1449, Jul.-Octobr. Vid. supra nº 2648, et nº 2653.

1. Sequentia scribuntur in *Libr. procur. nat. Gallic.*, fol. 127b. — 2. Vid. supra nº 2662, not. 1.

2666. *Universitas, sabbato, Jan. 16, apud S. Mathurinum congregata audit lecturam litterarum per ambassiatores de Normannia venientium ex parte comitis Dunensis portatarum. Exponitur diligentia facta Rotomagi ab ambassiatoribus super conservatione privilegiorum, provisione suppositorum, destitutione et annullatione studii noviter inchoati Cadomensis. Finis relationis dilata est ad diem lunae sequentem.*

Die lunae Jan 18, quid Rotomagi gesserint, prolixe narrant ambassiatores Guillelmus Evrardi ac Petrus Maugier. Cadomensibus apostolica et regalia privilegia sua allegantibus, P Maugier responderat « ea vigorem habere minime, cum rex quamdam solum tolerantiam[1] dederat, que jure videretur cedere, matre Universitatum Parisiensi reclamante ». Cum iidem ubertatem patriae ac commoditatem loci pro Normannis allegarent, legati Paris. ex adverso dixerant « locum studiis quam Parisius non esse sub celo aptiorem », nam ibi pro Normannis plurima collegia, optime dotata, ubi poterant commode crescere multi in viros perfectos, praeterea ibi innumera alia quae decorem ac claritatem studentibus afferre consueverunt. Cadomi nec victualium copia, nec vini varietas, vicini maris aer molestationes infert. — Tandem facultatibus placuit mitti regi ambassiatam, addito legatis praedictis mag. Roberto Cybole Normanno, « qui velut fortis athleta ac pugil intrepidus pro nacione Normanie haberet certare, ac non esse de mente illius venerande nacionis, quod quicquam in prejudicium Universitatis ac corroboramentum studii Cadomensis ageretur ».

1451, Januarii 16-18, Parisiis.

Auctar. Chartul., II, p. 840, 7 sqq. et 841. Cf. etiam *Libr. proc. nat. Gallic.*, fol. 127b, in quo tamen also congregatio ad diem sabbati « xvij Jan. » refertur.

1. Litteris datis an. 1450, Jul. 30, Carolus VII Cadomensi Univ. concesserat ut posset pacifice uti et frui suis « tollerance, permission, octroy et consentement » (ap BENET, *Inv. des Arch. de l'Univ. de Caen*, I. p. 43), sed Paris. Universitas plus aequo arripit vocem « tollerance » quae proposito suo favebat.

2667. *Universitas et abbas S. Genovefae adversus Philippum Anglici, cancellarium S. Genovefae coram Parlamento litigant, quod is abusus in temptaminibus commiserit donaque a candidatis acceperit.*

1450, Novemb. 26-1451, Februar 4, Parisiis

Jeudy xxvj^e jour [de Novembre]. — En la cause d'entre le recteur de l'Université de Paris et de l'abbé de Sainte Geneviesve[1] anticipant d'une part, et le chancellier de Sainte Geneviesve[2] appelant d'autre part. Boyleaue pour l'appelant dit que aucunefois l'Université veult maintenir que n'est tenu plaidier ceans, se ne lui plaist. Or il a des provisions à requerir qui seroient soustratoires .. N'est tenu proceder s'il n'appert par conclusion de l'Université que veult ceans sortir jurisdiction....

Boyleaue dit que le recteur ne les facultés ne peuent sortir jurisdiction ou nom de l'Université ceans, sans conclusion expresse de l'Université; autrement *judicium esset illusorium;* par l'anticipation n'appert que soit prise *ex conclusione Universitatis;* l'appelant n'a point pris en partie l'Université, *ymo elegit certos particulares*, et qui plus est, ceulx qu'il a fait adjorner et intimez ne l'ont fait anticiper à certain jour advenir, et là où seront contens de proceder *super reformacione tocius Universitatis libenter procedet* et monstrera asses d'abuz; et par la presentacion n'appert point qu'elle se face *ex conclusione Universitatis.*

Piedefer[3] dit que, soubz umbre de ce que l'appelant requiert maintenant, c'est pour cuider eschaper des abuz dont il a esté reformé, et à lui n'appartient requerir reformacion de l'Université; *in congregacione generali* du recteur antique il fit serement de poursuir ceste matière, et est l'abbé de Sainte Geneviesve en ce procès...

Jeudi iij^e jour [de Decembre]. — Piedefer pour l'Université et abbé requiert provision que aucuns soient commis pour pourveoir aux temptamens et qui sont à promovoir.

Boyleaue dit que sont emendables de vouloir calompnier l'appoinctement de la court fait huy à viij jours, que feroient foy de la conclusion de l'Université pour poursuir ceste cause, et hyer bien tart baillèrent au procureur de l'appelant une certificacion qui n'est en forme ne faicte par conclusion de l'Université, et contre l'abbé n'a jour ne terme et n'est le jour escheu...

Jeudi x^e jour. — Boyleaue dit que la conclusion et certificacion n'est souffisant, ne prise en l'Université comme appoinctié avoit esté, et n'est signée du scribe de l'Université, mais de l'antique recteur, qui est principale partie adverse contre l'appelant, et rompy le recteur l'une des serrures de la boiste où est le grand scel nonobstant l'opposicion d'un des notables suppost de l'Université, et a par memoires que le scribe a autre conclusion que celle que monstre, et se rapporte à la cour s'elle est souffisante ou non, et se si, il en vendra voulentiers à viij^ne.

Lundi xiiij^e jour. — Boyleaue pour l'appelant offre de [se referer] *principaliter* au jugement et ordonnances touchant la reformacion, s'il plaist à la court, et l'Université en est d'accord, et que encores la court y commette trois ou iiij des conseillers de la court.

Piedefer dit qu'il est content de ce parmy ce qu'il ait deux de l'Université assistens au procès, et que l'appel soit mis au neant. Boyleaue dit que n'est *responsio* pour ce que sont parties adverses .... que l'Université est *unum corpus seculare*, qui ne cognoistra du chancellier qui estoit religieux, mais bien la court y en mettra, car elle represente le roy à la requeste duquel l'Université a assistence et estre et [qui] l'a privilegiée et fait privilegier par le pape.

Piedefer dit que le chancellier *est de jurisdicto Universitatis* et subject, et comme tel y fut cité et comparut, et requiert estre renvoyé à son abbé, et qu'il y arroit deux de l'Université assistens, et en fut content; et par devant eulx a procedé.

Boyleaue dit que comme escolier le chancellier seroit subject, mais non comme chancellier, car il est chancellier *auctoritate apostolica*, *et nunquam ex post remissionem cause processit coram abbate et commissis Universitatis*, et l'Université n'a quelque jurisdiction sur les officiers commis *ex auctoritate apostolica*.

Jeudi derrenier jour. — Entre maistre Philippe Langlois maistre es ars et chancellier de Sainte Geneviesve appelant de maistre Maugier et ... (*sic*) deputez de l'Université de Paris et de l'abbé de Sainte Geneviesve.

Boyleaue dit ... que l'année passée aucuns ambaxeurs de l'Université furent envoiez à Roen[4], ou conseil de l'eglise, comme ledit Maugier, maistre Guillaume de la Chambre et autres, touchant le fait de l'eglise et *pragmatique sanction*. A leur retour vouldrent sur les supposts de l'Université mettre une taille pour leur voyage paier, et ce fait requistrent audit abbé et appelant avec monicion pour faire paier lesdiz supposts. Respondirent que

en estoient contents, *servato tenore bulle et statuti*, car aussi aucuns suppostz comme les pedagogiens se y opposèrent. Maugier et maistre Perre Thomas et autres ambaxeurs n'en furent contens dudit chancellier et lui distrent que l'en paieroient bien. Or, après vint la licence des maistres ès ars et en y ot plusieurs frustrez et chifrez, dont plusieurs ne furent contens dudit chancellier. Après survint le debat de la rectorie entre maistre Albert Lescrivain et maistre Girard Thomas[5], et à ceste cause fut l'Université souvent assemblée où fut ledit appelant. Ledit Thomas en conceupt hayne contre l'appelant et fist assembler en son hostel ledit Maugier, Thomas et autres ambaxeurs et autres malveillans de l'appelant, et conspirèrent qu'il convenoit imposer audit appelant qu'il avoit vendu les lieux des maistres ès ars. Et firent leur conclusion ensemble tèle qu'ilz prindrent, c'est assavoir du vicesgerent du conservateur, une monicion de venir reveler dedans certains jourz au recteur, *videlicet* audit Thomas, l'argent baillé à l'appelant pour vendicion desdiz lieux. L'appelant obtint du prevost de Paris provision de faire revoquer ladite monicion ... Que firent parties adverses qui avoient tout machiné? Deputèrent Maugier et Aubery et autres qui alèrent à l'abbé comme juges deputés de l'Université et requistrent l'abbé que privast l'appelant de la chancellerie; leur respondit que le vouldroit avant eulx et aussi garder les privilèges et statutz de l'Université. Ce voyans, firent par le procureur de l'Université citer en ladite Université; y comparut, et interrogué sur pluseurs pointz, il respondit. Ne leur souffist quand vidrent que respondoit et se defendoit souffisamment et alèrent à l'abbé et le requistrent faire faire informacion sur certains abuz de la chancellerie qu'ilz pretendoient. Le leur octroya et l'informacion faite, fut cité à comparoir en personne, et comparut, demanda qui estoit partie contre lui. Le promoteur de l'Université, Bernasse, ne voult comparoir ne soy rendre partie. Lesdiz deputez de l'Université firent occuper maistre Symon Chapitau, lequel proposa contre lui qu'il avoit vendu les lieux *incurrendo perjurium*.... L'appelant dist que devant lesdiz deputez n'estoit tenu de proceder ...

Piedefer pour l'abbé et le procureur de l'Université de Paris dit que en tous degrez et estaz l'Université est bien reglée, et touchant les ars il y a chancellier, lequel office est à la collation de l'abbé par privilège papal. Après fait le serement en l'Université selon les privilèges papaulx par lesquelx pour quelque chose il ne doit riens prendre que deux solz de chascun, pour celui qui en la chambre du *temptamen* met le feurre, et s'il prend autre chose, *ipso facto incurrit sententiam excommunicationis*, dont l'absolution appartient et est reservée au pape. L'appelant a eu ledit office et est maistre ès ars, ainsi *duplo vinculo* doit sortir *jurisdictionem in Universitate, et juravit ea tenere*. Or il a fait le contraire, ainsi a encouru les peines contenues ès bulles, la court les verra. L'Université a voulu reformer les abuz, et fut advisié que faloit pourveoir aux abuz commis par ledit appelant, dont estoit grant renommée et esclande, de prendre profiz indeuz et pour les profiz preferer les ignorans aux bons pouvres clercz. Si fut mandé en l'Université .. Or on dit qu'il

prent proufit avecques aucuns pedagogiens sur leurs escoliers afin de les preferer, ainsi trouva des amis ...

Boyleaue dit que se la court pourvoyoit à la totale reformacion des abuz de l'Université, il croit qu'elle ne pourroit faire meilleur œuvre : on veult laisser les gros et soy prendre à buchètes, et demande delay ....

Lundi iiij[e] jour [de Janvier]. — Boyleaue pour l'appelant *[defensionem agit]* ... Piedefer ... Il y en a trop et des grans sommes qu'il a exigées soubz umbre de son office. L'office n'est de grant proufit, et toutesvoies depuis qu'il est chancellier il a viij ou x serviteurs fourrés de fines martres, cent queues de vin en son sellier, servy comme un seigneur, et fait à Saint Marcel un jardin comme pour un prince. Il n'est plus pouvre religieux comme il souloit, bien est garny et en grant quantité de belle vaisselle d'argent... A ce que y a tempteurs et autres tempteurs qui ne sont accusez, dit que ce n'empesche qu'il ne soit et doye estre corrigié,... il doit estre reputé pour excommunié. Ceulx qui sont à passer souvent il a chifrés et les ignorans exaussiez, *videlicet* les pouvres cameristes qui sont souvent les meilleurs clercs, qui n'avoient que donner, sont chifrez, et en l'Université ont voulu monstrer estre aussi ou plus souffisans que ceulx qui avoient passé, et furent baillez par l'Université deputez à les examiner, et trouvez souffisans qui par ce furent passez ou vij ou viij, et ceulx que l'appelant avoit r[eçus] estoient indignes, mais quant le recteur lui manda que n'estoient souffisans, dist que à lui appartenoit à passer ou refuser ...

Jeudi iiij[e] jour [de Fevrier]. — Piedefer ... requiert que le procès soit abbregié, et ordonner comment le *temptamen* se ouvrera et y pourvoyst, et defendre audit frère Philippe de ne attempter ne ouvrir aucun *temptamen.*

Boyleaue, pour le chancellier, dit que sa puissance est *auctoritate apostolica* de ouvrir l'examen et bailler la licence. A des hayneux, comme il a dit en sa cause d'appel ... Sa bulle porte que, s'il prent *indebite*, il doit rendre le double à l'Ostel-Dieu de Paris et *non incurrit sententiam excommunicationis* .... Hyer en l'Université fut conclu que le chancellier, s'il vouloit, ouvreroit le *temptamen*, en quoy le recteur ne vouloit conclure. Si lui fut dit que s'il n'y concluoit, que on lui osteroit la chape, et lors les iiij facultés (*sic*) des ars requistrent aux notaires faire instrument de la conclusion, et lors le recteur, doubtant perdre la chape, le conclud selon ladite conclusion de l'Université, et dès hyer le chancellier ouvry le *temptamen*, et pour ce n'y fault provision et demande compulsoire et ne sera la requeste de partie faite.

Piedefer dit *quod ipso facto* ... le chancellier est excommunié... L'abbé a cognoiscence de mettre et desmettre et pourveoir à l'office de chancellier, et en a arrest de la court de ceans, ainsi est la requeste bien raisonnable...

Appoinctié... La court commet Jeh. Deruit huissier d'icelle pour contraindre tous ceulx qu'il appartendra à bailler en forme deue audit frère Philippe la conclusion qui hyer fut prise en l'Université touchant le *temptamen* par toutes voyes deues et raisonnables.

Arch. nat. Paris, X1a 4803, fol 10, 12b, 16, 18, 24, 26, 44 — Jam Novemb. 7 facultas artium contra cancellarium processit (*Auctar.*, II, 827, 4), qui ante Novemb 16 ab abbate suo ad curiam Parlamenti appellaverat, Universitasque solemnes deputatos ex omnibus facultatibus et nationibus elegit, ut rectorem associarent ad palatium et contra eum procederent (*Auctar*, II, p 829, 38). Similem sed graviorem corruptionis accusationem jam saeculo XIV factam adversus J. Blanchard, cancellarium eccl. Paris., vide in *Chartul.*, t. III, et sicut Blanchard cancellariam Paris. abdicare coactus est, ita Philippus Anglici eodem anno 1451, Mart. 5, Nicolao Juvenis in cancellaria S. Genovefae locum, saltem ad tempus, relinquere debuit. Vid nº 2670.

1. Petrum Caillou. — **2.** Philippum Anglici. — **3.** Eodem mense Novembri Universitas Michaeli Piedefer contulit officium advocatus in curia Castelleti (*Auctar.*, II, p. 829, 28 sqq.). — **4.** I. e. Rotomagum. Vid. supra nº 2653. — **5.** An. 1450, Martii 24-31. Fuse de hac turbulenta electione, et de iis quae inde secuta fuerint, *Auctar.*, II, p. 802 (ubi perperam Martii 26)-806, *Lib. procur. nat. Gallic.*, fol. 113b-115, Bul., V, 550-553.

2668. *Universitas mag Michaelem Miniclardi abbati Medianimonasterii O. S B, et Capitulo S. Deodati Tullensis commendat.*

1451, Februarii 11, Parisiis.

1º Domino abbati Medianimonasterii Tullensis.

Pauperibus et egenis studentibus, venerande pater, beneficiorum colatio minime venit abneganda qui diurnis pariter et nocturnis insudant studiis, ut non modo [toti] eclesie, verum etiam universo christianorum cetui auxilio esse possint. Versatur autem in Universitate nostra vir discretus et scientificus magister Michael Miniclardi[1] magister in artibus atque in sacra pagina baccalarius, qui plurimos scientiarum fructus sibi poterit adipisci atque preclaros vestre paternitati parere honores, si ex beneficiis aliquod vestra benignitas eidem transtulerit, unde et hoc hic sustentari sapientiam hauriens et hiis quorum pastoralem geritis curam eamdem uberius exhaustam diffundens valeat in futurum. Easdem itaque vestras dominationes rogamus attentius quatinus nostre Universitatis intuitu ipsum a quatuordecim annis alumpnum nostrum, ad vestrum liberalitatis gremium a[d]mittere dignemini. Nos vero vestre circumspectionis beneplacitis jugiter erimus obnoxii, annuente Domino qui ecclesie vestre salubre collegium cunctis in rebus feciliter (*sic*) dirigere dignetur. Scriptum Parisius in nostra congregatione generali apud Sanctum Maturinum solempniter celebrata anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo, die vero undecima Februarii.

Vestri rector et Universitas studii Parisiensis.

Sic signatum : Nicolay[2].

2º Decano et capitulo ecclesie collegiate Sancte Deodate de Sancto Deodato Tullensi.

Quanto vehementius, venerandi domini, nostri majores officio atque monumentis litterarum animum appulerint, eo amplius dignitatis gloria amplissimis quoque beneficiis offerebantur. Cujus rei consideratio nostros inducit animos [pro illis] implorare debere, qui summis vigilantiis et studiis e nostro gremio clari evaserunt. Unicum hiis diebus inter cetera nostra supposita vestris dominationibus recommissuri sumus Michaelem Mini-

clardi, magistrum in artibus atque in sacra pagina baccalarium, cujus suppositi gravitas morum, studii labor, beneficii quoque penuria justissimo favore exigunt honestum sibi beneficium impensum iri debere. Deposcimus itaque fide (?) unanimi, honorandi domini, ut allumnum et suppositum nostrum prefatum a quatuordecim annis vestre prudentie memores teneatis recommissum, et quem primum casus dederit opportunus sue litterarum eruditioni ac morum probitati insigni commandabilique persone, vestre dignentur providere honorande liberalesque dominationes; pro quarum beneplacitis nostras offerimus facultatés. Eternus àutem retributor salute perhenni dominationes easdem dotabit feliciter. Datum Parisius in nostra congregatione generali apud Sanctum Maturinum solenniter celebrata anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo, die vero undecima Februarii.

Vestri rector et Universitas studii Parisiensis.
Sic signatum : NICHOLAY.

Minuta chartac. in Arch. nat. Paris., M 65ª, nº 107 (olim A. 33. hh).

1. Licent. in theol. an 1457 (1458) Febr. 13 (Bibl. nat, ms. lat. 5657ᶜ, fol 38ᵇ). An. 1449 nuntius nationis Gallicanae in dioecesi Virdunensi fieri voluit, sed frustra (*Lib procur. nat. Gallic.*, fol 106), an 1450, Jan 13, procurator nat. Gall. electus (ibid, fol. 110) — 2 I. e. Guillelmus Nicolay, novus scriba Universitatis, an. 1449, Aug. 6, electus, antiquo, Michaele Heberti, mense Julii « ob magnam paupertatem et infirmitatem » in Domo Dei jacente et Aug. 6 jam defuncto (*Auctar.*, II, p. 769, 39 sqq., 771, 15, 26).

2669. *Universitas Paris. Februarii 3 deliberat ambassiatam Turonos ad regem mittendam, et quidem magistros Robertum Ciboule et Petrum Maugier. Februarii 9 Instructiones legebantur, continentes principaliter tria puncta,* « scil. provisionem suppositorum, observantiam et manutenentiam privilegiorum, et tertio ad impugnandum studium Cadomense et cartam Normanorum, Rothomagensium seu Cadomensium, que est contraria privilegiis dicte Universitatis »[1] *Plures tamen, imprimis natio Gallicana, se opposuerunt ambassiatae et Instructionibus, dicendo ambassiatam non fore utilem, immo infructuosam tum propter occupationem regiae majestatis, tum propter penuriam pecuniariam. Natio Normanniae instituit pro ambassiata mittenda. Tandem pro et contra litigantibus, Februarii 12 rector conclusit, ut ambassiata mitteretur. Febr. 13 duobus ambassiatoribus jam electis mag Gaufridus Normanni adjunctus est. Instructiones fuerunt correctae, abusuum in Universitate, de quibus olim verba facere volebant, in eis solum discreta mentio facta est, absolutio illorum Cadomensium, qui propter eorum contumaciam ab Universitate Paris. excommunicati fuerant*[2], « *fuit posita ad nutum et benevolentiam regie majestatis* »; *articulus de reformatione cancellarii examinis S. Genovefae olim insertus remotus est. Instructiones, ut etiam epistolae ad regium consilium, medicum*[3] *et eleemosynarium*[4] *aliosque amicos et alumnos Universitatis, tunc sigillatae sunt.*

1451, Februarii 3-13, Parisiis.

Lib. procur. nat. Gallic in Arch. Universit. Paris., fol. 128ᵇ-130. BUL., V, 554-556.

1 De « moderamine cartae Normannorum » agitur etiam an. 1450, Novemb. 6 (*Auctar.*, II, p. 826, 4). Intelligenda est charta a Ludovico le Hutin an. 1314 (1315), Martii 19, Normannis data, additis privilegiis chartae secundae, inter quae illud celebre est, quod « causae ducatus Normanniae secundum consuetudinem patriae debeant terminari », minime extra vel Parisios deferendae (vid. infra nº 2701) Universitas Paris. praesertim a tempore dominationis Anglorum contra hoc privilegium decertavit. Juxta sua enim privilegia supposita Universitatis ad jurisdictionem Universitatis pertinebant et per conservatorem privilegiorum eorum protectionem assumpsit atque molestatores privilegiorum et alumnorum Parisios citare potuit. Inde gravis contentio orta est inter Normannos et Universitatem (vid. CHÉRUEL, *Histoire de Rouen sous la domination*

anglaise, p. 161. sqq.). Ab an. 1450 Universitas Paris. iterum, ut jam n° 2662 diximus, destructionem studii Cadomensis, cujus magistri pro majori parte supposita Universitatis Parisiens. fuerunt (vid *Auctar.*, II, p. 837, not. 5; 838, 31) intentavit et pro hoc apud regem institit. Propter diversas causas et quia aliqui illius studii quasdam litteras regias contra privilegia Universitatis Paris. impetrarunt, Universitas eos Parisios ad respondendum citavit. Qui tamen, *carta Normannorum* muniti comparere renuerunt. Inde Universitas eos excommunicatos, perjuros, infames declaravit et nomina eorum valvis ecclesiarum apposuit, quod comiti Dunensi valde displicuit (ibid., p 829, 3 sqq , 44; 833, 44 sqq.; 834, 3; 840, 33 sqq.). — **2.** Vid. not. 1. — **3** Robertum Poitevin, qui ab. an. 1444 medicus regis fuit? Sed semper ut magister regens Parisiis inscribitur. — **4.** Mag. Johannem d'Aussi, ab an 1446 — **5.** Martii 11 litterae transmissae ab ambassiatoribus legebantur (*Lib. procur. nat. Gallic.*, fol. 132). April. 2 ambassiatores in Universitate referebant, et perlegebantur litterae regis, in quibus inter alia continebatur, ut Cadomenses, quorum in litteris mentio fit, absolverentur, et « reformare abusus si qui sint et ubicunque reperientur, et quod adhibeatur diligentia omnibus viis et modis possibilibus » (ibid., fol. 133b). April. 4 Universitas eos absolvit (fol. 133b).

2670. *Facultas artium Nicolaum Juvenis ut cancellarium S. Genovefae ac Petrum de Vaucello ut subcancellarium ejusdem « pro hoc anno » accipit. Rectorem qui contra antiquos temptatores litem agitaverat, approbare recusat.*

1451, Martii 5, Parisiis.

Die veneris va Marcii, eodem anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo, fuit facultas artium solemniter congregata per dominum rectorem apud S. Jullianum Pauperem super duobus articulis, quorum primus fuit ad audiendum nomina et cognomina aliquorum magistrorum, scil. magistri nostri mag. Nicolay Juvenis in sacra pagina professori[s], qui fuit presentatus ad officium cancellarii tentaminis Sancte Genovefe, et eciam magistri nostri mag. Petri de Vaucello, eciam in sacra pagina professoris, qui similiter fuit presentatus ad officium subcancellariatus per eumdem rev. in Christo patrem dom. abbatem Sancte Genovefe; et eciam nomina et cognomina quatuor aliorum magistrorum, qui fuerant ordinati per curiam Parlamenti, et deputati ad tentamen bachalariandorum in examine Sancte Genovefe propter processum pendentem in dicta curia, inter predictum dominum abbatem et mag. Philippum Anglici religiosum ejusdem loci Sancte Genovefe et tunc cancellarium examinis predicti. Quos quatuor magistros, scilicet mag. Anthonium Ursi pro nacione Francie, mag. Jacobum de Bosco pro nacione Picardie, mag. Egidium Marie pro nacione Normanie, et mag. Waltherum de Wernia pro nacione Almanie, predicta curia deputabat et constituebat tentatores ejusdem examinis predicti unacum aliis quatuor tentatoribus antiquis ad reformacionem prefati examinis. Secundus articulus est communis super supplicacionibus et injuriis

Quantum ad primum articulum placuit nacioni Francie matri mee, quod prefatus magister N. Juvenis presentatus per dominum abbatem prefatum secundum ordinacionem dicte curie habeat excercere dictum officium cancellarii pro hoc anno, sine prejudicio statutorum facultatis Et similiter placuit predicte nationi matri mee, quod prefatus mag. Petrus de Vaucello eciam presentatus, ut predictum est, eciam haberet exercere officium subcancellariatus ejusdem examinis pro hoc anno. Sed non placuit quod alii quatuor prenominati per rectorem, et presentati per dominum abbatem predictum secundum ordinacionem curie, admittantur tamquam tentatores, sed solum tamquam assistentes.

Quantum ad secundum articulum magister Johannes Normani supplicavit quod facultas haberet discernere et dicere si fuerit de mente et consensu magistrorum et totius facultatis, quod dominus rector duceret processum contra tentatores antiquos quorum ipse magister Johannes Normani erat unus, et in curia Parlamenti, et si ad hoc negocium ipsa facultas haberet dominum rectorem gratum, ratum et advoatum. Super quo articulo secundo prefata nacio mater mea deliberavit et expresse dixit quod non fuit de mente sua nec de consensu, quod prefatus dominus rector procederet in Parlamento contra tentatores prefatos et in hoc prefata nacio habuit ipsum dominum rectorem ingratum et inadvoatum. Et similiter deliberaverunt et expresse dixerunt alie due naciones, scilicet Normanie et Almanie. Et ultra predicte due naciones Normanie et Almanie eciam deliberaverunt uniformiter sicut fecerat nacio Francie mater mea, quod casu quo dominus rector non vellet concludere, exprimere seu proferre deliberaciones suas, quod ego tamquam decanus et primus procuratorum haberem concludere et exprimere seu proferre dictas deliberaciones suas. Supplicacionibus quorum ego compulsus et coactus per nacionem matrem meam annuentem predictis supplicacionibus, previa protestacione mea et promissione facta a predictis nacionibus in presencia notariorum duorum, scilicet mag. Guillermi Nicolay scribe Universitatis et mag. Petri Boudien, quod haberent me in hoc deffendere et observare a quocumque interesse apud quemcumque, accipiendo hujusmodi factum esse suum proprium factum. Sub tali tuicione, protestacione et promissione factis in absencia domini rectoris, qui noluit concludere et recessit, conclusi in hunc modum, quod quantum ad primum articulum, quod placebat facultati recipere magistrum Nic. Juvenis et mag. de Vaucello, ut predictum est, ad officia predicta pro hoc anno, et similiter placebat recipere alios novos tentatores secundum ordinacionem curie Parlamenti, sine prejudicio statutorum facultatis, dempto quarto, qui erat suspectus eo quod morabatur in pedagogio et habebat proprios scolares sub se, et quod curia Parlamenti fuerat de illo minus bene informata. Et quantum ad secundum articulum conclusi conformiter ad deliberacionem nacionis Francie matris mee, quod non fuit de mente facultatis nec de consensu quod dominus rector processerit contra antiquos tentatores, et in hoc facultas habuit ipsum dominum rectorem ingratum, inratum et inadvoatum. P. Ravelli.

Lib. procur. nat. Gallic., fol. 131. Bul., V, 556. — Die sequente Universitas ap. S. Bernardum congregata rectoris acta, invita nat. Gallicana, grata et rata habuit. Breviter de hoc *Auctar.*, II, p. 848, 10 sqq.

Jam Febr. 3 temptatores examinis S Genovefae supplicaverunt, ut aperiretur examen, quod propter controversiam inter abbatem et cancellarium ex parte regis impeditum erat. Toti nationi Franciae placuit ut aperiretur, sed aliqui volebant ut aperiretur ex parte cancellarii, alii se opposuerunt (*Lib. procur. nat. Gallic.*, fol. 128b), proindeque novus cancellarius ad tempus electus est.

2671. *Facultas medicinae concludit quod omnes sui scholares in papyro facultatis quotannis inscribantur. Nomina scholarium*

1451, Martii 27, Parisiis.

Die sabbati xxvij[a] mensis Marcii fuit solemniter facultas medicine convocata cum cedula per juramentum in S. Maturino ad deliberandum et concludendum super inscriptione baccalariorum et scolarium in predicta facultate studentium et in dicta facultate tempus acquirere volentium, necnon et ad deliberandum super cota solvenda pro hujusmodi inscriptione et pro suarum cedularum sigillatione ... Primum ego narravi qualiter in congregacionibus alias factis pro statuendo super habitibus habendis in congregacionibus Universitatis et super distributionibus recipiendis, pluries habitum fuerat verbum super hujusmodi inscriptione sive inregistracione, ita quod videbatur omnibus esse utile et neccessarium pro bono et utilitate facultatis et ad evitandas fraudes et malicias emergentes seu potentes emergi in adeptione temporis in dicta facultate, quod decetero baccalarii et scolares volentes tempus in dicta fac. acquirere singulis annis ante principium ordinarii inscriberentur sive inregistrarentur in papiro facultatis ... *[Facultas unanimiter deliberavit]* et quod quilibet solveret duos solidos paris. ad supportanda honera dicte facultatis. Quod si minime facerent, volebat quod nichil eis computaretur de tempore sue auditionis. Voluit insuper quod, quemadmodum habetur in statutis, tam baccalarii quam scolares ante festum Omnium Sanctorum veniant ad decanum ad sigillandum suas cedulas de tempore adepto et quod pro hujusmodi sigillaccione quilibet solveret decano quatuor solidos par.; quod si non fecerint, vult facultas quod non amplius sigillentur, nisi cum dispensacione facultatis.

Sequuntur nomina baccalariorum et scolarium inregistratorum in papiro facultatis pro anno Domini millesimo CCCC[mo] quinquagesimo primo.

Nationis Francie.

Dyonisius de Soubz-le-four, bac. med.
Petrus de Hamello, bac. med
Johannes Lussier, scolaris.
Matheus Dolet[1].
Johannes Clerici.
Balduinus de Naniis
Guillelmus de Alneto

Nationis Normanie

Johannes Roris, bac. med
Richardus Goullé, bac med.
Toussanus Confrant.
Guillelmus Musnerii[2]
Guillelmus le Vennier
Johannes le Masu[r]ier
Johannes Avis.
Reginaldus Chuffes[3].
Dyonisius Pulcri.
Robertus Masculi.
Guillelmus Piri.
Johannes Coulleman.

Nationis Picardie

Johannes Renouart, bac. med
Guillelmus Haroult
Balduynus Ravary.
Johannes Roebosch.
Rasso Madidi[4].
Johannes Guibordeau
Johannes Lobligois
Gerardus Watrelet.
Johannes Godefridi

Nationis Almanie.

Temannus de Gouda, bac. med
David Cranoc. [30]

Comment fac. med., II, p. 102 sq. — Non diu viguisse videtur usus inscribendi omnes scholares in facultate. Equidem invenimus nominatos an. 1452, 21 studentes (p. 118), an 1453, 23 (p 124), an. 1454, 24 (p. 134), an. 1455, 27 (p. 149), an. 1456, 18 (p. 162), sed postea non nisi pecunia pro schedulis data noscuntur aliqui studentes praeter graduatos.

1. Doctorizatus an 1457, facultatis decanus fuit an. 1481-1483. — 2. Decanus an 1459-62. — 3. Doctorizatus an. 1457. — 4. Decanus fac. an. 1468-70.

2672. *Universitas Paris. processionaliter vadit ad S. Germanum Autissiodorens. pro rege suisque et felici conductu exercitus ad partes Burdigalens.*

1451, Maii 19, Parisiis.

Die mercurii, videlicet decima nona Maii, per dominum meum dominum rectorem[1] fuit congregata alma Universitas Parisiensis pro eundo processionaliter et devote ad Sanctum Germanum Altisidiorensem pro exorando Altissimum pro unione sancte matris ecclesie, prosperitate regis christianissimi, Karoli septimi ex nomine, regine ejus consortis inclitissime, domini delphini, principis famatissimi potissime apud exteros et antiquos hostes hujus regni gloriosi, dominorum de sanguine regio, et pro felici conductu excercitus regii ad partes Burdegalenses, pro augmentacione hujus alme matris in suppositis, conservacione hujus inclite urbis et pro temperie aeris et multiplicacione bonorum terre. Et ibi fuit celebrata missa solemnis, ubi distributiones ascenderunt pro nacione Francie ad decem albos. J. Fournelli.

Lib. procur. nat. Gallic., fol. 137.

1. Jacobum de Gouda, nat. Alemanniae.

2673. *Robertus Ciboule in cancellarium ecclesiae Parisiensis designatur et recipitur.*

1451, Maii 18-21, Parisiis.

Guillelmus miseracione divina episc. Paris. dilecto nobis in Christo venerabili et doctissimo viro magistro Roberto Cibolle presb., sacre theol. professori, can. nostre Paris. eccl., salutem in Domino. Cancellariam seu cancellariatus officium, quam seu quod in eadem nostra Paris. eccl. nuper obtinebat deffunctus venerabilis vir mag. Joh. Chuffart[1], ad collationem, provisionem et omnimodam dispositionem nostram pleno jure spectantem, liberam nunc et vacantem, seu liberum et vacans, per obitum ipsius mag. Joh. Chuffart, ultimi et immediati ejusdem possessoris pacifici, vobis meritorum vestrorum intuitu contulimus et conferimus cum suis juribus et pertinentiis universis, de eisdem vos investientes et in eisdem instituendo per tradicionem nostrarum presencium literarum et concessionem. Quocirca dilectis fratribus nostris decano et capitulo nomine Paris. eccl. predicte mandamus quatinus vos seu procuratorem vestrum nomine vestro et pro vobis ad dictam cancellariam seu cancellariatus officium juraque et pertinencia ejusdem universa recipiant et admittant, ac in corporalem et actualem possessionem ipsius inducant ut

moris est, stallum in choro et locum in capitulo vobis ... assignando... Datum Parisius sub sigillo camere nostre anno Domini M°CCCCLI, die xviij mensis Maii.

Arch. nat. Paris, LL 117, p. 48. — Has litteras Robertus Ciboule capitulo praesentavit Maii 19, minitando, ut jam coram episcopo pronunciavit, « de habendo recursum ad suam penitentiariam eccles. Paris., casu quo ipse evinceretur a dicta cancellaria » (p 45), quia Thomas de Courcellis poenitentiariam habere voluit et revera Maii 21 acquisivit[2] (p. 49). Tandem Maii 21 Robertus ad cancellariam receptus est, « et fuit installatus in choro dicte ecclesie per dom. succentorem, et locus sibi assignatus in capitulo per dom. archidiaconum de Josayo, tunc presidentem in capitulo...., quibus sic actis et comparentibus in capitulo dom. rectore Universitatis et nonnullis magistris et scolaribus juravit prout continetur in bulla Gregorii pape (IX[1]), que sic incipit *Parens* », etc. (p. 47).

1. Maii 8 « in domo sua claustri Paris. » defunctus (ibid., p. 40) — 2. Thomas de Courcellis tunc temporis revera beneficia sectatus est. An. 1448 beneficia incompatibilia (Suppl. Nicol. V, n° 422, fol. 15b, 16), an. 1449 recipere voluit archidiaconatum de Gandavo, quem resignavit Robertus Ciboule (n° 427, fol. 92b), an. 1451 paroch. ecclesiam Montis S Martini Gebennens. dioec. permutavit cum canonicatu eccles. Lingonens. (n° 446, fol. 289b); eodem anno, Jan. 27, « profunde sapientie ac claritatis ingenue vir » Thomas de Courcellis recepit ab Universitate curam S. Andreae infra muros Parisiens. (*Auctar.*, II, p. 844, 9, 25, et *Partie des pièces et actes qui concernent l'estat de l'Université de Paris*, rec. X, alias IX, p. 28).

2674. *Universitas deliberat se processuram adversus abbatem et conventum S. Dionysii, quod unus ex ejus religiosis contra usum hactenus observatum voluerat visitare pergamenum in praejudicium rectoriae et libertatis Universitatis Immo pergamenarium juratum nomine Theodet*[1] « *suo officio in perpetuum sine ulla spe misericordie privavit, et ut cunctis pateat et ceteris cedat in exemplum, decrevit ut in quadriviis affigerentur cedule in quibus evidentissime notetur de perjurio* »

1451, Junii 19, Parisiis.

Lib. procur. nat. Gallic. in Arch. Univ. Paris., Reg. 1, fol. 137b — Bul. V, 558, perperam die 20 Jun. citato De hoc etiam in *Auctar.*, II, p. 855, 4 sqq., 858, 29, etc. Sed jam an. 1448 de simili causa rector et Universitas contra abbatem insurrexerunt. Vid *Auctar*, II, p. 732, 41, 733, 5; 734, 16, 736, 27. Post longam disceptationem rector tandem cognovit, injuriam Universitati illatam ab abbate fuisse modicam (738, 22).

1. Julii 7 alium etiam pergamenarium, Dupet nomine, privavit (*Auctar*, II, p. 856, 26).

2675. *Nicolaus V cardinalem Guillelmum de Estoutevilla legatum in Francia mittit eique reformationem Universitatum committit.*

1451, Augusti 27, Romae.

Nicolaus, etc. Dilecto filio Guillelmo tit. Sancti Martini in Montibus presbitero cardinali de Estoutevilla[1], apostolice sedis legato, salutem, etc. Cum te ad regnum Francie pro illius pace et tranquillitate consequendis legatum nostrum de latere tanquam pacis angelum de fratrum nostrorum sancte Rom. ecclesie cardinalium consilio presentialiter destinemus[2], et, sicut accepimus, Studia generalia civitatum et locorum infra tuam legationem consistentium ac Collegia in eis fundata, necnon Capitula metropolitanarum, cathedralium et collegiatarum ecclesiarum ac monasteriorum, tam virorum quam mulierum Ordinum quorumcunque, tam Mendicantium quam etiam non Mendicantium conventus et loca, tam circa illorum statuta, constitutiones, ordinationes, ritus et observantias, quam illorum singulares personas ac alias visitatione et reformatione quamplurimum indigere noscuntur : nos de circumspectione tua in arduis sepius comprobata plurimum confidentes, auctoritate apostolica dicta legatione durante singula studia, Collegia, capitula,

conventus, loca et personas hujusmodi per te vel alium seu alios visitandi et illa prout tibi videbitur corrigendi, necnon illorum statuta, constitutiones, ordinationes, ritus et observantias hujusmodi tam edita quam edenda (etiam juramento, confirmatione apostolica vel quacunque firmitate alia vallata), prout rerum, personarum et tempornm qualitatibus debite pensatis id videbitur in Domino salubriter expedire reformandi, ac illa in toto vel in parte tollendi, cassandi, anullandi, emendandi et mutandi, necnon alia salubria constitutiones, ordinationes, ritus, observantias et statuta de novo edendi, condendi, faciendi ac instituendi ceteraque circa premissa necessaria vel utilia faciendi, gerendi, ordinandi ac disponendi et ea penis et censuris ecclesiasticis perpetuo vallandi (contradictores quoque per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, non obstantibus, *etc.*) circumspectioni tue plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, sexto kal. Septembris, pontificatus nostri anno quinto.

Reg. Vat. Nicolai V, nº 397, fol. 30. — Ad hanc bullam Guillelmus ipse infra p. 714 Universitatem Paris. remittit. — Epistolam qua summus pontifex Guillelmum legatum nominavit, vid. ap. Raynald., *Ann.*, an. 1451, nº 7 (Aug. 13).

1. Vid. supra *Introductionem*, ubi eum non fuisse Ord. S. Benedicti, sicut vulgo traditur, probavimus. — 2. An. 1451, Sept. 16, recessit e curia Romana ut legatus a latere in Franciam missus (Arch. Vat. Arm. XXXI, nº 52, fol 23). Solum an 1453, Januar. 3, « veniens de partibus Franciae Urbem (i. e. Romam) intravit » (ibid , fol. 23b). Caeterum de communicatione ejus cum rege Carolo in principio suae legationis vid de Beaucourt, *Hist. de Charles VII*, t. V, 192 sq.

2676. *Capitulum Cisterciense praecipit omnibus abbatibus, qui scholares tenentur mittere Parisius ad Collegium S. Bernardi, quatenus cum debitis provisionibus ipsos mittant, quodque imbursent pro anno integro; nec ipsi scholares, si ante annum recederent, possint repetere juxta* Benedictinam *jam ipsas quas imbursaverint pecunias.*

An. 1451, Septembris 12, Cistercii.

Constitut. et Capp. gener Cisterc. in Arch. status Luzern., ms. 544, p. 87.

2677. *Cursores in facultate theologiae.*

1450, Octob.-1451, Septemb., Parisiis.

Mag. Guill de Placencia, 6 Oct. 1um curs (Guill Boullé)
Frat. Nicholaus de Leodio, O. S Ben , 13 Oct. 1um curs (Rob. Cyboulle).
Mag. Joh. de Feuqueroy, 17 Decemb. 1um curs (Girardus Thome)
— Joh. Ramier, 8 Mart. 1um curs. (P de Vaucello)
— Joh. Galteri, 23 Mart. 1um curs. (Thomas de Courcellis)
Frat. Guido de Edua, relig B. M. de Fonteneto, Cisterc., 7 April. 1um cursum (Egid de Roya)

89.

Mag. Joh. Juvenis, 4 Maii 2um curs.
— Jacobus Kelewaerd, 5 Maii 1um curs. (Joh. de Oliva).
— Guill. Alligret, 27 Maii 1um curs. (Guil. Evrardi).
— Galterus de Wernia, 8 Jun 1um curs. (Ger. Gehe)
Frat. Anthonius Cocti, Cluniac , 10 Jun. 1um curs. (Joh Regis).
Mag. Petrus Caros, 6 Jul 2um curs.
Frat. Joh Richer, relig. B M. de Bellabranca,

Cisterc, 24 Jul 1um curs. (Egid. de Roya).
Mag. Gauffridus Embello, 26 Jul. 1um curs (Guill. Bouillé).
Frat. Anthonius Sausier, relig. B. M. de Oratorio, Cisterc., 27 Jul. 1um curs.
Frat. Petrus Amati, 13 Aug 1um curs. (Joh. Regis).
Mag. Joh de Bethisy, 23 Aug. 2um curs.
— Alanus Oliverii, 26 Aug. 2um curs
Frat. Joh. de Pascuis, Cist, 30 Aug 2um curs.
Mag. Joh Rotharii, 7 Septemb 2um curs.
— Egidius Hugonis, 19 Septemb. 2um curs. [21]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5657c, fol. 5, 9.

2678. *Sententiarii et Biblici.*

1451, mense Septemb., Parisiis.

Nomina baccalariorum qui inceperunt Sententias in mense Septembri :

Frat. Mathurinus[1] Clementis, Carmel. [lic. 1456].
Mag Joh Bethisy.
— Gerardus Rotharii [lic 1456]
— Joh Juvenis [lic 1456].
— Petrus Carots [lic. 1456].
— Alanus Oliverii [lic. 1456]
— Egidius Hugonis [lic. 1456].
— Henricus de Zomeren [lic 1456]
Mag Nicolaus Hermani Fabri [lic 1456]
Frat. Joh de Pascuis, Cisterc [lic 1456].
— Rollandus Cayn, Predic [lic 1456].
— Joh de Lima, Minor [lic 1456]
— Laurentius de Colonnia, Aug [lic 1456].
— Laurentius Gervasii, Predic, sententiarius apostolicus [lic 1456]

[14]

Biblici :

Frat. Poncius de Claro, Predic
— Elyas d'Andresi, Minor.
— Petrus de Vireyo, Cisterc. [lic 1460].
Frat. Ricardus Polet, August
— Guillelmus Anguel, Carmel [lic. 1458].

[5]

Bibl. nat. Paris., ms. lat. 5657c, fol. 9.

1. Ms. hic perperam « Matheus ».

2679. *Donatus de Puteo, mag. theol Paris., O. Min, Nicolao V supplicat gratias pro magistris theol. Parisiens. Ord. Mendicantium.*

1451, Decembris 1, Romae.

Beatissime pater. Ad supplicationem Donati de Puteo Ord. Min., in theologia magistri, nomine magistrorum in theologia in Universitate Parisiensi Ordinum Mendicantium humiliter supplicantis, semel in vita et semel in mortis articulo, necnon magistris hujusmodi ut ipsi omnes et singulos eisdem confitentibus (etiam in casibus episcopalibus) tociens quociens illis foret oportunum, auctoritate apostolica absolutionem impendere et penitentiam salutarem injungere valerent, plenam et liberam concessit facultatem, prout in supplicatione desuper signata (cujus quidem supplicationis sola signatura sufficere[1] E. S. V. voluit) plenius et latius continetur. [Verum quoniam plures] non fuerint scripti et nominati, cum dictus supplicans eorum nomina nesciret, dignetur E. S. V. eandem gratiam etiam[2] ad ipsos infrascriptos gratiose extendere, ipsamque gratiam seu gratias, etc., omni-

bus et per omnia, prout superius enarrantur, easdem fratribus concedere de gratia speciali, quorum nomina sequntur: Johannes Marsil, Nicolaus Trenal, Petrus Lalue, Johannes Moraz, Johannes Gofredi, Genesius de Parma. — Fiat pro omnibus. T. — Dat. Rome apud Sanctum Petrum kal. Decembris, anno quinto.

Suppl. Nicol. V, nº 439, fol. 296ᵇ. — Jam an 1449 Donatus de Puteo in curia Rom. apud Nicolaum V fuit, indeque portavit litteras papae de pace ecclesiae ad Universitatem directas, et Maii 15 Universitas Donato gratias egit (*Auctar.*, II, p. 762, 2 sqq , *Lib. procur. nat. Gallic.*, fol. 101ᵇ). Tunc provisor « Collegii Ytalicorum » fuit, pro quo, omnino depauperato, papae supplicavit et Martii 9 obtinuit. Vid. epistolam Nicolai V ap. DENIFLE, *La désolation des églises en France*, nº 974.

1. Ms. · « sufficeret ». — 2. Ms. « esse ».

2680. *Universitas congregata fuit ad audiendas informationes factas per archiepisc. Rotomagens.*[1] *contra frat. Joh. Bartholomaei, O. Min., occasione quarumdam propositionum praedicatarum per eundem Rotomagi*[2]*, auditque ipsum fratrem declarantem illas propositiones fuisse per ecclesiam decisas, et, cum starent cum generali statuto* Omnis utriusque sexus, *nunquam se voluisse derogari auctoritati praelatorum, curatorum, etc. Natio Franciae conclusit quod dictus frater propterea nullatenus erat impediendus ad licentiam in theologia, reputans informationes suspectas tanquam tardius factas et a familiaribus emanantes.*

1451, Decembris 4, Parisiis.

Lib procur. nat. Gallic. in Arch. Univ. Paris., Reg. 1, fol. 143ᵇ. BUL., V, 559. — Conclusionem similem fecit natio Picardica, nisi quod rem remisit ad fac. theol. et decretorum « presentibus mag Roberto de Landa, Joh. Berthe, Nicolao Ruys, Reginaldo Cati, Andrea Wasselin, Guill Houppelande, Joh. Cinis et quamplurimis aliis, teste signo [procuratoris] P. DAUBY ». (BUL., V, 559; D'ARGENTRÉ, *Coll. jud.*, I², p. 251) De eodem agitur etiam in *Libr. procur. nat. Alemanniae* ad Decemb. 4 (*Auctar.*, II, p. 866, 43 sqq.).

1. Jam mense Septemb. Universitas, hoc petentibus oratoribus ab illo archiepiscopo, Radulpho Rousselli, missis, archiepiscopo se adjunxit, « ad procedendum contra quosdam religiosos Ord. Min , secundum formam conclusionis facultatis theol. » (*Auctar* , II, p. 864, 11 sqq.). Octob. 6 archiepiscopus Universitati scripsit, cordigeros de Rotomago manuteneri velle casum « de predicando per singulas parochias sine licentia curati nec etiam archiepiscopi » (*Lib procur. nat. Gallic.*, fol 142ᵇ) Gratias etiam egit, quia cancellarius, Robertus Ciboule, ei scripsit « de evellendo et extirpando figmento in ducatu Normanniae » (*Auctar.*, II, p. 865, 5, 13 sqq.). An. 1452, April. 1, adhuc archiepiscopus litteras recommendatorias habere voluit ad card. legatum « in causa inter ipsum et Minores » (*Auctar.*, II, p 879, 42). — 2. Inter alia praedicavit, « quod parochiani possent libere se Mendicantibus per ordinarios admissis confiteri absque curatorum licentia ... nec prima peccata Mendicantibus confessa ipsis curatis iterum confiteri » (*Lib. procur. nat. Picard.* ap. BUL., V, 559).

2681. *Facultas artium deliberat de abusibus et reformatione facienda facultatis artium.*

1451, Decembris 15, Parisiis.

Die xvª mensis Decembris anno Domini millesimo IIIIᶜ quinquagesimo primo congregata fuit facultas artium veneranda apud Sanctum Julianum Pauperem super duobus articulis. Primus fuit ad audiendum aliqua proponenda per dominum cancellarium Beate Marie[1] concernentia statum facultatis artium supradicte. Secundus fuit communis super supplicacionibus et injuriis. Ad quam congregacionem vocati fuerunt et comparuerunt multi magistri de singulis facultatibus superioribus singularum nacionum ad consulendum.

Quantum ad primum propositis per prefatum dominum cancellarium variis inconvenientibus, abusibus, improperiis et deformitatibus, quibus jam dicte facultatis honor seu fama ubilibet quamplurimum denigratur; tum quoad doctrinam et docendi modum in vico Straminis ex inhercia et negligencia magistrorum; tum quoad disciplinam moralem et bonorum morum et honeste conversationis compositionem ex predictorum magistrorum perniciosa dissimulatione, quemadmodum constat de superfluitatibus, vanitatibus, dissolucionibus et excessibus commissis in celebratione quorumdam festorum. Et quantum ad istum ultimum articulum veneranda natio Francie mature et absolute conclusit, quod decetero talia festa fieri non permitterentur cum mimis seu instrumentis altis, cum tappetis et brevibus seu quibusvis dissolutis habitibus, animum scolarium distrahentibus a profectu et inducentibus ad lasciviam. Similiter et alie nationes idem concluserunt, volentes unanimiter quod hec conclusio redacta sub sigillo domini rectoris per unum vel duos ex bedellis ad singulas domos et Collegia, in quibus tenentur pedagogia, de precepto dicti domini rectoris ante instantia festa diligenter transmittatur principalibus dictarum domorum seu Collegiorum magistris, omnibus suis scolaribus in aula propter hoc ad pulsum campane vocatis in presencia dictorum bedellorum per dictos principales magistros districtius publicanda, ne sub pretextu ignorancie, etc., subjungentes penam privationis magistrorum et retardationis suorum scolarium quorumcumque pertinacium, rebellium seu transgressorum.

Quantum vero ad alium articulum et totalem reformacionem facultatis conclusit nacio, quod darentur notabiles deputati, duo vel tres, qui cum domino rectore, dominis cancellariis et procuratoribus advisarent et invenirent modum optime reformacionis, et si esset opus vocarentur de superioribus facultatibus ad consulendum, et quod articuli lecti per dominum cancellarium copiarentur et communicarentur dictis deputatis ad addendum vel diminuendum, etc. Conclusit preterea, quod futurus rector juraret ista prosequi; similiter et procurator. Et ita conclusi. J. DE MARTIGNYACO.

Arch. Univers. Paris., *Lib. procur. nat. Gallic.*, fol. 144[b] sq. — BUL., V, 560. — De hoc etiam in *Auctar.*, II, p. 867, 36 sqq.

1. Robertum Ciboule.

2682. *Licentiati in facultate theologiae.*

1452, Januarii 4, Parisiis.

Mag Joh Monneti[1], canon. Paris.
— Joh Lullier.
— Thomas Troussel[2]
— Egidius Marye[3].
Frat. Joh Ex Curia, Pred.
Mag. Anthonius Ursy[4]
Frat Joh. de Nuce[5], Carmel
Frat Egidius Dumy[6], Pred
Mag Anthonius Gignier[7].
Frat. Inguerrendus Synardi[8], Pred
Mag Joh. Militis.
— Joh de Fauconneyo[9], Cluniac.
— Clarambaldus Chalopin[10], Cluniac.
Frat Joh. Bartholomei[11] [O Min.]. [14]

Bibl. nat. Paris, ms. lat. 5657[c], fol 9, e quo 5657[a], fol. 21[b].

1. Magister in theol Febr. 21 (fol. 9ᵇ). An. 1443, Dec 14, « Joh. Moneti » presb., canon. Eduens et rector eccl. par. de Buxiaco, Cabilonens. dioec., plura beneficia petit, iterumque an. 1444, Aug 22 (Suppl. Eugen. IV, nº 386, fol. 179ᵇ, nº 392, fol. 82) — 2. Magister Mart. 23 (fol. 9ᵇ), Sorbonicus, cf. FRANKLIN, p. 229. Postea can. et poenitentiarius Paris. Vid. DELISLE, *Cab des mss.*, II, 177. De eo saepius agitur in *Auctar.*, t. II — 3. Magister an 1454, Maii 16 (fol. 18ᵇ). — 4. Magister an. 1452, Maii 22 (fol 9ᵇ). — 5. Magister Jun. 19 (ibid.). — 6. Magister Jun. 5 (ibid.) — 7. Magister Jun. 12 (ibid.). — 8. Magister Jun. 25 (ibid.). — 9 Magister April. 17 (ibid.). — 10. Magister Maii 4 (ibid.). — 11 Licentiatus solummodo Maii 22 (fol. 9ᵇ), propter oppositionem fac. theol. (vid. nº 2680), magister Octob. 16 (fol. 14).

2683. *Natio Franciae reformat abusum, quod juvenes in temptatores baccalariandorum eligantur.*

1452, Januarii 5, Parisiis.

Die quinta mensis Januarii ... aperte fuerunt insolencie, dissoluciones et inordinaciones, que contingunt frequenter in nacione circa temptamen bacchalariandorum, ex eo videlicet quod juvenes magistri et inexperti eliguntur ad temptandum, et similiter ex eo quod temptator deputatus et electus pro provincia Parisiensi permittebatur habere sigillum solus et penes se, occasione cujus multi graves excessus et abusus committebantur. Super quo nacio [Francie] mature et concorditer per provincias ad partem retractas deliberavit et conclusit, quod decetero eligerentur graves et notabiles viri, qui fide prestita de fideliter admittendo dignos et indignos repellendo, dictos baccalariandos audirent in magnis scolis Francie, in epitogiis propter majorem reverenciam et honorem nacionis, et ab omnibus reciperent duos solidos parisiens., antequam audirentur, pro omni pena et labore temptaminis, et admissorum aut admittendorum litteras in predicto loco in presencia procuratoris et decanorum expedirent et sigillarent uno communi sigillo ordinato fieri per nacionem, quod sit perpetuum reponendum et custodiendum in coffro nationis, solum extrahendum die determinato vel determinando ad sigillandum, ut premittitur.

Arch. Univers. Paris., *Lib. procur. nat. Gallic.*, fol. 145ᵇ.

2684. *Natio Franciae, ad obviandum gravi pauperum scholarium oppressioni et ad evitandum nationis et juratorum ejus diu continuatum tributum in solutione bursae 4 sol. par., dictam bursam quassat, revocat et annullat, concluditque per alium modum, pro agendis rebus Universitas, de pecuniis providendum esse*

1452, Januarii 5, Parisiis.

Arch. Univers. Paris., *Lib. procur. nat. Gallic.*, fol. 146ᵇ. — BUL., V, 561

2685. *Facultas artium agit de reformatione et ut ambassiator mittatur ad card. Guillelmum de Estoutevilla, ut in aliquibus punctis dispenset.*

1452, Januarii 31, Parisiis.

Die lune xxxjᵃ mensis [Januarii] congregavit dominus rector facultatem artium per juramentum in Sancto Juliano super tribus articulis. Primus fuit super dispensatione impetranda de aliquibus juramentis, que consueverunt jurare de novo incipientes, que

non sunt in usu. Secundus fuit super materia reformationis. Tercius communis super supplicacionibus. Quantum ad primum natio [Francie] tracta ad partem dedit deputatos ad videndum tam statuta papalia quam facultatis, et referendum facultati cum deputatis aliarum nacionum, que essent juramenta, que non sunt in usu, ut super hiis que sunt facultatis et non tenentur, facultas dispensaret; et super hiis, que sunt papalia et non tenentur, mitteret aliquem ambaciatorem Turonis apud legatum[1] pro dispensacione et absolucione impetrandis[2]. Quantum ad secundum placuit nacioni dare deputatos nominatos ad prosequendum materiam reformationis dillatorie. Nulli supplicaverunt. L. Jolis.

Arch Univers. Paris., *Lib. procur. nat. Gallic.*, fol. 148b De hoc etiam loquitur *Auctar.*, p. 873, 27 sqq. : « omnes in inceptione sui magisterii jurant multa et varia juramenta, que tamen ab ipsis non observantur, et sic de perjuriis timendum ».

1. Card. Guillelmum de Estoutevilla. — 2. Revera dispensavit. Vid. infra p. 732 sq.

2686. *Facultas medicinae Johanni Avis tres annos studii in alia Universitate pro quinque mensibus computat, ea condicione ut quotannis unum almanach magnum et unum parvum facultati det.*

1452, Februarii 5, Parisiis.

Die sabbati va Februarii fuit facultas medicine convocata cum cedulla in Sancto Maturino per Guerinum de Roncourt bidellum facultatis post missam facultatis ...

Supplicavit mag. Johannes Avis[1] pro gratia sibi fienda quia non habebat totum tempus requisitum pro baccalariatu sed defficiebant sibi quinque menses, sed habebat tres annos de alio studio; et illi tres anni fuerunt de gracia sibi computati pro illis quinque mensibus, et fuit sibi facta ista gratia sub ista condicione quod decetero singulis annis circa festum Nativitatis Domini ipse dabit facultati unum almanach magnum et unum parvum.

Comment. fac. med., II, p. 108.
Iterum de kalendario agitur an. 1455, Januar. 2 « Ad correctionem kalandarii dedit deputatos » facultas med. (ibid., p. 136).

1. Qui decanus fac. med. nominatus est an. 1470-72 rursusque an. 1504-1507.

2687. *Licentiati in facultate medicinae.*

1452, Martii 2, Parisiis.

Die jovis 2a mensis Marcii anni millesimi CCCCmi quinquagesimi primi fuerunt licenciati ... in aula domini episcopi Paris. per dominum meum, dominum cancellarium, videlicet mag. Robertum Ciboulle, et vocati ad licenciam per Guerinum de Roncourt, principalem bedellum facultatis, secundum ordinem qui sequitur :

1us Mag. Temannus de Gouda[1]
2us — Dyonisius de Soubz-le-four.
3us — Petrus de Hamello.
4us Mag. Johannes Rosée[2].
5us — Johannes Renouart.
6us — Richardus Goulley.

Comment. fac. med., II, p. 111. — Incepit in med. Dionysius Mart. 22; Petrus de Hamello Mart. 27; J. Renouart April. 20, R. Goulley Maii 22 (ibid.).

1. De Temanno de Gouda vid. *Auctar.* II, passim. An. 1454, Mart. 7, tantum in med. incepit; ejusdem anni mense Nov. magister regens Paris. factus est, postea electus decanus fac. medic. an. 1457, Dec. 5, et 1458, Nov. 4, continuatus. — 2. Johannes Rosée vel Roris, doctorizatus an. 1457, fuit decanus fac. med an. 1465-67 et 1478-1479. Auctor videtur tractatus quem servat cod. Biblioth. Rotomagensis n° 31, fol. 122 « Consilium magistri Joh Roris, doctoris famosi in medicina, contra passiones, etc. » Postea obitus celebrabatur a fac. med. mense Februario « die martis post dominicam *Laetare* pro magistris Johanne Rosée et Guillelmo de Algia, celebranturque duae missae, una alta, altera submissa voce, cum vigiliis die lunae precedenti » (*Ritus et usus fac. med*, 1751, p. 4).

2688. *Universitas Paris. Decemb 29 et 30 concludit ambassiatores mittendos « citius quo fieri poterit » ad regiam majestatem super facto privilegiorum. Jam antea magistri Petrus Cory et Gaufridus Normanni electi erant, et Universitas desistebat etiam Robertum Ciboule et Petrum Maugier mittere. Januarii 15 de juramento et Instructionibus agebatur. Sed Jan. 18 et 23 placuit pro nunc non mittere ambassiatam, quia natio Picardiae ambassiatae mittendae se opposuit. Scribatur solum regi, et « nisi votivum responsum daret, cessaremus ab omni actu scolastico ». Fere idem etiam Febr 29 conclusum est. Nihilominus tamen ambassiatores postea ad regem profecti sunt, saltem Gaufridus Normanni Martii 17 apud ipsum fuit*[1]*, immo Martii 22 Universitas ad eum magistros Guillelmum Bouillé et Petrum Maugier cum procuratorio mittebat*

1451, Decemb. 29-1452, Martii 22, Parisiis.

Auctar. Chartul., II, p. 869, 29, 870, 2, 6, 11, 871, 25, 34, 872, 36 sqq, 876, 28; 877, 31, 40 sqq., 878, 5, 7, 14. *Lib. procurat. nat Gallic.*, fol. 146, 147^b, 148-149^b.

1. April. 1 adhuc in curia regis commoratus est et Universitati scripsit, et exinde Universitas consiliarios tam de Parlamento quam de Castelleto convocavit unacum deputatis Universitatis, « qui haberent avisare bonum modum, ut privilegia habeant suum cursum » (*Auctar.*, II, p. 879, 21 sqq).

2689. *Guillelmus cardinalis de Estoutevilla, apost. sedis legatus, et Johannes Brehalli*[1]*, Ord Praed., mag theol., inquisitor in Francia, presbyteris omnibus et notariis publicis mandant, ut citent in manerio archiepiscopali Rotomagensi quosdam*[2] *laturos testimonium veritatis in negotio inquisitionis circa processum fidei dudum contra Johannam Puellam vocatam, cum intimatione excommunicationis, nisi comparuerint.* Datum an Domini M CCCC LII, die jovis post *Jubilate*[3]. « Vobis et vestrum »

1452, Maii 4, Rotomagi.

Quicherat, *Procès de Jeanne d'Arc*, II, 295 sqq.

1. Vid. de eo M.-J. Belon et Franc. Balme, *Jean Bréhal, grand inquisiteur de France et la réhabilitation de Jeanne d'Arc*, Paris, 1893, 4°. Non Parisiis mag. theologiae fuit. An. 1454, Dec. 14, Romae commoratus est, a rege Carolo ad papam ambassiator specialiter destinatus, ubi beneficia, quanquam Ordinis Mendicantium erat, appetebat et obtinuit (Suppl. Nicol. V, n° 469, fol. 215^b). At legationem haud dubie pro rehabilitatione Johannae d'Arc exsecutus est. — 2. Inter quos tunc et eodem mense convocatos inveniuntur episcopus Demetriens. (Joh. Fabri), mag. Petrus Migetii, prior de Longavilla-Griffardi (70 ann., ut scribitur, sed potius 74-75), mag. Guillelmus de Deserto, mag. Andreas Marguerie, mag Richardus de Groucheto (ann. 60, sed si est idem atque mag. art. an. 1403, ut opinamur, an. 1452 minimum 70 annorum fuit, idem dicendum de sequenti), mag. Nicolaus Caval, etc.

Incuriam qua compositus est processus rehabilitationis, et certe non diligentius quam processus condemnationis, increpare nolumus, quia Universitas in processu rehabilitationis non partes egit. Necesse tamen esset, operam illam a quibusdam assumi, qui etiam depositiones testium exacto judicio examinare et cum certis factis conferre deberent. Quaedam tantum, ut etiam Beaurepaire, supra p. 522 sqq data occasione reprehendimus.

3. Quicherat juste observat, temporis notam male assignatam esse, cum testes convocati jam Maii 2 comparuerint.

2690. Reformatio Universitatis Parisiensis facta per cardinalem legatum Guillelmum de Estoutevilla[1].

Reformandae Universitatis necessitatem ejusdem doctores saepius ab an. 1434 agnoverunt, ut e n^is 2442, 2449, 2588, 2630, 2681, 2685 liquet, nedum de reformatione Collegiorum jam a pluribus annis incepta verba faciamus Abusus plurimi in Universitatem irrepserant, quorum variae fuerunt causae . ipsa Universitatis vetustas, tum Schismate vigente etiamque eo exstincto, cura rerum publicarum in locum scientiae jam saec. xiv fluentis substituta; adde continua a medio saec. xiv bella, divisiones, obsidiones, depraedationes, oppressiones, mortalitates, et omnia damna inde sequentia. Talibus malis quis resistere potuisset? Ideo Universitas quasi vacuefacta, Collegia maximam partem destructa; privilegia olim ad protegendam Universitatem concessa ab exteris asperni, intestinis vero nihil nisi arma ad effugiendam cujusvis generis auctoritatem idonea fieri Privilegio cessandi a sermonibus et lectionibus, quod, sicut etiam conservatorem privilegiorum, an. 1460 vocabant « baculum defensivum Universitatis », hoc ultimo decennio quasi continue, immo bis in anno per plures menses usi erant. Magistros vero clarissimos, immo eos etiam qui nondum ultimum gradum assecuti erant, quasi perpetuo occupatos videmus in legationibus, vel ad Concilia, vel ad principes vel alio missos. Nempe doctrina ad alterum locum redacta erat, cunctis « ad altiora », at non ad charismata meliora, tendentibus. Arbitrio suo quasi unice et res et animos direxerunt. Disciplina laxior, obedientia erga superiores minor, statutorum respectus tenuior, sicut et pontificis legumque ecclesiasticarum reverentia Schismate durante, atque etiam post Schisma, dilapsa est. Tunc arbitratu suo Universitas omnia regebat legesque temere imponebat, nunc singula ejus membra, jugo antiquo nimis gravi reputato, libita sibi faciebant, praesertim cum non multa scripta statuta praesto essent. Itaque omnes immunitatibus et plerique abusibus privilegiorum vivebant

Statutorum celeberrima erant statuta ab Urbano V seu cardinalibus Johanne et Aegidio an. 1366 condita, quae etiam Reformatio praecipue respicit. Hujus Reformationis rex Carolus, ut omnes sciunt, principalis auctor fuit At non solum an 1452, ut hactenus senserunt, sed jam an. 1448 idem de reformanda Universitate cogitavit (vid. n° 2630). Ea tempestate rex Franciae ut *superior* Universitatis considerabatur (vid n° 2692, not.). Etiam hactenus crediderunt personas infra p 733 nominatas, i. e. imprimis commissarios regios et cancellarium Paris , solas huic operam dedisse, sed scimus ad peragendam Reformationem a qualibet Universitatis facultate ac natione Maii 18 electos esse deputatos, et quidem ex injunctione regis, ut expresse dicitur in *Auctario* II, p. 886, 18, 31 sqq Cum natio Alemanniae, omnium tenuissima, quatuor deputatos elegerit (v. *ibid.*), consilium deputatorum totius Universitatis minimum 28 membris constitit Maii 26 reformatorum labor ad finem tendebat, et Universitas « dominis deputatis et omnibus qui se in facto reformationis occupaverunt » gratias egit, voluit tamen, sicut jam Januarii 31 (n° 2685), ut cardinalis legatus in aliquibus punctis statutorum antiquorum dispensaret (*Auctar.*, p. 886, 40-887, 13). Quia tunc corpus Reformationis jam perfectum erat, haec puncta desiderata in fine quasi appendices ponebantur. Maii 28 Universitas congregata « ad audiendam reformationem factam per rev^mum dom. legatum », qui propositiones commissariorum et Universitatis sanciendas tantum habuit, gratias egit cardinali legato, commissariis « ceterisque omnibus et singulis magistris et doctoribus, qui se in ista reformatione occupaverunt » (*ibid* , p 887, 19-28). Non omnes, inter quos rector, reformatione peracta contenti erant, ut apparet ex *Auctar* , p. 889, 11 sqq

Haec Reformatio in libris facultatum et nationum inscripta fuit (vid infra in fine facultatum, et *Lib. receptoris nat. Alemanniae*, Arch. nat. Paris , H 2587, fol. 75, *Lib. procur. nat. Gallic* , fol. 156). Tres ex antiquis mss^tis nobis conservati sunt, secundum quos textum in lucem proferimus.

Statuta ex hac Reformatione data etiam saeculo sequenti plus minusve viguerunt Itaque ad hanc tantum tempestatem opus nostrum extendere non inopportunum putavimus.

1452, Junii 1, Parisiis.

Incipit Prologus.

Guillermus miseratione divina tituli S. Martini in Montibus sacrosancte Romane ecclesie presbyter cardinalis, de Estoutevilla vulgariter nuncupatus, in regno Francie singulisque Galliarum provinciis Apostolice sedis legatus. Majores nostri, summi illi priscique philosophi, maximam edendis conscribendisque legibus operam ac studium impenderunt;

existimantes nullam urbem, nullum hominum cetum, nullam denique bene vivendi rationem posse subsistere, nisi equis legibus ac salubribus institutis constituta firmataque sit. Quippe cum lex, ratio summa, sit natura insita, que jubet ea que facienda sunt, prohibetque contraria; quod sine auctoritate cujusquam satis experientia magistra rerum edocuit. Constat namque maximas respublicas ac civitates legum observantia floruisse, transgressione vero penitus decidisse. Sed cum omnibus legum institutio atque observatio sit necessaria, qui vitam honestam ingredi cogitant, nullis tamen expedientior aut decentior esse videtur, quam doctis ac litteratis viris, qui studio sapientie et virtutis incumbunt, omnibus scilicet qui, abjectis illecebris, bonis artibus atque optimis disciplinis sese tradiderunt. Hos enim cum oporteat ceteros moribus et vita preire, et aliis recte vivendi lumen ostendere, ipsi se primum institutis legibusque cohibeant necesse est. « Legem enim, ut Cicero[2] inquit, vitiorum emendatricem esse oportet, commendatricemque virtutum, ut ab ea bene[3] vivendi doctrina ducatur ». Que alma Parisiensis Universitas sapienter ac diligenter attendit; que quanquam priscis temporibus saluberrimis institutis ac legibus diutissime recta et gubernata fuerit, tamen vel bellicis cladibus, que tam urbem quam doctos et studiosos homines distraxerunt, vel hominum arrogata licentia, ab illa scolastica disciplina ac vivendi institutione aliquantulum declinasse videbatur, sensimque ad id deventum fuerat, ut viri scolastici priscas illas et honestissimas institutiones aut de consuetudine pro abrogatis haberent, aut illas temere violarent, aut, quod gravius erat, earum plurimis ut privilegiis atque indultis abuterentur. Que clari ac docti viri indigne ferentes, ex adventu nostro ad hanc florentissimam Parisiensem urbem, omnia in melius reformari posse speraverunt, eamque spem nobis etiam certis indiciis ac votis significarunt. Quam quidem spem honestissimam esse putantes, adjuvandam atque effectui mancipandam esse censuimus : attendentes ad id nos jure legationis astringi, ut hominum vitam ac mores in melius reformemus, ut ministerium illud impleamus, quod legatis incumbere propheticus Sermo declarat[4], ut scilicet evellant et dissipent, edificent et plantent. Et cum omnibus providere et prospicere injunctum nos cohartet officium, eis tamen specialius intendere, invigilare, consulereque debemus, quorum aliquando preceptis ac disciplinis imbuti confirmatique fuimus; nam cum in ipsa alma Universitate in minoribus annis studentes fuissemus, et ab illa quantulamcunque disciplinam ac doctrinam, et in artibus magistratus honorem acceperimus, debemus utique divinitus nobis collate industrie fructum rependere hiis a quibus illam accepimus; reminiscentes insuper nobis a sede apostolica, et a SS. D. N. Nicolao divina providentia papa V, ex cujus latere licet immeriti sumus emissi, id specialiter fuisse commissum, ut Studia, Collegia, Capitula, atque Universitates visitaremus ac reformaremus statuta, et nova condendo et vetera corrigendo, ad ipsam reformationem faciendam omnem operam curamque convertamus. Et quoniam legislatorem in ipsa legum constitutione ante considerare decet, ut Canonis[5] testatur auctoritas, quod justa et honesta sit lex, ut patrie, loco, temporique conveniens, utilis vel necessaria, et id premeditari oportet, antequam

sanciat : quoniam, cum semel fuerint institute et firmate leges, non licebit, ut beatus Augustinus ait, jam amplius de ipsis judicare, sed secundum ipsas. Idcirco ut clarius et commodius prospicere et considerare possemus que reformanda aut immutanda viderentur, veterum statutorum singularum facultatum volumina curiose ac diligenter evolvimus atque perlegimus; presertim autem aliqua reformationum statuta, que quondam bone memorie reverendissimi in Christo patres Johannes S. Marci et Egidius S. Martini in Montibus, sacrosancte Romane ecclesie presbyteri cardinales, apostolice sedis legati, exactissime ediderunt[6] ceteraque omnia que ad rem pertinere videbantur, studiose ac diligenter attendimus. Considerantes autem, quod juxta Apostoli[7] sententiam, non sumus sufficientes ex nobis aliquid cogitare, sed sufficientia nostra ex Deo est, ipsius summi legislatoris optimique parentis presidium invocavimus, « ex cujus vultu justum prodit judicium », et « per quem legum conditores justa decernunt », illiusque ope freti quasdam reformationes, decreta et leges edidimus, solliciteque curavimus id in illis contineri, quod in legibus canonica ac sanctorum Patrum instituta requirunt; ut scilicet religioni congruant, rationi consentiant, discipline conveniant et saluti proficiant[8]. Et quoniam ex omnibus artibus ac facultatibus, theologia una est que circa rerum divinarum et omnipotentis Dei cognitionem contemplationemque versatur, rite ab illa et ejus professoribus sumemus exordium.

De theologis[9].

Quam[10] graves moribus et vita integros esse deceat illos, qui hanc divinam sapientiam omnium doctrinarum dominam reginamque virtutum theologiam profitentur, ipsius sapientie precipuus et peculiaris fructus manifestat. Ex aliis enim artibus et disciplinis cum favor, laus, aut gratia humana requiratur, ex hac una mirabilis et precellens fructus exoritur, ut Deum creatorem nostrum cognoscamus, cognitum amemus, amato fruamur. Quocirca totius religionis, continentie atque virtutis, professores illius debent sese stola contegere, ut ad cenam summi regis securi procedant; ne juxta dominicam parabolam, aliena veste, levitate scilicet et scurilitate sordidi inter discumbentes agniti, jure merito repellantur. Cupientes igitur decori et gravitati facultatis opportune providere, ad cujus gradus et honores provehi non debent nisi graves et moribus commendabiles viri, statuimus et ordinamus, ut scolares, etiam magistri in artibus non admittantur ad primum cursum theologie, si rixas aut clamores insolentes in suis nationibus excitare aut alias dissoluti, vagabundi aut male conversationis esse dicantur, et super eo sint notorie[11] diffamati.

Item cum maxime deceat theologos sapientie divine professores, juxta Apostolum[12], ab omnibus comessationibus et ebrietatibus abstinere, ne juxta verbum Salvatoris lumen, quod in eis est preclare doctrine, tenebre sint, exemplo turpitudinis et vite inhoneste. Hinc est quod eorum honestati consulere cupientes, statuimus et ordinamus, nichilominus[13] districtius inhibentes magistris ejusdem facultatis, ne bachalarios ejusdem facultatis, pretextu cujuscunque actus scolastici compellant verbo vel facto, aut quovis alio exquisito

modo, ad prandia seu convivia facienda, non obstante quacunque consuetudine, ymo verius corruptela. Quin potius moneantur per ipsos magistros dicti bachalarii, prout et eos monemus, ne occasione predictorum actuum faciant sumptus immoderatos, sed ab hiis abstineant potius, cum cedant in predicte facultatis non modicum dedecus et gravamen ipsorum studentium. Si qui autem circa predicta prandia excedant, contra hanc nostram ordinationem et prohibitionem venientes, per cancellarium, ad quem spectat ipsos bachalarios promovere, apostolica auctoritate compescantur et reprimantur de consilio magistrorum facultatis.

Item non liceat quoquo modo bachalario seu bachalariis cursoribus vel formatis accedere, aut in publicum prodire ad communes congregationes Universitatis cum tunica curta aut desuper succincta, sed cum veste honesta et decenti talari et clausa atque disscincta[14], similiter cum capucio honesto et decenti ac brevi corneta, absque farcitura seu bourreleto ad modum armigerorum vel histrionum, nec habeant sotulares rostratos aut alias inhonestos; statuentes generaliter, ut in omni incessu, victu, gestu, vestitu omnimoda servetur honestas, et scolastica resplendeat disciplina, volentes dissolutius se gerentes in predictis graviter coherceri.

Item statuimus et ordinavimus, conformiter ad antedicta[15] statuta, quod bachalarius sive sit cursor, sive formatus, aut etiam licentiatus, si vocatus fuerit ad facultatem, aut etiam si presente facultate loqui aut aliquid dicere seu proponere debeat in Universitate, accedat cum hulsia vel epithogio[16], vel cappa si fuerit formatus, prout antiquitus extitit observatum; alias per facultatem puniatur.

Item circa congregationes magistrorum facultatis statuimus et ordinamus, quod de cetero celebrentur graviter et honeste secundum condecentiam facultatis; quodque fiant deliberationes magistrorum ordinate et cum omni pace, nec unus votum alterius interrumpat, sed sue sessionis ordinem quisque expectet ad loquendum. Quod si contingat aliquem magistrorum, sue gravitatis oblitum, temere prorumpere ad alterius contumeliam vel injuriam, ceteri magistri talem sic blasphemum[17] vel injuriantem a suo repellant consortio, donec satisfecerit parti lese ad arbitrium facultatis, nec ad congregationes admittatur, donec injuriam passo conciliatus illi etiam pro injuria satisfecerit.

Item statuimus et ordinavimus, antiqua illa statuta innovantes, quoad scolares, qui noviter incipiunt audire theologiam, ut quatuor primis annis portent vel portari faciant ad scolas biblici Bibliam, et qui audiunt Sententias librum Sententiarum, prout in Reformatione et in statutis antiquis habetur.

Item addendo ad predicta, statuimus et ordinavimus auctoritate apostolica circa predictos scolares, quod priusquam admittantur scolares in theologia ad bachalariatum, fidem faciant in facultate, quod per tempus statutum frequentaverint lectiones biblicorum et legentium Sententias; et hoc per cedulas biblicorum et bachalariorum sub quibus Bibliam et Sententias audiverunt una cum juramento et testibus, prout est de more facultatis.

Item innovamus statutum de quinque annis ante primum cursum; et quoad sextum annum additum per statutum facultatis non dispensetur[18] faciliter aut passim, sed occurrente materia, ex bona et sufficienti causa ad arbitrium majoris partis facultatis super hoc specialiter convocate. Per hoc autem non intendimus consuetudinibus observatis hactenus religiosorum Mendicantium et aliorum privilegiatorum pro bachalariis ad lecturas Sententiarum et Biblie aut Cursuum presentandis per suum Ordinem, et[19] quibus hactenus pacifice usi sunt, in aliquo derogare.

Item circa statutum quod quilibet cursor ante lecturam Sententiarum respondeat semel ad minus, statuimus et ordinamus, quod quilibet bachalarius cursor qui debet respondere de questione temptativa, supplicet pro magistro in facultate, nec procuret sibi directe vel indirecte, per se vel per alium, sibi dari magistrum ad votum suum, sed libere per magistros eligatur, qui sit alterius domus, nationis et Collegii secundum statutum facultatis super hoc editum.

Satuimus quod juxta morem antiquitus observatum in hoc Studio, quilibet Ordo quatuor Mendicantium et Collegium S. Bernardi omnino et absque ullo defectu habeat bachalarium biblicum, qui ordinarie secundum statuta sua habeat legere Bibliam regulariter et absque interruptione per tempus statutum et hora consueta : alioquin si quis Ordinum et Collegii predictorum dare aut presentare neglexerit biblicum, privetur pro anno illo bachalario Sententiarum in suis scolis. Si vero biblicus presentatus et receptus in sua lectura defecerit, ad lecturam Sententiarum postmodum non recipiatur quoquo modo.

Statutum illud quod in reformatione predicta reperimus, quod nullus legens Sententias legat questionem suam aut Principium per quaternum aut alias in scriptis, etc., moderandum censemus. Cum hujusmodi lectiones ad profectum studentium et auditorum ex rationabili causa sint introducte, ita faciende sunt, ut eo exerceantur modo et ordine, quo magis ad finem studii proficere comperiuntur. Igitur quia ex virorum doctorum et fidedignorum relatione didiscimus fore magis certum, et ad auditorum eruditionem utilius ac securius in hac facultate, si bachalarius bonas et utiles lectiones in quaterno faciat et legat, quam si sola mente illas tenendo pronunciet (cum memoria hominum labilis maxime circa subtiles theologie materias plerumque deficiat) : prefatum statutum declarando statuimus, ut si quis bachalarius suum Principium aut Sententias legere per magistros fuerit admissus, possit in quaterno legere; tali tamen condicione, et non alias, ut sibi non liceat legere in codice alieno, nec lectionem transcriptam a precedentium bachalariorum lectura[20] de verbo ad verbum transcriptam facere seu legere, sed elaborato studio ipse bachalarius componat suas lectiones per se ipsum juxta capacitatem sui intellectus, scribendo vel dictando ex proprio studio et labore, cum perquisitione ac revolutione librorum et voluminum, quos subservire sibi videbit; alioquin talis lectura non sibi proficiat quoquo modo ad gradum. Super quo fiat diligens inquisitio per decanum facultatis et unum magistrum ad hoc specialiter deputandos per facultatem.

Item ordinamus et statuimus quod sermones et responsiones quos ex statutis prelibatis facere tenentur dicti bachalarii, tam cursores quam formati, et etiam magistri, nullatenus per eos omittantur. Specialiter autem de sermonibus et collationibus ita duximus statuendum, ut omni excusatione cessante, preterquam egritudine aliqua prepediente, fiant sermones tam magistrales quam alii secundum morem antiquum laudabilem : alioquin si magister sermonem sibi assignatum neglexerit et omiserit, a regentia illius anni, et bachalarius ab uno jubileo absque relaxatione privetur; et hoc statutum auctoritate apostolica districtius observari mandamus sub pena perjurii, quam transgressores magistri, seu bachalarii, seu etiam dissimulantes illud observare ipso facto incurrant[21].

Item statuimus circa lectiones magistrorum, quatenus legant ad minus de quindecim diebus in quindecim dies, prout antiquitus extitit consuetum; nisi hoc impediat frequentia et multitudo actuum scolasticorum facultatis; quicquid sit, tamen non prorogetur lectio magistrorum ultra tres septimanas.

Statuimus circa bidellos facultatis theologie, ut compareant in actibus facultatis in habitu decenti; et specialiter ordinamus ut major bidellus habeat epithogium seu hulciam cum capucio foderato in actibus solemnibus, prout ante ista tempora fuit observatum ad honorem facultatis.

Cetera autem statuta, tam apostolica quam etiam per facultatem facta, eaque nominatim que exquisito studio ad reformationem edita sunt a bone memorie reverendissimis patribus dominis Johanne S. Marci, et Egidio tituli S. Martini in Montibus S. Romane ecclesie cardinalibus, apostolice sedis legatis, dummodo nostris suprascriptis non repugnent institutis, laudamus, approbamus et auctoritate apostolica roboramus. Contraria vero supradictis nostris reformationum statutis eadem auctoritate penitus cassamus, abrogamus et abolemus. Volumus autem et districte precipimus suprascripta nostra reformationum statuta in libris statutorum facultatis ad perpetuam memoriam inseri et annotari, ut eo firmius observentur, quo sepius fuerint memorie repetita; mandantes in virtute sancte obedientie, ea statuta per singulos annos in principiis Ordinariorum publicari.

De decretistis[22].

Post theologie facultatem studium decretorum in alma hac Parisiensi Universitate vigere ac florere prospeximus; cujus quidem facultatis honori ac decori consulere, et eorum mores atque statuta reformare equum et necessarium duximus. Ejus enim facultatis professores moderatissimos esse decet, cum juri operam dent, quod teste jurisconsulto est ars boni et equi, cujus eos merito quis sacerdotes appellat. Taliter ergo vita et moribus eos [se] gerere opportet, ut digne tam preclarum nomen videantur esse sortiti, presertim cum hoc aliis imperent atque precipiant. Juris enim precepta illa notissima sunt, honeste vivere, alterum non ledere, jus suum unicuique tribuere. Igitur circa dictam decretorum facultatem reformanda et statuenda videntur que sequuntur.

Multorum abusum reformare volentes, qui re tantum et nomine se scolares profitentur, ut[23] privilegia et immunitates assequantur, qui tamen nec scolas frequentant nec de scolastica disciplina quicquam ostendunt (cum hiis tantum privilegia concedantur qui vere studiis et disciplinis incumbunt; nec premia non nisi legitime decertantibus debeantur): renovamus vetus statutum, et id apostolica auctoritate approbantes decernimus, neminem de cetero censendum esse scolarem facultatis decretorum, ut privilegiis Universitatis immunitatibusque fungatur, nisi ter aut bis ad minus per singulas hebdomadas legentium de mane scolas frequentaverit, et more scolarium lectiones audierit. Ut autem hoc nulla possit tergiversatione celari, prohibemus ne rector Universitatis pro tempore cuiquam litteram testimonialem det, qua declaret ipsum esse scolarem, et ut vulgo dicunt, super scolaria cedulam tradat aut sigillet, nisi sibi per cedulam sui legentis de mane, de audientia frequentiaque scolarum premissa sibi constiterit una cum cedula sui doctoris. Circa licentiatos tamen continuam in Universitate Parisiensi moram trahentes et bachalarios ter ad minus in ebdomada legentes (quos constat privilegiis gaudere debere), cum gradus et residentia satis apertum afferant testimonium, volumus cedulam ipsorum doctorum illis ad privilegia assequenda et retinenda sufficere. Interdicimus tamen districte ipsis legentibus de mane, atque doctoribus, ne pro hujusmodi traditione cedularum testimonialium a scolaribus aliquid exigant aut recipiant, sub excommunicationis et perjurii penis : ne quod ad provisionem constituimus, ad questum referatur. Et ne passim cedule a doctoribus concedantur, et omnia clarius ordinatiusque procedant, inhibemus quoque ipsis doctoribus, ne cedulas ad baccalariatum volentibus promoveri concedant, nisi prius eis littere legentium exhibeantur de predicta frequentatione scolarum et sedulitate lectionum testimonium perhibentes. Mandamus[24] autem, ne quisquam pretendere ignorantiam possit[25], hoc saluberrimum statutum per annos singulos in principiis Ordinariorum publicari.

Item statuimus et ordinamus, quod ipsi bachalarii loca inhonesta fugiant, et habitus defferant honestos et talares vestes non gorgiatas sive apertas, et ex toto in parte anteriori fissas, neque etiam in superiori parte[26] fissas vel in coletis[27] apertas, neque sotulares rostratos, neque capucia cum borreletis vel[28] gipponibus aut indumentis gibbum supra spatulam habentibus utantur, aut aliis dissolutis vestibus. Quod si in tali indecenti habitu deprehensi, et a decano facultatis, ad quem volumus hujus rei curam pertinere, tertio commoniti non resipuerint, ipso jure ab omnibus Universitatis privilegiis, honoribus, immunitatibus censeantur esse privati.

Statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli doctores facultatis decretorum teneantur legere et continuare suas lectiones secundum antiqua ipsius facultatis statuta; ita tamen quod ultra quindecim dies nullatenus eorum lectiones differantur. Et ne lectio matutinalis ipsius facultatis impediatur, prefati doctores in pulsu Prime ecclesie Parisiensis suas scolas intrabunt, lecturi bene et condecenter per horam, ut antiquitus fieri solitum erat, alias minime regens contra faciens reputetur.

Item, ut lectio matutinalis, que ab antiquo usque ad moderna tempora refloruit, in melius reformetur, statuimus ut omnes et singuli de mane legentes lectionem ipsam bene mane in hora statutis expressa habeant inchoare, eam usque ad pulsum hore Prime in ecclesia Parisiensi bene et fructuose continuando et finiendo.

Item, quia profectus studentium in auditione lectionum potissime consistit, statuimus ut nullus ad bachalariatum admittatur, nisi dictam lectionem matutinalem audierit (ut prefertur) debite et continue per tempus in statutis expressum una cum proprii lectione doctoris, nec possit super hoc per facultatem dispensari.

Item, quia sepissime fraudes in predictis committuntur, et plerumque minime legentes pro legentibus reputantur, et econtra, statuimus ut super informatione circa tales bachalarios facienda duo doctores per facultatem deputentur, qui super hoc fidele perhibebunt testimonium veritati.

Item, quia plerumque propter materiarum cumulum, processus librorum per legentes de mane quolibet anno secundum antiqua facultatis statuta legendorum impeditur, statuimus ut cum diligenti modestia dictam lectionem cum materia recte occurrenti expediant absque verborum superfluitate, peregrinas materias minime aut saltem parum textum concernentes omittendo[29]; nec modo pronunciantium resumptione dignum secundum statutorum antiquorum tenorem[30].

Item, quia sepissime furtive et per surreptionem aliqui inventi sunt gradum bachalariatus obtinuisse, statuimus ut nullus legens de mane litteram certificatoriam sue auditionis lecture alicui concedat, nisi veraciter informatus sciverit, ipsum scolarem eandem lectionem audivisse et debite continuasse absque fraude et cum librorum delatione.

Item, quia disputationes quamplurimum solent ingenia studentium excitare, statuimus ut quilibet ipsius facultatis doctor, sive habeat bachalarium sub eo respondentem sive non, teneatur semel in anno unam solempnem repetitionem publicam facere, conclusiones, notabilia super Decretali ac Canone ad ejus arbitrium eligenda, seu eligendo et ponendo omnibus et singulis bachalariis in predicta facultate legentibus respondendo.

Item, quia in actibus graduandorum virtus et scientia comprobatur, statuimus ut bacha lariandi de cetero suum faciant propositum et arengam[31] corde tenus, juxta morem antiquum, suas lectiones durante suo cursu in vico Clausi Brunelli horis debitis, et per horam ad minus textum, glossam et materiam libri, quam duxerint eligendum absque aliquo quaterno sive codicello legendo sive expediendo.

Item et quia omnis ars et doctrina per exercitium suscipit incrementum, statuimus ut nullus ad examen seu licentiam admittatur, nisi primitus in disputatione publica et solempni Parisius responderit sub doctore; super quo tamen possit, justa subsistente causa, per facultatem dispensari.

Item statuimus et ordinamus, quod singuli ipsius facultatis doctores habeant cum gravitate solita in congregationibus Universitatis et aliis scolasticis actibus ceterarum

ipsius Universitatis facultatum cum cappa ordinaria aut epytogio bene et condecenter comparere.

Item, ne ex inordinata bedellorum ad aliquem particularem doctorem affectione ceteris prejudicium afferatur, inhibemus ne bedellus aliquis in favorem alicujus doctoris ipsius facultatis per dictum[32] novum scolarem in proprium doctorem eligendi sollicitare, monere, aut quovis modo inducere presumat; alias si super hoc fuerit[33] per facultatem convictus, ab officio totaliter repellatur.

Cum non sumptuum vanitate, sed virtutis ac doctrine merito debeant scolastici viri ad honores attolli, non modicus videtur in alma Parisiensi Universitate circa canonice facultatis suppositos abusus inolevisse, quod hii qui ad bachalariatus vel licentie assumuntur honorem, ita sub specie quarumdam, quas vulgo bursas appellant, immoderatos sumptus facere cogantur, ut et ipsi hac vanitate facultatibus exhauriantur, et ceteri qui nolunt vel nequeunt consimiles expensas facere, hac occasione frequenter ab assumptione hujusmodi honoris retrahantur. Sane licet ex veteri statuto quedam huic abusui provisio videretur adhibita, quo cavebatur ut bachalariandi et licentiandi quatuor cum dimidia bursas persolverent, earumque singulas per proprium juramentum extimarent quantum una hebdomada verisimiliter essent exposituri; quia tamen percepimus variis modis exquisitisque coloribus hujusmodi licentiandos ac bachalariandos a magistris et doctoribus fuisse compulsos, plerumque etiam dejerando prefatam extimationem excedere : nos volentes certius ac salubrius providere, et exactionibus immoderatis occurrere, certum modum duximus statuendum, easque bursas ad certam extimationem duximus pretaxandas. Quam quidem extimationem non licet graduandos predictos excedere ad instar juramenti in litem, in quo, licet interesse juramento declaretur, judicem tamen pretaxare oportet, quantum in causa juretur juxta legitimas sanctiones Statuimus itaque circa licentiandos majores ac[34] sublimiores personas quacumque nobilitate et dignitate prefulgeant, etiam si prelati et principum filii existant, non licere eis quatuor bursas cum dimidia tam pro facultate, doctoribus, quam bedellis, quas ex statuto prestare tenentur, ultra duodecim scutorum numerum extimare; ita quod nec licentiandus ultra illam summam, earum bursarum pretextu vel loci preeminentia, acceleratione examinis, vel alia quacumque occasione solvere possit, nec doctores sive magistri aliquid ultra ab illis exigere, petere nec a sponte dantibus recipere possint. Circa bachalariandos similiter majores et quacumque preditos dignitate, nolumus ultra septem scutorum vel aureorum numerum nec a bachalariando persolvi, nec a doctoribus vel magistris bursarum, preeminentie, accelerationis, vel alterius rei occasione exigi vel recipi. Quam summam tanquam majorem majoribus etiam personis prefinimus[35], eamque nulla ratione vel causa excedi permittimus; hoc solo excepto quod circa licentiandos toleramus, ut pro collatione examinis, similiter pro potu et confectionibus unus aureus tantum exigatur, interdicentes aliquod amplius ea occasione recipi, exigi, vel etiam sponte persolvi[36]. Non tamen mediocres et inferiores aut pauperiores personas ad tantam summam

volumus coartari, sed ab illis juxta vetus statutum nihil amplius exigatur et recipiatur pro unaquaque bursa quam quod juraverint, et quod verisimile est una ebdomada illos fuisse expensuros, ita quod predicta summa nullatenus excedatur Si qui autem hujus nostre ordinationis, taxationis sive statuti transgressores reperiantur, dantes et sponte etiam ultra preordinatam summam per se vel per alium offerentes, a licencie vel bachalariatus gradibus pro illo anno repellantur, doctores autem et magistri aliquid amplius directe vel indirecte exigentes, petentes, vel a sponte dantibus recipientes, tanquam perjuri et infames ab honore regentie, et omnibus Universitatis honoribus, privilegiis et emolumentis sint tamdiu suspensi, donec et quousque duplum illius pluris exacti vel recepti persolverint, simplum scilicet Universitati, et alterum simplum Hospitali Domus Dei Parisiensis. Quod [37] si suspensione durante et ante premissam satisfactionem se regentie et honoribus, emolumentis Universitatis ingesserint, tunc sint ipso facto excommunicati, a qua excommunicatione ab alio quam cancellario Parisiensis ecclesie absolvi non possint, qui tamen cancellarius absolutionem impendere nequeat, nisi supradicta dupli satisfactione premissa. Quod si contigerit (quod absit) omnes et singulos doctores et magistros facultatis in premissis excessisse, et animo indurato satisfacere nolle, tunc imminente tempore jubilei Universitas possit alios doctores vel licentiatos substituere pro actibus illius facultatis, qui doctoribus incumbunt, exercendis. Mandamus quoque, et districte precipimus, ut veritas clarius elucescat, ipsos licentiandos vel bachalariandos post examinationem et presentationem in ipsa gradus collatione per cancellarium Parisiensis ecclesie per juramentum interrogari, an aliquid per se vel alium doctoribus et magistris ultra summam solverint memoratam. Nec ante gradus licentie et bachalariatus illi vel illis debere conferri, quam corporale in manibus cancellarii predicti prestiterint juramentum, quod dictam summam non excesserint, nec per se vel alium ultra persolverint fraudemve commiserint, volentes eos qui veritatem indicaverint proprio sacramento, et illicitam exactionem revelaverint, si coacti vel inducti id fecerint, predictam penam repulsionis evadere

Ut autem hec nostra statuta, ordinationes ac reformationes districtius observentur, precipimus atque mandamus, ut intra decem dies a die publicationis ipsarum omnes doctores regentes ac magistri facultatis decretorum prestent in manibus reverendorum in Christo patrum dominorum patriarche Antiocheni archiepiscopi Remensis, abbatis S. Germani de Pratis, archidiaconi Balgenciacensis, archidiaconi Autissiodorensis (quos simul vel separatim singulos eorum ad recipiendum dictum juramentum deputamus), de observandis suprascriptis statutis et ordinationibus nostris corporale juramentum; et nichilominus precipimus quod in libris statutorum dicte facultatis de verbo ad verbum in scriptis redigantur, ad perpetuam rei memoriam; mandantes in virtute sancte obedientie ea statuta atque ordinationes per singulos annos in principiis Ordinariorum publicari.

De medicis.

Post sacre theologie et jurium eminentissimas facultates succedit illa salutaris humano generi medicina, salutem incolumitatemque nostram et servare et restituere profitens, circa quam pauca quedam reformanda et corrigenda videantur.

Vetus statutum, quo conjugati a regentia in facultate medicine prohibentur, impium et irrationabile reputantes, cum ipsos maxime ad eam facultatem docendam et exercendam admitti deceat, corrigentes et abrogantes, sancimus deinceps conjugatos, si docti et sufficientes appareant, et morum gravitate decenter ornati, ad regendum in dicta facultate admittendos, nisi eos levitas aut vitium aliquod reddat indignos; super quo judicium et correctionem relinquimus facultati.

Item cum artium studium ad cognitionem medicine utile et expediens videatur, presertim autem philosophie, ex qua principia sumantur ad medicinam, quam constat etiam in rerum naturalium cognitione fundatam, nimis durum videtur esse statutum illud antiquum, quo statuitur regentes in facultate artium non acquirere tempus in studio medicine[38]. Nos igitur antiqui statuti severitatem temperantes, ne medici necessariis careant principiis, nec admodum peregrinis studiis a principali studio medicine distrahantur : statuimus regentes in artibus ante bachalariatum, dimidium temporis in regentia artium impensi in medicine facultate lucrari, ita quod pro duobus annis in artibus unus annus in facultate medicine computetur; post bachalariatum autem prohibemus eos alteri quam medicine intendere facultati, si tempus sibi computari voluerint.

